13
4 I
24

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

H

13-2, f. 14

35
d
24

33.3.28

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATVS
DE RECTA FEVDORVM INTERPRETATIONE

QVO

Difficiliores Iuris Feudalis Loci, & Quaſtiones, Hactenus inter innumeras Interpretum Perplexitates, & Diſsidia inuoluta

AD

VERAM, GERMANAMQVE LVCEM EVOCANTVR, ET DEFINIVNTVR;

Practicarum quàm maximè Obſeruationum, Rerumq; in Supremis Tribunalibus Iudicatarum Auctoritate confirmatus: Nouas etiam, & accuratas DE Varijs Inueſtiturarum, Stipulationumq; Formulis, DE Fructibus, Ac DE Melioramentis explicationes complectens:

Tàm in Scholis, quàm in Foro verſantibus vtilis, ac neceſſarius; Iampridem ſummopere exoptatus; A Nemine adhuc attentatus, Congrua nunc primùm Methodo editus, & illuſtratus,

AB

ANTONIO MONACHO

Acutiſſimo I.C. Taurinen. Collegiato, Publico olim Iuris Interprete, Cauſarumq; Patrono, Rotarum Lucen. Floren. & Bonon. pro tempore Auditore, mox Nicien. nunc vero Pedemont. Regiæ Celſitudinis Sabaudiæ Senatore, & Conſiliario.



IESV BIBL. SOC. COLL. ROM.
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AVGVSTÆ TAVRINORVM.

Apud HH. Io. Dominici Tarini, M. DC. XXXV.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google


INVICTISSIMO
VICTORI AMEDEO
Sereniſſimo Allobrogum, & Montisferrati Duci, Subalpinorum Principi, & Cypri Regi Auguſtiſſimo Domino ſuo.

Antonius Monachus Salutem, & Felicitatem.

CVM Hęc mea ad triumphale Tuum Nomen confugiunt, VICTOR SABAVDIÆ DVCVM AVGVSTISSIME ET REX, An meę felicitati gratulandum, an ſuccenſendum audacię ignorarem penitus; niſi omnia in Regiam Humanitatem Tuam tandem regerenda viderem: Felix audacia, quę, dum altius aſſurgeret, in Sedem Clementię, in Sinum Munificentię Tuę deuenit! Has IN CAROLO MAGNO Parente Tuo antea maximas, in Te verò, SERENISSIME poſteà maiores expertus; aſſueui amborum Luminum Auſpicijs tenebras meas illuſtrare: Qui de Feudali Re ſuperioribus ſcripſère Seculis non ſine Principum, Regum, Imperatorũq; Conuentu labyrintheas De Feudis Diſputationes ſolui poſſe conſtantiſſimè aſſeruère: Quæ tamen diligentius Conſideranti viſæ ſolubiles, & clarę, Solutionumque hiſce Paginis experimenta Exhibenti quis credet vix Minimo inter tot iuris Antiſtites, ac tantos? Quare Tua ad ſuffragia confugio, MAGNANIME REX; Tua vota imploro, Vnus Tu mihi omnium nomina implebis, ſiſtentur Tibi, Po-

teris illas, & Nominis potentia, & ſapientiæ condimento, et fidei beneficio ſancire, ac perennare. Tecum tranſibunt omnes, cum patuerit palam, vel ipſos Vertices Mundi, & Polos, Rerum omnium, et Reſolutiorum Tibi Molem, ac Summam, Vnanimes, concrediđiſſe iam tùm, Quando adhuc vix DVX, in Ipſo Regni aditu ARBITER aditus, & veluti communis ASTRÆA, Procerum, ac Oratorum coram Te conuenientium Gratia, et Hoſpitijs in Clariſſimo Tuo CLARASCI Oppido Magnificentiſſimis floruiſti. Non Inopiæ rerum, non Luis, non Belli, triplici ſimul ſæuiente FATO, HEROICAM remorante Liberalitatem, non REGIAM (de more) Magnanimitatem: Omnia, VICTOR, incommoda, impedimenta omnia, INVICTVS, ſuperaſti, Diuturna Bellorum Incẽdia extinxiſti, Ex optatiſſimam PACEM reddidiſti; Glorioſe adeò, vt videatur in Tui Regni Auſpicia Pacatæ Victoriæ, & Pacis Triumphalis conſpiraſſe Felicitas. Nec hiſce, Generoſus, acquieſcens, at ſemper Auguſtus, alia præterea, non multò poſt, Præclare Geſta addidiſti. Debitas Primo iamdiù Prouincias, Florentiſſimum, inter cæteras, Montisferrati Ducatum Ditioni Tuæ reſtituiſti DVX PRIMVS: Regium deinde Nomen, Regumque Stemmata Progenitorum non minus prouidè, quàm proſperè Familiæ Tuæ, verè Regiæ, recuperaſti REX REDINTEGRATVS ETIAM PRIMVS: Dùm Populis quoq; Tuis, vt Felicitatem, Regij Nominis Titulis Illuſtriorem, diutius conſeruares, ſumma Annonæ Abundantia, ac rerum omnium Copia roboraſti: Dùm illud pariter incomparabilis Prouidentię Exemplum, Prudentiſſimus, edidiſti, cùm Auguſtam hanc Vrbem Regni Tui, ac totius Italię Propugnaçulum, tùm externis Munimentis, tùm internis Sapientiæ Tuæ Conſilijs circunuallaſti, Inter vicinas (modò erumpentes) Bellorum Procellas Altiſſimo Pacis otio Feliciſſimè perfruentem; Dùm Vnus Tu Ille, Ille Tu, qui iſta demùm tanta celeritate perfeciſti, vt iure Cęſarianum illud vſurpare poſſis, VENI: VIDI: VICI. Suſcipe igitur, Obſecro, In Fidem Tuam Labores etjam iſtos, Qui in Argumento verſantur planè Regio, nec infrà Tuæ Culmen, Geniumque Maieſtatis: De Claritate Originis degenerauit valdè Diſciplina; Opportuna haud dubiè eget Moderatione, Principes ad eam euocantur, & Reges: Regiam ergo Moderationem amplectere, REX MODERATOR, & foue: Patere, CLEMENS, clientem Tuum Regij Nominis, quod recens Auguſtius emicuit, lucem aliquam Paginis ſuis, ad Facinus tam grande deſtinatis, accerſere: Quæ de Tua Beneuolentia natæ, de Tua Munificentia victuræ, & eiuſdem tanti Nominis Amplitudine commendentur, & debiti etiam Tributi, licet imparis, pro immenſis Beneficijs, pro ampliſſimis Honoribus, pro ſingulari conſtanter Patrocinio Vicem Sortiantur. Rex IN ÆTERNVM VALE.

AV-



Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google

AVTOR AD LECTOREM.

EX *Epiſtola in noſtro Deciſionum Volumine ad te mea hunc ipſum* de Re Feudali *pollicitus eram* Tractatũ; *& ecce*(immenſo D.O.M.munere)*promiſſum adimpletum.Vtinam cum effectu tanto,quantus affectus,quo tractus fui, & compulſus ad tàm arduum opus, vtilitatis tuæ,* benigne Lector,*magis quàm propriæ ſalutis memor: Quam quidem mehercule tibi augebis tibi ipſi fortè reddes lõgè maiorẽ, ſi nõ perſunctoriè,aut(vt aiunt) per ſaltũ,ſed ſi totũ,& attentè perlegeris librum, nec,niſi tota lege perſpecta,iudices quicquam , vel obloquare; Singula cum ſint*(hoc ſcito) *maximo inter ſe vinculo colligata, indiuiduoque omnia ſibi inuicem reſpondeant , & cohæreant nodo, Vno ducta,ab vno eodemque deducta Principio,& Fundamento. Conſilium (rogo) ne ſpernas, Audi potius & ſequere. Poſt hæc iudica , & ſi non placeat partus,non diſpliceat omninò conatus. Tibi laboratum eſt.Tibi,ad tuaque commoda inſudatum ; Hoc cogita, & fruere: Ac ſi quid occurrat rectum impediens ſenſum , error aliquis latebit,vnde ad Notationem errorum recurres,erroremque ſtatim excuties , & ſenſum planum experieris. Addidi præterea Remiſsiones ad Deciſiones,per errorem Typograhi omiſſas,haud notatas; nec amplius emendabiles : Nam poſt impreſſum volumen Venetijs,cum ego eſſem Bononiæ, ibidemque ad me allatum , quod remedium ſupererat? lacta erat alea: Impreſsio hæc noui libri anſam ſuppeditauit, cum quo,& hæc correctio orbem peragrabit,habebitq; quiſque per indirectum,quod directò non licuit : omnem lapidem moueo,vt ſatiſfaciam,* Amo Ama Vale.

PATRI, ET SENATORI

DOMINO ŚVO

GABRIELIS FILII I.C. COLLEGIATI.

EPIGRAMMA.

FEVDALES Vſus quàmuis ſine iure Vagari
Cernas; quid mirum? Quæ ſine lege, vaga:
Ex chao, vt Empedocles, *ſua quod malè feuda figurēt,*
Inque chaos redeat, quod fuit ante chaos:
Principio ex certo dat legem Monachus *amplam*
Iuribus, vt linquant lucida feuda chaos:
Ergo tibi (Genitor) *ſint laudes, atque perennem*
Suſcipiat famam nomen in orbe tuum.

DE

ANTONIVS MONACHVS CIVIS TAVRINENSIS I. C. COLLEGIATVS,

OLIM LVCÆ, FLORENTIÆ, BONONIÆ AVDITOR,

NVNC IN PATRIA SENATOR DVCALIS.

ANAGRAMMA.

NASCITVR NVNC IN TOTO MVNDO SOLVS RECTVS IVRIS FEVDALIS INTERPRES.

LAVS HVIC NATO BONAE ASTRÆÆ, AC NON MINIMA GLORIA ALII LICONI

EPIGRAMMA.

NASCITVR INTERPRES FEVDALIS IVRIS IN VRBE
TAVRINI *SOLVS*, QVI PATER EST PATRIÆ,
RECTVS ET *IN TOTO NVNC MVNDO*, LEGIBVS IDEM
OMNIBVS IN NOSTRIS VRBIS ET ORBIS HONOS,
ERGO *BONAE ASTRAEAE* SIT *LAVS HVIC* MAXIMA *NATO*,
LICONI AC ALII GLORIA NON MINIMA.

Petrus Roitius I.C.
Taurinen. Colleg.

DE
ANTONIO MONACHO
I. C. T. C.

Apud Exteros Auditore, in Patria Senatore, Vtrobique Integerrimo.

ACROSTICHON.

Altera deſt	Atlas	Aſtręę	ANTONIVS	AltA
Natura	Natus,	Numen, ſeù	Nobile	NomeN
TAVRINI,	Toti	Terrę	Theoremata	TexiT,
Ornans	Omnes	Oras, ſic	Ornandus &	OſtrO
Nictat	Nodoſos &	Nexus	Noſcere,	Nec noN
Iuris	Iampridem eſt	Interpres	Iuſtin-	IanI,
Venit	Virtutis	Viridans	Venerandus, &	VsV
Subtiles	Superat	Scopulos, ſcit	Spernere	SoluS
MONACHE	Magna mones	Mundo	Memorabere	MultuM,
Obſtupet	Orchæſtra,	Oſtentumque	Oſtendis	OlimpO,
Neſtoreaſque	Notas	Nectas, num	Numina	NoſtiN?
Aſtrorum	Ardens	Audens	Aſcendis ad	AſtrA,
Conueniunt	Cætus	Celebrant te	Carmine,	Cantu aC
Hymnis	Hectoreum	Harmonicis hinc	Hæreſis	Hoſtem, aH
Viuas	Virtutum	Vindex, vero	Vtere	VultV
Sede	Subalpini	Supera	Sedeaſque	SenatuS

Idem P. R.

Ad

A Ad Perilluſtrem Dominum.

Antonium Monachum in Subalpino Senatu Senatorem Ampliſsimum poſt editum de Re Veſtiaria tractatum, necnon

Lucenſium, Florentinarum, atq; Bononienſium Deciſionum volumen De Recta nuper Feudorum Interpretatione

SCRIPTOREM

Franciſci Aſcanij Rouidæ Taurinenſis

EPIGRAMMA

SOL, licet Occaſum, nitidiſſimus Aduena, luſtret,
Ortum, luce tamen ſplendidiore, beat;
Namque, ibi, gemma frequens teritur: deſpecta ſecantur
Balſama: ſilueſcunt thura: metalla fluunt.
Sic licet, externas, ſcriptis, ditaueris Oras,
Vis tamen in Patrium largior eſſe ſolum.

Al medeſimo dell'iſteſſo.

SONETTO.

CHE Più d'Ercole, Teſeo, Achille, Vliſſe,
Sudate, inchioſtri, in ſtoriar viaggi?
Che più, qualunque pellegrino viſſe,
Stupite rozzi, ò celebrate ſaggi?
Troppo di quelli, ogni gran penna ſcriſſe,
Troppi ſon reſi, al valor loro, omaggi;
MONACHO Sorge, e ſempiterno Ecliſſe
Reca, co ſuoi ſplendori, a i loro raggi;
Che ſe, per ſcorrer Quei Lidi, e Contrade,
Dell'Eroico Nome fer acquiſto,
Stragi facendo, e inſanguinando ſpade;
Di più degni ſudor, ſtraniere ſtrade,
Fù, per tanti Paeſi, ANTONIO viſto
Bagnar in verde, ed in canuta etade.

S V M M A

Ingredientium ad opus.

Primò *Catalogus Auctorum Citatorum præter textus, & gloſſas.*
Secundò *Epitome Partium Principalium totius Tractatus.*
Tertiò *Epitome Præfationis, & Capitum.*
Quartò *Index textuum declaratorum, ſeù conciliatorum.*

Hæc ad principium Libri.

Quintò *Index Verborum, Formularum & Materiarum.*
Sextò *Supplementum ad Indicem Deciſionum Auctoris*
Septimò *Errorum correctorum Notatio.*

Hæc ad Calcem eiuſdem Libri reſeruata.

Ca-

Digitized by Google

Catalogus Citatorum

A

Abbas Panormitanus
Achilles Perſonalis
Afflictus
Albanus ad Bart.
Albericus
Alciatus
Alexander trentacinque
Alexander Tartagnus
Alexandrinus Cardinalis
Aluarotus
Aluarus Valaſchus
Præſes de Amato
Amatis
Amedeus a Ponte. Præſes aliàs primar. Senat. Pedemont.
Amedeus Bentius Præſes Ducatus Môtis Ferrati, & ſecundus Senat. Pedem.
Amendola
Andreas ab exea
Andreas à Roſental.
Andreas Capan.
Andreas Knichen.
Andreas de Iſern.
Ancharanus vterq;.
Angelus de Gambilionibus
Angelus Peruſinus
Angelica Summa
Angelus Aretinus
Antonius Auguſtinus
Antonius Bagnaſacus.
Antonius Capicius.
Antonius Concius
Antonius Bottinius.
Antonius de Gamma
Antonius Maria Cortonates.
Antonius Monachus Auctor ad tract. de execut. in vett. & ad deciſ.
Antonius Sola
Antonius Vtyllus
Antoninus var. reſol.
Archidiaconus
Argellus
Ariminus Tepatus
Ariſtoteles
Arnon.
Arius Pinellus
Aſcanius Clemens.
Aſinius
Aufrerius ſeu Capel. Tollos.
Auguſtinus Barboſa Collect. Super Bullario
Azon.
Azoguidus

B

Baderus
Baiardus
Baldus vterque
Balzaranus
Bammacarius
Barboſæ omnes
Barbatia
Bardelonus
Bartolus
Bartolomeus Camerarius
Bartolomeus Caſſaneus
Barzias
Betius
Bellamera
Benintendius
Berrera
Bertachinus
Bertazolus
Bertrandus
Blancus
Blaſius florez ad deciſ. Gammæ
Bocetus
Bœrius
Boich.
Bolognetus
Bologninus
Bonauoglia
Bonifacius de vitallinis
Bononienſes deciſiones ſelectę
Bononienſe Collegium
Borcolthen.
Borgninus Caualcanus
Borrellus
Boſſius
Briſſonius
Brunus vterque
Budeus
Bullarium Laertij Cherubin
Burſatus
Burrigarius

C

Caballus
Cabalinus
Cagnolus
Calcaneus
Caldas
Camillus de Curte
Campegius
Cancerius

Catalogus Citatorum.

Canetius
Cantucius
Capella Tolloſana
Capra
Caputaquenſis
Capiccius
Carocius
Carolus à Kicherber
Carolus Borromeus
Carpanus
Cartarius.
Caſanares
Caſſaneus vterque
Caſtelioneus
Chartarius
Cauagnolus
Celſus Hugo
Centius
Cephalus
Cępolla
Cicero
Clarus
Claudius Seyſſel
Concennates
Contardus
Corbulus
Corduba
Cornazanus
Corneus
Corraſius
Coſta
Coſtalius
Craueta
Crotus
Cuiacius
Cumanus
Curtius vterque
Cynus

D

Decius
Decianus
Dionyſius.
Duarenus.
Dynus

E

Emanuel à Coſta
Euerardus ſenior & iunior
Eguinarius Baro

F

Faber Cod.
Fabius de Anna.
Fachineus
Farinacius
Felynus
Federicus de Senis
Feratius
Ferrerius Montanus
Ferrarius ab Anciſa Senator Pedemont.
Ferretus vterque
Florianus de Sancto Petro.
Flaminius de Rubeis
Forcatulus
Folerius
Franciſcus Piſcina
Franciſcus de Amicis
Franciſcus Othomanus.
Franciſcus Marchus
Franciſcus Aretinus
Franciſcus Sonsbecius
Franciſcus de Ponte
Fridericus Schench.
Fulgoſius
Fuluius Ianarius

G

Gabrielius vterque
Gabriel Paleotus
Gaietanus
Galenus
Galina
Galluppus
Gamma
Garcia de Girunda
Garſias
Garzonius
Gaſpar Antonius Teſaurus ſenator Pedemõt
Gayl.
Geminianus
Gerardus Capagiſtus
Gerardus Mazolus
Gomeſius vterque
Goffredus
Gottofredus
Gozadinus
Graſius ſeu de Graſys
Grammaticus
Gratianus vterque
Gratus
Gregorius VII. Papa ſaonenſis
Gregorius decimus quintus Papa
Ludouicius Bononienſis
Gregorius Lopez
Griuellus

Guaz-

Catalogus Citatorum.

Guazzinus
Guerinus Piſonus Soacius
Guido Papa
Gulielmus Hanneronius
Gulielmus Benedictus
Gulielmus Durandus
Gulielmus Fornerius

H

Hannetonius
Hartmanus Piſtoris
Harmanus Hartmani
Hermanus Vulteius
Henricus Boyc.
Henricus Bocerus
Herculanus
Hieronymus Cæualos
Hieronymus Garzonius
Hieronymus Gigas
Homo bonus
Hodierna ad Surd.dec.
Hondedeus
Horatius Montanus
Hotomanus

I

Iacobus Aluarotus
Iacobus de Arena
Iacobus de Belniſo
Iacobus Cuiacius
Iacobus de Ardizone
Iacobus Mandelus
Iacobus a Sancto Georgio
Iaſon
Imola
Innocentius
Intrigliolus
Ioānes Antonius Teſaurus aliās Pręſes Senat. Pedemont.
Ioannes Aloiſius Riccius Epiſcopus
Ioannes Antonius Lanarius
Ioannes de Anania
Ioannes de Amicis
Ioannes Andreas Ad Spec
Ioannes Andreæ
Ioannes Antonius Bellonus Protopręſes Senat.Pedemont.
Ioannes Alſot.
Ioannes Baptiſta Lupus
Ioannes Baptiſta Hodierna
Ioānes Baptiſta Blācardus Senator Pedemōt. & primus Lector Veſpertinus
Ioannes Baptiſta Surdus
Ioannes Baptiſta Caccialupus
Ioannes Petrus Surdus
Ioannes Faber
Ioannes Borgholten
Ioannes Bologninus
Ioannes Cannetius
Ioannes Conſaluus
Ioannes Franciſcus de Ponte
Ioannes Ferrarius Montanus
Ioannes Garſias
Ioannes Iacobus Ferrarius Senator Pedemontanus Collega.
Ioannes Laurentius Syluanus
Ioannes Maria Nouatius
Ioannes Monachus
Ioannes Nielus
Ioannes de Platea
Ioannes Paulus Balzaranus
Ioannes Petrus Fontanella
Ioannes Thomas de Marinis
Ioannes Saixon
Ioannes Schonerius
Ioannes Vagnorius
Iulius Cæſar Galluppus
Iulius Clarus
Iulius Papa tertius de Monte Aretinus

L

Laderchius
Lambertenghus
Lanarius vterque
Lanzelotus Galiaula (Peruſinus) & Conradus Laudenſis
Laurentius Syluanus
Laurentius Aucnionenſis
Laudenſis
Loffredus
Lucas de Penna
Lucas Paeti
Ludouicus Bologninus
Ludouicus de Ponte
Ludouicus Zanetus
Ludolphus Schraderus
Ludouicus Molina
Ludouicus Morotius Primus Pręſes Senat Pedemont.

M

Macagnus Azoguydus
Machelus
Magdalenus
Magonius
Malateſta

Malua-

Maluaſia
Manentius
Mandoſius
Mangilius
Mantica
Mantua
Maranta
Marchus Blancus
Marchus Delphin
Marcus Anto. de Amatis
Marcus Antonius Bellonius
Marius Anguiſola
Mareſcotus
Marinus Frecia
Marta
Martinus Laudenſis
Marzarius
Maſcardus vterque
Maſtrilius.
Mattheus de Afflictis
Mattheus Brunus
Mattheus Colerius
Mateſilanus
Mattheus Vueſembecius
Maurus
Mediolanenſe Collegium
Melander
Melchior Palaez
Menochius
Merlinus
Minadous
Myſingerius
Molfeſe
Molfeſius
Molina
Mollius
Monterentius
Maynardus
Monticulus
Muſſambertius

N

Nardus Ligarulus
Natta
Neguſantius
Neoſtadius
Neuizanus
Nicolaus Boerius
Nicolaus Bellonus
Nicolaus Intrigliolus
Nicolaus Baderius
Nicolaus de Neapoli

O

Obertus de Orto
Octauianus Cacheranus Magnus Sabaudiæ Cancellarius
Octauius Bammacarius
Octauius Simoncellus
Odofredus
Oinotomus
Oldradus
Oldendorpius correctus
Ondedeus
Opus inquiſitorum iudiciale
Otalora
Otho Melander
Othomanus

P

Pancirola
Panormitanus
Papon
Pariſius
Paris de Puteo
Pacianus
Paſerus
Paulus Caſtrenſis
Paulus Grillandus
Paulus Morigius
Pechius
Peguera
Petrarcha
Perez
Peregrinus
Petra
Petrinus Bellus
Petrinus Pergamus Senator Pedem. Collega
Petrus de Gregorio
Petrus Nicolaus Mozzius
Petrus Faber
Petrus de Rauenna
Petrus de Bella pertica.
Petrus Duennas
Petrus de Ceruotis
Petrus Senaudeſius
Phanucius
Piſtoris
Pius quartus Papa Medices Mediolanenſis
Pius quintus Gislerius Alexandrinus Papa
Plotus
Politus
Pomponius Rochus
Poſthius
Præpoſitus dictus Cardinalis Alexandrinus,

no-

Catalogus Citatorum.

nomine Ioãnes Antonius de Sancto Georgio.
Probus ad Ioann. Monachum
Proſper Paſcthus
Purpuratus
Puteus

Q

Quintilianus

R

Raudenſis
Raynaudus
Rebuffus
Redoanus
Reſtaurus
Riminaldus vterque
Ripa
Rochus
Rolandus
Ronilius
Rota diuerſorum
Romanus.
Ronchegal
Roſental
Rubeus Alexand.
Rugerius
Ruinus
Ruſticus

S

Salicetus
Sanſouinus
Sanctorius
Sarmienta
Schench.
Scheneiduinus
Sebaſtianus Neapolit.
Sebaſtianus Medices
Senaudeſius
Seneca
Seraphinus
Sfortia Oddo
Sicardus
Sigiſmondus Loffredus
Signorolus de Homodeis
Simon de Prætis
Simon Gaietanus
Socinus vterque
Soacius
Sonsbecius
Sotus
Speculator
Stabilimenta religionum, Sancti Mauritij, Equitum Hyeroſolimitanorum, & Sancti Stefani
Stefanus Forcatulus
Syntagma Com. Opin.

T

Tepatus
Theofilus
Theſſaurus Præſes & Filius Senator
Terentius
Tiraquellus
Thomas Ferratius
Thomas de Marinis
Thomas Minadous
Thomas de Thomaſellis
Trentacinque
Turre Cremata
Tuſchus Cardinalis

V

Vacauna
Vagnorius
Valaſchus
Valentinus
Vantius
Verrutius
Villalobos
Vigelius
Vincentius de Franchis
Vincentius Mancinus
Vſillus ad Afflictum
Vldarichus Zaſius
Vrbanus Octauus Papa Barbatinus Florentinus.

X

Xiſtus Papa V. Peretus de Montalto.

Z

Zabarella
Zauallus
Zanchus
Ziriceus

F I N I S.

Catalogi Citatorum.

Epitome Partium Principalium quinque Huius Tractatus.

PRima pars *collocat Principiũ in materia feudali Potiſſimũ & Vniuerſale,* Poſitũ In Vera E T Noua Ratione Tex. Tit. An agnat. vel Fil. &c. *Iſtudq; Principiũ eadẽ Pars proſequitur, fundat, & firmat. Rationabilitate Textuũ Feudaliũ & Feudorũ in Vniuerſũ etiã demõſtrata, & defenſa. Contra opiniones hactenus & male recepta s, atque à candida, inſitàque eorum primæua natura degenerantes.*

Secunda pars *per applicationem eiuſdem Principij ad particularia materiæ feudalis, Concernentia feudorum acquiſitiones, ſeù modos ea acquirendi exprimit, & docet, Reciprocam inter Principium collocatum & ipſa Particularia congruitatem & conſonantiã, cũ notabilibus effectibus, ſcilicet, Certitudinũ reſolutionũ, Rremotionũ ambiguitatũ Cõciliationũ antynomiarũ ſeù diſceptationũ variarum, & Reductionũ ad praxim ipſam, Summa cum vtilitate tam Speculatiuorum, quam Forenſium ſeù Practicorum, & Iudicantium.*

Tertia pars *tendit ad idem experimentum. Circa materiam Retentionis, ſeù Modorum retinendi Feuda, cũ eiſdem qualitatibus vt ſupra in proximè præced. parte ſecunda.*

Quarta pars *ad eadẽ omnino. Circa materiam in qua quæritur, de Fine Feudi, ſeù cum ficiunt, vel definiunt feuda.*

Quinta & vltima pars. *Circa materiam ad Acceſſoria Feudorũ pertinentem, vt ad Fructus, Ædificia, Meliorationes, & alias, Acceſſiones, cum Effectibus eiſdem, vt ſupra in alijs.*

Epi-

EPITOME PRÆFATIONIS, ET CAPITVM HVIVS TRACTATVS.

PRÆFATIONIS.

In Præfatione feudorum iactura & ſubuerſio indicatur: Remedium contrà diſquiritur,& quid agendum proponitur Diſponiturq; Methodus ſeruanda in Tractatu.

Cap. 1. De Facti ſpecie Tit. An Agnat. &c.

FACTI ſpecies *tit. An Agnat.&c.* figuratur, Planus eius intellectus conſcribitur, Qui, qualeſuè eſſe debeāt feudorum ſucceſſores Hique an vſque in infinitum, an verò vſque ad ſeptimum gradum tantum ſuccedant textibus pugnantibus conciliatis & alia notabilia explicantur.

Cap. 2. De Rationabilitatè Tit. An Agnat.&c.

Referuntur oppoſitiones de Irrationabilitate,& Rigore factę aduerſus tit. an Agnat. vel fil.&c. & refelluntur.

Cap. 3. De Rationabilitate feudorum in vniuerſum.

Deſcribuntur ęquè & tólluntur obiecta de irrationabilitate aduerſus feuda, in vniueſum & feudales ipſos compilatores Rationabilitaſq; demõſtratur: Nonnulli difficiles textus ad hoc pertinentes, explicantur: onos Compilatoribus debitus defenditur, eorumque induſtria in feudis ordinandis explicatur,& ex connexione ipſa librorum feudalium & titulorum nuper delineata quàm ingenioſa ſit methodus detegitur reipſa,& comprobatur.

Cap. 4. De Ratione antiquorum ad Tit. An Agnat.

Quod propter Honorem Patris.

Poſt hęc præmiſſa & ſublata; ad inſtitutum de ratione tit. an Agnat. tractatũ acceditur, rationeſq; hactenus allatę põderantur, ſed refelluntur, id quod ab hoc capite inchoatur; in quo de prima ratione, an quia filij magis teneantur tueri honorem patris, quàm agnati, aut alij, vbi propterea non pauca de honore filiorũ in parentes, de debitis erga eos, de abſtẽtione, de iniuria in defunctos ex eorum repudiatis, hæreditatibus De infamia, & etiam quę ſit rationis natura vt dici poſſit bona, & concludens. & alia.

Cap. 5. De Secunda Ratione antiquorum ad Tit. An Agnat. &c.

Ob Repreſentationem.

Secunda ratiò antiquorum, an ideò quia filius patrem repreſentet, & vna cũ eadem perſona cenſeatur, diſcutitur hoc cap. vbi multa de repreſentationis materia, quando obliget, quando non, vbi & quomodo vigere poſſit, vbi & quomodo nõ, cuius occaſione plura de iniurijs, Iura-

mentis

Digitized by Google

mentis, dignitatibus etiam Regijs, tranſmiſſionibus & alijs compluribus.

Cap. 6. De Rationibus antiq. ad tit. An Agnat. &c.

Quia patre medio ſeu Iure contractus.

Tertio examinatur ratio etiam antiquorum, an ideò quia filius acquirat feudum patre ſuo medio, ſeu quia filius iure contractus ſuccedat, Non autem Agnatus: vt hoc capite.

Cap. 7. De Ratione antiq. ad tit. An Agnat. ob repræſentandum primum Inueſtitum

Vltima ratio examinatur, qua fuere qui dixerunt neceſſe eſſe per quemlibet ſucceſſorem primum acquirentem repreſentari, quæ repreſentatio non fiat niſi per hæredem, & ideò filium talem eſſe debere, id quod ceſſet in Agnato, qui habet ſuum Anteceſſorem, quem repreſentet &c. vt in hoc cap. Vbi pariter reijcitur hæc ratio.

Cap. 8. De Ratione ad Tit. An Agnat. &c. ſecundum Auctorem.

Ratio adfertur Auctoris & ex eius ſententia, filium ſimul & Agnatum complectens.

Cap. 9 De Filio vti ſuccedente In ius patris.

Fundatur ratio Auctoris textibus & doctrinis, quod filius ſuccedat in feudum vt in ius patris, vnde non poſſit repudiata eius hæreditate feudum retinere.

Cap. 10. De Succeſſione Agnat.

Afferuntur iura, & fundamenta cur Agnatus è contrà, poſſit repudiata hæreditate defuncti Agnati feudũ retinere, ex quibus ratio diuerſitatis inter filiũ, & Agnatum manifeſta colligitur, & iure fundata ſcilicet quod Agnatus non ſuccedat in feudũ vt ius prędefuncti Agnati.

Cap. 11. De Prima oppoſitione contrà nouam rationem ad tit. An Agnat. &c.

Incipiunt oppoſitiones contrà hanc nouam rationem, & primo an obſtet, quod vna, & eadem res, vnum, ſcilicet & idem feudum non poſſit diuerſo iure cẽſeri, aliter nempè in filio, aliter in Agnato, vbi plura ad regulę huius intellectum, de Iure accreſcendi &c.

Cap. 12. De Secunda oppoſitione contrà nouam rationem ad Tit. An Agnat. &c.

Secundò an obſter, quod feudum nõ poſſit cenſeri vt quid hæreditarium inſpecta origine, cum ſecundum eam, omnia feuda eſſent perſonalia, & conſequẽter plura de principio, medio, & ne cum pluribus exemplis, quod nam eorum ſit attendendum.

Cap. 13. De Tertia oppoſitione contrà nouam rationem ad Tit. An Agnat. &c.

Tertiò, quod feudum non poſſit dici hæreditarium, ſecundum dictam rationem, idque ex eo, quia ſi ſit feudum ex pacto & prouidentia, à Genere recognoſcatur non à patre; cuius occaſione plura de alijs, quæ feudis ſimilia viſa ſunt, traduntur, putà de iuribus ſepulchrorum, de lucris nuptialibus, de militia, de ſilentiarijs, de priuilegijs, de obligationibus ad antydora, de Iure patronus, de Iuribus fideicõmiſſorum, primogeniorum, maioratuum, & ſimilium, & quando pater ſibi & filijs ęquè principaliter ſtipulatur &c.

Cap. 14. De Quinta oppoſitione contrà nouam rationem ad Tit. An Agnat. &c.

Quartò, an obſtet rationi præfatæ, quod feuda non cenſeantur eodem omnino modo, quo reliqua hæreditaria, & ideò eodem modo non cenſenda, nec regulanda, vbi de diſtinctione, & differẽtia an idem ſit dicere quid eſſe de hæreditate, vel in hęreditate, vel ſuper hęreditate, an feuda ſint in bonis, an petitione hæreditatis veniant &c.

Cap.

Cap. 15. De Quinta oppoſitione contra nouam ratione ad tit. An Agnat. &c.

Quintò, an reſiſtat rationi prædictæ, quod reliquarum rerum hæreditariarum fieri ſoleat pro rata hæreditaria inter hæredes diſtributio, feudorum verò non pro rata hæreditaria ſed pro virili, Ac propterea non ſit paritas inter res reliquas hęreditarias & feudū, ſed diſparitas, & ibidē multi Iuris ciuilis loci conciliati, & declarati ad hanc materiam pertinentes.

Cap. 16. De Sexta oppoſitione contrà nouam rationem ad tit. An Agnat. &c.

Sextò An obſtet quod rerum hæreditariarum non detur ſucceſſio, ſi non ſit delata hæreditas, & acceptata, feudi verò detur etiam hæreditate non delata & ſic alia diſparitas.

Cap. 17. De Septima oppoſitione contrà nouam rationem ad tit. An Agnat. &c.

Septimò, an obſtet quod feudum & hæreditas dicantur inter ſeſe diuerſa; tradita diſtinctione, aliud eſſe, quid hęreditarium dici, & aliud quid Iure hęreditario aut nō hęreditario capi, de imputationibus, reſtitutionibus, prælegatis, ordine ſcripturę, in hæreditate eſſe vel in bonis, & alijs, vt ibidem, nonnullis explicatis.

Cap. 18. De Octaua oppoſitione contrà nouam rationem ad tit An Agnat. &c.

Octauo, an obſtet quod pater filijs ſtipulando videatur filijs vt filijs ſtipulari, non filijs vt hæredibus.

Cap. 19. De Stipulatione in filios tantum.

Stipulationes paternę diuiduntur, vt aliæ ſint quando filijs ſolis patres ſtipulātur, de quibus hoc cap. vbi multa de patre & eius miniſterio, de filijs in poteſtate, vel emancipatis, ſi dari filijs poſt mortē ſtipulati ſint patres, ſi contemplatione matrimonij, de dotibus, pactis doralibus ſibi aut filię, de donationibus, de legitima, & alijs.

Cap. 20. De Stipulatione pro patre & filijs an ſucceſſiuè

Aliæ verò ſint quando patres ſibi primò & filijs coniunctim ſtipulantur; de quibus hoc cap. & ſeqq. conſideratis diuerſis effectibus huiuſmodi clauſulę, & primò, quantum ad effectum, an filij ſuccedant ordine ſucceſſiuo, an verò ſimul cum patre acquirant, & id eſt quod hoc cap. peculiariter continetur.

Cap. 21. An ſtipulatio paterna proſit filijs patre conſequente.

Et ſecundo, quantum ad effectum, vt ſi pater ſtipuletur ſub conditione, & ea pendente decedat, an filius, eadem poſtea adueniente, admittendus ſit ad rem in ſtipulatum deductam, & ibidem de tranſmiſſione nonnulla.

Cap. 22. Quod ex ſtipulatione patri & filio viriliter ſuccedatur.

Et tertiò, quantum ad effectum An filij ſuccedere habeant pro virili, an verò pro hæreditarijs portionibus, & ibidem de tranſitoriis vel non tranſitorijs ad hęredes, & de filijs nomine proprio, vel appellatiuo vocatis.

Cap. 23. Quod ex ſtipulatione ſibi & filijs poſſit pater pręiudicare.

Et quartò, quantum ad effectum an patres ità ſtipulantes, ſcilicet ſibi, & filijs poſſint eis quoquo modo præiudicare, putà alienando culpam committendo, &c. quod hoc cap. latiſſimè, & nouiſſimis declarationibus plenè diſcutitur, omninò videndo, maximè ob nouas diſtinctiones circa materiam contemplationis & circa cauſas cur filij adiecti cēſeantur, & alia hactenus fortè non ſic clarè & diſtinctè tradita in materia perdifficili, longè lateque controuerſa.

Eod. cap. 23. Partic. 1. Limitationes quod pater non poſſit præiudicare.

Superiori cap. poſita fuit regula; hac verò particula limitationes ſeù declarationes ad regulam proponuntur, ad

vbe-

Digitized by Google

vberiorem ex tam diffic li quęſtione exitum,& faciliorem vbi plura de Pręlegato,de Donationibus cōtemplatione matrimonij, de Pactis matrimonialibus, &c.

Eod.cap.23.Partic.2.Reſponſiones ad contraria in princ.cap.23.oppoſita.

Initium dicti cap. 23. continebat opinionem eorum, qui cenſebant patrem præiudicare non poſſe filijs, pro quibus fuerat ſtipulatus; at quia contrarium ibidem per nos ſtabilitum fuit, idcò hæc particula fuit adiecta pro reſponſione ad fundamenta contrariæ opinionis, diuerſitate caſuum oſtenſa, Nec ab hac ſtipulatione ſibi & filijs eſſe licitum argumentum ad alios caſus, de quibus per eos, Primogeniorum, Maioratuū, fideicommiſſorum, vel ſtipulationum in terminis legis Quoties C.de donat.quæ ſub mod.vel in term.op nionis Bart.ad l.qui Romæ. §. Flauius ff. de verb. oblig.& ibidem alia de ſtipulationibus pro infantibus, pro naſcituris, pro deſcendentibus, pro abſentibus Notario ſtipulante &c.

Cap.24 De Conceſſione patri & filio per Priuilegium.

An patres poſſint prçiudicare filijs,quibus per viam Priuilegij ſibi, & filijs fuit cōceſſum,& ibidem de natura huiuſmodi Priuilegiorum,an reuocabilia nec ne,de Mortis cauſa capione & alijs ad materiā dictorum priuilegiorum plenè: vbi vide.

Cap.25.de ſtipulatione patri & filio per Notarium.

An patres poſſint præiudicare filijs,ſtipulāte Notario pro ſe,& filijs & ibidem de aliorum ſtipulationibus pro abſentibus,& quomodo per Notarios concipiēdæ.

Cap.26.Quod filij non poſſint repudiata hęreditate feudum retinere.

Superioribus capitibus, quātum ad effectum, an patres poſſint filijs prçiudicare, ſatis dictum eſt, ſuccedit quinto loco videre de eadem ſtipulatione ſibi,& filijs quantum ad effectum an poſſint filij repudiat. hæreditate feudum retinere, id quod hoc cap.explicatur vbi alia prçſertim de diſtinctione tranſitoriorum vel nō tranſitoriorum,de quęſtione an filijs, vt filijs,de iure & vino. a terno,an proſit vel noceat,de emphyteoti & de Limitatione,quod poſſit feudum retineri,& hæreditas repudiari.

Cap.27.Quod filius nō delata hereditate poſſit feudum retinere.

Succedit ſexto, & vltimo loco.An ſtipulatio paterna ſibi & filijs operetur vel non operetur quantum ad effectum, an filius nō delata ſibi hęreditate poſſit feudum retinere vt hoc cap.vbi alia de operis libertorum,& de diſtinctione operatū, & quo tempore capacitas ad feudum acquirendum requiratur,& alia vt ibidem.

Cap.28.De vltima oppoſitione cōtra nouam rationem ad tit. An Agnat.

Quæ hactenus dicta ſunt ad octauam oppoſitionem & eius pleniorem diſcuſſionem pertinuerunt,Supereſt nunc vltima,quæ(meo iudicio)fieri poſſet,oppoſitio, ꝙ hac ratione, admiſſa feudū eſſet quid hæreditarium, & idcò non poſſet hæreditate repudiata retineri, Actū eſſet de feudis ex pacto & prouidētia vel mixtis,vel hæreditarijs nam omnes hæ diſtinctiones ſubuerterentur quod minime ferendum videtur, ſed reſpondetur huic obiectioni,vt in hoc cap.& per particulas ſequentes.

Eod cap.28 Partic.1.De Iniuria contra tit. An Agnat &c.

Oſtenditur hac partic. iniuria illata per huiuſmodi diſtinctiones in ipſūmet textum An agnat.&c.

Eod.c.28.Partic. 1. de Iniuria contra feuda in fonte

Prout hoc cap.alia etiam iniuria feudis in vniuerſū illata manifeſtatur, quippe quia hæc omnia fuerint huiuſmodi diſtinctionibus ſubuerſa, quæ propterea monſtra feudorum Chymerę & feudorū feces dictæ ab ipſiſmet Interpretibus,& appellatę.

Eod.

Epitome Capitum.

Eod.cap.28 partic.3. de Iniuria contra feudorũ Profeſſores.

Diſcordias hoc caput continet ex huiuſmodi feudorum diſtinctionibus inter ipſoſmet Doctores emanatas;& de vnica & vera feudorum diuiſione,de Communi opinione attendenda, vel non attendenda &c.

Cap.29. Præfatio.

Poſito fundato, firmatonè in Præced. parte, & capitibus, maximo in materia principio: Proponuntur hoc cap.rationes & cauſæ,Cur cum eo ſint iungenda experimenta in Particularibus & Indiuiduis feudorum,& Præparatoria inſinuantur.

Cap. 30.de Inueſtitura.

Ab acquiſitione feudi inchoandum,& primò ab inueſtitura,de qua hoc cap.vbi de feudo eccleſiaſtico,aut layco,an Succeſſor teneatur Inueſtituram adimplere Anteceſſoris, an feudum ſit donatio an inuicem ſe compatiantur, an eadem ſint alteratio,ac alienatio,an alterari Inueſtitura,an vnius conſenſus cæteris præiudicet &c.

Cap.31.De Formula pro ſe.

Agitur de inueſtiturarum formulis, & primò,ſi pro ſe quis ſtipuletur, vt hoc cap.

Cap.32.De Formula pro ſe & ſuis.

Vt ſecundò,ſi pro ſe & ſuis.

Cap.33.De Formula pro ſe & filijs.

Vt tertiò,ſi pro ſe & filijs.

Cap.34.De Formula pro ſe & Titio filio.

Vt quartò,ſi ꝓ ſe & Titio filio, de quo hoc cap.vbi plura videnda vltra traditiones Doctorum communes, & præſertim nouus intellectus ad tit. quẽadmo d.feu. ad fil.pertin.tit.24.lib.1.

Cap.35. De Formula pro ſe & hæredibus.

Vt quintò ſi pro ſe & hæredibus, hoc cap.vbi de voce Hęredis multa de Pileanorum, & Neapolitanorum ſectis, ac eorum cautis,an oporteat eſſe hæredem, an vel primi, vel vltimi, vel vtriuſque & alijs huiuſmodi.

Cap.36.Pro ſe & filijs hæredibus.

Vt ſextò, ſi pro ſe filijs & hæredibus, vbi de varijs ſenſibus huius clauſulæ, & vocis Hæredis,& de Copula Et &c.

Cap.37.pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus

Vt ſeptimò,ſi pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus ſeù ſi pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus in infinitum, in perpetuũ, ſeù cum facultate diſponendi, ſi in feudum francum,ſi in diſpoſitiuis,vel executiuis de ſtylo Notariorum,& alijs multis.

Cap.38.Pro ſe & hæredibus quibuſcunque.

Vt octauò, ſi pro ſe & hæredibus quibuſcunque,de quo latè, & an in executiuis,vel diſpoſitiuis, & an ſolis,an cũ alijs clauſulis adiunctis &c.copioſè.

Cap.39.Pro ſe & cui dederit.

Vt nonò,ſi cũ clauſula & cui dederit, de qua late, & an per eam feudum poſſit in allodium conuerti,& alia.

Cap.40.Pro ſe & fœminis.

Vt decimò, ſi pro ſe & fęminis, cuius occaſione de partu vitali, vel non vitali, de momento attendendo aut non,de differentia in caſum defectus aut non exiſtentię,an ſeme excluſę aut admiſſę &c. An veniant fœminæ per reintegrationẽ, an per ſucceſſionẽ,& vti hęredes,& etiam à quo poſſit allegari earum excluſio &c.

Cap.41.Pro ſe & extraneo.

Vt vndecimò,& vltimo,ſi pro ſe & extraneo,ſeù pro ſe & Titio, fratre, vxore, ſorore,& ſimilibus, qui non deſcendant à ſtipulãte;de quo hic latè, & an ſit locus iuri accreſcendi,& de validitate ad fauo-

rem Tertij, quomodo ſint concipienda verba ſtipulationis, de ratificatione ſubſequuta, quomodo hæc eadem inducantur. &c.

Cap.42. De ſucceſſione.

Hactenus de inueſtitura, ſequeretur videre de ſucceſſione ſecundo acquirendi modo, ſed ſufficiant dicta cap.23. & cap. 30. & alibi paſſim.

Cap.43. De conceſſione per viam priuilegij.

Sicut & de conceſſione per viam priuilegij, ſufficiant dicta ſupra cap.24. vbi particulariter, & ex profeſsò.

Cap.44. De Præſcriptione.

Adeſt & præſcriptio, per quam etiam feuda acquiruntur, de qua hic latè, cum variorum textuũ nouis explicationibus, & etiam alijs &c.

Cap.45. De Sententia ſeù re iudicata.

Vltimus pro nunc, acquirendi modus ſit per ſententiam, ſeù per rem iudicatam de quibus hoc cap. vbi an noceat, aut proſit ſucceſſoribus, ſi cum legitimo cõtradictore, aut non, an appellandum, an inter alios alijs noceat, & quid ſi inter ſemetipſos, & alia, vt ibidem &c.

Cap.46. De Retentione feudi.

Poſt acquiſitionem ſequitur retentio, quę hoc cap. proponitur ad poſitũ principium applicanda, & practicanda.

Cap.47. De Recognitione ſeù Renouatione feudi.

Retinentur feuda primò per recognitiones, ſeù renouationes, de quibus hoc loco, vbi etiã plura de mora, & eius purgatione cum declarationibus in materia feudi, & conciliationibus textuum nouis, hactenus ſecundum opiniones Doctorũ incõciliabilium: de caducitate quando incipiat currere tẽpus, de negligentia vel contemptu, de iuramento à quolibet ſucceſſore pręſtando, de tempore integro ſucceſſori præſeruando ad petendam inueſtituram &c.

Cap.48. De Subinfeudatione

Etiam per ſub infeudationem dici poteſt feudum retineri, de qua hoc cap. vbi plura de dominio, quaſi dominio directo vel vtili, de poſſeſſione vel quaſi, & an hæc in pluribus in ſolidum eſſe poſſint, de alienatione, de vſufructu an ad tẽpus & durante vita, an in perpetuum, de retrofeudis, feudis ruſticis, & cęteris id genus.

Cap.49. De Fine feudi.

De acquiſitione & retentione hactenus, ſupereſt de fine feudi videre, quod hoc cap. præparatur.

Cap.50. De Culpa.

Nunc in ſpecie, & primò, quomodo amittatur feudum ob culpam Vaſalli, & quem hęc afficiat, an & filium, & agnatũ & alia, Conciliatis textibus quibuſdam. & alijs explicatis cum ſenſibus nouis.

Cap 51. De Exhęredatione.

Sequitur alius modus feudi amittendi, ſcilicet per exhęredationem, de qua hoc cap. plenè, vbi an pater poſſit exhęredare, prælegare, vel alterare ordinem ſucceſſionis, ad nouũ intellectũ tit. de ſucceſſ. feud. in princ. & de pluribus vltimarum voluntatum ſpeciebus, de teſtamẽto nullo, an aliquid operetur, an valeat ad excludendum à beneficio ſtatuti aliquẽ admittentis, ſi ab inteſtao & nullo facto teſtamẽto vocantis defunctus deceſſerit.

Cap.52. De Alienatione licita.

Alienari poteſt feudum licito modo, & illicito: hoc cap. de licita alienatione primò, an noceat ſucceſſoribus, an proſit inuentarium &c. plura ad alienationem pertinentia.

Cap.53. De Alienatione illicita.

Sequitur de illicita alienatione hoc cap. de qua plura, & de contempta per-

perſona Domini, & cui præiudicet, de caducitate, de negante feudum, de priuatione ipſo iure, vel per ſententiam, & alijs huiuſmodi.

Cap. 54. partic. 1. De Refutatione feudi cum repetitione §. Titius filios ſi de feu. dif. &c.

Agitur hic de refutatione feudi ad intellectum §. Titius filios non habens. ſi de feu. defunct. & c. vbi de refutatione generaliter & eius natura & de differentia à renunciatione, an reuocat filijs vel Agnatis, de minimò attendendo, de ſuſtinendo actu ſaltem durante vita alterius, & quãdo ſtatim aperiatur alteri acquiſitio aut ex poſt, hæc, & alia vt ibidem. Cum ſequentibus partic. ad nouum intellectũ hactenus non attentatum, eiuſdem inſignis contextus.

Eod. Cap. 54. partic. 2. De Ratione d. §. Titius.

Hic traditur rationis differentia, caſus ſi refutans habeat filios, ab eo caſu quo ſi non habeat, cur ſtatim non reuocet Agnatus, aut ſtatim non reuocet hoc vel illo caſu, cur pretio reddito, quale debeat eſſe hoc pretium, de feudo pignori dato, an intret ius retractus, aut prothomiſeos, an conſenſus vnius ſucceſſoribus obſit, de proclamatibus ad validandos contractus, an offerre quis cogatur &c.

Eod. Cap. 54. partic. 3 De Annali præſcriptione.

Proſequendo dictum textum §. Titius agitur de præſcriptione annali de qua in hoc §. & quæ ſit eius ratio, item de tacita renunciatione, & quæ ad eam inducendam requirantur, An, & quæ ſcientia & an ignorantia excuſet, de conſenſu ſimplici confirmatorio, vel obligatorio & de effectibus diuerſis &c.

Cap. 55. De Renunciatione feudi

De renunciatione agitur hoc cap. an præiudicet alijs, an ſtatim reuocet Agnati, an verò expectanda ſit mors renunciãtis, an inuito Domino licita, an facilè permittenda, ſeù à Principe recipienda, an Grauatus reſtituere poſſit ante tempus in præiudicium creditorum renunciare &c.

Cap. 56. De Repudiatione.

Ad repudiationem pertinet hoc cap. vbi plura ad materiam, & an præiudicet filijs vel agnatis, quid ea ſi & c. textibus quibuſdã nouis conciliatis ſeù declaratis

Cap. 57. De Fructibus, ad interpretationem §. His conſequenter. tit. His finitur lex.

Finita materia feudi prout eſt quid principale, ſuperſunt, iuxta ordinem inſtitutum, Acceſſoria eiuſdẽ feudi adhuc inueſtiganda: quæ conſiſtunt vel in fructibus, vel in eorũ executionibus, vel in acceſſionibus, additionib⁹, aut melioramẽtis. A fructibus inchoandum proponitur hoc cap. ad intellectum. § His conſequẽter tit. hic fin. lex. qui locus ab irrationabilitate oppoſita defẽditur, rationes eius congruæ iunctis ſeqq. partic. applicentur nouiſſime, adhuc antea nõ tactę ab alijs, aut deguſtatæ.

Eod. Cap. 57. partic. 1. Præmiſſum primum ad §. His conſequenter.

Verba textus dicti §. his conſequenter in primis referũtur, & ex duabus opinionibus quę ſequenda declaratur, vnà cum tit. an mut. vel aliàs imperfect. & § mutus Epiſc. vel Abbat. & de æquitate rigori præferenda; de quibus duobus locis ſatis plenè, cum nouis intellectibus.

Eod. Cap. 57. partic. 2. Pręmiſſum ſecundum ad §. His conſequenter.

Hactenus particula pręcedẽti pręmiſſum primũ ad §. his conſequenter ſequitur ſecundum circa illud quomodo ſeſe habeant iſta, quod infra vnum tẽpus ſiue tus ſpectent ad hæredem, & infra aliud ad Dominum, in omni genere fructuum ſiuè naturalium, ſiuè induſtrialium ſiuè iuris dictionalium, ſiuè ciuilium, ſiuè mercedum locationum, ſiuè penſionum & aliorum ſimilium adhuc vel pendentium, vel exactorum, vel non exactorum etiam in primogenijs &c.

Eod. Cap. 57 partic. 3. Præmiſſum tertium. ad §. His conſequenter.

Etiam ad agnatos (ſi extẽt) fructus pro

parte ſpectant, domino excluſo, vt hac partic. declaratur.

Eod. Cap. 57. partic. 4. De Ratione dubitandi contra hæredem Vaſalli ad §. His conſequenter.

Finitis præmiſſis, Ad rationem & fundamenta textus acceditur, & primo loco ratio dubitandi proponitur quoad eam partem textus, per quam diſponitur fructus ad hæredem pertinere hac partic. vbi plura de fructibus pendentibus, tecolʹectis, & alijs, & qua actione petantur, & alia in vſufructuario, feudatario, domino, locatore, colono, venditore fructuum &c.

Eod. cap. 57. partic. 5. De Ratione dubitandi contra Dominum ad §. His conſequenter.

Ratio dubitandi hic exponitur quoad eam partem textus, in qua fructus Domino adiudicantur, vbi pariter de Colono, Vſufructuario, Socio, emptore, & de tranſmiſſione &c.

Eod. cap. 57. partic. 6. De Ratione decidendi pro hærede ad §. His conſequenter.

Huiuſce §. his conſequenter quinque poſſunt particulæ conſtitui, & earum ſingulis propriæ decidendi rationes applicari, & primò, cur ad hæredem Vaſalli pertineāt fructus, cuius rei ratio hac particula expeditur.

Eod. cap. 57. partic 7. De Ratione decidendi pro Domino vel Agnato ad §. His conſequenter.

Secundò, ea etiam ratio decidendi ad illud applicatur, cur alia quædam pars ſecundum dictum §. pertineat ad Dominum vel ad Agnatum, de quo ſub hac partic.

Eod cap. 57. partic. 8 Cur fructus non fuerint diſtributi pro rata ſeruitij, & temporis quo vixit Vaſallus ad §. His conſequenter.

Tertiò, ea ratio decidendi deſcribitur, cur fructus ad tatā onerū vel ſeruitij non fuerint co. §. his cōſequēter diſtributi hac partic. latè, vidēda; ob diuerſitates rationum in materia feudi ab alijs quibuſcūq; hucuſque non animaduerſas, & de iuſtitia commutatiua, diſtributiua, liberalitate, contractibus dationibus ob cau ſam, obligationibus, vel ad antydora, vel correſpectiuis, vel Geometricis, de præſtationibus, de beneuolentia Principis infeudantis principaliter conſideranda, de Eleemoſinis, honorarijs, ſalarijs, & de diuiſione pro rata temporis &c.

Eod. cap. 57. Partic. 9. Cur per tempora in abſtracto & in genere fructus diſtributi ad §. His conſequenter.

Quartò, ea ratio cur ſcilicet per tēpora fuerint fructus diſtributi à martio vſq; ad auguſtum, & reſidua Hæredi vel Domino aut Agnato conceſſa, id quod hac partic. explicatur, vbi de Iurſdictionibus vel exercitijs earum per tempora diuidēdis, de calculis pro alimentis, iuxta l. hæreditatum ff. ad leg. falcid. de taxa perpetua, de Adhoa, de caualcata &c.

Eod. cap. 57. Partic. 10. Cur per tempora ſpecialiter conſiderata, & ſic vt in tex. diſcreta inter hæredem Vaſalli & Dominum.

Quintò & vltimò, ea ratio, cur ſic tempora diſtributa à martio ſcilicet ad auguſtum ad commodum Hæredis, & reſidui ab inde menſes ad commodum Domini vel Agnati, quam hęc particula abſoluit vbi etiam de impenſis culturæ quo maximè tempore fiant, de fructibus per colonum retinendis de circuitibus curandis, de fauore retentionis, de fructibus in vna tantum vinea conſiſtentibus, aut in vna re ſolùm &c.

Cap. 58. De Fructibus emphyteoſis.

De fructibus emphyteotę ad quē tranſeant, & quomodo fiēda diuiſio, opinionibus conciliatis hoc cap.

Cap. 59. De Fructibus eccleſiaſticis & alijs quibuſdam.

An fructus tranſeant ad hæredem, an verò ad alium in eccleſiaſticis in beneficijs, in commendis, & in alijs multis hoc cap. latè, vbi etiam nonnulla de bulla Iulij

Digitized by Google

Iulij Pap. 3. & eius declarationibus, de Comẽdatarijs de religionibus Equitum, quid in Reſignatario, quid in retractu, quid inter Colonum & ſucceſſorẽ, quid inter emptorem & Venditorem in vſufructu, in legato annuo, in pecunia in nomine debitoris, an locus Iuri accreſcendi an vſuręd debeę, item de Liuellis, de Redditibus, ſiuè Introitibus, de Adminiſtratoribus, de Beneficiaris, de venditione fructuum, redituum, emolumentorum, & eorum differentia, à quo tempore annus incipiat quoad fructus &c.

Cap. 60. De Fructibus primogenij vel fideicommiſſi.

De fructibus maioratuum, fideicommiſſorum, rei legatæ, hæreditatis, de penſionibus, creditis, expenſis, ad quem pertineant An diuidantur pro rata inter ſuceeſſorem defuncti, & alterum vocatum hoc cap. diſcutitur.

Cap. 61. De Fructibus Bonæ vel Malæ fidei Poſſeſſoris in iudicio particulari.

Quid in Bonæ vel Malæ fidei Poſſeſſore iuris ſit circa fructus, latè hoc cap. elucidatur, nonnulli textus nouè conciliantur, & alia de perceptis vel percipiẽdis, cum titulo, vel ſinè titulo, & à quo tẽpore fructus ſint reſtituendi, & etiam an non petiti, & an percepti ex melioramẽtis, an expenſæ detrahendæ, an vbi quis factus locupletior, & quando quis locupletior factus dicatur, qualis ſcientia requiratur ad conſtituendum in mala fide, de diſtinctione fructuum naturalium, & induſtrialium inter coniuges, de donatione inter eos prohibita, & eius effectu quoad fructus, & de fructibus extradotalibus, cuius fiant, hęc tamẽ in Iudicio particulari.

Cap. 62. De Fructibus bonę vel malę fidei poſſeſſoris in iudicio vniuerſali.

Supra de fructibus in iudicio particulari ſatis dictũ: hoc capite ſequitur videre de fructibus, put de his agitur iudicio vniuerſali putà petitione hęreditatis, vbi pretium ſuccedere loco rei in vniuerſalibus non in particularibus, niſi aliquãdo, & an emptum de pecunia hęreditaria, fideicõmiſſaria, pupillari, vel dotali fiat hęreditarium, fideicommiſſarium pupillare, vel dotale & alia, & textibus conciliatis.

Cap. 63. De Fructibus legitimæ & alijs.

De fructibus in variò genere hoc cap. latè, an & quando, & ad quem & à quo tempore competant, veniant reſtituendi vel tranſeant, in hæreditate, in legitima, quando petitur quod ſuum eſt, in caſu reſtitutionis dotis, legati, rei teſtatoris, in reſolutione tituli, in reuocatione rei alienatę, ſiuè in quolibet actu reuocabili, in reintegratione, in reddẽda ratione in hypotheca, in relicto vltra modũ l. hac edictali, & in alijs pleriſq́, quæ tu videre poteris per tot. cap.

Cap. 64. De Executione in fructibus feudalibus.

Agitur de facultate exequendi in fructibus hoc cap. etiam feudalium, fideicommiſſorum, iuriſpatronatus, publicationis bonorum, religionem ingrediẽtis, dotalium, militum, Vaſallorum, & aliorũ, qui non tenentur niſi in id quod facere poſſunt, & an proſit Inuentarium.

Cap. 65. De Acceſſionibus feudalibus, & de Melioramentis.

Vltimum de acceſſorijs feudi hoc cõplectitur cap. vbi plura de acceſſionibus, augumentis, ſeù incrementis, annexis, connexis, affixis, infixis, de melioramentis, ędificijs, expenſis, & eorum, & ſingulorum reſtitutione, In quolibet poſſeſſore Bonę vel Malæ fidei, in Fure, in Procuratore, Negociorũ geſtore, in Fideicõmiſſario, Feudatario, Item de mobilibus, tormẽtis, animalibus, & ſimilibus, an ſint feudalia, de ſeruitutum impoſitionibus de liquidatione, vel ęſtimatione melioramentorum, & alijs ad rem iſtam pluribus Ad non exiguum poſiti principij cum hiſce ipſis congruentiæ, vt in alijs pleriſque, experimentum.

Cap. 66. ſeù Vltimum.

Practicabilium Quęſtionum De Melioramentis frequentiorum vltra dicta cap. præcedi.

Additæ hoc cap. vltimo, ad vberiorẽ maximè dotem Tũ cap. anteced. Tum etiã §. ſi Vaſallus. Hic finit. lex, quędam frequentes in foro, at ſatis turbidæ quęſtiones. Suis propterea iudicatis, plerunque quoad fieri potuit, firmatæ aut aliter vt ibid. plenius, & quidem deciſiuè.

FINIS Epitomes Capitum.

IN·

Digitized by Google

I N D E X

Textuum explicatorum vel conciliatorum, Tàm Feudalium, Quàm Legalium.

A

D E

Acquiren. hæred. in ff. l. Aditio §. 1. in cap. 34. num. 50.

Acquir. rer. dom. in ff. l. qui bona fide l. Bonæ fidei, conciliatæ cum l. qui ſcit in fin. ff. de vſur. & l. fructus 45. ff. eod. & l. ſi vxor. 20. ff. de donat. int. vir. & vxor. & §. ſi quis à non Domino. Inſt. de rer. diuis. & l. 1. C. de pet. hæred. in cap. 61. num. 2. & ſeqq. num 22. & ſeqq. num. 73. & ſeqq. num. 96. & ſeqq. & in cap. 62. num. 3. & ſeqq.

An Agnat. vel fil. &c. in vſib. feud. c. 1. per tot. cap. 28. artic. 3. num 39. & cap. 8. ſub nu. 10. & cap. 2. & cap. 48. num. 74. & per tot.

Alienat. pater. feu. in princ. in cap. 44. nu. 51. & ſeqq. cap 50. ſub num. 8. cap. 54. partic. 1. num. 28.

An ille qui interfecit fratrem &c. in vſib. feu. in cap. 48. ſub num. 74.

Ad leg. falcid. in ff. l. hęreditatum in cap. 57. partic. 9. num 5. & 6.

An Mutus aut aliàs imperfec. in vſib. feu. cum §. muttus tit. Epiſc. vel Abbat. in cap. 57. partic. 1. num. 6. & ſeqq.

Ad Trebel. in ff. l. nonnunquam 74. l. Lucius Titius. 21. §. Meuia filium l. quoties 23. declaratę & conciliatæ, & ad infra lit. D. tit. de duob. reis.

B

D E

Bonis libert. in ff. l. ſi libertus patrono. 41. §. quid ergo in cap. 19. num. 43. 44. 56. & ſeqq.

Et l. cum oportet. in cap. 34. num. 50.

C

D E

Caduc tollen. in C. §. ſed vt manifeſtum. ad infr. lit. D. de duob. reis.

Capit. qui cur. vend in vſib. feu. §. fin. in cap. 57 partic 9. num. 15. 16.

Capit. Conrad. ſub princ. conciliatur cum alijs textib. in c. 47. num. 3. & ſeqq.

Conſuetud. rect feu. in vſib. feu. in primo reſp. in cap. 44. num. 27. & ſeqq. §. fin. eod. tit. in cap. 44. num. 36. & ſeqq.

Culpam. Vnius ex cohęredibus cęteris non præiudicare. inter Frag. Feud. Cuiac. in cap. 50. ſub num. 8. in fin. & num. 65.

D.

D E

Donat. in ff. l. ſi abſenti. cap. 23. partic. 2 num. 56.

Donat. cau. mor. l. Seia 42. in cap. 19. ſub num. 31. & ſeqq.

Index textuum explicatorum.

Donat. quæ ſub modo, in C. l. quoties. in c. 23. num. 9. 10. 14. & partic. 2. num. 26. & ſeqq. 33. & ſeqq. 58. & ſeqq. 67. & ſeqq. 86. & 91.

Duob. reis in ff. l. ſiue à certis declarata, & cõciliata cum l. turpia §. fin. de legat. 1. cum §. ſed vt manifeſtetur C. de caduc. tollen. cum l. ità liber. 8. l. qui pecuniam. 22. in fin. de ſtat. lib. l. hæredes mei. 124. de leg. 1. l. nonnũquam. 74. l. quoties. 23. l. Lucius Titius 21. §. Mevia filiũ ff. ad trebel. l. ſi cõmunis. 29. de ſtipul. ſeruor. l. 2. in princ. de fund. inſt. l. vtrum. §. quæſitum. ff. de reb. dub. in cap. 15.

E

D E

Eo qui finem fecit Agnat. &c. in vſib. feu. conciliatus cũ tit. de Vaſal. decrep. ætat. in cap. 54. partic. 1. num. 18. & ſeqq.

Epiſcop. vel Abb. cum §. mutus ad ſup. lit. A. tit. An mut. &c.

F

D E

Feu. dat. in vic. leg. commiſſ. in vſib. feu. §. 1. in cap. 36. num. 6.

Fil. nat. ex matrim. ad morgan. contrac. in cap. 3. num. 19. & ſeqq.

Fund. inſtr. in ff. l. 2. in prin. ad lit. D. de duob. reis ſup.

G

D E

Gradib. affin. in ff. l. iure conſultus. § item liberi. in cap. 33. partic. 1. num. 2.

H

D E

Hic fin. lex. in vſib. feu. §. his conſequenter. in cap. 57. per tot. & §. ſi Vaſallus in feudo. eod. tit. in cap. 65. num, 25. & ſeqq. & cap. 66.

His qui feu. dar. poſſ. in vſib. feu. §. hoc quoq; ad infr. lit. N. verſ. de natura, & §. & quia vidimus. eod. tit. in cap. 15. num. 35.

I

D E

Impub. & alijs ſubſtit. in C. l. fin. In cap. 23. nu. 135. & 136.

Inueſt. in re alien. fact. in vſib. feud. §. rei autẽ. in cap. 48. num. 32.

Inueſt. inter dom. in cap. 44. num. 37. & ſeqq.

Iur. dot. in ff. l. profectitia. §. 1. in cap. 34. num. 50.

Iur. fiſ. in ff. l. Statius Florus §. Cornelio Felici in cap. 48. num. 73.

L

D E

Legat. 1. in ff. l. turpia § fin. & l. hæredes mei §. cum ità. ad ſup. lit. D. de duob. reis.

Legib. in ff. l. non omnium. cum ſequen. & anteceden. in cap. 1. num. 11. 12. 22. & ſeqq.

N.

D E

Natura ſucceſſ. feu. ſi Vaſal. feu. priu. De his qui feu. dar. poſſ. §. *hoc* quoque. in cap. 1. num. 16. & ſeqq.

Nupt. in Auth. §. ſoluto, & §. fin. in cap. 51. ſub num. 20. 22.

O

D E

Oper. libert. in ff. l. vt iuriſiurandi: §. ſi liberi & l. ſi quis operas. in cap. 26. num. 5. & 6.

Et l. cum patronus. 22. eod. tit. §. cum liberti, & l. ſi operarum. 29. in cap. 27. num. 4. & ſeqq. in cap. 28. partic. 1. num. 6. & 18. in cap. 33. num. 5. & ſeqq.

P

D E

Per quos fiat inueſt. in vſib. feu. & glo. ibid. in cap. 54. partic. 1. num. 28. & §. etiam res. eod. tit. in cap. 54. partic. 2. num. 15. & 16.

Petit. hæred. in ff. glo. fin. in l. item videndum. 18. in cap. 9. num. 25. & ſeqq.

Petit. hæred. in C. l. 1. cũ l. bonæ fidei emptor in cap. 62. num. 3. & 79.

Pro-

Probib. feu.alien. per Feder. in vſib.feu. ad fin. Princip. in cap. 44. num. 54. & ſeq.64. & ſeqq.&in cap.54.partic.3.nu.18.& ſeqq.

Et §. prætereà ſi quis infeudatus.eod.tit.cõciliatus cũ alijs text.in c.47.nu.3.& ſeqq.

Q

Qualiter olim poterat feud.alien.in vſib. feu. §. porrò.in cap. 44. num.48. & ſeqq.in cap. 54 partic.2.ſub num.15.16.

Quemad.feud.ad fil. pertineat in cap. 34. *num.* 84.*& ſeqq.*

Quę fuit prim.cau.benef.amitten. in princ.cõciliatur cum §. deniq; in cap. 50. num. 8. & ſeqq.& cap 53.num.3.15.18.19.& per tot.& cum §. prædictis modis in cap. 51. num.62.

Quo tẽpore miles Inueſtituram pet.deb. in vſib. feu. conciliatus cum alijs in cap.47.nu.3. & ſeqq.

Quib.mod.feu.amittatur §. rurſus ſi fidelis.in cap.55.num.29.

R

D E

*Reb.dub.in ff.*l.vtrum.8.§. quæſitum ad ſup. lit. D.de duob.reis.

*Reb.cred.in ff.*l.ſi me,& Titium .in cap.65.n. 46.& ſeqq.

Rei vxor.act.in.C.§.v deamus.in cap.51.nu. 26.

Rer.diuis in Inſt.§. ſi quis à non Domino in c.61.num.22.& ſeqq. & ad ſup. lit. A. de Acquir.rer.dom.

S

D E

Si de feudo.defũcti fuer cõ v m.§. Titius filios in c.44.c.48.nu 74.cap.52.nu.39.&ſeqq. cap.54.per tot.

Et §.ſi quis per triginta.eod.tit.in c.44.n.24.

Et §.ſi Vaſallus de benef. 1 1 10. eod.in c.45. ſub.num.28.

Et §.mulier.ad cap.3.ſub num 42.ad fin.

Si de Inueſt.feu.controu.fuer. in vſib.feu. §.fin. in cap.65.ſub num.21.& ſeqq.

*Si Vaſal feu.priu.*ad infr.lit.N.de natur.& c. 50.num.22.& ſeqq.

*Succeſſ.feu.*in princ in cap.51.nu.33 & ſeqq. §.hoc quoque.eod.tit.in cap.48.num.61.

*De Succeſſ. agnat. ex ſtatuto. Taurinen. in domib.in cap.*51.num.74.& ſeqq

Si Imperial.liberalitat Soc.in C.lib.10. in cap. 23.partic.2.num.12.

*Solut.matrim.ff.*l.diuortio.§ non ſolum.alias incipit l. fructus.7.§. Papinianus autẽ.in cap.57.partic.10.num.23.24. & 25.

*Statuliber.in ff.*l.qui pecuniam.22.in fin ſup. ad lit.D.de duob.reis.

*Stipul.ſeru.in ff.*l.ſi communis.29.eod. verſ. de duob.reis.lit.D.

V

D E

Vſuris l.qui ſcit.§. fin.& l.fructus.45 .ad ſup. lit. A.verſ.de Acquir.rer.dom.

*Verb oblig.*l.quodcunque.45.§. ſi quis ita.in cap.19.num.10.& ſeqq.& ad cap. 27. nu 12.

L.Qui Romę. eod.tit.§.Flauius in c.23.nu. 9.10.14.& ſeqq.& partic.2.nu.26.&ſeqq. 33.& ſeqq.40.58.67.

Vſufruct.in C.l.fin.in cap.23.num.134.& in cap.34.num.49.

*Vulg.& pupil ſubſt.in ff.*l.ſed ſi plures § in arrogato.in cap.34.num.50.

*Verb.ſignif.*l.iuſta.cap.33 partic.1.num.8.& ſeqq.

*Vſu Mediolan.in vſib feud.*in cap.42. num.6. num.47.num.7.

Vaſal decrep.ætat.in Vſib.feu. in c. 54. partic. 1.n.10.& ſeqq.& nu. 20. conciliato cum tit.de eo qui fin fec.agnat.&c.

F I N I S.

Indicis textuum explicatorum, vel conciliatorum.

Indice Verborum & materiarum ad finem Libri reſeruato.

ANTONII MONACHI

DE RECTA FEVDORVM INTERPRETATIONE

P R AE F A T I O.

S V M M A R I V M.

1 *Tempus, quo iura profeſſus eſt author, innuitur.*
2 *Animaduerſiones de feudorum ſubuerſione.*
3 *Et teſtimonia doct. primo Arij pinel.*
4 *Henrici à Roſent.*
5 *Caroli à Richerb.*
6 *Camerarij.*
7 *Ex his qui dixerunt fuiſſe beſtialiter conſtitutũ.*
8 *Multa eſſe impura, & vitioſa, nec accuratè cõpoſita.*
9 *Obertum cumulaſſe bonas, & malas conſuetudines.*
10 *Obertum, & Gerardum fuiſſe duo pecora.*
11 *Non veriſimilia aut poſſibilia vel permittenda ſecundum auctorem.*
12 *Ex malo orta principio vt peiore ruant fine neceſſe eſt.*
Et vno dato inconuenienti multa alia ſequuntur. ſub eod.
13 *Leuiſſimus error in principio aditum præcludit ad veritatem.*
Error in fundamẽto totam maſſam corrumpit. ſub eod.
Vitium principij eſt totius corruptiuum, ſub eod.
Omnis proceſſio eſt à principio. ſub eod.
14 *Hæc motiua verificata in feudis.*
15 *Error doctor. quod tit. An agnat. &c. ſit irrationabilis vel beſtialis.*
Morbida facta pecus totũ corrumpit ouile ſub eod.
16 *Cognita cauſa mali eius curatio facilior.*
Nunquam deſperandum. ſub eod.
17 *Ratio eſt anima legis.*
18 *Ratio, & intellectus ſunt eadem.*
19 *Rationis auctoris ad tit. An agnat. &c. effectus.*
20 *Huic rationi adhærendum proponitur.*
21 *Quando congruunt inter ſe præcepta, & experimenta firma rerum proficiſcitur cognitio.*
22 *Ab vniuerſalibus ad particularia procedendũ.*
23 *Dictum Galeni ad idem.*
24 *Aliud dictum Vantij nos tunc opinari cognoſcere aliquid cum cauſas cognoſcimus, & prima principia.*
25 *Aliud dictum Excell. D. Præſid. Bentij ad idem, cuiuſuis rei cognita radice facilè eſſe cognoſcere naturam rei ab ea deriuantis, quia forma quę à radice ducitur in quolibet etiam deriuato reperitur.*
26 *Methodus ſeruanda proponitur.*
27 *Primò circa rationem, quæ in ſex inſpectiones diuiditur.*
28 *Deinde circa particularia, quæ in quatuor.*
29 *Tractatus ad capita redactus ob faciliorem allegationem.*
30 *Omne ius in acquirendo, conſeruando, & minuendo conſiſtit.*
31 *Spes auctoris de tractatu hoc, ſcopus, & finis.*

1 ANnorum quinque ac triginta continuato inceſſanrer curriculo, quo vel
publicè iura profitendo, vel conſulendo ſimul & patrocinãdo, vel in ſupremis etiam
Tribunalibus iudicãdo operam impendo,
2 † nihil quod magis admirandum, quod dolendum quod omnino deplorandum videretur occurrit, quàm animaduerſa in nobiliſſima feudorum præ cæteris diſciplina ſumma confuſio, ſumma ab innatis inſtitutis degeneratio, quàm in extricabilis ad ſummum labyrintus; vel inſigniorum
3 iuris Antiſtum teſtimonis, † *Arij pinelli in primis ad l. 1. par. 3. ſub num. 82. Co. de bon. matern.* Infertur (ait) lux aliqua ad tenebras ſcribentium in materia feudali, in qua deprehenditur mira dolendâq; confuſio, ita vt non ſolum alij alijs, ſed ijdem ſibi ipſis ſæpius aduerſentur; *& num. 84.* miram eſſe varietatem ſcribẽtium circa materiam feudalem, vt vere chaos appellari poſſit *& nu. 91. ad fin.* nullam lucem, nullamque reſolutionem, ſed dẽſiſſimam caliginem cimmeriaſque tenebras ſcriptis ſuis reliquiſſe

doctores,aliòſque alijs, omnéſque ſibi ipſis
aduerſari pernicioſa miſeraque repugnan-
tia, *& ſub n.* 94. Maxime cum hæc,de qui-
bus agimus,maximi ſint momenti,ſæpéque
inter Magnates contingant,& in his(vt vi-
des) mire varient ſcribentes, quorum au-
ctoritas ſępius capit ignorantes vel iniquos
4 Iudices†. *Henrici quoque à Roſenth.in Synop.
feu. cap.* 7. *concl.* 20. *ſub num.* 1. Quæ di-
uiſio (ait) apud omnes interpretes, paucis
exceptis,recepta quidem eſt,ſed quomodo
ſingulę hę ſpecies inter ſe differant,& quos
operentur effectus, controuerſię ſunt gor-
dio nodo intricatiores,tam arduæ difficiles
& nodoſæ , vt nulla mihi ſpes affulgeat,
quod vnquam componi poſſint , niſi deus
Principes excitet , qui eas tandem Impera-
5 toria auctoritate interpoſita ſopiant†.*Ca-
roli à Kicherb. in proem. diſceptat. feud. nume.*
2. Hic (ſubijcit) ſi vnquam alias interpre-
tes noſtri varias atq; diſcrepantes habuerũt
opiniones, quibus nullum ad ſciẽtiam adi-
tum eſſe rectiſſime *Lebet. philoſoph.* affirma-
uit , tùm vel maximè in ;euoluenda indole
horum feudorum ita contrarijs opinionũ
fluctibus inter ſe, votiſque ſunt diſtracti, vt
totam hanc materiam non tam explicaſſe
diſputando,quàm(iuxta Veteris Commo-
ędi ſententiam)nimium altercando etiam
6 atque etiam implicaſſe videantur †. Ac
(ne fruſtra diutius in re tam nota tempus
conteratur) paucis rem iſtam complexus
feuda eſſe destructa teſtatus eſt *Came-
rar. ad §. preterea ducatus pag. mihi* 72.*de
7 prohib.fen.al.per feder.*† Quid plura? Si &
hæc euomerint in feuda doctores: Vel be-
ſtialiter fuiſſe conſtitutum *per Marin.frec.de
ſubfeu. tit. de formul. inueſt. form.* 3. *ſub num.*
8 7. *verſ.Paul. de Caſt.ad fin.*† Vel multa eſſe
impura & vitioſa, nec accurate compoſita
per Vult. de feu. lib. 1. *cap.* 9. *ſub n.* 64. *verſ.
9 Verùm enimuero in fin.*† Vel bonas & malas
cõſuetudines oberrũ cumulaſſe *per Schrad.
in proem. feud. nu.* 7. *Soac.in prælud.feu.cap.*
10 1.*ſub nu.* 14. † Vel Obertum & Gerardum
fuiſſe duo pecora per *Capyc. in ſua inueſt.
verſ.feudorum leges. Col.* 4. *in princ.pag. mihi*
11 262. *Cuiac. de feu. lib.* 1. *in princ.*† An hæc
(ipſemet mecum excogitabam) veriſimi-
lia veràue?an poſſibilia?an tollerãda in ma-
teria per tot ſecula cõtinuè tam ſeruata,per
tot regiones vagata & recepta?ad formam
contextuũ redacta? in corpore iuris clauſa?
12 An potius primo alicui adſcribenda incon-
uenienti? ſecundum illud, quod vno dato
inconuenienti plura ſequuntur *ex Ariſt. in
1.phyſic.tex.* 10. *&* 22. *tum glo. ad §. conſide-
rauimus verb. illicito auth. vt Iud. ſine quoquo
ſuffrag. & Card. Monac. ad cap. vn. in princ.
13 de* Cler. *ægrot.* † & iuxta aliud,quod vel le-
uiſſimus error in principio omnem aditum
intercludit ad veritatem, quia error funda-
menti totam maſſam corrumpit, & vitium
principij totius eſt corruptiuum,cum om-
nis proceſſio ſit à principio *vt ait Neuizan.in
Sylua nupt.lib.*5. *num.* 8. *ad fin. Carol. à Kir-
cherb. diſcept.fen.cap.* 7.*ſub num.*4. *in fin. &
14 cap.*2.*ſub nu.*15. † & ecce animaduerſa,ni-
miſque forte (proh dolor) aſpere hæc &
ſimilia in feudalem illapſa diſciplinam :
15 †ecce doctores *ad tit. An Agnat. vel.fil. &c.*
quid aiunt? irrationabilẽ eſſe & beſtialem
cõſtitutionem, ex eo quod filius videretur
eſſe deterioris conditionis quàm Agnatus,
cum ſecũdum diſpoſitionem huius tit. poſ-
ſit Agnatus hæreditatem repudiare,& feu-
dum retinere , filius autem non poſſit : Id
pariter omnino abſurdum obijcientes : &
ecce primum (ſecundum nos) errorem,
ſapientiſſime tamen,& cum grano ſàlis ſic
fuiſſe vſu receptũ defenſuros: Ad tale hoc,
tametſi falsò conceptum, abſurdum decli-
nandũ,quot inuentiones excogitatæ? quot
effictæ proprio marte diſtinctiones,& ſub-
diſtinctiones? quot chymeræ? quot ſom-
nia? quot monſtra?quæ ſuis opportune lo-
cis explicabuntur; & ecce errores alios nõ
paucos: ex hiſce verò quot alij?

Secundum Carmen illud vulgatum.

Morbida facta pecus totum corrumpit ouile .

Videbuntur ne iſta? videbũtur,immoverò
&palpabuntur; dabitur remedium? & da-
16 bitur & applicabitur; † quandoquidem eſt
in manibus arra, nam dolorum initia præ-
libata, morbi cauſa detecta eſt, & facilior in
de curatio *ex Galen. de morb.cau. lib.* 8. *tera-
peutica, & ex Camil. Cel. in prooem. rei med.*
Nec vnquam deſperandum *ex Cicero. de
nat.deor..Apoph.*77.ex Magnis (dum ait)&
diuturnis & iam deſperatis Reipublicæ
morbis iſta repentè vis erupit, vt ea confe-
cta & eiecta conualeſcere aliquando & ſa-
nari Ciuitas poſſit: eſt & notus præterea
vulneris noſtri locus & ſedes,vbi meditan-
dum , vbi medendum , vbi incidendum.
Verùm vnde ipſe incipiam? vertamne me
ad veſtigia antiquorum ſolita ? atqui la-
byrinthea via eſt declinanda, & euitanda;
ergo noua inquirenda: Ipſe verò inter aſ-
ſiduas de recta via percunctationes, vocẽ
exaudiui internam quaſi cohortantem; Tu
hanc viã aggredere,*ad textũ tit. An Agnat.*
vel filius &c. accede , ipſum quaſi Theſei
filum apprehende, & tene, intro ingredere
ad animam vſque penetra veram rationem
17 concipe,cape,& attende,† quam legis ani-
mam eſſe nemo eſt qui ignoret *ex l.cum ra-
tio.*

tio. ff. de bon. damn. quid tibi (ſuggerebat
vox) ſi eam aſſequare, de veris congruiſq;
textuũ ẽt feudaliũ ſenſibus cõtigerit hęſitã-
18 dum ? † nam & hæc viget vtilitas in ratio-
ne, vt det legum intellectum, & eadem cũ
ipſo ſit intellectu *teſte Bald. ad l. quamuis 12.
in fin. princ. C. de fideic. & Barbat. int. conſ.
Alex. conſ. 52. num. 15. lib. 4.* Nec vlla lex,
inſtitutumue vllum, vlla ſit ſine ratione cõ-
ſuetudo, vt ample videbimus in progreſſu:
Internæ voci audiens fui, quæſiui, diſqui-
19 ſiui, inueſtigaui, † In rationem incidi de-
mum, quam intus & in cute meditatam *tex
tui An agnat. &c.* primò congruere compe-
ri, mox quoque vniuerſæ penè materiæ
feudali inſeruire quaſi moderatricem, prin
cipiumque quoddam vniuerſale facile ani
maduerti: vel alios obſcuriores contextus
declarantem, veras à falſis opinionibus di-
ſcernentem, rectam in ſemitam reducentẽ,
feudalia ad mutuam inter ſeſe conſonantiã
redigentem, Inſitum feudis candorem prę-
ſeruantem, diffinitiones ad acquiſcentiam
intellectus ſtabilientem, cum omnibus cõ-
20 cordantem: † quare ei adhærendum cen-
ſui, pedes in ea fixi, hunc de ea tractatum
deſtinaui: eandem ipſam exhibiturus non
nudam, ſed experimentorum varietate, &
indiuiduorum materię vndequaque appli-
catione decenter veſtitam, certitudinis
productiuam, In id ſumme ſemperque in-
tentus, ne theoricarum ſubtilitatum ſuper-
ſtitioſa nimis cura maturiores & foris con-
gruas raperet reſolutiones. Nàm vt in ſcho
lis primò, & in foris poſtea nunquam non
egi, ita temperamentum adhibere, ſcholaſti
cis ſimul obſequi, & practicis in animo fuit,
præcepta cum experimentis coniungere,
veriores opiniones ſequi, rebus etiam iudi-
catis pro virili firmare pręcipua ſollicitudo
21 † ſiquidem *auctore Quintil. lib. 2. ſuarum in-
ſtit. Cap. 7.* Quando congruunt inter ſe pręce-
cepta, & experimenta firma rerum profici-
22 ſcitur cognitio: † *& ait Ariſtot. in 1. phyſ.
tex. 4.* Ab vniuerſalibus ad particularia eſſe
23 procedendum. † *& Galen de Comp. med. per
gen. cap. 1. in initio. lib. 1.* neceſſarium eſt pri-
mum nos in vniuerſum viæ formula quan-
dam didiciſſe, qua propoſitum inueniamus,
deinde per hanc viam in multis particula-
24 ribus exerceamur oportet †. Et ex noſtris
egregiè *Vant. in tract. de null. tit. quoties, &
infra ꝙ tẽpus &c. ſub n. 68. ver.* & quoniã, vbi
veriores reddi ſermones noſtros cũ vniuer-
ſalibus cognitis ad particularia deſcendi-
mus, quia tũc opinamur vnũ quodq; cogno-
ſcere, cum cauſas cognoſcimus primas, &
prima principia & elemẽta, *Nec nõ & nouiſ
ſimè ad excellentis. dominũ meũ. D. Amed. Bent.
ſupremi Senatus Pedemontani ſecũdum, et Du-
catus* Montisferrati præſidem, iuris prudẽ-
tia ſimul & vigilantia nulli ſecundum, mi-
randa in omnes ad obſequia promptitudi-
ne, nobilitate, & integritate conſpicuum,
primariæ expectationis virum, ſic enunciã
tem in elegantis. *Sua Alleg. pro D. patrimo-
niali contra Curtinos. vol. 1. alleg. 3. ſub verſ.*
25 quibus tamẽ. † Cuiuſuis rei cognita radice
facilè eſſe cognoſcere naturam rei ab ea de-
riuantis, quia forma, quæ à radice ducitur
in quolibet etiam deriuato reperitur, erudi-
tiſſimum ſanè pronunciatum, nobis verò
inſtitutòq; noſtro congruentiſſimum: ete-
nim ex ratione, quam paramus, quid aliud
præparamus & inſtituimus, quam nouam
plantare radicem, cui ex ea repullulandæ
firmiter infixę diffinitiones labefactari non
facilè poſſint, & qualia proprijs ſub initijs
reuera extiterunt recta & rationabilia, non
caſu cõcepta, feudorum iura iudicari in po-
ſterum poſſint prorſus & haberi?

26 † Ad methodum accedamus: Hæc
erit huiuſmodi.

Et primò de ratione.

27 Circa rationem ſex erunt inſpectiones.

P*Rimò figurabitur caſus tit. An agnat. &c. &
eius purè ſenſus deſcribetur & explanabi-
tur.*

*Secundò eiuſdem tit. rationabilitas aduerſus ei obiectã
irrationabilitatem defendetur.*

*Tertiò idem fiet & aduerſus irrationabilitatẽ in feu-
da feudorumque compilatores oppoſitam in
vniuerſum.*

*Quartò rationes antiquorum ad tit. An agnat. &c.
referentur & refellentur.*

*Quintò noua ad eund. tit. ratio ſubijcietur, & funda-
bitur.*

*Sextò nouem aduerſus eam oppoſitiones mouebuntur,
excutientur, & remouebuntur.*

28 Circa particularia quatuor erunt
inſpectiones.

P*Rimò circa ea particularia verſabimur, quæ ad
modos feudi acquirendi pertinebunt.*

Secundò circa ea, quæ ad modos feudi retinendi.

*Tertiò circa ea quæ ad modos, quibus feuda amittun-
tur vel finiunt.*

*Quartò circa ea, quæ ad acceſſoria feudorum, putà ad
fructus, melioramenta, & aliàs acceſſiones.*

29 HÆC tamen omnia & ſingula ſub vno
eodemq; capitum tenore deſcriben-
da ad faciliorem breuioremq; allegã-
30 di facultatem †. Per quæ ſatis conſtat feu-
dalem materiam ex vniuerſo comprehen-

ſam, cum omne ius ſeù in acquirendo conſiſtat, ſeù in conſeruando retinendouè, ſeù in minuendo finiendouè *iuxta l. fin. ff. de legib.*

31 Nō ſine ſpe, quin huiuſmodi & à priori, & à poſteriori Ariſtotelica demonſtratione aut demonſtratiua hinc veritas, aut ſane certitudo aliqua maior aliquādo emergat; qui ſcopus noſter, qui finis ſemper optatus: Cæterum ſi votis non reſponderint fortè fortuna conatus, prodeat nihilominus liber in lucem, alijs vel calcar addat, claſſicum vel alijs ſaltē canat, me verò in arduis auſū fuiſſe, me non omnino inutilem Reipublicæ vixiſſe orbi teſtetur, fautor ſit D. O. M. Cuius Sāctiſſimo Nomini, & Numini omnia, & ſingula, nunc & ſemper dico, & conſecro, dicata conſecratáque volo, ac vt continue aſſiſtat ſupplex oro.

CAP. PRIMVM

DE CASV

Tit. An Agnat. vel filius &c.

SVMMARIVM.

1 *Verba* tit. tex. An Agnat.
2 *Caſus figuratur.*
Cum ſuppoſito diuiſionis. ſub num. 20.
3 *In feudis ſuccedunt tantùm deſcendentes à primo feudi acquiſitore, qui eſt parens communis agnationis.*
4 *In feudis non ſufficit probari quod ſis de eadem familia, et quod eadē inſignia geras, niſi probetur deſcendentia à primo ſtipite.*
5 *Probando ſingulos gradus.*
6 *In ſpecie et in eo gradu.*
Dinumerando gradus à primo ſtipite. ſub eod.
7 *Ad modum iuris ciuilis non canonici.*
8 *Vel probando primo agnationem, ſecundò legitimitatem, tertiò ſtipitem, et quartò gradum.*
9 *Seù primò probando inueſtituram, mox ſtipitem et alia remiſſiuè.*
Idem in iure patronatus. ſub eod.
Et quæ ſint probanda adhuc remiſſiuè. ſub eod.
Quæ tamen probatio ſæpe eſt difficilis, & impoſſibilis ſub num. 12.
10 *Et probatio deſideratur vbi agitur de petitorio, non vbi agitur de poſſeſſorio, nā nō ſubijcitur oneri probandi, quiſquis ſit in poſſeſſione, ſiuè dominus ſit, ſiuè agnatus.*
11 *Et ſufficit eſſe in poſſeſſione partis tantùm.*
12 *Et onus probandi incumbit agnato cū Dominus eſt in poſſeſſione.*
Differentia conſtituitur de poſſeſſorio vel petitorio in probandi vel non probandi neceſſitate deſcendentiam, & gradus in materia Iuris patronatus. ſub eod.
13 *Datur caſus in quo etiam aſcendentes ſuccedant, vbi ſcilicet pater feudum refutauit filijs, & ratio.*
Quæ renuntiatio, ſeù magis refutatio morte filiorum finitur, & feudum remanet antiquum. ſub eod.
14 *Datur alius caſus vt aſcendens ſuccedat, quando ſcilicet filius fuit reſpectu patris ob eius benemerita inueſtitus.*
15 *Sicuti datur caſus quod agnatus, qui non ſit de ſtipite communi ſuccedat, vbi ſic fuit pacto conuentum.*
Item vt frater fratri ſuccedat, ſi feudum ſit acquiſitum de communibus bonis, vel ſi à domino conceſſum ambobus indiuidualiter. ſub eod.
16 *Agnati tamen ex communi ſtipite ſuccedunt omnes vſq; in infinitum, at alij extra communem ſtipitem tantùm vſq; ad ſeptimum gradum.*
17 *Quæ differentia probatur* ex tit. de nat. ſucc. feu. ex tit. ſi Vaſal feu. priu. ex tit. de. his qui feu. dari poſſ. §. hoc quoq; *qui loci declarantur, & conciliantur.*
Præſumptio fidelitatis non viget pro agnatis extra communem ſtipitem, prout viget in alijs, ſub eod. *fidelitas eſt cauſa feudi concedendi.* ſub eod.
Iuramentum poteſt remitti, non tamen fidelitas. ſub eod.
Non tamen agnati etiam vſque ad ſeptimum gradum ſemper admittuntur ſub eod.
Aliquando etiam agnati extra communem ſtipitē ſuccedunt vſque in infinitum ex cauſis remiſſiuè. ſub eod.
18 *Etiam in feudis* Dignitatum, *Comitatus, Marchionatus, ſucceditur in infinitum, ſed intellige vt ibid.*
19 *In principatibus, & regnis datur ſucceſſio in infinitum, etiam remotiſſimorum, dūmodò ſint de ſanguine.*
20 *Solus Vaſallus, cui obtigit totum feudum, iurat fidelitatem.*
21 *Item ſucceſſio vſq; ad ſeptimum gradum tantū habet locum in dubio non conſtito de communi ſtipite, traditur ratio cur figuratus fuerit caſus in feudo ſimpliciter.*
22 *Lex indefinitè loquens, indefinitè eſt intelligenda.*
23 *Verba in dubio ſunt in proprio ſignificatu accipienda.*
24 *In iuribus feudalibus feudi ſimpliciter mentio intelligitur de proprio.*
25 *Lex eſt de dubitabili.*
26 *Dubium erat in feudo proprio, quod hereditariū non eſſet, vt quæ à genere, à Ciuitate, vel à rerum natura tribuuntur.*
Conſenſus agnatorum ex eo tit. deſideratus perpenditur in quam cauſam fuerit deſideratus, ſub eod.

Si feu-

Si feudum eſſet hæreditarium, nulla eſſet differentia inter filium, & agnatum. ſub eod.

Eſt magis communis opinio, feudum vti hæreditarium ſimpliciter non fuiſſe conſideratum in d. tit. tanquam de re indubitabili ſed magis fuiſſe conſideratum feudum vti proprium, in quo verè cadebat dubitatio, an filius poſſet feudū retinere repudiata hæreditate. ſub eod.

27 *Remedium datur filio vt non ſubijciatur oneribus hæreditarijs ſcilicet, vt renunciet feudo in manibus Domini*.

28 *Quo caſu ſi Dominus reinueſtiat, feudum erit omnino nouum, inueſtitura, & conceſſio noua.*

Et eſt perinde ac ſi feudum amiſſum fuiſſet, vel aliter finitum. ſub eod.

Quo caſu filius non diceretur habere à defuncto ſed à domino. ſub eod.

Nec obſtare vocem, quaſi, *poſitā in tex*. ſub eod.

29 *Quia vox*, quaſi, *nota quidem improprietatis, aliquando tamen eſt veritatis expreſſiua.*

Maximè quando apponitur circa ea quæ poſſunt eſſe vera. ſub eod.

30 *Declarātur prædicta, vt tam filius quam agnatus teneantur omninò ad impenſas funeris agnati defuncti, etiam de proprio, ſi aliundè non ſit in bonis.*

31 *Quid ſit feudum nouum, et quid emphyteuſis noua, remiſſiuè.*

Iuxta inſtitutum ordinem, caſus tit. An Agnatus, vel filius defuncti poſſit retinere feudum repudiata hæreditate (*qui eſt tit. 45. lib. 2. in Vſibus feudorum*) in primis figurandus.

Verba textus hæc ſunt.

1 SI cōtigerit Vaſſallū ſine omni prole decedere, Agnatus ad quē vniuerſa hæreditas pertinet, repudiata hæreditate feudum, ſi paternum fuerit, retinere poterit, nec de debito hæreditario aliquid feudi nomine ſoluere cogitur, ſed in fructibus, ſi quos reliquit, vt de eis debitum ſoluatur, quo tempore deceſſerit, ſecundum quod ſupra diximus, conſiderabitur: Vbi verò filium reliquit, ipſe non poteſt hæreditatem ſine beneficiò repudiare, ſed aut vtrunque retineat, aut vtrunque repudiet, quo repudiato ad Agnatos, ſi paternum ſit, pertinebit; & licet alterum ſine altero retinere non poſſit, Agnatis tamen conſentientibus, poterit eum Dominus, ſi voluerit, quaſi de nouo beneficio inueſtire; Quo facto licebit ei repudiata hęreditate feudū retinere, nullo onere ei hæreditario imminentė.

Clariſſimum quidem inſtitutum, ſed exagitatiſſimum tamen, quod feudiſtarum ingenia variè, ſummeq; detorſit; Id verò ſuis infra locis latius patebit; Nunc ad facti ſpeciem ex promiſſam.

2 † Primus de feudo Inueſtitus deceſſit duobus filijs relictis Titio, & Sēpronio, Ad quorum vnum (ſcilicet fortè ad Titium) facta inter eos diuiſione, obtigit feudum. Ad alterum (ſcilicet ad Sempronium) allodium. Deceſſit primo loco Titius relictis ſuperſtitibus, & filio proprio, & fratre Sempronio, ſeù nepote ex eodem. Qui quidem Titius reliquit, & feudum, & hæreditaria Iura. Quæſitum fuit an filius ille poſſet retinere feudum repudiata hæreditate, & reſponſum quod non, ſed aut vtrunque retineat, aut vtrunque repudiet, Quibus fortè repudiatis, non eſt dubium quin ius ſuccedēdi eidem defuncto tranſmiſſum ſit in alterum fratrem, tanquam proximiorem ſibi Agnatum, aut eo non extante, in nepotem ex eo, Dubitatum fuit an frater ille ſeù Nepotes poſſent retinere feudum, & hæreditatem ipſam repudiare, & Reſponſum poſſe: Vndè ſequitur quod nec ad debita hæreditaria tenebitur quiſquam eorum, vt eſt in tex. Niſi pro rata fructuum relictorum, *ſecundum diſpoſitionem §. His conſequenter*. Tit. Hinc finit. lex: ad quem locum debet ſubintelligi relatio, de qua in èod. contex. & nos ſuo loco explicaturi ſumus.

Poſſet etiam figurari caſus in duobus fratribus, qui feudum ipſum diuiſerunt, nam idem erit altero decedente, vt ſupra, pro ea parte feudi, quā retinebat viuens, vt filius

Digitized by Google

lius non poſſit eam retinere,& feudum repudiare;Agnatus autem poſſit.

Nunc ad fundamenta ſic figurati caſus: Aduertendum primò me figuraſſe caſum in vno primo Inueſtito, & deſcendentibus
3 ab eo,† quia in feudis non ſuccedunt omnes indiſtinctè Agnati, ſed tantum ij, qui deſcendunt à primo feudi acquiſitore, qui dicitur primus ſtipes, inſpiciendus ſemper ad dignoſcendum, an Agnatus rectè prætendat aſpiret ve ad ipſam feudi ſucceſſionem, cui propterea non ſufficit, quod ſis de agnatione, ſeù de eadem parentela, niſi etiã doceas deſcendentiam à primo ſtipite, *ad tit. de nat. ſucceſ. feu.*, *& tit. de ſucceſ. feu.* vt propterea context. noſter cum myſterio ſubiecerit, ea verba, *ſi paternum fuerit*. Quod ità intelligendum eſt, *ait tex. in tit. de ſucceſ. fratr. ſi feudum ſit paternum, hoc eſt ſi fuit illius parentis, qui fuit agnationis communis.* & communiter teſtantur Doct. *Ferr. Montan. in vſus feud. lib. 1. cap. 6. verſ. antiquum feudũ. Thom. de Mar. de Gen. & qual. feu. tit. 2. ſub n. 25. & 26. Neoſtad. de feu. Holland. ſucceſſ. c. 6. num. 21. verſ. cæterum. Natt. conſ. 634. numer. 2. & ſeqq. plenè Iuriſconſultum eminentiſſimus, et noſtris temporibus Iuriſprudentiæ ornamentum, meritiſſimus Excellentiſſimi Senatus Pedemontani prothopræſes domin. meus Bello. conſ. 45. numer. 54. & ſeqq. videndus Mynſing. Cent. 2. obſ. 94. ſub n. tertio, & quinto*
4 † Vnde non ſufficere probari quod quis eſſed de eadem familia, & quod eadem inſignia gereret, niſi etiã probet ſe deſcendiſſe à primo ſtipite *dicit Gayl. lib. 2. obſer. 149. & obſ. 154. nu. 2. & ſeqq. Roſental. in Synop. feu. concl. 27. num. 12. Meno. conſ. 321. nume. 4. &*
5 *ſeqq. lib. 4.* † probãdo ſingulos gradus *Oſaſ.*
6 *conſ. 8. n. 9. & 39.* † in ſpecie, & in eo gradu *Meno. conſ. 588. num. 30. lib. 7.* dinumerando gradus à primo ſtipite *Crau. conſ. 349. ſub n.*
7 *15.* † ad modum Iuris Ciuilis non canonici *Surd. conſ. 5. nume. 21. & ſeqq. & numer. 35. &*
8 *ſeqq.* † ſeù primò probando agnationem, ſecundò legitimitatem, tertiò ſtipitem, ſeù ſe eſſe ex eodem ſtipite, & quartò gradum, *ſecundum Menoc. conſ. 732. nu. 7. & ſeqq. latè quæ ſint probanda Card. Mantic. de tac. & ambig. lib. 23. tit. 37. Surd. conſ. 1. nu. 38. & ſeqq. et d. conſ. 5. Menoch. conſ. 1171. lib. 12. et conſ. 673. nu. 3. lib. 7. et nouiſſimè in term. feudalibus*
9 *Rot. apud Farinac. par. 1. dec. 127. per tot.* † vbi primò Inueſtituram probandam, mox ſtipitem, & alia, *vt ibid. et dec. 284. n. 2. et quarto*; Vbi in Iurepatronatus, & quæ ſint probanda adhuc latè *Albert.* *egregiè conſ. 83. Maſca. de probat. concl. 787. Patian. de probat. lib. 2. cap. 15. num. 43. & cap. 16. Peregrin. de fideicom. art. 43. à num. 60. vſq. in fin.* incluſo vterino *Ang. conſ. 110. per tot. vbi egregiè ad hanc ſucceſſionem feudalem ex primo ſtipite.*

10 † Hæc tamen intellige vt procedant, ſi lis de feudo ſit in petitorio, non ſi in poſſeſſorio, nam ſi Agnatus ſit in poſſeſſione, pro eo interim ſtat præſumptio, quod deſcendat à communi ſtipite *Roſent. concl. 26. num. 5. c. 2. & in glo: c. Maſcard. de probat. cõcl. 771. num 6. cum ſeqq. Meno. præſ. 93. lib. 3. & de ar-*
11 *bitrar. iud. Caſ. 191. num. 2. 3.* † Et ſufficit eſſe in poſſeſſione etiam partis tantum *Schrad.*
12 *de feud. par. 2. cap. 3. num. 41.* † Sicuti è contrà onus probandi incumbit agnato, cum Dominus eſt in poſſeſſione *Roſent. d. concl. 26. num. 71. concl. 27. num. 7. concl. 31. per tot. cap. 2. & ad Farin. d. dec. 284. par. 1.* vbi differentia conſtituitur de poſſeſſorio, vel petitorio in probandi, vel non probandi neceſſitate deſcendentiam, & gradus, licet in materia aliena ſcilicet iuris patronatus, tamen dicta probatio magnas ſæpe habeat difficultates, & aliquãdo ſit impoſibilis propter vetuſtatem amiſionem ſcripturarum, & breuitatem vitæ hominũ noſtræ tempeſtatis Senator *Ferrar. in reſp. 7. num.* 20. pro domino Leinici.

13 † Item prędicta limita ne ſemper procedat, nam poteſt dari caſus, vt qui eſt de aſcẽdentibus, ſuccedat ei qui ſit de deſcendentibus ab eis, putà pater feudum liberis ſuis refutauit in eorum gratiam, vt filij inueſtirentur, nam liberis prędecedentibus ſuccedet pater *teſte VVeſemb. de ſucceſſ. feu. cap. 6. nu. 7.* vbi id tribuit æquitati. *Mynſing. ità indicatum referens Cent. 3. obſ. 93.* Idque nõ ſolũ ex ęquitate, *vt dicit VVeſemb.* ſed etiam de iure ex natura refutationis, quæ eſt vt feudum redeat ad refutantem, prout eſt in caſu præſenti, nam hæc dicitur refutatio paterna in filios, quibus prædeficientibus, feudum redijt vnde venerat, ſcilicet ad patrem, quia huiuſmodi renunciatio finitur morte filij, cuius cauſa erat facta *Hartman. lib. ſecundo. pract. obſ. tit. de feu. obſ. 47. Borcholt. de feu. c. 7. tit. de ſucceſſ.* & remanet feudum antiquum *Ias. ad l. 2. ſub nu. 215. C. de Iure empb.*

14 † Adeſt & alius caſus, quando filius reſpectu patris ob benemerita patris fuit inueſtitus, tunc quoque filio decedente ſine hærede maſculo, pater in feudo ſuccedit, *Aluar. ad tit. de nat. ſucc. feu. numer. 7. & ibid. Afflict. n. 2. ver. & hoc quod in feudo nouo, Borcholten. d. c. 7. ſub dicto num. 9. verſ. ſecũdus caſus,* vbi id tribuit, quod meritorum ratione multa admittantur, quæ alias vix permitterentur, *vt prolixè per Tiraq. ad l. ſi vnquam. in verb. donatione largitus num. 11. cum ſeqq. C. de reuocan. donat. & alios per eundem Borcholt. ibid. citat.* his verò caſibus, exceptis, aſcendentes deſcendentibus non ſuccedũt,

nec

nec in feudis admittuntur, *vt ſubijcit in fin. numer. 9. Borcholt.* verùm adhuc alios caſus recēſet *dotiß. præſes Bent. alleg. 13. ver. & primus, cum ſeqq. in cauſa pro D. Patrimon. contra D. Comit. Sancti Secundi. Mart. de ſucceſ. lega. par. 2. art. 1. num. 18. & part. 3. q. 5. art. 3.* Cęterùm regulariter aſcendentes deſcendentibus non ſuccedere *eſt tit. 84. patrem filijs nō ſuccedere apud Cuiac. in fragm.*

15 † Ad ſunt & alij caſus, poteſt ſiquidem ex pacto inueſtiturę adiecto Agnatus Agnato ſuccedere non deſcendenti ex communi ſtipite. Item frater fratri ſuccedit, ſi feudum ab vno eorum fuerit acquiſitum de communibus bonis, Domino hoc ſciente; Item ſi feudum fuiſſet duobus fratribus conceſſum indiuidualiter, ſi ſimul in bello cū Domino in hoſtem procincti, fuerint feudi dignitate poſtea donati, vt hos caſus complectitur *Sonsbec. de feu. par. 9. num. 800. & ſeqq. Surd. in d. caſu domini ſcientis dec. 344. num. 8. par. 2. ad quod facit tit. de fratr. de nouo benef. Inueſt. de duob. fratr. à Capit. inueſt. et vtrobiq. ſcribent.*

16 † Verùm nō prætermittenda quædam differentia inter Agnatos recognoſcentes primū ſtipitem communem, & alios iſtiuſmodi ſucceſſores collaterales ex pacto, quia inter illos datur ſucceſſio in infinitū, inter verò iſtos tantum vſque ad ſeptimum gradum, & non vltrà, *Crau. conſ. 913. numer. 9. Rol. à Val. conſ. 16. nu. 24. 25. lib. 3. & conſ. 3. nume. 9. & ante, & conſ. 60. nume. 54. lib. 1. declaratus à Surd. conſ. 5. nu. 56. Ipſe Surd. ibid. nu. 26. 27.* vbi de communi, & ità fuiſſe iudicatum in Senatu Montisferrati, *Idem in conſ. 472. ſub nume. 6. lib. 4.* & fuiſſe ità ſæpè iudicatum patet ex *Mynſing. obſ. 95. cent. 2. Gayl. obſ. 150. lib. 2.* vbi etiam de com. & magis Com. *Vult. de feud. c. 9. ſub num. 105. verſ. Atque ad hoc: quicquid ſub verſ.* Atque ità: *dicat,* nam citati per eum non dicunt, nec probant, quod ipſe ait, imò contrarium dicunt, vnde aut errore impreſſoris, aut allucinatione Auctoris id euentum; *Nam etiā quandoque bonus dormitat Homerus, & ad idem Sol. in antiq. Sab. decr. de iure Emphit. decr. Rempublicam par. 2. gloſ. 4. ſub nume. 14. Mant. de tac. & ambig. lib. 23. tit. 37. nume. 21. Schrad. infinitis congeſtis, & de veriori, & communiori de feu. par. 7. cap. 7. nu. 8. Didac. etiam de comun. (quem omnes ſic teſtantem referunt alij) lib. tertio var. reſol. c. 5. poſt numer. 4. verſ. quinto hinc. Clar. in §. feudum quæſt. 79. verſ. difficultas eſt. Menoc. conſ. 378. nume. 85. lib. 4. Roſent. cap. 2. concl. 13. num. 10. cum glos. ibid. & q. 7. concl. 59. num. 14. glo. l.*

17 † Quæ opinio fundata eſt optimè textibus feudalibus, quos recenſerè eò opportunius exiſtimo, quia anſa datur eoſdem & interpretandi, & intelligēdi, & ab antynomia, quæ videtur ineſſe, liberandi. & pręſuponendum omnes textus, qui de hac extenſione vſq; in infinitum, à quarto aut ſeptimo gradu, qui antea erant, loquuntur appareant ex eorum lectura reſtricti ad puros terminos deſcendentium excommuni ſtipite, *vt tit. de nat. ſucc. feu.* ibi. *Ex latere omnes per maſculos deſcendentes vſque in infinitum, ſi paternum ſit.* Ergò non idem in alio quod non ſit paternum. *Sic in tit. ſi Vaſ. feu. priu. cui deferat.* ibi, *Et etiam vſque in infinitum, dū tamen hos conſtet ab eo per maſculos deſcēdiſſe. et in tit. 1. de his qui feu. dar. poß. §. hoc quoque.* Vbi dum loquutus fuiſſet contextus Auctor de ſucceſſione ex tranſuersò veniētium vſq; ad ſeptimum gradum, ecce quomodo tranſeundo ad deſcendentes ex communi ſtipite loquatur: licet moderno tempore vſque ad ſeptimum gradum ſit vſurpatum: Quod (ecce) in maſculis deſcendentibus hodie nouo iure vſque in infinitū extenditur. *In maſculis deſcendentibus,* inquit, ideſt ab vno, eodemque ſtipite, quo inſpecto omnes ſunt deſcendentes ab eo, quicquid inter ſe ipſos ſint collaterales, & ideò ſemper admittendi, *vt aduertit præter alios Clar. in §. feudum qu. 79. ſupracit. verſ. difficultas eſt,* quę qualitas non eſt verificabilis in alijs diuerſorum ſtipitum, ergò ſecundum hunc textum, hi non ſuccedent vſque in infinitum. Nam nec vltra ſeptimum gradum datur agnatio, ſeù parentela inter omnimodo tranſuerſales, communi ſtipite non coniungibiles, *vt ait Gayl. d. obſ. 150. num. 3. lib. 2.* nec pręſumptio fidelitatis continuatæ inter huiuſmodi præſumitur, prout inter deſcendentes ex primo inueſtito *Bartol. Camer. ad hunc tit. an Agnat. &c. opp. 1. nume. 6. & 7.* quę eſt cauſa feudi concedendi, & ad finem eius conceditur *§. nulla. per quos fiat Inueſt. §. eſt & alia. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitten.* intelligēdo ibi tex. de Iuramento quod poſſit remitti, non de fidelitate ipſa abſolute, *vt ibid. Balzar. ſub n. 12. 13. Intrig. quæſt. feu. 2. numer. 2. cum ſeqq. Ioā. Schou. diſp. feu. 5. theſi 70. lib. 1. Afflict. dec. 129. num. 2. Vult. lib. 1. cap. 6. num. 3. & ſub n. 7. & 10.* Vndè ceſſante ratione in talibus collateralibus, quæ viget tantum in deſcēdentibus ex communi ſtipite, ceſſare neceſſe ſit, & diſpoſitio de ſucceſſione in infinitum. Cui opinioni vt magis communi, & rebus iudicatis, & contextibus ipſis firmatę cur non adhærendum?

At hoc ita admittendum, niſi alia adſint in inueſtitura aliud ſuadentia, *vt in caſu Menoc. conſ. 816. lib. 9.* vbi ex multis in eo caſu intercurrentibus defendit ſucceſſionē vſque in infinitum, etiam inter collaterales

Digitized by Google

ab vno communi ſtipite non deſcendētes.
Neceſſe ergo eſt quod primordialiter feu-
dum à primo ſtipite deſcendat in ſucceſſo-
res ad hoc vt ſit ſucceſſioni vſque in infi-
nitum locus; cęterùm enim ſi primordiali-
ter tranſiret in tranſuerſales ſuccederetur
(hoc caſu tantum vſque ad ſeptimum) *per
prædicta, quibus adde Pręſtātiſſ. D. Bellon. cōſ.
45. num. 8. & ſeqq. Roſent. d. q. 7. concl. 59. nu.
14. glo. l. vbi de pluribus iudicatis teſtatur Mart.
conſ. 6. nu. 53.* Ratio diuerſitatis eſt quia col-
laterales hi, primo ſtipite inſpecto, ſunt ſem
per deſcendentes, & intrant conſuetudines
feudorum regulares, quod ſuccedatur in
infinitū quod nō eſt in iſtis tranſuerſalibus
quibus ſtatim ab initio ex pacto feudū con-
ceditur, & quibus intentio non fuit ad tan-
tum fauorem ampliare ob minorem affe-
ctionem, & nō tantam prout in illis, vt vſq;
in infinitū poſſent admitti, prout in deſcen-
dentibus à prima aliqua radice, *vt elegan-
ter Roſ. d. concl. 59. nume. 18. ex Zaſ. in §. hoc
queque ſciendum. de his qui feu. da. poſſ. Clar.
(licet non tam clarè) d. §. feudū. q. 79. verſ. dif-
ficultas eſt circa fin.* dicta præſumptione ma-
ximè ceſſante in iſtis, & ſuccedetur inter
iſtos collaterales etiam quod vterque de-
cedat cum liberis, quia deſcendeutes ex iiſ-
dem inter ſeſe ſuccedent, vt ita iudicatum
*refert Sol. in ant. Sab. decr. in præm. glo. 1. ſub
nu. 28.* ſi iure feudi antiqui ſit datum, & eis
etiam eſt faciēda oblatio. *Id. Sol. de feu. decr.
Yolant. par. 2. glo. 3. num. 3. & 4.*
18 † Eadem obſeruatio viget, vt in infinitū
ſuccedatur in feudis dignitatum Comita-
tus, Marchionatus, & ſimilium. *Menoch. di-
cto conſ. 378. nu. fin. lib. 4.* quæ tamen opinio
cum temperamēto recipienda eſt alioquin
ſic ſimpliciter non admittenda, ſed in dicta
diſtinctione perſiſtendum, *vt conſiderat
Mant. de tac. & ambig. lib. 33. tit. 37. ſub num.
20. 21.* nam eſſet deſtruere dictā diſtinctio-
nem, magis communem opinionem, & cō-
textuum ipſorum tenorem, qui indiſtincte
loquuntur: Niſi fortè ſuſtineretur in Co-
mitibus, ſeù Marchionibus non ordinarijs,
ſed in magnis, & antiquiſſimis ipſis ſum-
mis Principibus æquiparandis, *ad Didac.
(dum omnes ſimul complectitur, & copulat)
var. reſol. lib. 3. c. 5. n. 4. verſ. quinto hinc. Bald.
in c. vn. num. 6. de feu. Marcb.* qui alioqui ſibi
contrarius fuiſſet, cum anteà iam doctrinā
hanc cum præfata diſtinctione poſuiſſet
&c. *prout bene conſiderat* Mant. *ſub dicto nu.
21.* vt propterea ſublato auctore malè intel
lecto ſequacium erronea opinio multò mi-
19 nus ſit recipienda. † prout veriſſimum eſt
quod in Principatibus, & Regnis datur ſuc
ceſſio vſque in infinitum, etiam remotiſſi-
morum, dummodò ſint de ſanguine, *Clar.
in §. feudum d. quæſt. 79. verſ. difficultas in fin.
Curt. de feud. par. 3. ſub nu.* 48. Marſil. *ſingul.
422.* Gayl. *d. obſ. 150. in fin. lib. 2. Boſſ. de prin-
cipe num. 94.*
20 † Item adhuc declara vt ſucceſſio vſque
ad ſeptimum tātum gradum incluſiuè pro-
cedat etiam in dubio, non conſtito de com
muni ſtipite *ſecundum Cæphal. conſ. 307. nu.
46. lib. 3.*
Reliqua nunc proſequamur: figuratus
fuit caſus interminis diuiſionis *ex textib. in
puncto, & tit. de nat. ſucceſ. feu. in §. omnes filij.
ſi de feu. def. &c.* vbi ſolus ille, cui obtigit
feudum totum, iurabit fidelitatē, *et etiam in
fragm. feud. per Cuiac. tit. 93. factum fratr. in
feu. pater. non nocere.*

Hactenus de verbis caſus figurati concernen-
tibus primum Inueſtitum.

21 † Item figurauimus caſum in feudo ſim-
pliciter, nulla facta diſtinctione feudi pro-
prij, vel improprij, ex pacto, & prouidentia
vel hæreditarij, Id verò ideò, quia nec cō-
textus diſtinguit, ſed ſimpliciter loquitur
de feudo: Vt intelligamus textum indefi-
nite de omni genere feudi intelligendum
22 etiam de proprio, † Quia lex indefinite lo-
quens, indefinite eſt intelligenda *l. de pretio.
de publician. in rem. actio.* quinimò magis de
23 proprio eſt interpretandus, † quia verba
in dubio ſunt in proprio ſignificatu acci-
24 pienda *l. non aliter. de legat. 3.* † Idque proba-
tur ex ſolito compilatorum feudalium, qui
dum volunt loqui de feudo, quod non ſit
proprium, non loquuntur indefinite, ſed cū
adiuncto declarāte improprietatē, *vt tit. de
feu. nō hab. propr. nat. feu. tit. de feu. fam. tit.
de feu. dat. in vic. leg. Cōmiſſ.* & dubitatio pro-
priè cadebat in feudo proprio, quia in feu-
do improprio, putà hæreditario, quod vo-
cant, nulla cadebat dubitatio, quod filius
non poſſet repudiata hæreditate feudum
retinere, cum ſatis ample pateret hoc caſu
feudum eſſe quid hęreditarium, vnde non
25 poſſet diuidi †; Lex autem eſt de dubitabili
26 *l. domitius Labeo. 27. de teſtam.* † dubium verò
erat in feudo proprio, quatenus quæ à ge-
nere, à Ciuitate, vel à rerum natura tribue-
rentur, eadem etiam non hæredibus com-
peterent *iuxta l. 3. ff. de interd. & relegat.* in-
ter quę videtur poſſe feudum annumerari,
de quo tamen infra aptiori loco, & pręterea
intraret quod debita eſſent omnino perſol-
uenda, ſi feudum vti hæreditarium tantum
fuiſſet conſideratum, cum tamen non ità
abſolute hoc fuit in textu reſolutum, ſed vt
fiat executio in fructibus, vt in eo. Accedat
neceſſitas conſenſus agnatorum, de quo in
textu ipſo, quæ influit ad feudum propriū,
cum

Digitized by Google

cum ſi aliàs fuiſſet conſideratum vti hæreditarium, iam abſque vllo eorum conſenſu feudum renunciari domino, aut quomodolibet alienari potuiſſet, *vt bene aduertit. Iſern. ad hunc tex. ſub numer.6. verſ. hac poſitio, vbi ſi feudum eſſet hæreditarium, nulla eſſet differentia inter filium,& Agnatum &c. vt ibi,* & in term. decidit perelegāter *Curt. Iun. conſ.137.num.17.& ſeqq.* quē omnino vide; & ità pro hac parte ſtat communis, & magis communis opinio, *teſte Roſent.c.2.concl. 50.ſub num.5.Schrad.part.10.ſect.6.num.53. 144.152.187.& ſect.7.num.4.Aretin. hanc ſententiam magis conformem iuribus feudorū, & communem dicens in conſ.14.dub.2.* veriorem, & magis in praxi receptam *Tom. de Marin.de gen.& qual.feu.tit.1.numer.30.* & claſſicorum interpretum crebriori calculo receptam, approbatis doctrinis magis conuenire,& aliam opinionem contrariam ſuperare (quicquid dixerit Cacheran. dec. 162.) *oſtendit Piſtor.lib.2.quæſt.2.nume.10.et Vult.poſt eum innumeros referens lib.1.c.9.ſub n.14.verſ.in feudo,* ex quibus male Menoch. & alij per eum cit. *conſ.1064.num.5.et 6.lib. 11.*

27 Supereſt vt aliquid ſubdatur de remedio eodem textu comparato ad fauorem filij, vt poſſit feudum conſequi abſq; agnitione hereditatis paternæ,& abſq; onere æris alieni hereditarij. Circa quod ſciendum, ad hoc vt filius poſſit eius remedij beneficio gaudere, neceſſe eſſe feudum ad dominum omnino redire, id verò, non poſſe fieri in præiudicium agnatorū eiuſdē ſtipitis, vnde meritò eorum conſenſus ſit neceſſarius prout in textu; Idque adeò abſolute, vt feudum Domini omnino fiat, in tantū vt ſi nolet, non poſſet cogi ad reinueſtiendum filium, & propterea cum myſterio, & propter hoc legantur in textu verba, *ſi volueris,* quaſi in eius plena voluntate, vel arbitrio reſideat an velit, vel nolit reinueſtire, quæ libertas non verificaretur niſi plenarie feudum ad
28 Dominum deuolutum cōferetur,† ex quo fit, vt ſi reinueſtiat, feudū ſit omnino nouū, & inueſtitura,& conceſſio noua, & ità ſentiunt communiter Doctō. *prępoſ. ad tit. de Vaſſal.decrep.ætat.Iſern.ad tit.noſtr.n.6.Bald. ſub n.19.cum glo: per eum examinata* Roſent. *c.2. concl.17.numer.5.6.et 7.* Crau. *conſ. 995.ſub numer. 9.et 13. Surd.cons.440.ſub nu.39.*& eſt perinde ac ſi feudum amiſſum fuiſſet, vel aliter finitum *ad Bero.cons. 112. lib.1. adde infra cap.20. nu.54.* & ideò quia eſt noua conceſſio, non capit filius feudum à patre defuncto, ergò nec debet eius debitum agnoſcere, ſed ab alio, & hoc eſt fundamentum & vera ratio, cur hoc caſu ab debitorum exoluendorum onere caput excutiat filius, ſimulque probatur quod cōceſſio ſit noua, nam ſi à patre haberet aliquam dependentiam, propter quam in aliquo pater foret recognoſcendus, non eſſet ſublata cauſa ob quam debita paterna non eſſent exoluenda. Quæ cum ita ſint, adeoque firmiter conſtabilita; nō opponatur de voce, *Quaſi,* quæ inferat non ad nouam cōceſſionem, ſed ad ſimilitudinariam, vel non totalem. *Cabal.cas.crim.294.numer.fin.Mantu.in*
29 *Gymn.Scholaſt.in verb.Quaſi* † nam quicquid vox, *quaſi,* ſit nota improprietatis, per mox cit., aliquādo tamen eſt veritatis expreſſiua *c.parochianos.14.vbi glo.vlt.ext.de decim.l.ex facto la 2. in ver. quaſi, de hæred. inſtit. Oſaſch. dec.30.nu.10.Farin.part.1.dec.672.ſub nu.1.* quando maximè apponitur circa ea, quæ poſſunt eſſe vera *Alex.cons.2.nu.19.lib.1.et in term.* quod ea vox hic exprimat veritatē, & nouam conceſſionem *Bald. hic ſub d.nu. 19.et alij ſupra cit.*

30 † Declaranda tamen ſunt prędicta etiā Agnatum, tantò magis filium, quamuis ex capite noui feudi venientem teneri ad impēſas funeris Agnati Defuncti de proprio, ſi aliunde non ſit in bonis, *vt tenet Afflict.ad hunc tit. numer. 15. et in ſucceſſore maioratus Padil.ad l.vnum ex familia §.ſi de falcidia num.11.de leg.2. hanc etiam humaniorem ſententiam, et ſeruari dicit Peregr.de fideicom.art. 40.ſub n.19.ad fin.Surd.dec.255. n.15.*& hęc de facti ſpecie, & eius declaratione ſatis.

31 Nam quid ſit feudum nouum, quid ſit emphyteuſis noua, ſuppono hęc & huiuſmodi terminos iā omnibus notos, ſi tū cupis videre, *adeas Excellen.D.Praſid.ſuo tempore huiuſce ordinis ſacri primarium de iure noſtro benemeritiſſimū Amed. à ponte in perelegāti tract. de Laudim.qu.10. per tot.* vbi ad ſaturitatem; *Iuncta, prę ſertim, addit. ad eam doctiſſimi D.mei Blancardi primarij lectoris veſpertini, et Senatoris ampliſſimi, Iuriſprudentia & multiplicis ſcientiæ viri nunquam ſatis laudati.*

CAP. SECVNDVM

De rationabilitate tit. An Agnat. &c.

SVMMARIVM.

1 *Inuectiua contra tit.tex.an Agnat.vel.fil.&c. refferuntur eſſe mirum.*
2 *Eſſe ſpeciale, et tanto rigore inductum, vt quilibet conſultus ex ratione naturali, iuriſque principijs contrarium diceret.*
3 *Carere ratione.*
4 *Quod filius ſit deterioris cōditionis, quā agnatus,*

5 *Id*

5 *Id eſſe de conſuetudine feudorum ſpeciale.*
6 *Seù beſtialiter conſtitutum , aut ſoluat Apollo.*
7 *Cauſa harum opinionum fuit conſideratio, filiorum cauſam eſſe ſemper præcipuā omni naturali iure, & diuino.*
8 *Propter quod diſiuncta vertitur in coniunctam, & è contra.*
9 *Vnde (ex aduersò) dicunt filium etiam non heredem admittendum , Agnatum verò non niſi hæredem.*
10 *Alia priuilegia filiorum ad differentiam aliorū omnium remiſſiuè.*
11 *Item non omnium ratio reddi poteſt.*
12 *Et ideò rationes omnium inquiri non oportet,*
13 *Vnde parum curandum eſt de huiuſmodi brocardo.*
14 *Defenditur tex. ab impugnationibus prædictis, quia ſint erroneæ, qui error probatur docendo rem aliter ſe habere.*
15 *Probatur filium non eſſe deterioris conditionis, primò quia non recta ſit comparatio inter diuerſa, vt hic inter filium & Agnatum.*
16 *Sicuti recta non eſſet comparatio de Turno ad Aſinum.*
17 *Remota comparatione , remouetur argumentum.*
18 *Filius tanquam excludens agnatum dicitur eſſe melioris conditionis quam agnatus , qui ab eo excluditur.*
19 *Filius poteſt euitare incommodum ſoluendi æs alienum hæreditarium vel vtendo beneficio legis, et innentarij in feudo ex pacto et prouidentia ex opinione doctorum non ſecundum auctorem hic.*
20 *Vel componendo prius cum creditoribus.*
21 *Filios nō eſſe deterioris conditionis quā Agnatos probatur auctoritate doctorum.*
22 Lex non omnium *non obſtat.*
23 Q*uia ex duabus rationibus alia iuris , et alia æquitatis.*
24 *Loquitur de ratione iuris, quæ non ſemper in eſt non loquitur de ratione æquitatis, quæ (illa deficiente, ſemper ineſt.*
Et hanc rationem tollere nunquam fuit intentio I.C. in d.l. non omnium. *ſub eod.*
25 *Et idem eſt dicere æquitatem, ac dicere neceſſitatem, vel vtilitatem.*
Et ideò rationes non ſemper inquirendæ, ideſt rationes iuris, quia non ſemper inſunt. ſub eod.
Et ſi inquirerentur, non poſſent huiuſmodi conſtitutiones ſecundum principia iuris ſuſtineri, quę tamen ſuſtinentur per rationem æquitatis. ſub eod.
26 *Nam teſte Cicerone , ſummum Ius, ſumma Iniuria eſt.*
27 *Et ideò quia eadem conſtitutiones aliqua ſuadēte æquitate, vtilitate , vel neceſſitate fiunt cōtra iuris principia , non poſſunt trahi in conſequentiam ex legibus ibi citatis , quæ declarantur.*
28 *Vbi viget ratio iuris, non eſt opus conſtitutione particulari.*
29 *Quæ tamen eſt neceſſaria , vbi contra rationem Iuris, æquitatis ratio ad aliquid impellit conſtituendum.*
30 *Et licet conſtitutio ex æquitate ſit contra principia iuris, nō ideò minus ceſſat eſſe de iure cō muni in genere, tanquam in corpore iuris inſerta.*
31 *Rationem ſemper ineſſe adeò verum eſt, vt hoc etiam dictum verificetur in his quę ſunt iuris merè poſitiui vel conſiſtētis in mero arbitrio, putà in præfixione temporis huius vel illius.*
32 *Non obſtante glo. in §. initium, quia procedit in ratione demonſtratiua, quæ reddi non poteſt, ſecus in probabili, quæ reddi ſemper poteſt.*
33 *Ex officio prudentis, cuius eſt examinare vnumquodque, prout natura rei requirit.*
Par eſt peccatum demonſtratorem probabilia dicere. & rectorem demonſtrationem experiri ſub eod.
34 *Ex ſententia D. Thomæ & aliorum ratio ſemper ineſt ſaltem perſuaſiua, licet nonnunquā ignorari contingat.*
35 *In caſu tituli noſtri eſt verè ratio iuris, vt ſe demonſtraturum auctor pollicetur.*

Figurato caſu tit. an Agnat. &c. cōſequēs
eſſet inquirere de ratione, verū duo obi
ces imprimis tollēdi an tit. an Agnat. ſit irra
tionabilis, vt quidā putarūt. Itē generaliter
an verę ſint notę , quę inſerūtur aduerſus
contextus feudales, nec non & contra ip
ſoſmet eorū cōpilatores , put in prętatione.
Ad primum, ex eo quod filius non poſſit
repudiata hęreditate feudū retinere, Agna
tus autem poſſit, hoc viſum eſt quibuſdam
durum, rigoroſum, irrationabile, mirum, &
1 beſtiale. † *Mirum dixit glo. ad tit. hunc in verb.*
repudiare , quam adfert Iſern. ibid. numer. 4.
ſub princ. Valaſc. de iure Emphyt. quæſt. 44. n.
4. ad fin. Rigidum Pinel. ad l. 1. par. 3. ſub num.
2 *85. verſ. idque ſpeciali C. de bon. matern.* † vbi
id ſpeciale tanto rigore fuiſſe inductum, vt
quilibet cōſultus ex ratione naturali, iuriſq;
3 principijs contrarium diceret. † & carere
ratione *in quit Chicherb. in diſcur. de feu. ex pa*
cto etc. cap. 3. num. 99. et ſeqq. et ſub num. 95. in
fin. ex Maſcar. de probat. concl. 767. numer. 7.
4 † quod filius ſit deterioris conditionis, quā
5 Agnatus; † Et in hac opinione videtur reſi
dere *Bart.* dum nullam diuerſitatis rationē
adducit, niſi id eſſe de conſuetudine feudo
rum *in l. quod dicitur 130. nu. 6. in fin. de verb.*
oblig. in l. vt iuriſiurandi §. ſi liberi. num, 4. ff. de
oper. libert. et refert. Oſaſ. dec. 162. ſub nume. 5.
6 *circa med. et ſub num. 7.* † ſeù beſtialiter fuiſſe
conſtitutum aut ſoluat Apollo *Marin. frec.*
vt ſupra in præfatione num. 6.
7 † Moti fuere omnes, quia palam ſit filiorū
cauſam

cauſam paſſim, & vbique eſſe potiſſimam
omni iure naturali, & Diuino, & humano.
*Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer. Auth. de hę-
red. ab inteſt. ven. Alex. conſ. 75. num. 2. lib. 1.
Surd. conſ. 45. num. 12. conſ. 200. num. 1. conſ.
350. num. 16. & ſeqq.* Vnde ne contingat hoc
abſurdum, quod Agnatus dicatur melioris
8 conditionis, quàm filius, † disiuncta verti-
tur in coniunctam, & e contra, *late Menoch.
conſ. 987. nu. 56. conſ. 992. ſub num. 10. 14. 16.*
9 *20. 28. et pluribus ſeqq.* † Imò è contra quod
filius etiam non hæres ſit admittendus ad
feudum, Agnatus autem nequaquam, etiã
quod non poſſit eſſe hæres, tenet. *Natt. cõſ.*
10 *639. num. 18.* † & plura priuilegia, ac pecu-
liaria filiorum ad differentiam aliorũ om-
nium peti poſſent ex *Surd. conſil. 461. nu. 7. et
ſeqq. conſ. 462. num. 19. conſ. 553. nu. 9. et 10.
Tiraq. ad l. ſi vnquam num. 19. et ſeqq. C. de re-
uocan. donat. Magdal. de num. teſt. in teſtam.*
(Vbi allegat legem diuinam) *part. 1. cap. 16.
num. 25. et 187. vſque ad 194. text. (in materia
propria) in tit. de ſucceſſ. fratr. etc. et ad titu. 1.
lib. 1. in Vſib. feud.*

Allegant etiam id neutiquam mirum vi-
11 deri poſſe, † ſi quidem non omnium, quę à
maioribus noſtris conſtituta ſunt, ratio red-
di poteſt, *per l. non omnium ff. de legib. et ad l.
1. §. initium, et ibi glo. in verb. ratus ff. de poſtu-*
12 *lan.* † & ideò rationes eorum quæ conſti-
tuuntur inquiri non oportet *ait l. et ideò. ff.*
13 *de legib.* † vnde in ſpecie modicè eſſe cu-
randum de hoc brocardo, de quo in ſuis
brocardicis, *dicit Aluar. brocar. ſub num. 2. in
fin.* ex hoc ſolo quod ſic fiet determinatio
feudorum, & hûc videtur reſpexiſſe *Bartol.
mox cit.* dum conſuetudini huiuſmodi ſim-
pliciter acquieuit.

His non obſtantibus, optima ratione ful-
ciri contextũ noſtrũ infra ſuo loco videbi-
mus, cap. 8. ꝙ ſufficeret pro ſolutione om-
nium contrariorum, & eſt erronea opinio,
14 † qui error detegitur probando rem aliter
ſe habere *l. ſi poſt diuiſionem C. de iur. et fact.
ignor. Maſcard. de probat. concl. 841. nu. 1. to. 2.*
quod fiet ſuo loco, vt dictum eſt.

Verùm peculiariter reſpondẽdo, & qui-
dem ad primum, quod filius dicatur dete-
rioris conditionis, arguimus dictum ex eo,
15 † quia ſcilicet non rectè procedat compa-
ratio inter diuerſa, & diuerſam rationem
habentia *Galleſ. de exercit. iuriſp. libr. 3. ſub*
16 *num. 57. verſ. quid autem, et nu. 78.* † vbi tra-
dit comparationem de Turno ad Aſinum,
Turnus quamuis impetitus à Teucris, vix
tamen moueri poterat, ita, & Aſinus qui ta-
metſi flagellis impulſus, tamen non moue-
batur. An recta comparatio? minimè, quia
alia ratione Turnus, alia aſinus tardabatur,
Turnus vtiferox (honoris, & glorię cauſa)
hoſti cedere nolens, aſinus verò, quia pabulo
intentus, dum ordeis ventrem paſcere pro-
curat, *et ad dec. noſtr. bon. 66. num. 24. et ſeqq.*
17 † remota autem cõparatione, remouetur,
& argumentum *l. qui res ſuas. §. aream. ff. de
ſolut. et Galleſ. mox cit.* Rationes verò diuer-
ſitatis erunt euidẽtes ſuis infra opportunè
locis præſertim *cap. 8. 9. et 10. explicanda.*

18 † Præterea filium dici non poſſe dete-
rioris conditionis quàm Agnatum ex alio
defenditur, nam quis dicetur in deteriori
conditione conſtitutus; an qui omnino ab
aliquo commodo excluditur; an qui non
omnino, licet cum aliquo incommodo?
An qui poteſt excludere, an qui excludit?
profectò de his non eſt vltra dubitandum,
Atqui non ne filius poteſt præferri, licet cũ
aliquo incommodo, & ſic excludere agna-
19 tum? † Non admitterem tamen beneficiũ
legis, & inuentarij, (quicquid quidam dixe-
rint poſſe filium hoc beneficio vtendo in-
commodum æris alieni ſoluendi euitare
vt Iſern. hic num. 2.) *Cum text.* ipſo, quo alia
remedia fuerunt propoſita contraria hu-
iuſmodi remedio, & beneficio: & faciat ra-
tio quod feudum ſit quid hęreditarium, At
in re hæreditaria inuentarium non prodeſt
ad infra cap. 8. 9. et 52. nu. 19. 60. et ſeqq.

20 † Accedat aliud remedium non contra-
rium ſed ſe compatiens cum remedio tra-
dito *per tex. eund. An agnat. Vel fili defunct.
etc.* benignè primò, cum creditoribus pa-
ciſcendo, *ex conſ. Forcat. de Feud. cap. 5. ſub
num. 14. in fin. iure approbato vt in l. iuriſgen-*
21 *tium 7. §. ſi ante. ff. de pact.* † In term. verò
non eſſe verum, quod filius ſit deterioris
cõditionis quàm Agnatus *dicit add. ad Iſern.
in tit. noſtro. ſub nu. 4. lit. X. in verb. prouidentia.
Siluan. conſ. 30. ſub num. 29. verſ. nec eſt verũ
ad mell. col. Pariſ. conſ. 23. num. 180. lib. 1.* ex
eo quia etiam Agnati ſuorum anteceſſorũ
oportet eſſe ſucceſſores.

22 † *Ad l. non omnium ff. de legib.* dicimus nõ
23 negari omnino rationem per eam *l.* † ſed
diſtinguẽdo de ratione, vt alia iuris ſit, alia
verò æquitatis *ad l. 3. §. item varus. in fin. ibi,
hoc æquitas ſuggerit; licet iure deficiamus. ff. de
acq. plu. arcen. l. nulla 25. ff. de legib. ibi, Nulla
iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, etc.*
24 *et in l. ius ſingulare ff. eod.* † Intellige, vt non
omnium poſſit dari ratio iuris, & id eſſe
quod vult. I. C. in d. l. non omnium. Cęterum
omnem omninò rationem deeſſe nunquã
tale quid cenſuit I. C. ſemper enim ineſt
aliqua ratio, ſi non meri iuris, ſaltem æqui-
25 tatis, neceſſitatis, vel vtilitatis, † qui termi-
ni in idem coincidunt; *iuxta Petr. Fabr. ad
l. 1. ff. de iuſt. et iur. ad fin. poſt tract. de reg. iur.
Cabal. caſ. crim. 149. num. 10. et ſeqq.* & ideò
rationes eorũ, quæ conſtituuntur inquiri
non

Digitized by Google

non oportet, alioquî multa ex his quæ cer-
ta ſunt ſubuertuntur; Cur ſubuertuntur?
quia pleraque (inſpectis principijs, & ratio-
nibus iuris, ſuſtineri non poſſent, quę tamē
26 ſuſtinentur per rationem æquitatis, † vnde
benè Cic. lib. 1. de Offic. *exiſtunt etiam ſępè
iniuriæ calumnia quadam, et nimis calida iuris
interpretatione, ex quo illud) ſummum ius ſum-
ma iniuria) factum eſt iam trito ſermone pro-*
27 *uerbium*) † Et optimè hic intellectus
colligitur ex alijs legibus. *eod. tit. ſcilicet ex
l. in his* quę contra rationem iuris conſtituta
ſunt non poſſumus ſequi regulā iuris. nota
rationem iuris. nota contra eam conſtituta
eſſe cōtra regulas cōmunes iuris, ergo opus
fuit ſpeciali cōſtitutione. notando verbum
Conſtituta ſunt. Adde l. ius ſingulare quod
contra tenorem rationis propter aliquam
vtilitatem auctoritate conſtituentium, &c.
nota vtrunq; rationem, & vtilitatem, & in
hoc caſu neceſſitatem conſtituentis. Quod
ſi contingat Inuiolabiliter ſit obſeruandum
(quicquid ſit cōtra rationem iuris) vt ſubij-
citur *in l. nulla. 25. ff. eod. titul.* & in omnibus
hiſce locis iterū nota vocem *iuris* adiectā,
quaſi de ratione ſimpliciter excludenda nū
quam intellexerint I. C. C. Aduerte etiam
tex. in verb. quæ à maioribus conſtituta ſunt.
28 † nam, vbi viget ratio iuris, non eſt opus
aliqua conſtitutione, Ius ipſum per ſe quid
29 ſtatuendum monet. † Qua tamen eſt opus,
vbi contra rationem iuris alia æquitatis ra-
tione prępollente, aliquid eſt prouidēdum
hoc reſultat ex eiſdem *contextib. maximè, ex
d. ſſ. nulla, quibus accedat l. ſi verum. 91. §. ſe-
quitur. ff. de verb. oblig. l. ſi ita vulneratus. ff.
ad leg. aquil. l. ſi mulier 60. §. ex aſſe. ff. de iur.
dot. l. vt gradatim. §. quoties. l. honor. in fin. l.
æſtimationem. in fin. ff. de mun. et honor. l. ſi tibi
pecuniam. ff. de reb. credit. l. pen. ff. de his, quæ in
teſtam. delen. l. 1. §. per procuratorem. ff. de ac-
quir. poſſ. l. in prædijs. 7. C. in quib. cau. pign. etc.
in meo tract. de exec. in veſt. cap. 5. ſub nu. 11.*
30 † nec per hoc dico quin ſint iſtiuſmodi de
iure communi, nam ſunt quidem, ſed cum
hac differentia, quod ea quæ ſunt ſecundū
rationem, & præcepta ſeu principia iuris
latam ſumant interpretationem, & facilè
extendibilia, ſecus in alijs, quæ contra re-
gulas iuris communis, *vt latè per me dec.
Lucen. 11. per tot. et eſt tex. in l. quod verò con-
tra rationem iuris receptum eſt non eſt producē-
dum ad conſequentias. de legib.*

Hæc autē quæ diximus de ratione, ſi non
vnius generis, ſaltē alterius, eā ſemper ineſ-
31 ſe, adeò vera exiſtimamus, † vt etiam veri-
ficentur in his quæ ſunt iuris mere poſitiui,
vel conſiſtentis in mero arbitrio, putà quod
tempus pręfigatur hoc vel illud, *teſte Polyd.
Rip. de Att. in art. mort. cap. 54. ſub num. 52.
eum ſeqq. per tex. d. l. 1. §. initium. et ibi gloſſ. in
verb. complenit. ff. de poſtul. Sfort. Odd. de reſtit.
in inte. quęſt. 2. art. 3. Surd. dec. 133. ſub num. 2.*
32 *verſ. tertiò lex.* † Nec obſtat *gloſ. in d. §. ini-
tium. in ver.* ratus; quia procedit eius dictum
in ratione demonſtratiua, quæ reddi non
poteſt, ſecus in probabili, quę reddi poteſt,
*vt per Ioan. Monach. ad c. ſtatutnm. 15. num. 5.
de hæret. in 6.* vbi ita intelligit I. C. *in d. §. ini-*
33 *tium,* ſubdendo illud philoſ. in ethic. † pru-
dentis eſſe vnumquodq; examinare prout
natura rei requirit, par enim eſt peccatum
demonſtratorem probabilia dicere, & re-
34 ctorem demonſtrationem experiri. † *Diu.
verò Thom. in 1. 2. q. 45. art. 2. ad fin. et Alciat.
de verb. ſign. lib. 1. in paruulis fo. mihi* 29. aiūt
rationem ſemper ineſſe, licet nonnūquam
ignorari contingat. *Corn. conſ. 270. ſub nu. 3.
(vbi perſuaſiuā) adducit lib. 4. polit. in l. filium*
35 *quem habentem ſub n. 90. C. fam. ercīſ.* † In ca-
ſu noſtro rationē iuris (Deo bene iuuante)
inueniemus, & ceſſabunt omnes difficulta-
tes ſubſidiatia ęquitatis ratione nō egentes.

CAP. TERTIVM.

De rationabilitate feudorum in vniuerſum.

SVMMARIVM.

1 *Nota in textus feudales adnotātur. n. 2. 3. et 4.*
2 *Filium deterioris conditionis, quam agnatum.
Duellum permiſſum* ſub eod.
3 *Feuda male compilata; Obertum, et Gerardū duo
pecora et 4.*
5 *Rationabilitas feudorum proponitur, et demō-
ſtratur.*
7 *Feuda ligāt omnes etiā extraneos et. 8. 9. et 10.*
9 *Irrationabilia nō durant, et ſunt extirpāda.*
11 *Conſuetudinis natura eſt vt ſit rationabilis.*
12 Ratio, *quæ conſuetudinem ſuaſit ſeruanda.*
13 *Ius antiquum poteſt referri num. 14. 15.*
14 *Lex tota referenda.*
16 *Duellum antiquitus non erat probibitum, ſicut
nec hodie quibuſdam caſibus.*
19 *Titulus de fil. nat. ex matr. ad* Morgan. *cōtract.
declaratur, et an pactum de futura ſucceſ-
ſione ſit validum, et de pacto affirmatiuo, vel
negatiuo latè et ſeqq.*
20 *Iſern. impugnatur.*
23 *Votum captandæ mortis non viget in pacto de
non ſuccedendo.*
24 *Conſuetudo quod filij non ſuccedant patri poteſt
habere motiuum æquitatis.*
25 *Filij ex dicto matrimonio omnia legitimorum
iura non obtinent, et ratio. et n. 26.*
27 *Vbi ſint fundata ſtatuta probibentia relinqui*

vxori

vxori vltra certam ſummam.

28 *Varia pacta pro filijs, vel contra filios contemplatione matrimonij et ſeqq.*

36 *Maritus agere poteſt ad intereſſe, cui loco dotis fuerat promiſſa portio hæreditatis, quæ ſibi non fuit reſeruata.*

37 *Pactum quod mortuo marito eius heredes lucrentur dotem non valet, ſecus quod heredes vxoris lucrentur donationẽ propter nuptias.*

38 *Pactum quod primus filius maſculus, et deſcendentes ab eo ſuccedant, validum.*

29 *Huiuſmodi pacta poſſunt reuocari.*

Ceſſante hac conſuetudine, non poſſet pater facere quod filij ſecundi matrimonij non poſſent ſuccedere. in feudo ſub eod.

40 *Nec poteſt dici pactum hoc contra bonos mores* ſub eod.

41 *Defenduntur Obertus, et Gerard. quod non ſint duo pecora 42. latè.*

42 *Maledicuntur à Deo, qui conſentiunt peccantibus, et an liceat ſeruire Domino in bello iniuſto.* ſub eod.

43 *Defenditur complicationem feudorum tanquã recta, et non mala et ſeqq.*

De Compilatoribus feudorum, et de modo in compilando ibid.

50 *Scriptura ſemper loquitur.*

51 *Et omnia probantur facilius.*

51 *Compilatoribus iuris* C*iuilis data fuit facultas compilandi à Iuſtiniano.*

54 *Etiam Iure conſulti digreſſiones faciunt.*

55 C*ur aliqua ſæpius repetita animaduertantur. et ſeqq.*

58 *Etiam apud Iure conſultos videmus leges repetitas.*

59 *Ratio ordinis, et connexionis titulorum feudalium, et librorum exponitur, et ipſi tituli re ipſa continuantur, et ſeqq.*

62 *Cur referantur* Mediolanenſes *vel in teſtes, vel tanquam aliter obſeruantes.*

ALtero [ex duobus propoſitis] obice, vt credimus, ſublato: ſupereſt ſecundus tã ratione connexionis ad antecedentẽ, quã [ne quicquã, prſus à tergo remaneat] haud
1 ꝑtermittendus † Quęritur ergo an verę ſint notę in textus feudales, & compilatores ipſos illatæ, quod aliquæ ex conſuetudinibus conſcriptis ſint irrationabiles, *vt tit. de fil. nat. ex matr. ad Morgan. contract. vt §. titius. ſi de feu. def. vt tit. an agnat. &c.* ? *Lofred. in paraphr. ad tit. ſi de feu. def. fuerit contro. inter. dom. et agna. vaſa. §. titius ſub verſ. ſed antiquo iure col. 2. circa med. quæ eſt col. 4. fol. 34.* † po-
2 nit tres caſus in quibus filius videtur eſſe deterioris conditionis, quàm agnatus, quia filius teneatur reſtituere pretium, ſi velit reuocare alienationem, quia teneatur eſſe hęres patris, quod culpa patris ei noceat ad amittendum feudum, non noceat autem agnato, videtur conferre hũc *tit. de alien. pater. feud. vbi duellum videtur permiſſum, & idẽ in §. ſimiles ruſticum, cum §. ſeq. ſi miles aduerſus. de pace ten. & eius viol. iuncta ibi glo. in verb. an diuino, ſub verſ. quod autem ſequi-*
3 *tur;* † vel quod beſtialiter conſtitutum, vel
4 quod feuda male compilata, † vel quod vitioſa nec accurate cõpoſita, vel quod Obertus, & Gerardus bonas, & malas conſuetudines cumulauerint, & fuerint duo pecora iuxta docto. ſupra in pręf. iam cit. ad quam me refero.

5 † In contrarium eſt veritas, quæ ex omnibus fere contextibus detegitur, ſtudium Compilatorum demonſtrãtibus, ad litterã, rationabilitatis retinendæ ſemper, & conſeruandæ *in tit. qui ſucceſſ. 3. lib. 1. ibi ſi rationibus claruerit, in tit. ſi de inueſt. fue. contr. &c. ibi remittitur domino ex æquitate defuncto, & ibi vel alijs iuſtis rationibus & ibi iure obtinebit tit. quæ fuit prima cau. benef. amitt. §. prædictis. ibi tàm* naturalis quàm ciuilis ratio ſuadet. *& ibid.* ex alijs verbis conſidera ſummam compilatoris prudentiam in monitionibus, quas adfert pro ferendis recte iudicijs *& in §. denique* ibi tum rationę quàm moribus cõprobata eſt *& cit. Epiſc. vel Abbat.* vbi conſtitutio Sanctæ Synodus proponitur obſeruanda. *in tit. de cõtent. int. dom. & Vaſſ. 23. ibi non eſt bonũ* vt veritas denegetur. *tit. de alien. feu. ad princ.* ibi ſecũdum iuſtum & verum, vſum & etiã ibi Mediolanenſes verò irrationabiliter conſiderantes, *in tit. quib. mod. feu. amitt. 5. eod. lib. 1. §. rurſus, ibi nullo iure ſe tueri poteſt, in tit. de allod. verſ.* vt autem ęquitas, quæ in paribus cauſis paria iura deſiderat, & notabiliter in *tit. An marit. ſucced. vxo. in benef.* vbi æquitas præfertur rigori, & filij admittũtur etiam ad feudum maternum; & infinitis alijs in locis, quos cumulaueram, in quibus vel ęquitatis mentio fit, vel iuris, vel ratio adijcitur, vel opiniones diuerſę referuntur, & quęſtiones per ſapiẽtes diſcuſſę cernũtur; ſed [ne tedio eſsẽ, prętermiſi hunc laborem] ad ſtudioſum lectorem remitten-
6 dum; † teſtes ſunt & plerique, nam ſummã in vſibus feudalibus ſapiẽtiam, ęquitatem, rationem naturalem, & benignitatẽ agnouerunt *Balza. de his qui feu. dare poſſ. ad princ. Intrig. de feu. q. 14. nu. 7. Ioan: Schon. lib. 1. Th. 2. reſp. 1. Curt. de feu. par. 1. quæſt. 1. ſub nu. 2.*
7 † Quam ob cauſam facilè introdctũ fuit, vt ad omnes, quamuis extraneos, iſtæ conſuetudines penetrauerint, & eis ligari volue-
8 rint, † prout ligari omnes aiunt *in præf. ad feu. Minad. in conſt. in aliquibus not. 9. num. 66. cum ſeqq.* Roſent. *in Synop. c. 1. concl. 9. nu. fin. & ibi glo. vlt. Iſern. ad tit. noſtr. num. 7. ad fin. & add. ad eund. in prælud. ſub numer. 24. verſ.*
9 *dubitatur ergo* † Quę ſi irrationabiles eſſent
iam

iam millies ab aula exceſſiſſent (tantū abeſt
vt tam late propagatę,) & adhuc nunc fo-
rent extirpandę *per c. ſi conſuetudinem. c. ma-
la. diſt. 8. & per Principes propellendæ ad
Minad. in d. conſl. in aliquibus not. 1. nume. 4. &
ſeqq. & nu. 94. Sol. in præf. decr. antiq. Sabau.
gloſ. vlt. ſub num. 10. & ſeqq. maximè num. 14.
Iſern. in prælud. feud. ſub num. 24. verſ. dubita-
tur ergo, & num. 25. 26.* vbi plura de hac ra-
tionabilitate, & de effectibus inde proma-
nantibus. *Vnde Cuiac. de feu. ſub princ. Et
nos quoque, inquit, ius feudorum, quo Italia vti-
tur, ſequimur non inuiti melius Forner. de feu.*
10 *titu. 1.* † *Quare*, ait, *his libris, vndè multa nos in
vſū noſtrū hauſimus, tāquā bonis, & æquis ferè
paſſim vtimur: & in iure pontificio crebra feu-
dorum mentio eſt, & in legibus Galliæ municipa-
libus primum forè locum ſibi vendicat titulus
de feudis.* prout & Galli iure Romano vtū-
tur, tāquam rationabiliter compoſito *teſte
Natt. conſ. 197. num. 28.* non per vim arcta-
tiuam, ſed per vim rationis directiuam, *vt
per Surd. conſ. 301. ſub num. 30. & ſeqq. etiam
in term. noſtris ſub numer. 31. in fin. lib. 3.*
11 † Eſt enim de natura conſuetudinis, vt ſit
rationabilis, per inde ac lex ipſa, quæ prę-
ſumitur ęque ac lex ipſa rationabilis, *Felyn.
in c. cum omnes. nume. 7. 8. in c. cum acceſſiſſent.
col. 2. verſ. hanc concluſionem. de conſt. Magd.
de num. teſt. in teſt. par. 1. c. 22. nu. 31. & c. 19.*
12 *num. 40. & par. 2. cap. 1. nu. 21.* † Vndè illud
quod ratio, quæ conſuetudinem ſuaſit, ſer-
uanda eſt *l. vnica. quæ ſit longa conſuet. Crau.
conſ. 1000. pro gen. in Corol. num. 16.*
13 † Non reſiſtunt contraria *ex tit. de filijs
nat. ex matr. ad Morgan. contr. ex §. ſi miles. de
de pace tenen. & ſimilibus*, quia non eſt vetitū
ius antiquum referre, & præſertim cum lex
Imperatoris tota refertur, adeò quod quā-
14 uis ſit aliquid inutile † id non ſit præciden-
dū à Compilatore *ad tit. Inſt. de leg. fuſ. Can.
tollen. & ibi ſcrib. & ad princ. titul. Inſt. de
teſtam. ordinan. ibi, ſed vt nihil antiquitatis pe-
nitus ignoretur Menoch. conſ. 2. n. 247. & ſeqq.*
15 † Vbi proficuum eſſe poſſe rerum origines
dignoſcere, *ſic in dicto tit. de filijs, &c. & in
tit. de alien. pater. feu. ad fin.* ſolum conſuetu-
do Mediolanenſium refertur, *& §. ſi miles,
eſt ſub cōſtit. Fed. Imperat. & tit. Qual. olim. po-
terat feu. alien. in rubro et nigro. per tot.*
16 † & quicquid ſit hodie de prohibitione
duellorum, ſic non erat antiquitus *ad tit. C.*
17 *de gladiat. lib. xi.* † Imò licet de iure cano-
nico ſic prohibitum, limitatur tamen, ne
procedat hæc prohibitio aliquibus caſibus
vt per Iul. Ferret. de duello num. 26. ad quem
remitto, & ſufficiat hæc pauca ad propoſi-
tum de duello, vt intelligamus feudiſticos
compilatores non arguendos, ſi contextus
de eo loquentes nō omiſerunt, tam propter
allegatam mox cauſam, quàm etiam quate-
nus nec iura ciuilia, nec etiam canonica
omnino reiecerunt, quæ ob id redarguen-
da nemo dixerit, aut cogitauerit quiſquam.
*de duello etiam Alciat. tit. de ſingul. certam, &
ibid. conſ. integrum de eodem.*
18 † *Ad titu. de filijs.* &c. cum quo conuenit
*§. moribus. ſi de feu. def. fuer. contr. inter. dom. &
agnat. Vaſal.* reprobatum à relatis *per Rim.
iun. conſ. 164. num. 31. 32. 33. tom. 2.* quaſi cō-
tineat pactum de futura ſucceſſione de iure
prohibitum, Reſpondetur quia defenditur
19 *per eund. ibidem per num. ſeqq.* † pactum di-
ſtinguendo, quod pactum de futura ſucceſ-
ſione affirmatiuum ſit prohibitum, non ne-
gatiuū; de quo in capitibus prędictis, adeò
quòd pactum affirmatiuum nec conſuetu-
dine quidem poſſit corroborari, quia eſſet
mala cōſuetudo, potiùs extirpanda, *vt ibid.
num. 37. & ſeqq. per Rimin.* & quia inducit
votum captandæ mortis, ſecus negatiuum,
quia non inducit, *vt num. 44.* Imò ſecus etiā
in affirmatiuo, quando ſucceſſio inducere-
tur ab alio, puta à teſtatore inter fideicom-
miſſarios ab ipſo vocatos, ſeù à Domino
directo ita diſponente, vt ſit ſucceſſio inter
alios, *qui eſt caſus d. §. moribus*, nam ceſſat
hic ratio ſollicitudinis aliorum inueſtitu-
torum, ceſſat & votum captandę mortis,
& ſi ſubeſt, non eſt de iure conſiderabile,
vt inſigniter *per Rim. d. conſ. 164. ſub nu. 46.
47. qui ita d. §. moribus.* intelligit nouo intel-
lectu, & ſic interpretatur, & manet eius ra-
20 tionabilitas hoc pacto bene defenſa † *con-
tra Iſern. in eod. §. moribus, quos mores* appel-
lat prauos, & non ſeruandos, at malè ſecu-
dum prędicta, *et benè Rim. teſtatur ibid. num.*
44. erraſſe Iſern. (licet aliàs ſummum feudi-
ſtam) circa verùm intellectum *d. §. moribus*
21 † Tit. verò de filijs, &c. cum contineat
pactum ſucceſſionis negatiuum, nulli du-
22 bium quin rectè ſuſtineatur: † Nam, quod
pactum ſucceſſionis negatiuum conſuetu-
dine roboretur, admittunt *Docto. per d. text.
et per tex. in §. filij. ſi de feu. def. fuer. contr. int.
dom. et agn. Vaſal.* quamquam ſubdant id nō
probari ratione iuris, ſed cōſuetudine tan-
tum, quaſi fixum ſemper maneat hanc con-
ſuetudinem non eſſe iuri conſonam, ſed &
hoc malè, quia, vt dictum eſt, eſſet mala cō-
ſuetudo, & ideo extirpanda, *vt per Rim. iam*
23 *cit. ad d. nu. 37. 38. et 39* † Nec viget votum
captandæ mortis in pacto de non ſuccedē-
do, *vt ſubdit ibid. Rim. num. 43.* Adde quod
24 *Bald. in d. §. filij* † dicit quod iſta conſuetu-
do, quod filij nō ſuccedant patri, poteſt ha-
bere motiuum ęquitatis propter fauorem,
& honorem matrimonij, nam ſub tali pa-
cto nobiles inueniunt nobiliores, per quos
nobilitas creſcit, & refert hoc ipſum *Rim.
ibid.*

Digitized by Google

25 *ibid. num.* 51. † & poteſt conſiderari(quod
iſti filij)quamuis legitimi, non tamen om-
nia legitimorũ Iura obtinerent quoad ſuc-
cedendum, nam cum huiuſmodi vxores
poſſint dici ad ſimilitudinem concubinarũ
antiquarum, habebantur vt vxores minus
principales, vnde earum filijs nec erat de-
bita hæreditas, nec ęqualis honor, non ſa-
cerdotium, non primogenitura, munera tã-
tum recipiebant, & mutua ſe charitate am-
plectebantur *Gen. cap.* 22. *Card. Paleot. de
Noth. & ſpur. cap.* 17. *num.* 8. *Couar. in epito.
de ſponſal. par.* 1. *cap.* 4. *nu.* 9. *Meno. de arbitr.
iud. caſ.* 408. *num.* 14. *& ſeqq. & in term. hu-
iuſce titul. de filijs, &c. Ioan. Bapt. Lupus in
tract. de illegit. etc. in pręfat. numer.* 20. *&* 21.
26 † Ratio inſita potuit eſſe, ne Vaſſalli mor-
tis cogitatione turbari, infirmitate graui
detenti ab vxoribus facile ſeducerentur, vt
ad proprios filios, quos non tam decebat,
feuda deuoluerentur *ad Natt. conſ.* 463.
27 † Vbi in hoc fundari ſtatuta prohibentia
relinqui vxori vltra certam ſummam *in
conſ.* 147. *num.* 12. *in conſ.* 148. *num.* 6. *ad fin.*
28 † Vbi quod filij primi matrimonij non ſuc-
29 cedant *in conſ.* 466. *num.* 9. † Vbi quod ſuc-
cedant in quibuſdam tantùm *conſ.* 391. *nu.*
30 4. *et* 9. † Vnde apparet huiuſmodi pacta
contemplatione matrimonij ſuſtineri, &
valida eſſe, pro quo adde *Marc. quæſt.* 128.
31 132. *par.* 2. † vbi de pacto de ſuccedendo
vel non: *quæſt.* 597. vbi in feudalibus: *q.* 610.
ead. par. 2. quibus locis de pactis circa mo-
dum, vel reſeruationes ſuccedendi *Menoc.
conſ.* 1. *num.* 136. *et ſeqq.* in materia feudali
de pactis quod deficientibus maſculis, mu-
lieres, & ſucceſſores habeant feudum *conſ.*
32 92. † Vbi de matrimonio cum pacto quod
donentur marito bona propria aliquo ſibi
33 reſeruato *conſ.* 203. † Vbi de pacto inter cõ-
iuges, vt primogenitus ex illo matrimonio
certis in bonis patris vel matris ſuccedat
34 *in conſ.* 803. *num.* 39. 40. *lib.* 9. † Vbi in pacto
de ſuccedendo in locis in quibus ita conſue
tum eſt. *in conſ.* 904. *num.* 35. *et ſeqq. lib.* 10.
35 † Vbi in pacto de ſuccedendo in quota hę-
reditatis, vel bonorum *in conſ.* 1136. *num.* 8.
36 *lib.* 12. † Vbi maritum agere poſſe ad inte-
reſſe, cui loco dotis fuerat promiſſa portio
aliqua hæreditatis, eadem ſibi non reſerua-
ta, ſeu relicta: *Surd. conſ.* 397. *num.* 20. *in fin. et*
37 21. *lib.* 3. † Vbi quod mortuo marito eius
hęredes lucrentur dotem non valet, ſecus
quod hęredes vxoris lucrentur donationẽ
propter nuptias, & ibid. ratio diuerſitatis
38 inter iſta: *Bero. conſ.* 120. *lib.* 2. † Vbi quod
primus filius maſculus, & deſcendentes ab
eo ſuccedunt: *Surd. dec.* 209. *num.* 13. 14.
39 † Vbi quod poſſunt huiuſmodi pacta reuo-
cari, & poſſe ipſos contrahentes mutare vo-
luntatẽ tradit *Iacob. à S. Georg. de feu. verſ. et
vnus ex dictis Vaſſallis habens filios & nu.* 5.
ſic conuenire per cõtrarium pactum, quod
huiuſmodi filij ſuccedant vnà cum liberis
primi matrimonij, vt ibidem per eum. Ceſ-
ſante verò hac conſuetudine, non poſſet
pater prouidere quod filij ſecundi matri-
monij non ſuccederent in feudo, cum om-
nes ex generali feudorum conſuetudine
eſſent admittendi: Secus in allodialibus, *vt
ibid. num.* 6. *et* 7. ex quibus poteſt tutò con-
cludi contra inuehentes in feuda ſub hoc
clypeo tit. de filijs &c. maximè ſtante ſim-
plici eius relatione ad locum vbi ea viget:
& nõ poſſit dici pactum contra bonos mo-
res tam ex prædictis multis allatis fauore
matrimonij militantibus, quæ aliàs non
40 ſubſiſterent. † quàm quia huiuſmodi pactũ
ſtante ſtatuto loci, vel conſuetudine id in
eo loco permittentibus, non poteſt dici cõ-
tra bonos mores eius loci, quia ad iudican-
dum aliquid eſſe contra bonos mores in-
ſpicitur locus Ciuitatis, in qua hoc iudicari
debet *l. item apud labeonem, ibi aduerſus bonos
mores ciuitatis. ff. de iniur. Rim. iun. in term. d.
conſ.* 164. *nu.* 49. *lib.* 2. *adde infra cap.* 23. *par.*
41 1. *num.* 43. *et ſeqq.* † Ad Capyc. verò, qui di-
xit Obertũ, & Gerardum fuiſſe duo pecora,
aduertendum primò id dixiſſe contra *tex.
tit. ſi de feu. def.* 25. vbi ambo ſapientes illius
ciuitatis nominantur. ſecundo id dixiſſe al-
legato *Bal. in tit. hic finit. lex. ſub prin. ſub nu.
6. in fin.* qui tamen Bald. ſic loquutus eſt ſub
eo prętextu, quaſi Obertus, & Gerardus di-
xerint dominum poſſe iuuari à Vaſſallo,
etiam in bello iniuſto, ſaltem ad defenſam,
*cui contradicit Bald. ibid. per multa, iuncto
Aluar. ibid. ex cap. qui conſentit* 11. *quæſt.* 3.
42 † Vbi maledicuntur à Deo, qui conſentiũt
peccãtibus, *quibus adde ad. tex. hic finit. lex.
Præpoſ. Schon. et alios*, ſed hoc peſſime, quia
Obertus, & Gerardus feudalium placitorũ
conſultiſſimi, (*vt ibid. poſt princip. teſtatur
Schench.*) hoc nunquam dixerunt, ſed imò
negarũt, *tàm ſub princ. dicti tit.* eò ipſo quod
tenent, & ſi non iuuet Vaſſallus Dominum
feudum non amittere, & clariùs in fin. vbi
nominatim exprimunt Vaſſallum non te-
neri iuuare Dominum iniuſte guerram fa-
cientem: Noluerunt tamen (ſicuti nec po-
tuiſſent) tollere ſuum Vaſſallo arbitrium
defendendi ſi velit, Dominum etiam in
bello illicito, & id eſt quod ſcribitur *in verſ.*
ſed cum palam, nam ad merum factum nõ
potuiſſent manum apponere, quęadmodũ
circa ea quę ſunt facti I. I. C. C. ſe non inter-
ponunt, ſatis eſt quod ſi factum impedire
non poſſunt, ipſum tamẽ factum non pro-
bent: Obertus verò, & Gerardus non ap-
probant, quod Vaſſallus iuuet in bello
illicito,

illicito, at ſi velit iuuare non impediunt
nec impedire poſſunt, ſed non propterea
redarguendi, & ita ſoluentur omnia oppo-
ſita, *vt in term. Affl. ad d. titul. hic fin. lex ad
verſ. 3. nota ſub num. 1. vſque ad tertium* in-
cluſiuè, vbi refert huiuſmodi verba Bald.
iniurioſa, defendendo Obertum, & Gerar-
dum in ſpecie *innc. prin. ſub verſ. Dominus
habebat. apud eund. Afflic.* pro quibus ſaluan-
dis, & liberādis ab huiuſmodi imputatione
aliæ iuſtificationes afferuntur *per Docto. ad
eund. tit. hic fin. lex. per Aluar. num. 16. prępoſ.
ſub num. 3. per Schench. latè num. 20. longa etiā
add. ad idē extat ad ipſummet Bald. ibid.* ſed prę
fata expoſitio eſt omnium optima, tāquam
literalis, & naturalis, tollens omnem ſcru-
pulum: Non negantes tamen quin Vaſſal-
lum volentem iuuare dominum in bello
(etiā iniuſto valde) excuſare poſſint huiuſ-
modi iuſtificationes, ſeù conſiderationes
dictorum, & aliorum *docto. ad eund. tex.*

Ex hiſce verò (tamquā ex vngue leonē)
veritatem colligito rationabilitatis feudo-
rum, neque enim ſic ad primum introitum
omnia ad amuſſim circumplecti poſſibile
eſt, Reliqua multa tractatus in progreſſu
paſſim indicabit. Interim ſuffer.

43 †Reliquum eſt aliquid explicare circa ea,
quæ ſupra diximus impoſita compilatori-
bus, concernentia malam compilationem,
quibus addi poſſent crebræ quædam repe-
titiones vſque ad nauſeam, &c. *pront ſupra
in præf. & ſub prin. iſtiur cap. 3.* Ad hęc enim
ſic ſatisfieri poſſe puto, vt contra Gerardū,
44 & Obertum iniquè opponātur † Quia eos
non fuiſſe totius voluminis feudalis Colle-
ctores ſatis datur intelligi, *vel ex titul. de feu.
cognit. vel ex tit. 23. quib. mod. feu. amitt. lib. 2.*
Vbi Obertus de Horto ſcribit ad filiū par-
ticularem materiam, non vniuerſalem, nec
tanquam compilator totiùs materiæ feu-
dalis; Vel ex diuerſis alijs locis, in quibus re
feruntur Obertus, & Gerardus, vel diuerſa-
rum opinionum inter ſe, vel ipſorum cōtra
alios, ita quod videatur eſſe Tertius quidā
alius ab eiſdem, qui ſic eos retulerit, & opus
compilauerit, *vt in tit. hic fin. lex. in tit. de leg.
Conrad. §. pen. in tit. de Capit. qui cur. vend.* per
totum: prę ſertim videndo; In tantum quod
nec primus liber Gerardo, nec ſecundus
Oberto, vt quidam aliquando putarunt,
aſcribi poſſit, nam vtrobique Rhapſodiam
ex variorum auctorū, inter quos Gerardus,
& Obertus præcipuè enumerari ſolent in
contextibus feudalibus, ſeù Imperatorum,
ſeù variarum Regni conſuetudinum ſcrip-
tis ſuffarcinatam animaduertere licet, & ita
45 ſentiunt magis communiter docto. † dum
collectorem vnum generalem aſſeuerant
Odofred. in auth. Caſſa ſub num. 1. C. de ſacroſ.
46 *Eccl.* † Vbi id tribuit Vgolino, qui poſt no-
nam collationem (ab Imperatore Federico
Iuniore Doctoribus tunc Bononienſibus
ordinatam) poſuit librum feudalem, & om-
nes Conſtitutiones Federici antiqui, & ali-
quas leges Conradi Imperatoris, & vocatur
vltima collatio, cui credendum, quia quaſi
47 de viſu, & de geſtis ſuis temporibus † ſed
pauci ſunt qui habeant ita ordinatè in li-
bris ſuis ſicut Odofredus, *vt referunt Bald.
Alu. & Iaſ. & hos omnes Sonc. in præl. feu. ſub
num. 14. ad fin. Syluan. de feu. recogn. quæſt. 1.*
48 *num. 17.* † Nec Gerardum, aut Obertum
fuiſſe collectores benè demonſtrat, & deſ-
cribit *Hotoman. piſt. in præfat. ad Comment. in
vſus feud. quem refert. V ult. cap. 9. ſub nu. 64.
pag. 47.* quarè iniuria fuère ambo nomina-
tim notati. Et prępterea quiſquis ſit iſte
feudorum Collector, hunc non potuiſſe in-
genioſius rem iſtam componere eliciamus
ex eo, quod varia eſſent, hùc atque illuc
paſſim diſperſa fragmenta harum conſue-
tudinum, & in confuſo, & tanquam chaos:
Hic referas gratias primis auctoribus: Nā
ſi hæ omnes erant, & ſunt conſuetudines,
49 † ergò non ſcriptæ *§. ſine ſcripto. Inſt. de Iur.
nat. gen. & ciu.* ergò varijs iniurijs, ſuppoſitę
& obliuioni: Maximum tibi ex earū in ſcri-
50 pta reductione commodum acceſſit † Quia
ſcriptura ſemper loquitur *Surd. conſil. 136.*
51 *n. 12. 46. & ſeqq.* † & faciliùs p eā omnia pro-
bantur *l. contrahitur. 4. ff. de pignor.* ſtudio-
ſiores ad hoc animum aplicuerunt, vt quæ
identidem ſeruari contingebat circa feuda,
adnotarent; Alij ſucceſſerunt, qui notulas
huiuſmodi variorum diſperſas conquire-
rent, & congregarent: & alij demum qui ad
plenum librum reduxerūt: In hac farragine
tu quid feciſſes? an liberum tibi remanſiſſet
arbitrium addendi, aliquid, vel reſe-
candi? certe non fuerat data huiuſmodi po-
52 teſtas per Cęſarem aliquem † quem admo-
dum tamen ecōtra data erat per Iuſtinianū
Triboniano, Hermogeniano, & alijs quibuſ
dam *iuxt. l. vn. C de nou. Cod. facien. & §. cumq;
53 hoc ideo Inſt. in præf.* † Quare (ceſſante hac
facultate) neceſſe fuit Compilatori ſingula,
prout in manus inciderant, deſcribere, nihil
omittere, omnia, vt iacebant, tranſcribere:
Inter tamen anguſtias haſce, adeò adhuc
aptè, adeò q̄ concinne ſingula ſingulis ſuis
opportunè locis interſerendo, vt ſi benè in-
ſpiciatur, non rem alienam, & tumultuariā
collegiſſe compilator, ſed quaſi propriam
materiam edidiſſe videatur; dum à primis
pręcipuiſque materiæ capitibus, & exordi-
ri, & ordinatim rem vniuerſam ita cōplere
ſolitus fuerit, vt nihil omnino prætermiſſe-
rit de inuentis; breuibus quibuſdam digre-
ſionibus identidem vſus, vt quę nullo alio
loco

Digitized by Google

loco reponi congruenter non poſſent, ſuũ
54 locum ſubirent nihil eorũ deperiret † Mos
quidem ipſorum etiam Iuriſconſultorum
l. 2.ff.de ſtat.hom.l.cum de lanionis. §. aſinam.
ff.de fun.inſt. nunquam tamen, ſi bene atten-
deris, primum principalis ſui inſtituti filũ
dimittendo, ad idemq; mos ſemper redeũ-
do: Contingunt quidem, nec enim negari
poteſt, quædam (inter hæc) repetitiones, ſed
id ex ineuitabili quadam neceſſitate, non
ſolum, vt diuerſorum ſcriptorum etiam di-
uerſa eſſent loca accomodata, nec quicquã
55 poſt terga relictum maneret † ſed etiam,
(& hoc nota) quia *in tit. vel tex.* repetito
ineſt ſemper aliquid ampliùs, quàm ſit in
cõſimili alio, ex quo, & illud vlterius, quod
ſublata repetitione, nec contex. quidem il-
le, vbi fit repetitio adeò bene maneret ex-
plicatus cum reſecatione verborum, ſub eo
prætextu, quod alibi eſſent repetita, vnde
56 minimè neceſſaria foret repetitio † Quia
quinimo erat neceſſaria ad maiorem to-
tius contex. intelligentiam *ad l. inciuile. cum*
57 *not. ff. de legib.* † cum ita ſæpe contingat, vt
non poſſit quid ita diuelli ab vniuerſa pe-
riodo, quin aliquid de eius ſenſu detrahatur
d.l. inciuile, & l. cum in annos. 1 t. ff. de an. legat.
Vbi I. C. eius occaſione quod poſitum fuit
in fine pertinens *ad §. vlt. l. anteced.* idẽmet,
quod ſupra, retulit *in l. in ſingulis, & in l. ſi in*
58 *ſingulos. ff. eod.* † Quinimò, & leges ipſas re-
petitas cernimus aliquando, *vt l. mulieres. de*
dignit. & tit. de incol. l. iubemus nullam. Cod. de
ſacroſ. Eccl. & in tit. C. de Nauicul. nõ excuſan.
Balza. ad rubr. qui ſucceſ. ten. ſub numer. 2.
Atque ita tandem nihil de ſuo adiecit Cõ-
pilator, nihil de comperto diminuit, omnia
poſuit, nihil immutauit alterauituè, merum
collectorem, merum miniſtrum rectiſſimè
egit, & ad perpendiculum.

Hæc theorice tractata ad praxim redu-
59 camus † Vt igitur vel à perſonis inchoan-
dum (tanquam à dignioribus *§. fin. Inſt. de*
iur. nat. etc.) vel à quęſtione An ſit. *vt per*
gloſ. et Doct. ad rubr. Inſt. de obligat. Soac. in
prel. feu. & poſteà ad aliàs materię qualitates
paſſiones, affectus, & effectus procedendũ.
Ita duos libros conſpicimus feudales: In
quorum primò de perſonis, de originibus,
& præexiſtentia feudorum principaliter
agitur, licet cum aliqua intermixtione,
etiam aliorum, vt hoc oſtendit ad litteram
tit. 1. lib. 1. §. et quia. In ſecundo verò (iſtis iã
præſupoſitis, agitur præcipue de intimis
feudorum qualitatibus, paſſionibus, affe-
ctibus, effectibus, & de natura propria ab
alijs diuerſa, quicquid & alia conſequenter
60 eod. lib. contineantur ob cauſas allatas † vt
hæc ex titulorum connexione facile fient
manifeſta, quam ideò ſubijcimus, & etiam
ob aliud vt ſcilicet optimus rerum ordo re
ipſa conſpiciatur.

De his qui feu. dare poſſ. Tit. 1.

*Et ecce in primo tit. lib. 1. de his qui feuda da-
re poſſunt*, & qui non, & qualiter acquiratur
& retineatur, à pſonis ſũptis initijs, vt verba
ſonãt rubricę *et ad prĩc. tex.* & ab ipſa feudorũ
origine *in §. et quia vidimus*, audito ſtatim ꝓ
greſſu *in §. cũ verò Cõradus, et ſeqq.* Vnde ſi be
ne cõſideres huic initio reſpondet liber iſte
totus, dum nil aliud continet, quam perſo-
nas dantes, vel non dantes, aut dandi vel
non dandi feuda poteſtatem habentes, de-
inde modos retinendi ſcilicet non amit-
tendi, & poſtea formam dandi, ſeù conſti-
tuendi feudum ad *fin.* libri, & demum om-
nes cauſas ex quibus quid in eſſe deducitur
ſeu fabricatur; efficientẽ ad quam reſpiciũt
tituli, qui poſſunt feudum dare. materialem
qui accipere, vel non, formalem quomodo
feudum ipſum conſtituatur, & finalem ti-
tuli ad fidelitatem pertinentes, vt propte-
rea liber iſte primus feudi, fabricam vt ſic di
xerim, ſeu ędificium erigat conſtruat aut
conſtituat: Secundus verò ædificium iam
erectum conſtructũ aut conſtitutum prin-
cipaliter conſideret in ſuis qualitatibus, &
effectibus, vt ſupra.

De feudo Guard. & Caſtaldię. Tit. 2.

Quod feuda tranſeant ad deſcendentes
ſecundum *tit. anteced.* Non habet locum in
feudo Guardię, & Caſtaldię, quia poſt an-
num poteſt pro libito auferri, ſic titulus
iſte; rubrica inſpecta, prima facie hinc alie-
nus, quam bene conueniat per modum fal-
lentię ipſe per te collige; in tantum quod
paragraphum ſeù partem tituli pręceden-
tis cenſuerit *Cuiac. non malè, adde, & fin. tit.*
1 t. infr. hoc tit. eſt ergo hic *tit.* limitatio an-
tecedentis.

Qui ſucceſſores feudum dare teneantur. Tit. 3.

Poſt perſonas quæ feuda dare poſſunt
ipſas primas, quæ feudum dant, *de quibus
in primo tit.* ſequitur recto ordine videre de
earundem ſucceſſoribus, An, & ipſi tenean-
tur ſuorum Anteceſſorum Inueſtituras cõ-
firmare, & ratas habere. Item, & fortè
non minus bene) continuatur materia fal-
lentiarum, dum in Inueſtitorum ab Eccle-
ſiaſticis hic enumeratis ſucceſſoribus feudũ
non continuat: quod & adhuc patitur aliàs
ſublimitationes *de quibus in tex.* qui cum
agat de Eccleſiaſticis non eſt omnino idem
cũ *tit. 9. infra qui ſucceſſ. tenean.* vbi de laicis

Digitized by Google

inueſtitoribus bona occaſione vt ibi: licet in fine *tit.* obiter quodammodo, &ad maiorem explicationem antecedentium ponat & de Eccleſiaſticis perſonis, vti materia differens a laicis vt ibi, id quod diuerſitatem horum titulorum confirmat, contra eos, qui identitatem arguunt, vt in ſpecie Hoto. *ſub princ. ad vſus feu.* nec illa pro occaſione repetitio venit arguenda ex eo, quod non raró idem contingat legi in textibus iuris ciuilis, & hos titulos adhuc ſupple ex alio *tit. 35. de Clerico qui Inueſt. facit lib. 2.* quæ in illis deſunt, vt omnes inter ſeſe collati mutuó ſibi ſint adminiculo: vnde, & ſuperfluę repetitionis prętextus hoc ſolo euitetur, & excludatur. Quidam dixerunt hãc rubricã non fuiſſe antea inſertam hic, tãquam quid partis rubricæ primæ *de his qui feu. dar. poſſ. Ardiz. & Aluar. hic: & Lanar. in repet. eiuſd. tit. num.* 13. id quod non continuationem ſolum, ſed quod plus eſt, etiam intrinſecam connexionem magis demonſtraret.

Si de Inueſtitura feudi controuerſia fuerit. Tit. 4.

Pertinet ad eandem materiam dantium, feudum, vt poſt Inueſtituram teneantur mittere in poſſeſſionem Vaſſallum, & alia id genus, quę huius, aut conſimilis occaſione controuerſias contingentes inter dominum, & Vaſſallum, tangunt, putà, an feudũ ſit paternum, vnde ſucceſſor ſit admittendus, an Guardiæ, &c. *vt in toto tit.* id quod an congruat cum antecedentibus ipſe tu judicato; ſeù aliter conſidera, quod Vaſſallus dum contendit cum Domino, id vnum agit, vt feudum feudiq; poſſeſſionem pro virili retineat, id autem pertinet ad eam partem primi tituli hoc *eod. lib. ibi, & retineatur* vt non immeritò ſub eius ala ſequentes hucuſque tituli contineri dixerimus, *& docet. tit. ſeq. in prin.* Nota ergò non incuriã, aut oſcitantiam Compilatoris, ſed aciem oculi totam intentam, vt ordinem pro viribus ſeruet.

Quibus modis feudum amittatur. Tit. 5.

Hic continuatio ab ipſomet *tit.* petatur, ait enim *tex.* ſtatim in priucipio: *Quia ſupra dictum eſt quibus modis feudum acquiratur, & retineatur, nunc videamus qualiter amittatur.* Attende, & conſidera Compilatorem texturæ congruentis amatorem.

Epiſcopum Abbatem, vel Abbatiſſam vel Dominum plebis feudum dare non poſſe. Tit. 6.

Videtur ordinem peruertere hic Compilator, dum ad priorem materiam videtur redire: Verùm erras toto cęlo, nam, & hic *tit.* venit continuatiue ad pręcedentem, ſiquidem, & reuocatione amittitur feudum reuocando ab eo, cui vel nulliter fuiſſet conceſſum feudum ab eo forte, qui concedendi facultatem non haberet, vel aliàs ob cauſas, putà, quia fæmina, mutus, aut alias imperfectus iuxta titulum iſtum.

De natura Feudi. Tit. 7.

Reuocari autem poſſe feudũ ſcito, quia eius eſt natura, vt reuocari queat ex cauſà, aut aliter, vt in *tit.* præſenti ad ſequelam præcedentis.

De ſucceſſione feudi. Tit. 8.

Hactenus de feudo actum eſt, prout acquiſitum fuit immediatè, & quomodo retineatur, & quomodo amittatur; ſequitur (vt ait contex. ipſe) de ſucceſſione feudi videre, id eſt non de primis acquiſitoribus, ſed de eorum ſucceſſoribus, & de modo ſuccedendi, & de perſonis ſucceſſionis capacibus, de quibus in *tit. iſto.*

Qui ſucceſſores teneantur. Tit. 9.

Eandem proſequendo materiam, qua obligatione teneantur ſucceſſores ſiue inueſtientis, ſiue inueſtiti hoc *tit.* explicatur vtilis hic *tit.* ad ſupplendum quod deeſt *in tit. 3. ſupra.*

De contentione inter Dominum, & fidelem de Inueſtitura feudi. Tit. 10.

In pręcedenti *tit.* lis erat an Inueſtitura anteà facta, & de cuius viribus nulla erat dubitatio eſſet adimplenda, tempore vel conditione adueniente vt ibi: Nunc ſi de Inueſtitura ipſa cõtingat cõtrouerſia quid agendum ſubordinate diſcutitur hoc *tit.*

De pignori dato feudo quid iuris. Tit. 11.

Et ſi de pignori dato feudo ſe inueſtitum quis dicat, quod pariter ad controuerſiam pertinet eandem.

De contentione inter me, & Dominum de portione feudi Fratris mei defuncti Tit. 12.

Et hic *tit.* eaſdem continet de Inueſtitura iure ne ſit facta, ad effectum de quo ibi, cũtentiones.

De alienatione feudi. *Tit.* 13.

Superiore titulo comparuit frater ſucceſſionem in parte fratris defuncti prætendens, ſiuè poſſideret ſiuè alienaſſet: quare huius occaſione recte de alienatione, & eo genere alienationis quod permiſſum ſit, & de quo voluit intelligere *præceden. tit. ibi ſiuè alienaui.* relato tamen plenius tam iure antiquo, quàm nouo circa alienandi facultatē vt tamen ad materiam ſucceſſionis iterum, redeat Compilator in ipſomet huius *tit. fine.*

De feudo Marchiæ, *vel Ducatus, vel Comitatus.* *Tit.* 14.

Quam eandem materiam continuat idē Compilator *hoc tit.* vbi de ſucceſſione in regalibus dignitatibus, & alijs vt ibi tractatur.

An maritus ſuccedat vxori in beneficio. *Tit.* 15.

Et hic adhuc vt de ſe patet.

De feudis datis minimis Valuaſoribus quid Iuris ſit. *Tit.* 16.

Superiore *tit.* in finalibus verbis ſic legitur, *de minimis autē &c. ſic ſeruetur ſicut inferius dicemus.* ideſt in titulo, & loco iſto, vt ſidem datam ſeruaret.

Quibus modis feudum amittatur. *Tit.* 17.

Et inter reliquos caſus in quibus non eſt aperta ſucceſſori via ad feudum eſt amiſſio eius ob culpam de quo hic *tit.* aliàs perſonas continens diuerſas à contentis *in tit.* 5. *ſupra*, & ideò non ſuperfluus.

Apud quem vel quos controuerſia feudi definiatur. *Tit.* 18.

Controuerſiæ inter maiores, & minores. Valuaſores de quibus aliquid in *tit. anteced* ſequuntur in iſto cum pertinētibus ad eas.

Conſtitutiones feudales D. Lotharij Imperatoris, quas ante Ianuam Beati Petri in Ciuitate Romana condidit obſeruandas. *Tit.* 19.

Quæ ſupra dicta ſunt de feudo, de ſucceſſione, de amiſſione feudi ex culpa fundatis in conſuetudine, lex etiam Lotharij non inconcinnè corroborat, quaſiq; terminat, & concludit.

De beneficio fratris. *Tit.* 20.

Et hinc etiam optima occaſio nata deueniendi ad ſequentia, nam quod dictum eſt *in fin. præced. tit.* fratrem fratri ſuccedere, & alia vt ibi, hęc intellige, & limita ſecundū ea, quæ hoc *tit.* opportune ſubiecto enucleantur.

De feudo ſine culpa non amittendo. *Tit.* 21.

Eandem illam legem Lotharij de qua in *tit.* 19. quatenus loquitur de culpis, ideſt de amiſſione feudi ob culpam hic *tit.* ſupplet, quatenus cauſas ob quas feudū amitti poſſit recenſet, & ne ſine culpa cauſa cognita detur priuatio confirmat.

Quo tempore miles inueſtituram petere debeat. *Tit.* 22.

In tantum quod per hoc quod intra annum, & menſem Vaſallus renouationem non petierit, non ſit ſtatim priuandus abſq; cauſæ cognitione, & cauſis non intellectis: vt hic ſancitur eleganter.

De contentione inter Dominum, & Vaſallum de Inueſtitura feudi. *Tit.* 23.

Adhuc adeò hæc de cauſæ cognitione adhibenda vera ſunt, vt nec Domini negantis ſe inueſtiſſe aſſertio ſufficiat, ſed ſit iudicialiter procedendum, vel cum probationibus præ manibus, vel cum Iuramentis, & prout hoc tit. edocemur.

Quemadmodum feudum ad filiam pertineat. *Tit.* 24.

Paucis hiſce, occaſione explicandi conſtitutionem Lotharij ſupra tàm opportunè interſertam, hiſce titulis ſic, vt patet interſertis, ſit ad primum Inſtitutum de ſucceſſione, ſucceſſoreue feudi capace vel non, & eius excluſione reuerſio, hic enim filiam patri non ſuccedere explicatur.

Quibus modis feudum conſtitui poteſt. *Tit.* 25. *Iungitur cum tit. ſeq.*

Si de inueſtitura inter Dominum, et Vaſallum lis oriatur. *Tit.* 26.

Viſum eſt in ſuperioribus, de perſonis, quæ dant, & dare poſſunt feudum, de perſonis ſuſcipientibus feudum, & earum ſucceſſoribus, ac pariter de acquiſitione, retentione, amiſſione, & ſucceſſione cum emergentibus

gentibus articulis. ſequitur modò rectè de forma videre, exemplo I.C. *in l. ſi quæramus. 4. eum rubr. ff. qui teſtam. fac. poſſ. & quemad. teſt. fian. & in C. qui teſtam. fac. poſſ. & c. & poſt tit. de teſtam. & quemad. teſtam. ordin.* Id quod hiſce titulis expeditur: In quibus de modo, forma, ratione dandi conſtituendiue feudi, & de litibus inter Dominum, & Vaſſallum, quaſi per Epilogum potiſſimum eſt ſermo.

De feudo dato in vicem legis Commiſſoriæ reprobando. *Tit.* 27.

Ad declarationem antecedentium dicitur feudum ſub pacto legis Commiſſoriæ conſtitui non poſſe.

De vſu Mediolanenſium ſecundum quoſdam. *Tit.* 28.

Et quid Iuris ſi de re pignori data prætendatur facta Inueſtitura, quęſtio ſuperiori valde vicina, ideò non mirum ſi à nonnullis pars eius tituli reputetur, nam, & caſus pignoris deciſus fuit in anteced.

Finis primi libri feudorum.

LIBER *SECVNDVS.*

DE FEVDIS,

De feudi cognitione. *Tit.* 1.

Erecto hactenus hoc feudi ædificio in libro antecedenti, *vt dicebamus ad fin. rub.* 1. *eiuſd. lib.* Quibuſdam eod. lib. præmiſſis vt præparatorijs, ad pleniorem materiæ feudalis intus, & in cæte tractationem acceditur hoc toto lib. poſteriore: Cuius in tit. 1. dum quibus modis cauſæ feudales dirimantur, & diuiſio acquiſitionis feudi ex Inueſtitura, & ſucceſſione præmittitur, Artem Compilatoris aduerte: poſteaquam ex hac ſeu generalitate, ſeu diuiſione ad ſequentia tractanda ordinatam ſibi præparat viam. In quibus vel varij proponuntur ritus variorum locorum, auctorumq; variorum, vel totus iſte tractatus, circa hanc de Inueſtitura, & ſucceſſione diuiſionem circumagitur, atque verſatur.

Quid ſit Inueſtitura. *Tit.* 2.

Primum diuiſionis in tit. præced. membrum eſt Inueſtitura, † atqui vt omnis, quę
6 ſuſcipitur de aliqua re diſputatio, à definitione inchoatur, *teſte Tul. de Offic.* 1. en quâ belle cadat in continenti tit. iſte.

Per quos fiat Inueſtitura, & per quos recipiatur. *Tit.* 3.

Multa continere poteſt hic de Inueſtitura tractatus, quare vlterius progrediendo inchoatur primo loco a perſonis tit. iſto.

Quid præcedere debeat Inueſtitura, an fidelitas. *Tit.* 4.

Tollitur, & hoc dubium: huiuſque occaſione materiam fidelitatis proſequitur Compilator, vſq; ad tit. 7. incluſiue nempe.

Qualiter iurare debeat Vaſallus Domino fidelitatem. *Tit.* 5.

De forma fidelitatis. *Tit.* 6.

De noua forma fidelitatis. *Tit.* 7.

De Inueſtitura de re aliena facta. *Tit.* 8.

Rediit ad Inueſtituram, non ab re paucis de fidelitate interpoſitis, & cū hactenus loquutus fuerit de inueſtitura cum præſuppoſito, quod fieret de re propria, ſubijcitur rectè quęſtio quid ſi de re aliena, quę hoc tex. diffinitur.

Qualiter olim poterat feudum alienari. *Tit.* 9.

Et cum in fine tit. præced. dictum fuiſſet non poſſe ex feudo pignus conſtitui, An verò alienari, an de feudo aliter diſponi ad maiorem ſubiectę materię explicationem rectè ſtatim ſuppoſitum fuit arrepta opportune occaſione.

Quis dicatur Dux, Marchio, Comes, Capitaneus, vel Valuaſor. *Tit.* 10.

Non exit hucuſque Compilator de materia Inueſtituræ, quicquid occaſione vſus ſubiecerit proximum ſupra tit. Nam, & Inueſtitura cum Duces, Marchiones, & cęteri hac rubrica nominati contineantur, ideò tit. huiuſmodi bene hoc loco collocatus.

De ſucceſſione fratrum, vel gradibus ſuccedentium in feudo. *Tit.* 11.

Ecce quod abſoluto primo diuiſionis membro de Inueſtitura, quomodo ſe contineat in ordine Compilator, dum ad alterum diuiſionis membrum de ſucceſſione accedit, ad quam pertinent tituli ſequentes.

De

De fratribus de nouo beneficio Inueſtitis. Tit.12.

De Inueſtitura quam Titius accepit à Sempronio. Tit. 13.

De Vaſallo decrepita ætatis qui feudum refutauit, vt filij inueſtirentur. Tit. 14.

De Inueſtitura in maritum facta. Tit. 15.

De eo qui ſibi vel hæredibus ſuis maſculis, & fœminis Inueſtituram accepit. Tit. 17.

De duobus fratribus à Capitaneo inueſtitis. Tit. 18.

Dixi ad tit. 11. ſupra omnes hoſce titulos pertinere ad materiam ſucceſſionis, & ita eſt in contextu, quicquid rubricæ ipſæ prima facie aliud præſeferant, nec omiſſum volebam. Nam, & tit. iſte ad ſucceſſionis materiam pertinet.

De controuerſia feudi apud pares terminanda. Tit. 16.

Tit. hic inter prædictos ideò poſitus, q᷑ in tit. 15. anteced: ceciderit, & de ſucceſſione, & de controuerſia inter duos Vaſallos quæſtio, quid ſi quæſtio inter Dominum, & Vaſallum contingeret? & hoc eſt quod hoc tit. ſubijcere voluit per occaſionem.

An remoueri teſtes debeant, qui pares eſſe deſierunt. Tit. 19.

Ex pacto Inueſtituræ adiecto frater fratri ſuccedere poteſt, quid ſi non appareat ſe Inueſtitum, vt & velit frater probare tenorem Inueſtituræ per teſtes, an poſſit ſi deſierint eſſe pares? id autem hoc tit. non incongrue ſuppoſito diffinitur, ſequela vel præced. vel. 16. ſupra, vbi de eadem re, ſi inſpicias corticem rubricæ aliter diceres, & tamen quàm errares?

De controuerſia inter Epiſcopum, & Vaſallum. Tit. 20.

Ordinem ex contextu ipſo pete, ſimul, & mirare, imò deſine mirari, quod dicimus, & inculcamus de mente Compilatoris, ac de effectibus etiam ipſis in re omni benè congruenter ue collocanda, *Ex eo* (inquit text. ipſe) *quod ſcriptum eſt, ſi inter Dominum, & Vaſallum de feudo naſcatur quæſtio, quod per pares eiuſdem curiæ dirimenda ſit.* Quæſitum eſt ſi quis diceret ſe à quodam Epiſcopo, &c. vt in text. ſe ipſum per occaſionem, vt vides, conuertente quod nota.

De Vaſallo milite, qui arma bellica depoſuit. Tit. 21.

Tit. præced. de controuerſia cum Epiſcopo, iſto de controuerſia cum clerico.

De milite Vaſallo qui contumax eſt. Tit. 22.

Et nunc de controuerſia cum Vaſallo contumace, & an feudi priuatione mulctetur.

In quibus cauſis feudum amittatur. Tit. 23. Iunge cum ſeq.

Quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi. Tit. 24.

Ambo tituli ad idem pertinentes ea occaſione ſubingreſſi, quia de amiſſione feudi clerici, & Vaſalli, contumacis duobus titulis ſuperioribus contigit tractatus, An autẽ cauſæ eis titulis contentę eſſent idoneæ, vt feudatarius priuaretur, & aliæ, & quando, & quibus caſibus dignę eſſe poſſent, potuiſſet hac occaſione non ineleganter dubitari, & inquiri, cui taciti vel obiectioni, vel interrogationi ſatisfit, ſuppoſitis illicò, non minus eleganter, titulis iſtis.

Si de feudo Vaſallus ab aliquo interpellatus fuerit, & Dominus eum defendere noluerit. Tit. 25.

Ex cauſis ſuperioribus titulis comprehẽſis Vaſallus feudi ſubijcitur amiſſioni, An idem è contra Dominus ſua proprietate priuabitur Vaſallum ſuum non defendens? & hoc eſt quod ſubiectus hic tit. reſoluit.

Si de feudo defuncti controuerſia ſit inter Dominum, & Agnatos Vaſalli. Tit. 26.

Hactenus per multos titulos proximè antecedentes de nullo alio apparet, quam de varijs inter hos, vel illos controuerſijs continuatur eadem materia hoc tit. alos deſcribendo præter relatos ſupra, inter quos controuerſiæ de feudo variæ contingere poſſunt, & ideò titulus oblongus ſatis.

De pace tenenda, & eius violatoribus. Tit. 27.

Controuerſias prædictas ciuiles eſſe ciuiliter tractandas, & modis ſupradictis, nõ per violentias lege Imperiali iſta (quàm elegantiſſime ſuperaddita) iubetur etiam terrore pęnarum.

Hic finitur lex, deinde conſuetudines Regni incipiunt. Tit. 28.

Completa eſt materia diuiſionis de Inueſtitura, & ſucceſſione ſecundum conſuetudines traditas per Obertum, *vt patet ex* initio

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

initio tit. 2. de feu. cognit. & ex initio tit. 23. in quib. cauſ. feu. amittat. & optima quidem Imperatoris lege, vt tactum eſt, concluſa, & tamen fragmenta omnia nondũ ex ijs trãſcripta. Remanebant aliqua Regni particularia, & hæc ſunt, quæ ſubijciuntur iuxta etiam præcogitatam ab Oberto texturam, ex eo indicatam *quod in d. tit.* 1. etiã de hiſce particulariter ſermonem habuit. Incipiunt (ait rubr.) non ſequuntur, vel reaſſumũtur, vt male Pett. de Ranu. Regni, non Medio-
62 lani; de quo in ſuperioribus maxime, † ſic videbis paſſim referri Mediolanenſes vel in teſtes, vel tanquam aliter ſeruantes, vt in hoc tit. *Item in titul. de fil. nat. ex matrim. ad Morgan. contr. Item in tit. qui teſt. ſunt neceſ. ad nou. & referri etiam Obertum, & Gerardum vt in hoc ipſo tit.* 28. *& in tit. de Capit. qui Cur. vẽd.* idẽ ne mireris, ſi & hic titulos aliquos repetitos, qui erant in ſuperioribus, videbis, nã nõ ſunt tituli Mediolanenſium aut aliorum, de quibus ſupra, ſed tituli conſuetudinum Regni, qui á repræſentare volente Conſuetudines Regni omnes, non erant pacto vllo reſecandi, ſed tales, quales reperti ſunt, trãſcribendi, reponendiue. In hiſque Regni referendis, capto à fidelitate principio, quod principaliſſimum ſit, & finalis cauſa de qua fidelitate hoc tit. plenè, & de feudi amiſſione, vel non, ea non ſeruata, in caſibus, vt in text. continuata eadem materia amiſſionis, & cauſis amittendi feudi, *vt in §§. ſequentibus ibi.*

De filijs natis ex matrimonio ad Morganaticam contracto. Tit. 29.
Iungendi cum ſeq.
De feudo fęminę. Tit. 30.

Amittitur feudum ſeù definit, & ad dominum reuertitur Vaſallo ſine filio maſculo decedente *vt in §. fin. tit. anteced.* definit ex hoc pacto, *vt in tit. 29.* An verò definat vbi de fęmina agitur, clerico aut alijs ſimilibus traditur *in tit. 30.*

Si Vaſſallus feudo priuetur cui deferatur. Tit. 31.

Definit etiam ex culpa Vaſſalli, vt hic.

Qui teſtes ſunt neceſſarij ad nouam Inueſtituram probandam. Tit. 32.

Definit, & in filijs ipſius delinquẽtis, niſi de nouo inueſtiantur, quod poteſt facere Dominus ex gratia *vt tit. praced.* ergò de hac noua Inueſtitura, ſi aliquid dicatur, (*vt fit in hoc tit.*) nõ erit extra rem omninò.

De conſuetudine recti feudi. Tit. 33.

Alia de Inueſtitura vel quaſi præcedentibus coniuncta, & affinia *hoc tit.* traduntur, præmiſſa generali acquiſitionis feudi diuiſione, Inueſtitura ſucceſſione, vel eo quod habeatur pro Inueſtitura, *vt in textu ipſo.*

De lege Conradi. Tit. 34.

Duobus hiſce titulis interpoſitis occaſione bona *tit. ſcilicet 31. vt adnotatum eſt ad tit. 32.* reditus fit ad primũ Inſtitutum, id eſt ad cauſas aliàs ex quibus deſinit etiam feudũ, vt ſi victus fuiſſet Vaſſallus in iudicio, ſi alienaſſet feudum, ſi feudum eſſe negaſſet, *vt fuſiùs hoc tit.*

De Clerico qui inneſtituram fecit. Tit. 35.

Nec ſemper ſuſtineri poteſt feudum datũm, aliquando deſinit, aliquando ſuſtinetur, ex varia caſuum contingentia, quos explicat *tit. praſens.*

An mutus vel aliàs imperfectus feudum retineat. Tit. 36.

Item definit feudum ob imperfectionẽ perpetuam, aliàs non, *iuxta tit. iſtum.*

An ille qui interficit fratrem Domini ſui feudum amittat. Tit. 37.

Item an deſinat occiſione fratris, vel proprij, vel domini, & aliter deſcribitur *hoc tit.*

De Vaſallo qui contra conſtitutionem Lotharij Regis feudum alienauit Tit. 38.

Item definit ſi contra conſtitutionem Lotharij Regis facta ſit alienatio, & alijs caſibus, & eo modo prout in titulo.

De alienatione paterni feudi. Tit. 39.

Deſinet feudum alienatum ad præiudicium alienantis, & deſcendentium ab eo, nõ definet ad pręiudicium agnatorum, niſi cõſenſerint, & alius caſus *in fin.* vbi pariter definit feudum.

De Capitulis Conradi. Tit. 40.

Deſinit & feudum, ſi intra annum, & diẽ non fuerit petita Inueſtitura, & aliter, vt in tituli huius principio, & in fine.

De con-

De controuerſia inter maſculum,& fœminam de beneficio Tit. 41.

Hactenus de feudo prout feudum; In *ſeqq.*conſiderabitur feudum,vt participans de allodio vere, vel dubitatiue, vt in *tit.* præſenti. quatenus dubitatio ingeritur per contendentes,maſculum feudum,fœminā veró allodium prætendentem: prudentis viri ſane colligatio,eo ipſo quod ab origine, & ſtatu rei, paulatim ab ea quæ ad declinationem tendunt nouit,&ipſe declinare.Naturę imitator.

De controuerſia inter Dominum,& emptorem. Tit. 42.

Quid iuris, vbi quid, non quaſi feudum, ſed quaſi allodium venditum fuit *hic tit.explicat.*

De controuerſia inter Vaſallum, & alium de beneficio. Tit 43.

Tertius hic proponitur caſus, in quo Vaſallus aduerſarius negat feudum,eſſe allodiumq; & proprium aſſeuerat.

Quid iuris ſit, ſi poſt alienationem feudi Vaſallus id recuperauerit. Tit. 44.

Et quartus hoc loco, vbi an quod aliás erat feudum deſinat eſſe, & tranſeat in aliā ſpeciem.

An Agnatus vel filius defuncti poſſit retinere feudum repudiata hæreditate. Tit. 45.

Et hic quintus, vbi abſque dubio,& verè feudum participat de allodio,tanquam indiuidualiter annexo quoad filiū, quicquid aliter ſit quoad agnatum, & remedium ad ſeparationem feudi ab hæreditate opportunum hoc *tex.* edocetur.

An apud Iudicem vel curiam Domini quæſtio feudi debeat terminari. Tit.46.

Tex. ipſe ſeipſum continuat *ex eo*, ait, *quod ſupra diximus &c.* ipſum leges, & ipſe addo, quod hic Compilator proſequitur caſum decedentis ſine filijs relicto agnato, qui prętendat feudum à tertio, qui procurauerat de eodem feudo a Domino Inueſtituram, dum crederet non adeſſe agnatum ad quem ſpectabat,ſed fuiſſe domino deuolutum, & deciditur circa hoc quis ſit Iudex competens.

Qualiter Dominus proprietate feudi priuetur. 47.

Sextus hic traditur caſus, quo feudum in allodium transfunditur.

De feudo non habente propriam naturam feudi. Tit.48.

Septimus caſus, vbi feudum propriam naturam excedit, allodio valde appropinquat, & poteſt facile in allodium tranſire, explicatur.

De eo qui finem fecit agnato de feudo paterno. Tit. 49.

Dicta in *praced. tit.* limitantur hic,vt non procedant in caſu, vbi fratres conuaſalli ſibi inuicem refutaſſent feudum, etiam cū clauſulis *vt in d. tit.* quia per has feudi natura non alteraretur.

De natura ſucceſſionis feudi. Tit.50.

Vnde deficiente linea eius qui refutauit, feudum nihilominus ad refutantem,& eius deſcendentes, ſeu ad eius lineam, ſi quis in ea eſſet, rediret, & eis non exiſtentibus ad reliquas lineas, iuxta ordinem hoc tit.enucleatum.

De Capitaneo qui Curiam vendidit an intelligatur beneficium vendidiſſe. Tit. 51.

Hiſce per occaſionem adiectis, & expeditis redimus ad primam materiam, octauuſq, hic ſubijcitur Caſus, vbi contingit dubitari an feudum adeò ſit allodio affine vt vel nomine Curtis, vel nomine hæreditatis comprehendi poſſit, vel contineri.

De prohibita feudi alienatione per Lotharium. Tit. 52.

Aſt ne facilè in hoc vitium incidatur, quod feudi natura, atque ſubſtantia peruertatur conuerſione abuſiua in allodium; vt facile fieret alienando pro arbitrio, optime hęc lex fuit poſt huiuſmodi materiam immediate ſubiecta alienationis prohibitiua hic eſt Lotharius tertius ſecūdū *Menoch. conſ.2.num.251.*

De pace tenenda inter ſubditos,&c. Tit.53.

Et fuit huic adiectus, & hic alius tit.ad incutiendum terrorē aduerſus contrafacien-

tes propter mulctas, & pęnas præcepta, & alia quæ eo titulo latius continentur.

De Allodijs. Tit. 54.

Et alius hic tit. de Allodijs, vbi cũ venditur Allodiũ, alienatio diſtrictus, & Iuriſdictionis Imperatoris in ſpecie prohibetur, & alia de materia Allodij promiſcue cum feudo, & de alio caſu in fin. vbi feudũ poteſt eſſe deſinere, quod ſi ſecundum aliquos hic tit. ſub pręced. contineatur, quid mirum ſi huius occaſione fuiſſet ille tit. hoc loci collocatus.

De prohibita feudi alienatione per Federicum. Tit. 55.

Ad idem ſemper contendimus, & quidẽ ad id quod ſupra tit. 52. ante, & poſt. Verùm quia plenior eſt conſtitutio Federici, & in nonnullis etiam derogat anteſcriptis, meritò in hunc quaſi vltimum in locum fuit huiuſmodi conſtitutio collocata, reſeruataue: Tendit maxime ad arcendam alienationem: qua nihil peius ad feuda peruertenda in allodiũ couertenda, ad capita per Vaſallos iugo ſeruitutis debitę excutienda.

Quæ ſint regalię. Tit. 56.

Quędam Imperatorum propria ſub fin. tit. enumerata cernuntur, cuius occaſione res imperfecta maneret, fuerũt, & aliorũ quædam alia hoc eodem tit. enumerata. cógrue ſatis, tametſi non imperialium, ſed regalium nomen vſurpatum ſit, nam & Imperator Rex eſt Romanorũ, & huiuſmodi sũt alijs etiam Regibus communia. *Rauen. ad hunc tit.*

Quot teſtes ſunt neceſſarij ad probandam feudi ingratitudinem. Tit. 57.

Inter regalia ſunt pænę committentium crimen lęſę maieſtatis, *iux. tit. antec.* Quid ſi Vaſallus ipſe dominũ offendat? quid amittet? quibuſue teſtibus probabitur ingratitudo? hęc explicat tex. iſte: an ſit authenticus dubitatur *Surd. conſ. 561 ſub num. 15. verſ. nec reſiſtit. Menoch. conſ. 101. numer. 65. lib. 1.* vbi minus ſufficere ad probandam feloniam.

De Notis feudorum. Tit. 58.

Et quia moris eſt in fine libri regulas, & aliquas concluſiones ſupponere, idcircò huius operis Auctor quaſdã notulas, & regulas elicit concludendo, per eas terminãs opus ſuum. Nec ſunt propria verba *Bald. hic*, & en tandem rationem connexionis titulorum feudalium ad actum redactam; & vnde non excuſandus modo, ſed, & laudãdus ſummopere Compilator, atq; ei gratiæ quam plurimæ habendæ, & orandum pro eo.

Laus Deo, &c.

CAP. QVARTVM.

De prima ratione antiquorum ad tit. An Agnat. &c. propter honorem patris

SVMMARIVM.

1 *Prima ratio antiquorum: tit. An agnat. vel fil. conſiſtit in honore patris.*
2 Repudiando *hæreditatem paternam fit iniuria patri.*
3 *Et infamia.*
4 *Et memoriæ defuncti diminutio.*
5 *Intereſt defuncti hæredem habere.*
6 *Mortuorum deſiderium eſt hęredes relinquere.*
7 *In repudiando ineſt irreuerentia filij.*
8 *Filijs perſona patris ſemper videri debet ſancta, & honeſta.*
9 *Filius arctius tenetur ad debita patris perſoluẽda, & ad conſcientiam eius exonerandam.*
10 *Ad votum adimplendum.*
11 *Ad patrem captiuum redimendum, etiam exulem. & 12.*
13 *A pari procedunt honor, & vita.*
14 *Honor præferendus ipſi vita.*
15 *Expedit magis mori quam gloriam vacuari.*
16 *Filij tenentur ad omne genus reuerentiæ erga parentes.*
17 *Filijs fuit conceſſa abſtinendi facultas.*
18 *Abſtentio eſt probanda.*
19 *Nemini iniuriam facit, qui iure ſuo vtitur.*
20 *Liberta non eſt ingrata vtens arte ſua contra patroni voluntatem.*
21 *Nec committitur ingratitudo.*
22 *Nec inobedientia.*
23 *Intereſt Principis ne ignominioſa perſona corã ſe verſetur.*
24 *Exhæredatus in feudo non ſuccedit.*
25 *Nec vſurarius manifeſtus.*
26 *Honor deficis in mortuo, & viuo filio.*
27 *Filius viuens indignus eſt coram Principe verſari.*
28 *Nec vbi Imperator eſt infami licet immorari.*
29 *Ratio honoris ad tit. An agn. communiter tradita.*
30 *Quæ tamen non congruit, quia non generalis. Inſtantia data falſitas rationis demonſtratur.* ſub eod.

31 *In-*

31 *Inſtantia ſolet ſundamentum eludere.*
32 *Poſitá ratione ponitur dictum, & è contra.*
Ratio ne filius oneribus paternis teneatur exhibetur in textu ſub eod.
33 *Non eſt præſumenda correctio in continenti.*
34 *Nec duplex actus inuicem opponitur deſtructiuus.*
35 *Nec electio modi per quem diſpoſitio ſubuertatur.*
36 *Nec finis intentus eludatur.*
37 *Imo præſumitur quemlibet tollere impedimenta, quibus impediatur finis.*
38 *Infamia vera attenditur.*
Et vbi eſt perfidia ſub eod.
39 *De cura habenda de honore ſuo, & maiorum ſuorum, &* 40.
41 De *præcedentia attendenda*. 42. & 43.
44 *Abſtentio hæreditatis paternæ cur à iure permiſſa, &* 45.
Nec impugnatur iudicium defuncti ab eo, qui iuſtis rationibus noluit negotijs hæreditarijs implicari ſub eod.
46 *Nec abſtinens dicitur infamis.*
47 *Nec defunctus afficitur iniuria.*
48 *Et hæc infamia defuncti qualis ſit, non tamen faciens ad caſum noſtrum.*
49 Iniuriæ *verbum ſtrictè pro ignominia vel contumelia poſitum.*
50 *Quod lex non dicit nec nos.*
51 *Dicta ratio à pluribus doctoribus non recepta, &* 52.
53 *Filius abſtinens non maculatur.*
54 *Iniuria minor reſultat ex publicatione bonorũ mortui quam viuentis.*
55 *Iniuria magis congruit defuncto patri, qui rem liberorum attriuit quam filio.*
56 *Verè defuncto iniuria fieri non dicitur.*
57 *Filius tenetur ad onera hæreditaria, & ad conſcientiam patris exonerandam, ſi ſit hæres.*
58 *Fallit in Principe.*
59 *Filius in contumaciam ex debito patris non eſt condemnandus, non probata immixtione.*
60 *Niſi aliter ſtatuto fuiſſet ſtabilitum, vt in caſu filij mercatoris.*
61 *Quod tamen ſtatutum eſſet odioſum.*
62 *Non valet argumentum ab obligatione alendi patrem, vel captiuum redimendi, ad obligationem æris alieni ipſius patris ſoluendi.*

REmotis obicibus de irrationabilitate, & alijs indecoris dicterijs, tàm aduerſus feuda in vniuerſũ, quã cõtra Tit. An Agnat. &c. poſt, ipſo ſtatim in limine, præpoſitum ſummatim intellectum eiuſdem tit. per figurationem caſus, & eius ex proprijs fundamentis confirmationem, conſequens (ex Inſtituti noſtri ratione) eſt, vt rationem præfatæ conſuetudinis inquiramus. Nam variæ à varijs rationes fuerunt hactenus allatæ, minimè tamen aptæ, & ſubſiſtentes, quod vt intelligamus, eas ſigillatim diſcutiendas exponimus.

1 † Prima potiſſimaq; omnium ratio, cur
filius non poſſit repudiata hæreditate feudũ
retinere, agnatus autem poſſit, ea ſolet à
Doctoribus afferri, quod filius ſtrictius teneatur ad honorem patris tuendum, quàm
agnatus, Quod fit adeundo hæreditatem
2 patris *l. primo. 23. ff. quæ in fraud. credit,* † ſicut
è conuerſo repudiando non honor patri
contingit, ſed iniuria *l. 1. §. quotier. ff. de iniur. §. 1. & §. valdè. Inſt. qui man. nõ poſſ. Bened.*
in c. Raynntius. in ver. mortuo il primo. nu. 141.
ext. de teſtam. Rol. conſ. 28. ſub num. 9. vol. 3.
Tom. de Mar. in term. noſtr. titu. 1. num. 31. de
gen. & qual. feu. Sylu. conſ. 30. num. 21. Sonsb:
3 *c. 9. num. 162.* † Item infamia *glo. in l. nemo 7.*
4 *ex quib. cau. infam. irrog.* † & memoriæ defuncti diminutio, ſeu dilaceratio, *vt ait*
Theoph. Inſt. quib. ex cau. man. non licet ſub
5 *princ.* † Quibus ex cauſis dicimus defuncti
intereſſe hæredem habere *l. & quia defunctorum. ff. de interrog. act. Syluan. in term. feu-*
6 *di conſ. 30. num. 17. in fin.* † & maximum eſſe
deſiderium mortuorum hæredẽ relinquendi, vt pariter in term. feudi *Menoch. in conſil.*
7 158. *num.* 16. *lib.* 2. † & non ſolum nota patris ſecundum prædicta viget, ſed & ampliùs irreuerentia filij quædam ineſt in repudiando, *vt ait Did. Conar. in term. feudi. var.*
8 *reſol. lib. 2. c. 18. num. 4. in prin.* † cum tamen
voluerit maiores noſtri, quod filijs perſona
patris ſemper ſancta eſſet, & honeſta, & ita
non poſſet eius hæreditatem repudiare, vt
in ſpecie hoc indiuidualiter exiſtimauit
Sonsbec. de feu. par. 9. ſub num. 160. vſque ad
9 *num. 163. incluſiuè;* † ſic arctius teneri filium
ad debita Patris ſoluenda, ad conſcientiam
eius exonerandam *dicit Menoch. præſ. 48. nu.*
3. lib. 3. Bart. in l. his ſolis. ff. de cõd. indeb. Rom.
10 *ſing. 213. Marc. dec. 264. par. 1.* † ad votum
adimplendum *Balz. de feu. ad tit. an agnat.*
11 *&c. ſub num. 14. in ratione decidendi,* † ad patrem captiuum redimendum *l. ſi captiui. C.*
de epiſ. & cler. ad alendum. *l. 1. & 2. Cod.*
de alen. lib. l. ſi quis à liberis. ff. de liberis.
agnoſc. l. fin. §. ipſum autem. C. de bon. quæ lib.
12 † etiam exulem *§. 1. in fi. auth. de inceſt. nupt.*
ergo ad honorem patris conſeruandum,
13 † cum à pari procedant honor, & vita
Balz. de pace ten. in princ. Crau. conſ. 988. ſub
14 *num. 42.* † Imò præferendus ipſi vitæ *Crau.*
conſ. 160. num. 2. conſ. 982. num. 14. conſ. 2.
num. 18. d. conſ. 988. ſub d. num. 42. Mantu.
pulchrè lib. 1. conſ. 42. nu. 1. & ſeqq. conſ. 203.
num. 1. & ſeqq. conſ. 208. ſub num. 11. 12. &
conſ. 274. num. 14. & ſeqq. Menoch. conſil. 94.
15 *num. 1. & ſeqq.* † *& Apoſt.* dicens expedit
magis mori, quàm vt gloriam meam quis
vacuet, *vt refert Menoch. conſ. 96. nu. 15. lib. 1.*

& ad Surd.dec.89.nu.21.conſ.452.n.51.lib.3.
16 †ſic ad honorãdum, ſubueniendum, omne
reuerentiæ genus exhibendum teneri filios
erga parentes,ait, D. Thom. 2.2.q.26.art.9.
Magdal. plures citans in tract. de num. teſt. in
17 teſtam. par.1.cap. 16.num.25. in fin. † Nec
reſiſtit quod his neutiquam facientibus ad
caſum de iure ciuili, fuit nihilominus con-
ceſſa filijs abſtinẽdi facultas vt in §. ſui Inſt.
18 de hæred. qual. et diff. † Licet abſtentio ſit
probanda, vt per Surd.in conſ.458.ſub nu.14.
lib. 4. ſicut, & aditio vel immixtio vt cap. ſeq.
19 nu.10.11. † Vnde nemini iniuriam facere
dicatur, qui iure ſuo vtitur l. nullus videtur
l.factum §.non videtur ff.de reg.iur.l.Gracchus
C.de adult.& in term.noſtris Syluan.conſ.30.
20 ſub num. 21. † nec eſt liberta ingrata quod
arte ſua contra patroni voluntatem vtitur
l.liberta fin.ff.de obſeq.parẽt.& patro.præſtan.
21 † Nec committitur ingratitudo Surd.conſ.
22 473.n.26.lib.4. † nec inobedientia Menoch.
conſ.28. num.19. Quia ſumus in materia nõ
iuris ciuilis, ſed feudi, cuius potiſſimũ obie-
ctũ ſtat in honore, vt in tit. de feu. dat.in vic.
leg.commiſſ. In quo perſonę qualitas, & ho-
norificentia in primis ſpectatur, vt infra.
23 Et vti res eſt cum Principe † cuius inte-
reſſe dicitur, ne ignominioſa perſona co-
ram ſe verſetur Iacob. à Sancto Georg. in ſua
Inueſt. verſ. Principes Pedemontium ſub nu-
24 mer.8.ſub num.36.† vnde nec exhęredatus
in feudo ſuccedat hanc eãdem ob cauſam,
quia ſine dedecore non poſſit ſtare in curia
Domini, Cam. de curt.in par.1.diuerſ.iur.feu.
25 §.nunc.de altera nu.110.pag.64.† Nec Vſu-
rarius manifeſtus etiam hanc ob cauſam
26 Brun.inter.conſ.feu.diu.lib.1.cõſ.59.† Deficit
honor non ſolum in mortuo ſine hęrede,
ſed etiã in proprio eius filio, in quẽ eadem
Patris nota illico redundat, & ſic ambo no-
tati, ambo ſine honore ad l.quiſquis.C.ad leg.
iul. maieſt. & conſiderauit in term. Sonsb. d.
27 par. 9.num.163.in tract. de feu. † & ità filius
viuens indignus coram Principe verſari ex
Iacob. vbi ſupra, cui addo Surd. conſ.566.num.
10.Menoch.benè conſ.715.numer.17.& ſeqq.
lib.8.& confert. tex. l. 2.§. miles. ff.de his qui
28 not.infam. † Vbi neque in Vrbe, neque ali-
bi, vbi Imperator, eſt, licere infami morari,
29 † Et ita demum dictam rationem honoris,
reuerentię, vel pietatis huius tit. An Agnat.
&c. propriam, & congruentem magis com-
muniter cenſuerunt Docto. Iſern. hic nu. 4.
& ibid.add. Camer. in repet. ad eund.§.1.incip.
oppono imò numer.3. & in §.quæro 1.num.29.
Neoſtad.de feu.holland.ſucceſſ.cap.6. ſub nu.
5.& 20.Forcat. de feu. cap.5.ſub nu.14.Oſaſc.
dec.162.num.3.Sonsb. par.9.ſub num.160.&
ſeqq.Cauier.ad tit.de prohib.feu.alien.per Fed.
§. propterea ducatus fo. mihi 97. col. 3. Surd.
conſ.305.ſub num. 47. lib. 3. Carol.à Schirch.
in tract. de feu. in diſcurſu de feu. ex pact. &
prouid.cap.3.num.102. & ibid.in fin. vbi pie-
tati aſcribit, quaſi in humanum ſit, & iniu-
rię plenum patris hęreditatem repudiare,
& hanc rationem, cęteris confutatis, ſequi-
tur Marin.Frec.de gen.& qual.feu. tit.1.n.33.

Verùm hanc nullo pacto recipi poſſe ra-
tionem cogit ipſemet contextus in duobus;
in primo dum admittit facultatem repudiã-
di in filio, ex qua feudum deueniat ad agna-
tum, nam ex ratione adducta filio adeundi,
ſeu melius ſe immiſcendi neceſſitas immi-
neret, non imminet, quia tex. aliter cantat,
30 quare non recte intrat hęc ratio, † Quæ
non congruit cum tex. quę non eſt genera-
lis, quæ ſemper, & omnes caſus non cõple-
ctitur, & quę inſtantiam patitur, qua data,
falſitas rationis demonſtratur gl.in cap.ſicut
vrgeri 1.q.1.Oſaſc.conſ.35.ſub num.19.Surd.
31 conſ. 551. num. 27. † Solet enim Inſtantia
fundamentum eludere, Menoch.conſ.50.nu.
32 3.lib.1.† & poſita ratione ponitur dictum,
& e contra doct.in l.1. ff. ſi cert.pet.Pariſ.cõſ.
12. numer.189. vol.2.Cran.conſ.243.num.3.
conſ.992. numer. 23.Surd.conſ.100.num.16.
dec.87.nu.7. quod non verificatur in ſpecie
præſenti, vbi alterum ab altero diſtat toto
cælo.

In altero verò, dum adhoc, ne filius one-
ribus paternis teneatur ſubiacere, datur eo-
dem ex contex. remedium opportunum, ſi
hæc fuiſſet intentio Compilatorum, vel
conſuetudinis, vt ad honorem patris tuen-
dum filius teneretur adire, non poſſet repu-
diare, profecto omni caſu verificaretur,
quia ratio eſt ſemper vera, cum verò nulla
vnquam talis intentio fuerit, imò contra-
ria iuuandi filium, ideò remedium fuit
33 eidem ſtatim compertum. † Nam neque
eſt veriſimile ſi Compilatores eam rationẽ
in mente geſſiſſent, quod ſtatim voluiſſent
ſe corrigere ad l.non ad ca. ff. de cond. & de-
moſ. Oſaſ. dec. 23.num.40.dec.164.numer.5.
34 † quod duos actus inuicem oppoſitos, vnũ
qui conſtruat, alterum, qui illicò deſtruat
35 efficere, ad Crau. conſ.985.num.89. † Quod
modum eligere per quem diſpoſitio ſub-
36 uertatur ad Surd.dec.154.num.15. † finis ſe-
mel intẽtus eludatur, impediatur ad Natt.
37 conſ.676.num.26.† cum quinimò vt omnia
impedimenta remoueantur omnino elabo-
ret quiſque, & curet D. Thom. in 1. 2.q.96.
art.1. in reſp. Ariſtot.lib. 2.ethic.et in Phyſic.
de cælo, et mũdo, I.C. noſtri in l.oratio.de ſponſ.
in l.non omnis.ff.ſi cert.pet.l.obligationum ſub-
ſtantia.ff.de actio.et oblig.Crau.in l.in quartam.
ſub num. 85. verſ. ſed obſtare ff. ad leg. falc.l.
veteres, ibi, Quia ipſe ſibi impedimento ſit, quo-
minus reficiat ff.de itin.actuq, priu.

Et

Et iſta ſufficiant pro reſponſione ad omnia cōtraria, quia vt cunque in ſe vera ſint, tamen cum non fuerint attenta à conſuetudine, imò verò fuerint manifeſte contempta, reincidimus, & in ius commune, & in ius feudale ſimul, quatenus ex vtroque permiſſa eſt abſtentio, & hinc quatenus nullā fieri ab eo iniuriam qui iure ſuo vtitur, *vt ſupra num.* 19. apprime reſultat, & optimè
38 congruit † Vltra quod, quæ dicta ſunt de nota, vel infamia defuncti quod abſque hærede deceſſerit, non ſunt talia, quæ vim faciant, cum ea magis procedant, vbi vera infamia eſt ex culpa, & quidem graui in quibus term. loquuntur iura allegata, aut *ex cauſis ad tt. tot. ff. de his qui not. infam. enumeratis in ipſo prin. & vbi eſt perfidia tantum, alioquin non, vt in l. furti. 6. in fin. ff. hoc eod. tit. de his &c.* aut alijs huiuſmodi, quæ afferri poſſent vt *Clar. in §. homicidium verſ. idemq; & multò magis, Bero. conſ.* 161. *lib.* 3. *Cabal. caſ. crim.* 166. *num.* 8. *caſ.* 247. *num.* 3. *& per tot. & int. conſ. crim. diu. conſ.* 5. *numer.* 13. *& ſeqq. tom.* 1. *Menoch. conſ.* 98. *num.* 8. *lib.* 1. *de arbitr. iud. caſ.* 377. *num.* 19. *& conſ.* 302. *nu.*
39 2. *& ſeqq. lib.* 4. † Vbi de cura habenda de honore, & dignitate ſua, & maiorum ſuo-
40 rum in term. titulorum, &c. vt ibi, † Et ſic etiā in caſu, vbi dignitas perſonæ præcipuè & principaliter tangeretur, *vt ibi, & ad*
41 *Crau. in conſ* 982. † Vbi de præcedentia diſputat inter Summos Principes, *Menoch.*
42 *conſ.* 51. *& conſ. ſeq.* † Vbi de præcedentia inter Archidiaconum, & Vicarium Epiſco-
43 pi. † Et alia ad eandem materiam præcedentiæ *in conſ.* 126. *lib.* 2. *conſ.* 257. *lib.* 3. *conſ.* 902. *lib.* 10. *Natt. conſ* 638. *Cephal. conſ.* 615. *lib.* 5. *Portius conſ.* 167. *&c.* qua propter vltra iam ſupra *num.* 17. 18. adnotata, vt certum ſit filios debere parentibus reuerentiam, obſequia, & honorem præſtare *tot. tit. de obſeq. patr. &c. & ſupra numer.* 1. *& ſeqq.*
44 † Non ob id tamen fuiſſe denegatam abſtentionem patet *ex l. filij.* 9. *de inr. patr.*
45 † & rectè; quia non eſt hæc irreuerentia, ſed prudentia quædam, ac melius, prout eſt in *tex. in l. filio pater.* 99. *de legat.* 1. *filio pater quem in poteſtate retinuit hæredi pro parte inſtituto legatum quoque reliquit, duriſſima eſt ſententia exiſtimantium denegandam ei legati petitionem, ſi patris abſtinuerit hæreditate, non enim impugnatur iudicium ab eo, qui iuſtis rationibus noluit negotijs hæreditarijs implicari.* & eſt alius conſimilis *tex. in l. nam nec.* 91. *& l. ſeq. ff. eod. tit. de lega.* 1. *& ad infra cap.* 6. *nu.*
46 24. 25. *& cap.* 11. *numer. fin.* † Nec dicitur infamis qui pro tali non habetur à iure, vt hoc in caſu, aut ab homine *ad Menoch.*
47 *conſ.* 1137. *nu.* 32. *lib.* 12. † Quinimò, ſi hanc rem exactiùs examinemus, inueniemus ex hoc ipſo, quod defunctus decedat, & ſic ſine hærede, non propterea affici iniuria, ſed ex alio, quod bona eius ſub eius nomine ſubhaſtentur, vt reprobato Ang. rectè conſiderat *Oldrad. ad tit. quib. ex cauſ. manum. non licet. ad princ. ſub num.* 5. *verſ ſeptimò nota, &*
48 *fatis ibid. Miſyng. ad fin.* † Item inueniemus hanc non eſſe eam infamiam; qua quis, & eius memoria poſt mortem damnetur, ſed aliud ab ea; nā huiuſmodi infamiā, qua dānatur mortuus, nihil ad caſum noſtrū facere notat *idem. Aldobr. ibid. num.* 30. *verſ. in glo.*
49 *in verb. iniuria* † ſic benè Iuſtinianum in *iniuriæ* verbum reſtricte dixiſſe pro ignominia vel contumelia *iuxta Vlp. in l.* 1. *ff. de iniur. adnotauit ad eund. tit. Ethnicus quidam*, quem ideò non nomino, ob quam ſolam feudatarium aliquid pati in materia feudi
50 non inuenitur; † Quare quòd lex non dixit nec nos: *§: cōſideremus auth. de trien. et ſemiſſ.*
51 *l. illam. C. de Collat.* † Meritò itaque plerique alij huiuſmodi non receperunt rationem *Oſaſ. deciſ.* 162. *ſub numer.* 6. *Roſent. in Synop. feu. cap.* 7. *concl.* 21. *ſub n.* 17. *de Curt. in diuerſ. iur. feu: par.* 1. *§. nunc de altera: ſub num.* 25. *col.* 4. *circa. princ. pag.* 58. reprobans hanc rationem quia nec generalis, nec omnibus
52 caſibus conueniens † Et nec hanc nec alias vllas bonas eſſe *dixit add. ad Iſern. hic ſub nu.* 4. *verſ. iniuria, et Marin. Frec. de ſub feu. lib.* 3. *de form. Inueſt. form.* 3. *ſub numer.* 7. *ſub verſ. Paul. de Caſtr. in fin.* vbi nec aptas eſſe, nec congruas, magiſq; ſuaſiuas eſſe quam efficaces,
53 † filium verò non maculari, imò verò quod macularetur, ſi hæres eſſet, *probat tex. prædict. Inſt. quib. ex cauſ. etc.* dum loco defuncti afficitur ibi ſeruus, qui adire cogitur ea iniuria, & ob hoc ipſum ita fuit conſti-
54 tutum † In omnem caſum minor iniuria reſultaret ex publicatione bonorum mortui quam viuentis *Bart. in l. fideicommiſſum*
55 *C. de fideicom. Crau. conſ.* 295. *num.* 26. † Et conuenientiùs, ſi aliqua inſit iniuria, eam patris defuncti totam eſſe, qui cum theſaurum liberis ſuis parare debuiſſet; ipſam rē liberorum attriuit, *ait. Crau. in conſ.* 100. *pro*
56 *genero in corol. nu.* 74. 78. 79. † Cum tamen re vera, & propriè nullam defuncto iniuriā fieri conſtet *ex eod. Crau d. conſ.* 295. *nu.* 31.
57 32. 33. † ſic filium teneri ad onera hæreditaria patris, & conſcientiam eius exonerare, intellige ſi ſit hæres, ad quem hæc pertinent *l. furti.* 6. *§. illud planè. ff. de his qui not. infam. Alex. in l. pomponius.* 6. *cum quis. num.* 21. *ff. de acquir. hæred. Alb. conſ.* 604. *num.* 7. 9. *conſ.* 222. *ſub num.* 15. *et ibi add. lib.* 3. *conſ.*
58 110. *numer.* 18. † Vbi fallere in Principe *Menoch. præſump.* 48. *num.* 3. *lib.* 3. *et in term. Oſaſc. deciſ.* 162. *ſub nu.* 6. *verſ. improba etiam Soac. in præl. feu. cap.* 46. *nu.* 4. *ad fin. et Crau. d. conſ.*

d.conſ.1co.pro gen. nu.468.in fin.et n.ſeq.lib.
6.vbi quod hoc eſſet immanitate præditum
& contra iura diuina,naturalia,& humana,
59 † Quæ adeò vera ſunt, vt ne in contuma-
ciam quidem filius ex debito patris eſſet
condemnandus, non probata,immixtione
60 in hæreditate, Natt.conſ.140.ſub 3. † niſi pe-
culiari ſtatuto fuiſſet in cõtrarium ſtabilitũ
vt in caſu filij mercatoris apud Cepol. caut.
61 245. Miſyng. cent. 1. obſ.29. † Cuius tamen
generis ſtatuta adhuc eſſe odioſa dicimus
in noſtr.tract.de execut.in Veſtib.cap.13.num.
8. et in deciſ. Lucens. 7. num. 74. 76.
62 et ibi in add. † Nec valere argumentum fi-
lius tenetur alere patrem, vel captiuum re-
dimere, ergò, & æs alienum ipſius ſoluere
dicit Surd. conſ. 367.num.31.39.et ſeqq.lib.3.
ex quibus demum pateat rationem hanc
primam non tantum non congruam huic
textui, ſed ab eodem omninò, & remotiſſi-
mam, & alieniſſimam eſſe nec attenden-
dam.

CAP. QVINTVM.

De ſecunda ratione antiquorum ad tit. An Agnat.&c.ob repreſentationem.

SVMMARIVM.

1 *Filius patrem repreſentat.*
Verè non fictè ſub eod. *contra num.44.*
2 *Portio patris eſt filius.*
3 *Vnus eſt cum patre filius.*
4 *Pater in generatione filij præbet formam.*
5 Caro *filij eſt veluti caro patris.*
6 *Mortuus pater dicitur quaſi non mortuus, ſimilem enim reliquit poſt ſe.*
7 *Repreſentatio eſt ſecundum naturam, et veritatem.*
8 *Ratio antiquorum quod filius patrem repreſentet.*
9 *Sed hac ratio reijcitur, et ſeqq.*
10 *Aditio aut immixtio probanda, aliàs filius non tenetur ad onera hæreditaria patris.*
11 *Nec eſt fundata actorum intentio.*
12 *Repreſentatio duplex voluntatis, et neceſſitatis.*
13 *Repreſentatio alia perſonæ, alia perſonalitatis, alia facti et alia iuris.*
14 *Repreſentatio perſonæ e in filio, quia vox patris vox filij.*
15 *Hæc repreſentatio non nocet filio, et ideò non tenetur ad onera paterna, et 16.*
17 *Vox patris, et vox filij, et factum patris factum filij quando dicatur.*
18 *Et eius effectus.*
19 *Filius Regis viuente Rege Rex dicitur.*
20 *Hæreditas patris, et hæreditas filij pupilli eadẽ cenſetur, et voluntas patris voluntas filij.*
21 *Seruitia per patrem debita per filium exiberi poſſunt, etiam quod exhiberi non poſſint per ſubſtitutum.*
22 *Vaſſallus non iuuans patrem Domini ſui feudo priuatur perinde ac ſi dominum non iuuaſſet.*
23 *Locum tenens non facit locum tenentem, nec legatus Vicarium nec Ambaſciator per alium facere poteſt, poteſt tamen per filium. et ſeqq.*
27 *Pœna Comiſſa in Dominum habet locum ſi quod commiſſum in filium, et alia ſimilia.*
28 *Filius poteſt iurare de facto patris, et ratio cur in deſcendentes feuda tranſeant.*
29 *Fidelitas eſt cauſa feuda concedendi.*
30 *Quæ præſumitur continuare in deſcendentes.*
31 *Et eſt beneficium ſanguinis.*
32 *Filius præſumitur eiuſdem voluntatis ac pater.*
33 *Alia beneficia communia patri, et filio remiſſiuè.*
34 *Sola identitas inter patrem, et filium non nocet filio.*
35 *Niſi etiam ſit hæres.*
36 *Vt ſit locus remedijs poſſeſſorijs.*
37 *Vt contractus patris cenſeatur contractus filij.*
39 *Filius vna perſona cenſetur cum patre ex fictione.*
40 *Fictio non inducitur niſi ex æquitate, ſeu neceſſitate.*
41 *Filius abſtinere poteſt ab hæreditate paterna ex æquitate.*
42 *Quia eſſet iniquum obligari inuitum ex facto, et obligatione patris, et propriam ſubſtantiã diſperdere, et 43.*
44 *Reſpondetur ad eos qui dixerunt filium eſſe idẽ cum patre verè, et non fictè.*
45 *Impoſſibile eſt quem renaſci in ſuo parente.*
46 *Repreſentationis origo diſtinguitur ab effectu.*
47 *Quoad effectum altera ſubdiſtinctio.*
48 *Reſpondetur ad obiectum quod etiam in damnatis intret repreſentatio.*
49 *Punitur qui deliquit.*
50 *Filius in proprijs bonis non punitur pro patre.*
51 *Cautio de non offendendo patrem non complectitur filium.*
52 *Vſusfructus patris non extenditur ad filium.*
53 *Pater, et filius ſimul non admittuntur ad officium.*
54 *Inter patrem, et filiam nuptiæ non contrahuntur.*
55 *Pater nec ſibi, nec filijs ius dicere debet.*
56 *Filius non repreſentat patrem in ſucceſſione ad excluſionem patrui.*
Cautio, et vſusfructus magis cõueniunt perſonalitati, quam perſonæ, et repreſentatio in ſucceſſione oritur ex expreſſa diſpoſitione legis. ſub eod.

17 Ex-

57 Expreſſa tacitis præferuntur.
58 Reliqua de congruitate procedunt, & 59.
60 Pater, et filius qua ratione generaliter vna, et eadem perſona cenſeantur.
61 Repreſentatio ex perſonalitate quomodo intelligatur.
62 Anima patris non eſt anima filij.
63 Anima quæ peccauerit ipſa morietur.
64 Voluntas vnius non eſt voluntas alterius.
65 Voluntates ſunt ſingulorum propriæ.
66 In inſeparabilibus à perſona, nõ poteſt eſſe vera delegatio, vel tranſmiſſio.
67 Nec teſtamentum.
68 Ætas alia patris, & alia filij nec tranſmittitur & 69.
70 Qualitas filiationis eſt perſonaliſſima, nec trãſmittitur, licet ius ſuccedendi tranſmittatur.
71 Scientia, vel ignorantia patris, aut affectio non eſt filij.
72 Priuilegium merè perſonale non tranſit in filiũ, & 73.
74 Iniuria filij ob exhæredationem matris eſt perſonaliſſima, nec poteſt pater proponere querelam filio inuito.
75 Nec iniuriam remittere, niſi vt remiſſiuè.
76 Filius non cogitur adire, & ratio, & 77.
78 Deſcribitur quid ſit voluntas, & eius effectus & 79.
80 Beneficium non confertur in inuitum.
81 Qualitas aditionis in patre non verificatur.
82 Legatum factum filio perſonæ cohærens, vt ius militiæ, pater non habebit ſed filius ſolus.
83 Nec vſumfructum feudi.
84 Filius tamen tenebitur alere patrem, & quomodo.
De repreſentatione facti quædam. ſub eod.
85 De repreſentatione iuris.
86 In ſucceſſore ſingulari verificatur identitas cũ ſuo auctore etiam viuo, & 87.
Non in vniuerſali niſi auctore mortuo. ſub. eod.
88 In hærede hæredis an repreſentetur defunctus dubium eſt.
89 Dominiũ continuatur in hæredem, quia eſt iuris, non poſſeſſio quia eſt facti.
90 Iuramentum non afficit hæredem, aut filium.
91 Quia eſt perſonale, & facti.
92 Nec ligat quoad vinculum ſpirituale.
93 Secus quoad effectus, ſeu quoad obſeruantiam.
94 Hæres cõtrauenient iuramento defuncti fit periurus quia ligat quoad vinculum temporale.
95 Iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale, ex parte vero alterius partis eſt reale, & facit incidi in pœnas.
96 Abſolutio à iuramento non tollit effectum contractus, & iuramenti.
97 Conditiones non tranſeunt, quia ſunt facti.
98 Præcedentia tollerata à patre non præiudicat filio.
99 Quia, quæ ſunt dignitatis non tranſeunt de vno in alium actiuè, vel paſſiuè, tanquam perſonalia.
100 Filius aduocati non eſt aduocatus, nec nomen patri conueniens aſſumere poteſt, quia hæc ſunt merè facti.
101 Hæredis, & defuncti non eſt verè eadem perſona, ſed fictè, & impropriè.
102 Hæres in tranſitorijs ad ſucceſſores eſt eiuſdem iuris ac defunctus, ſecus in alijs.
103 Filius Regis viuo Rege dicitur Rex ſed impropriè, ideo non poteſt facere quę Rex facit.
104 Rex non poteſt filium ſuum, ſe viuo, Regem facere, niſi quoad nomen.
105 Tollitur obiectum quo dicitur in his, quæ facti ſunt intrare repreſentationem, vt in habitatione patris, quæ dicitur habitatio filij, quia id impropriè dicitur 106. 108. 109.
107 Si per colonum, & per coniunctos poſſeſſio retinetur.
110 Quæ recipiunt functionem non ſunt eadem ſpecie, ſed genere tantum.
111 Non eſt verum in filium poſſeſſionem continuare.
112 Omnia, quæ conſiſtunt in facto mero ſunt perſonaliſſima, vt poſſeſſio mea eſt mea non alterius.
113 Duo in ſolidum poſſidere non poſſunt, licet poſſint in eadem poſſeſſione eſſe.
Filius in Magiſtratu alius à patre, Item Vaſallus patris debet ei præſtare iuramentum fidelitatis ſub eod.
114 Concluſio circa effectus repreſentationis quoad filium.
115 Qui repreſentationem pro ratione tit. an agnat. non admiſſerunt remiſſiuè.

SEcundam rationem alij afferentes dixerunt, ideò ita fuiſſe diſpoſitum, † Quia
1 filius patrem repreſentet, vnaq; & eadem caro, & perſona ſit cum patre, per l. fin. C. de impub. et alijs ſubſtit. Auth. de iureiur. à mor.
2 præſt. ſub princ. verè non fictè, † quia portio paterni corporis transfuſa fuit in procreationem filij l. cũ ſcimus. ante fin. C. de agricol.
3 et cenſ. lib. 11. † & vnus eſt cum patre filius, vt in cap. iam itaque. 1. q. 4. nam vt ſcribunt rerum naturalium ſcriptores, & aſſerit Bald.
4 in l. vlt. C. de ſeru. fugit. † pater in generatione filij præbet formam, quæ dat eſſe rei, hincq. dicit Caſtren. in conſ. 164. in præſenti
5 cauſa. ſub num. 3. lib. 2. † quod caro filij eſt veluti caro patris aucta, ita quidem, vt licet efficiatur nouus homo, propter nouam formam, nõ tamen dicitur primus homo om-
6 nino extinctus, † Et in eccleſ. c. 30. mortuus eſt, legitur, pater eius, et quaſi nõ eſt mortuus, ſimilem enim reliquit poſt ſe, ac vt plenius per Menoch. in conſ. 211. num. 64. et ſeqq. lib. 3.
7 † Et etiam in term. feudorũ Emphyteoſis, & ſimilium filium vere repreſentare patrẽ, & ius

Digitized by Google

& ius repreſentationis eſſe ſecundum natu-
ram,& veritatem late probat *Decian.in reſp.
9.nu.2.et multis ſeqq. vol.* 2. quem retulit,&
ſequutus eſt alijs etiam cumulatis *Surd.in
conſ.325. ſub num.* 12. *verſ. et non eſt verum*
8 † Vt propterea hanc rationem attulerint
Aluar.hic ſub nu. 2. & alij etiam non pauci,
*Bald.tit.de Capit. qui curi. vend.§.filius.Tom.
de Marin.de gen.et qual.feu.tit.1.ſub num.32.
Oſaſc.hanc cum alijs accumulans,(vt ſæpè fa-
ciunt etiam* Docto. *dum tuti ſibi ipſis non ſatis
videntur,et ideò ad diuerticula varia recurren-
tes)in dec.162.nu.3.*dũ ait quod filius magis
quam agnatus eſt obligatus defuncto cum
oriatur, & procedat à patre, reputeturque
eadem perſona cum patre, & potius debet
honorem patris defendere, quàm agnatus
*et idem Sonsbec. de feu.par.9.ſub numer.161.
Gayl.lib. 2. obſ.154.num.10. Miſyng.obſ.67.
fere per tot. Cent.3. Camil.in diu.iur.feu.par.
1.§.nunc de altera, col.4.ſub nu.25.verſ.ergo
ſimpliciter pag.58.*

Verùm leuitas huiuſce rationis ex eo ſe
ſtatim manifeſtet, quod non infertur,filius
patrem repreſentat,ergò vel hæredem eſſe
patris cogendum,vel debita patris ſoluere:
9 † nam,& eadem iura antedicta repreſenta-
tionem,& vnitatem filij cum patre proban-
tia aderant antea , & vigebant antiquitus,
cum tamen eis non obſtantibus, beneficiũ
abſtentionis ſimul competeret, *vt in §. ſui
Inſt.de hæred. qual.et diff.l.fin.§.ſin verò poſt-
quã.C.de iur.deliber.l.neceſſarijs.vbi* Docto.*ff.*
10 *de acq.hær.*†ita quod probanda ſit in primis
aditio, ſeù immixtio filij in hæreditate pa-
terna , alioqui non teneatur ad debita,nec
ad contractus paternos,*vt per Menoch.conſ.
116.n.fin.lib.2.Bologmn.tot.conſ.50.Bertran.*
11 *conſ.66.vol.4.* † nec ſit fundata creditorum
intentio,*Surd.deciſ. 140.num.51. ſicut,et ab-
ſtentio vt cap.præced.num.18.*data autem in-
ſtantia corruit ratio, & argumẽtum, *vt eod.
cap.præced.num.30.31.*

12 † Vt autem , id quomodo ſeſe habeat,
plenius intelligatur, aduertendum propo-
nimus,aliam eſſe repreſentationem volun-
tatis, aliam verò neceſſitatis repreſentatio
voluntatis eſt in hærede;qui voluntarie ac-
cedit ad bona,repreſentatio neceſſitatis eſt
in filio,qui ex neceſſitate,vnde fit vt ille te-
neatur iſte nõ teneatur, vt hanc formaliter
diſtinctionem tradidit Crot. *in conſ.6.num.
13.14. lib.* 1. & hanc eſſe rationem diuerſi-
tatis inter filium , & hæredem. *tradidit Iaſ.
in §.actiones autem num.5.Inſt.de action.*

13 † Item adhuc: ad vberiorem exitum hu-
ius diſcuſſionis , ſic diſtingui non incom-
modè poſſe cenſemus,quod nempe alia ſit
repreſentatio perſonæ, alia perſonalitatis,
alia facti,& alia Iuris.

14 † Prima repreſẽtatio eſt in filio,quia vox
patris,vox filij eſt,*§.ei verò Inſt.de inutil.ſtip.
cum reliquis ſupra ſub initium allatis*, & ple-
nius prout in Doctoribus ibid.adductis,&
ſolus filius adeò eſt vicinus, & ſimilis patri
15 per prædicta † Sed animaduertendum ta-
men hanc tãtam vicinitatem, ſimilitudinẽ
ſeù coniunctionem non eſſe filio damno-
ſam,ſed proficuam, Non damnoſa,& ideò
non tenetur ad onera paterna *Iaſ. in d. §.
actiones autem. numer. 2. & 3. Inſt. de action.*
16 † Et ideò cum myſterio (*vt dicit ibid. Iaſ.*)
Iuſtin.poſuit primo tit.C.vt action.ab hæ-
red. &c. in quo diſponitur quod hæres te-
neatur ad obligationes defuncti, & poſteà
immediate,poſuit *tit.C.ne vxor pro marit.&
ne fil.pro patr.* q̃a videbatur quod ꝓꝓ cõiũ-
ctionẽ,quę inter eos eſt, alius ꝓ alio teneri
debuiſſet:cuius contrariũ in illis titulis diſ-
ponitur,& continetur, *Caroc. de remed.cont.
sẽt.except.44.n.226.*vbi quod omnia exẽpla
tendunt, vel ad ius acquirendum,vel con-
ſeruandum,vel pęnam euitandã,&quando
daretur caſus, quod pater teneretur ex fa-
cto filij, vel è contra, tunc pater, & filius
cenſerẽtur diuerſę perſonę,& ob id ſumma
ęquitate introductum ne filius pro patre,
17 vel è contra,† ſic vocem patris vocem filij
eſſe, & factum patris factũ filij, cum agitur
de aliquid acquirendo ipſi filio, atque ita
quando agitur de eius commodo *dicit Me-
noch.in conſ.116.nu.52. lib.2.& in conſ.279.*
18 *num.47.lib. 3.* † Et hinc tantam eſſe vnita-
tem dicit *idem Menoch.in conſ.250.ſub num.
29.& 30.eod.lib.3.*patris,& filiorum, vt om-
nia Iura ſiuè ciuilia, ſiuè naturalia , ac om-
nes prærogatiuę, etiam perſonales, com-
petentes ipſi patri cenſeantur, etiã conceſ-
ſę,& competere filijs, vt ſi pater ſtipuletur
ſibi, ita , & filijs ſtipulatus cenſeatur, iura
patroni,& liberti,&in filium ius ſepeliendi
19 operas, &c. † filium Regis viuente Rege
20 Regem dici, *vt ibi à nu.29.& ſeqq.*† Sic hæ-
reditas patris, & filij pupilli vna, & eadem
cenſetur, patris, & filij voluntas eadem, vt
ſi pater cum filium in adoptionem dederit
filius taceat, filius viuente patre etiam do-
minus,Iniuria illata filio cenſeatur illata pa
tri,ſi filius metu ſe obligauerit,poterit age-
re,& pater,vt hæc cumulat *Concenat.quæſt.*
21 *lib.2.cap.10.*†Sic ſeruitia poſſe exhiberi per
filium,etiam his caſibus in quibus aliàs per
ſubſtitutum exhiberi non poſſent à patre
dicit Schrad. de feu. part. 6. cap. 6.numer.53.
22 † Sic Vaſallus non iuuans patrem Domini
ſui æque feudo priuatur, ac ſi Dominum
ipſum deſeruiſſet,nõ iuuaſſet, *Felin.in cap.*
23 *afferte, & in cap. ſi verò. de ſent. excom.* † Sic
(licet locumtenens non faciat locumtenen
tem, nec legatus Vicarium, nec Vicarius
alium

Digitized by Google

alium Vicarium,nec Ambaſciator per aliũ
facere poſſit Ambaſciariam *cap. Clericos.de*
24 *offic. Vic. Guid. Pap.q.374.num.6.* † Vbi de
Vicario Epiſcopi *Marc. q. 317. par. prima*
25 † Vbi de Legato de latere,locumtenente,
Delegato eius vel Papæ Vicario,&c,*nu.4.*
ſub 17.& ſeqq.& per tot. Maran.de ord.iudic.
par.4.diſt.5.num.22. Vbi niſi ex cauſa,& ad
26 modicum tempus) † Poſſet tamen exerceri
Ambaſciaria per filium *Balzar. de probib.*
feu.alien.per Feder.ad princ. ſub n.48.Corraſ.
in rep.l. fin.nu.12.C.de impub. & alijs ſubſtit.
Tiraq. ad l. ſi vnquam in præfat. ſub num.16.
C.de reuoc.donat.& ibid. ante,& poſt.
27 † Sic pœna impoſita Vaſallo, ſi quid commiſerit
in Dominum , habebit etiam locũ
ſi quid commiſerit in filium *Balzar. quib.*
mod.feu.amitti §.item ſi fidelis. ſub nu.9.verſ.
nota. Alia multa cõgeri poſſent *ex Menoch.*
praſ.18.num.27.& ſeqq.& nu.36.37.lib.4.
Tiraq.de iur. primig.q.33. per tot.& q.40.nu.
28 *31.cum ſeqq.Surd.dec.172. ſub num.4.* † Vbi
quia filius cenſetur vna;& eadem perſona,
ideò poſſe iurare de facto patris,&in term.
feudi idem dixit *Aſin. ad l.1.num.31.32. ff.*
de relig. &c. & in hoc baſim rei feudalis
quaſi conſiſtere ex eo eluceſcat , quia cum
feuda olim nõ eſſent ad alios traſmiſſibilia
iuxta §.& quia videmus. tit.1. lib. 1.in vſibus
feud. fuerunt poſteà ad deſcendentes tranſmiſſa
§. cum verò Conradus. eod. tit. et infra
cap.12.per tot.præſertim num.1.& ſeqq.

Id verò cur ita? niſi quia ex idẽtitate perſonarum
potuit, & identitas fidelitatis cõſiderari,ob
quam dantur feuda,*vtc.1.n.17.*
29 † Et quæ eſt feudi concedendi cauſa,*vt ait*
Minad.dec.37.nu.80.Camil.de curt.in diuerſ.
30 *iur.feu.par.1.§.multoties ſub nu.26.* † Et quę
æquę in omnibus transfuſa præſumitur, &
eadem ſemper continuare *ad Bartol.Cam.in*
repet.tit.An Agnat.etc. ad princ.nu.5.6.et 7.
31 † ex quo , quod certe hoc eſt beneficium
ſanguinis,vnde idem vſque in infinitum in
ipſa familia Dominus ſemper ſperat , *et ad*
*Balzar. quæ ſit prima cau. benef. amitt.§.pręterea
ſub numer. 22. verſ. contraria verò*
32 † Vbi præſumi quod filius ſit eiuſdem affectionis
, & voluntatis , cuius fuit pater,
idque tam in bonam,quam in malam partẽ
vt ibi,Hannet.de feu.lib. 3.c.16.et ad Menoch.
33 *tot.præſum.58.lib.6.* † Alia beneficia communia
vide apud Iaſon.in l ſciendum. ad prin.
num.27.et ſeqq.ff.qui ſatiſd.cogan.
34 † Hactenus quod identitas perſonarum
ſit proficua , quod autem non debeat eſſe
damnoſa probatur *ex eod. Menoch. d. conſ.*
35 *116.nu.53.lib.2.* † Et facit ad rem noſtram,
quod ibi à *ſub num. 35. verſ. tertia* nunc ſupereſt
vſque ad fin. concludit ſolam identitatem
non pręiudicare, niſi etiã identitatet

&filius ſit, & hæres. Ceterũ quod filius de
per ſe nunquam,*et idem Bolognin.et cæteri vt*
36 *ſupra num. 10.* † Et coniungit ambo filium
eundemque hæredem, vt ſit locus remedijs
poſſeſſorijs *Surd. conſ. 268.nu.23.et ſeqq.lib.*
37 *2.* † Et ſi filius ſit hæres contractum patris
cenſeri contractum filij *dicit Mar. Anguiſ.*
38 *in conſ.52 ſub nu.38.vol.1.* † Et in term.feudi
hanc repreſentationẽ non facere, niſi quis
ſit hæres *dicit Surd.conſ.108.ſub num.9.verſ.*
hanc verò repreſentationem.lib.1.
39 † Et horum quidẽ ea ratio eſt,quia quod
filius vna perſona cenſeatur cum patre *ex*
d.l.fin.et alijs vt ſupra num. 1. eſt non ſecundũ
veritatem,ſed ex fictione *Menoc.pręſ.18.*
ſub num. 36.lib.4.et in conſ.215.num.152.et
ſeqq.lib.3.in conſ.279.num.48.eod.lib.Canet.
in extrauagan. ſi aliquem .§. ſed diſcutiendum
eſt.num.5.et 6. in term. feudi pag. 300. col.2.
40 † fictio autem non inducitur niſi ſuadente
æquitate, ſeu neceſſitate,*vt aiunt in term.d.*
l. fin. Canet. vbi ſupra num. 6. Menoch. d.
41 *conſ.279.num. 49.* † Profectò ęquitas nulla
eſt,quod filius cogatur ſe immiſcere hæreditati
paternæ , ſi nolit , vt probatur ex facultate
abſtinendi, ſibi à Pręrore conceſſa,
qui ſequitur ęquitatem , & quod cogatur
per hoc iacturam pati ęris alieni à patre cõtracti,
aut ex contractu patris inuitus obli-
42 gari,† quod eſſet plane iniquum *teſte Iaſ.in*
§.actiones autem.nu.3. ibi tamen quia iniquum
eſt Inſt.de action quid enim ſi hęreditas ſoluendo
non eſſet, nec vellet aliqua ex cauſa
vti filius beneficio legis, & Inuentar.j.non
ne teneretur de proprio , vt propriam ſub-
43 ſtantiam quaſi diſperderet? † contra æquitatem
omnem , quæ omnino ceſſaret *ad*
Menoch.ſub d. num. 49. verſ.ceſſat autem hic
æquitas.
44 † Nec opponatur Menoch.ſibi contrarius
& alij , ab initio allegati , ad probandum
quod inſit veritas non fictio . Quia reſponderi
poteſt primò textus ad probãdum adductos
dictam idẽtitatem , ſeu repreſentationem
vti verbis denotantibus improprietatem,
vt animaduertũt Doct.mox pro hac
ſententia citati,& alij vt per eo , *quibus addẽ*
Mar.Anguiſ. conſ. 52.numer.39.lib.1. quare
45 ſumus in claris , † Pręterea eſt impoſſibile
aliquem in ſuo parente renaſci,vt reprobato
in ſpecie Paul. de Caſtr.ſupra pro altera
opinione cit. *dixit Bertran. in conſ. 214. ſub*
num. 5.vol. 4. ſubdens quod eius dicta non
probarentur per naturales, & minus per
theologos. Vlterius dabuntur mox caſus in
quibus ineuitabilis patebit diuerſitas,&differentia,
ſed his prætermiſſis, atque conciliationi
magis incũbendo , maxime ad euitandam
contrarietatem ſibi ipſi nonnullorum
exptæcit. *Præſertim Menoch.* pro
alteru-

46 alterutra parte adducto † Sic poſſet diſtin-
guendo repugnantia tolli, aut conſidera-
mus originé repreſentationis, ſeù cauſam,
aut conſideramus effectum, Origo eſt fun-
data in cauſa vera, in identitate ſubſtantię,
naturę,& carnis patris,&filij:&in his term.
prima opinio recte procedat, *videatur Surd.
d.conſ. 325. ſub d. nume. 12. verſ. et non eſt ve-
rùm lib. 3.* quia modus loquendi eius non
aliò videtur tendere, quam adhoc ipſum,
quod dicimus repreſentationé deſcendere
47 à veritate naturę &c. vt ibi. † At ſi conſide-
remus repreſentationem, prout deducéda
eſt ad effectum, adhuc ſubdiſtinguemus,
aut ad effectum ſuccedendi, aut ad alios, ſi
ad effectum ſuccedendi, putà nepos in cõ-
curſu cum patruo, vel excluſiue ad patruũ,
hoc caſu facilius ſuſtineri poterit non eſſe
fictionem, ſed veritatem, ſeù iuris præſum-
ptionem, *vt ait Menoch. in conſ. 357. num. 33.
lib. 4.* qui in his term. loquitur, prout, & ipſe
Surd. eum citans, & clarius adhoc videatur
etiam Menoch. *conſil. iam cit. 211. numer.
89. lib. 3.* ſi verò ad alios, tũc procedat, quod
in repreſentatione ſit fictio quædam, per
quam ſuadente ęquitate aliquid iuris filio
tribuatur, quod aliàs perſonam, in qua tale
ius antea erat, non fuiſſet exceſſurum.
48 † Nec etiam dicatur quod, & in damno-
ſis intret repreſentatio, ſi quidem filios feu-
do priuari dicant Docto. ob eandem per-
ſonarum coniunctionem, vnde infidelitas
paterna pręſumitur in filio duratura *Mi-
nad. et alij ſupra cit. num. 29. 30.*
Quia reſpondetur hanc non eſſe cauſam
ſeù rationem huiuſce dicti veram, & neceſ-
ſariam, ſed aliam, quia ſcilicet ex priuatio-
ne patris nata eſt in conſequentiam, & pri-
uatio quoad filium. Sicut dicimus de quo-
libet aliàs ſucceſſuro, quis ſi ei cui ſucceſſu-
rus erat, auferantur bona, non ideò ipſe cõ-
queri poteſt, quaſi ſibi ſublata ſint bona,
nec pęnam ſibi irrogatã opponere *Menoch.
conſ. 954. num. 13. et ſeqq. et ſub num. 29. et
49 ſeqq. lib. 10.* † caſtigatus fuit is qui deliquit,
auferendo ei quæ ſua erant, non alius, *ad
Menoch. conſ. 99. nu. 219. lib. 1.* Multò minus
quando, quod auferentis ipſius eſt aufertur,
vt eſſet feudum *ad eund. ibid. num. 218. et in
fin. conſ. in term. feudi.* Quare in proprijs bo-
nis non puniretur filius, quia tunc verè ca-
deret, quod ei repreſentatio noceret
quod tamen eſſet inconueniens per prædi-
50 cta † Et ita proprijs in bonis non puniri
*dicit ibid. Menoch. num. 221. et ſeq. et ad tex. in
l. crimen. 26. ff. de pæn. in term. filij Surd. conſ.
173. num. 85. lib. 2.*
Non obſtant alia, quæ varie adduci poſ-
ſent, in quibus vel nocet, vel non prodeſt
51 hæc perſonarum identitas † vt cautio de
non offendendo patrem, quia non comple
52 ctitur filium † Vſusfructus patris non extẽ-
ditur ad filium, *vt apud Hercul. de caut. de non
offend. cap. 7. num. 7. 8. 9.* & ſic non prodeſt
53 † Vt quod pater, & filius ſimul non admit-
tantur ad aliquod officium, vel beneficium
*ad Marc. (quem vide in materia diſtinguentẽ)
54 q. 629. par. 1.* † Vt quod nuptię non poſſint
contrahi inter patrem, & filiam, & huiuſ-
55 modi perſonas &c. † Vt quod pater nec
ſibi, nec filijs ſuis ius dicere debeat *l. qui
iuriſdictioni. ff. de iuriſd. omn. iud. Cõcenat. lib.
2. quæſt. cap. 10. num. 7. Cabal. reſol. crim. caſ.
56 128. num. 6. & 7. cent. 2.* † Vt quod filius nõ
repreſentet patrem in ſucceſſione ad exclu
ſionem patrui *Menoch. conſ. 886. lib. 9. &
ad Surd. conſ. 403. per tot. maximè verò ſub nu.
24. in fin. & ſeqq. & ſub numer. 55. 56. lib. 3.*
contra dicta ſupra *numer. 47. vel ex eodem
Menoch.*
Quia ad hæc omnia reſponderi poteſt
ex cauſis particulariter inſitis id continge-
re. Nam cautio, & vſusfructus magis con-
ueniunt perſonalitati, quam perſonæ, &
repreſentatio filij in ſucceſſione in caſu
Menoch. oritur ex expreſſa diſpoſitione in
contrarium. *vt eodem conſ. 886. ſub. num. 24.
verſ. His intelligimus*, ſe benè declarat, atque
57 conciliat idem Menoch. † expreſſa enim ta-
citis præferuntur, *vt ait Concenat. d. cap. 10.
58 ſub nu. 8. lib. 2. quæſt.* † Reliqua de congrui-
tate, & honeſtate procedunt, quæ omnibus
ſunt anteponendæ, & ſemper cenſentur
exceptę, *vt dico in tract. meo de execut. in ve-
ſtib. cap. 2. num. 21. & ad cap. 81. ſub num. 14.*
& ſunt huiuſmodi effectus identitatis ſeù
59 connexionis inter patrem, & filium, † ita
quod, quo maior eſt coniunctio, eò for-
tior reſultet, vel hinc cauſa vel abſtinendi,
vel à nuptijs, vel à iudicando, &c. id genus
*& ad tex. in l. eum qui. 19. C. de Epiſ. & cler. l.
ſcimus. ad fin. C. de agricol. & cenſ. lib. 11.* vt
propterea vno verbo tota hęc materia poſ-
ſit definiri *cum Concenat. in d. cap. 10. num.
60 10. lib. 2. quæſt.* † Patrem, & filium tandiù
vnam, & eandem perſonam legis interpre-
tatione cenſeri, dum diſponentis voluntas,
vel Iuris auctoritas non repugnat, quę ſen-
tentia, & ex prædictis Menoch. & Surd. &
ex ſubijciendis adhuc magis ac magis con-
firmatur.
61 † Succedit ſecunda ſpecies repreſenta-
tionis, quæ in perſonalitate inquiratur, be-
nè quidem inquiratur, quia inquiretur
quidem, ſed non inuenietur. Perſonalitaté
hic intelligo, vt terminũ diſtinctum à per-
ſona, & ſtricte pro rebus adeò perſonæ
alicuius proprijs, vt vni ſoli, & ſemper
conueniant, alij nulla via nulla ratione
conueniant, cum quo præſuppoſito, nulla
re-

repreſentatio erit, identitas omnino nulla,
61 † Sic anima patris non eſt anima filij *Caſtr.*
in conſ 164. ſub nu.3.lib.2. Bertran.conſ.214.
63 *ſub num.5.vol.4.* † Et ita anima quę pecca-
uerit ipſa morietur, nec punietur anima fi-
lij pro anima patris pęna ſpirituali inferni,
vt latè explicat Menoch. conſ.99.num.207.&
64 *pluribus ſeqq.lib.1.* † Sic voluntas vnius non
eſt voluntas alterius, vt nec anima vnius
anima alterius, *vt dicit idem Menoch. conſ.*
65 408.*nu.9.10.lib.1.* † Et voluntates ſunt ſin-
gulorum propriæ *l. ſi quis mihi bona. 25. §.*
iuſſum ff.de acquir. hæred.l.3.ad fin. C.de hæ-
red.Inſtit. ad Bart. l. is poteſt 18.num.13.ff de
acquir.hæred. vnde voluntas, ideſt ſui animi
variabilis motus, alteri non committit,
66 † Et in inſeparabilibus à perſona, non po-
teſt eſſe vera delegatio, vel trāſmiſſio *Bald.*
in l.*liberti.ſub num.15.& 16.C.de oper.libert.*
67 Nec † teſtamētū *Surd.in cōſ.380.n.26.per tot.*
68 *lib.3.* † ętas alia patris, & alia filij incōmuni-
cabiliter adlare ad materiam primogeni-
turæ, *vt per Menoch. conſ. 97.à nu.52 ad 59.*
& ſub num.110. lib.1. in conſ.211.num.119.
& ſeqq.conſ.220.num.101.& ſeqq.lib.3.conſ.
981 *nu.24.lib.10.Tiraq.de iure primig.queſt.*
69 40.*num.108.* † Nec tranſmittitur ętas patris
in filium *Surd. conſ. 403. ſub numer. 42. 43.*
70 † Sic qualitas filiationis eſt perſonaliſſima
num. 44. vnde non tranſmittitur: licet ius
ſuccedendi virtute filiationis tranſmittatur
quæ ſunt diuerſa, *Peregr.de iur.fiſc.conſ.vni-*
71 *co num. 23. poſito poſt tractat.* † Sic ſcientia
patris non eſt ſcientia filij, nec ignorantia
vnius ignorantia eſt alterius, nec affectio
vnius (putà ad aliquam cauſam) eſt affectio
alterius *Mar. Anguiſ.conſ.52.ſub numer.38.*
72 *vol.1.* † Sic priuilegium mere perſonale ſe-
cundum explicationem *Menoch præſ.103.*
73 *ad princ.lib.3.* Finitur cū pſona *ibid.n. 1.* nec
ad filium quidem tranſiens, *vt per eund. in*
conſ.1007. ſub nu.95.lib.11.& vtrobique per
74 *varia exempla* † Sic iniuria filij ob exhære-
dationem matris eſt perſonaliſſima, ideò
non poteſt pater filio inuito proponere
quærelam contra teſtamentum matris; à
quà fuit exhæredatus *l. Papinianus. in princ.*
ff.de inoff. teſt. Menoch.*conſ.155.num 4.lib.2.*
75 † nec iniuriam oſſibus filij inhærentem re-
mittere *ad l. Lucius. cum ibi per Bart. & alios*
trad. 38. ff. ſol. matr. Menoch.in conſ.470.vbi
de vtroque caſu num.19. in fin.iuncto num.20.
& 21.verſ.nec repugnat, quicquid ſit de alia
76 iniuria, *ibid.per tot.conſ.lib 5.* † & ita, ſecun-
dum prædicta, nō cogetur filius adire, quia
in aditione voluntas adeuntis requiritur *§.*
77 *extraneis. Inſt. de hæred.qual.& diff.* † & in
nuda eademque occulta voluntate cōſiſtit
aditio, *vt ait. glo.ad l. 2. ff.de interrog. act.&*
ad Maſc.de probat.concl.40 in princ.et per tot.

quæ cum ſit perſonaliſſima, vt dictum eſt,
78 & conſiſtat in deliberatione propria († Si
quidem voluntas eſt deliberatio animi ac-
ceptantis id quod vult, *iuxta Gigan. poſt*
Bald.de crim.læſæ maieſt.lib.1.Surd.conſ.574.
79 *num.22.lib.4.*) † non erit cogendus ad vel-
lendum id quod pater voluit, ſi nolit; quē-
admodum ſi nolit, filius vti beneficijs à
patre ſibi relictis, poterit & hoc facere, quia
propria voluntas eſt, proprius animus pro-
80 pria deliberatio. † Et beneficium non con-
fertur in inuitum *l.beneficium.ff.de Reg.iur.*
et ad iura ſupra num.9. et ſeqq.allegata in ter-
81 *minis aditionis* † vltrà quod qualitas iſta adi-
tionis non poteſt in patre verificari, quare
nec repreſentatio vlla vigere *ad Menoch.*
82 *conſ.413.num.36.lib.5.* † Sic legatum factū
filio quod perſonæ cohæret, vt ius militię,
pater eum non acquiret ſed filius ſolus ha-
83 bebit *l.3.§.ſi quid.ff.de minor.* † Nec vſusfru
ctum feudi filio conceſſi *Lanar. in rep. cap.*
1.de his qui feu.dar.poſſ. ſub numer.228.verſ.
84 *quod dicendum, et num. ſeqq.* † Ipſe tamen fi-
lius tenebitur alere patrem de fructibus feu
di, qui ſupereſſent, deducto ſeruitio milita-
ri, *vt ibid. num. 248. et ſeqq. vbi quid etiam de*
Caſtrenſibus.

Nunc ad tertiam ſpeciem accedamus,
nempe ad repreſentationē in his quæ ſunt
facti, & in huiuſmodi idē eſſe quod in præ-
cedenti, vt non habeat locum repreſenta-
tio, communiter tenent Docto. *et patebit in*
ſeq.ſpecie nu.89.et ſeqq. quia ſi nec in hęrede
verificari poterit repreſentatio, tanto mi-
nus in filio ſolo non hærede, & ibi exem-
pla etiam in term. filij allaturi ſumus.
85 † Circa ea quę ſunt iuris, (quod pertinet ad
quartam ſpeciem repreſentationis) opti-
me cadit repreſentatio, & eius effectus, tàm
quoad filiū, quàm quoad ſucceſſorem, ſed
cum hac differentia, quia quoad filium po-
teſt in eum cadere effectus repreſentationis
etiam non hæredem, ſiue quia adhuc viuat
pater, vt in exemplis ſupra adductis *verſ.*
prima repreſentatio numer. 14.et ſeqq. vſque
ad verſ.hactenus, quibus adde alia pleraque
ſimilia, *vt per Tiraq. ad l.ſi vnquam.ad princ.*
à num.15. vſq, ad num. 37. C. de reuoc.donat.
Menoch.conſ.705.num.16.et ſeqq. et nu.35.et
*ſeqq.lib.*8. ſiue quia mortuus ſit in eis, in qui-
bus filius etiam non hæres ſuccedit de qui-
bus *infra Cap. 19.* aut in quibus filius patris
perſona vertur, vt alij maiori ſuo pręferatur
vt in c. 6. nu. 11. In quo vt filius poſſit ſuc-
cedere oportet patrem eſſe mortuum tem-
pore delatę ſucceſſionis *D.Præſ.Bellon.conſ.*
1.num. 116. 117. In alium non cadit repre-
ſentatio, niſi quoad ſucceſſorem, & hic qui-
dem cum alia differentia ſucceſſoris ſingu-
86 laris ab vniuerſali, † Nam & de ſucceſſore

ſingulari verificatur, quod vna, & eadem
perſona reputetur cum ſuo auctore, eodéq;
ea in re, cuius ſucceſſor eſt, vtatur iure *l. vẽ-*
ditor, et ab ibi ſcrib. ff. de iudic. Surd. dec. 335. n.
87 *22. dec. noſtr. bonon. 4. in fi.* † id quod vel viuo
vel mortuo auctore contingere manifeſtũ
eſt; cum repreſentatio in ſucceſſore vniuer-
ſali ideſt in hærede tantum poſt mortem
dari poſſibile ſit, & hunc quidem repreſen-
tare defunctum, & in ius ſuum vniuerſum
actiue, & paſſiue tritæ ſunt regulę Iuris
88 † quicquid in hærede hæredis dubium ſit
an repreſentetur in eo defunctus *ad Rim.*
iun. conſ. 569. nu. 152. ſeqq. lib. 5. Difficultas
eſt an in omnibus? & quidem in perſonali-
bus, & in his quæ ſunt facti non ſuccedere
89 probant infraſcripta † Dominium, quod eſt
iuris, continuatur in filium hæredem, non
tamen poſſeſſio, quæ eſt facti *l. cum hæredes.*
in princ. ff. de acquir. poſſ. Mar. Anguiſ. conſ.
52. ſub n. 38. vol. 1. cum alijs, vt per nos in tract.
meo de tranſitor. ad ſucceſſ. in verb. poſſeſſio.
90 † Sic Iuramentum patris non afficit filiũ, &
91 hęredem, *vt ibid. dicit Mar. Anguiſ.* † Quia eſt
perſonale, & facti *vt per Aſin. ad l. 1. num.*
92 *12. et ſeqq. ff. de relig. etc.* † & non ligat quoad
vinculum ſpirituale, ſeù quoad animam,
93 *Corn. conſ. 27. num. 11. lib. 4.* † Secus quoad
effectus, ſeù quoad obſeruantiam, & ius ex
iuramẽto exortum, *vt benè per Aſin. mox cit.*
num. 24. et ſeqq. Crau. conſ. 282. ſub nu. 9. verſ.
ſecunda oppono. Menoch. conſ. 1198. num. 20.
94 *et ſeqq. lib. 12.* † Vbi hęredem contrauenien-
tem iuramento defuncti fieri periurum, &
ſubijci pęnis legalibus, & iuramẽtum licet
non afficiat quoad vinculum ſpirituale, af-
ficere tamen quoad vinculum temporale,
& benè caſus diſtinguendo, concludens *ex*
dicto Afflic. in dec. 318. in fin. Iuramentum
Defuncti quoad reatum, ſicque quoad
peccatum periurij non tranſire ad hæredẽ,
ſed bene tranſire quoad ipſius Iuramenti
obſeruationem, quá ſi ſpreuerit ipſe hęres,
agi poterit contra eum ad pęnam ciuiliter,
& quoad vinculum ſpirituale Iuramentum
dici, & eſſe perſonaliſſimum, & alia adhęc
late explicat *Anton. Gagliard. in tractat. de*
abſol. à iurum. §. ſecundum num. 20. et ibi alia
95 *per tot. alia dicens.* † Iuramentum ex parte
iurantis eſſe perſonale, ex parte verò eius
cui curatur eſſe reale, & incidi in pænas *l. ſi*
quis maior. C. de tranſact. cumulat. Surd. conſ.
424. num. 20. 21. 22. lib. 3. et pluribus per nos
in d. tract. de tranſito ad ſucceſſ. in verb. Iuramẽ
96 *tum.* † Vnde abſolutio conceſſa à iuramen-
to ad effectum agendi, & excipiendi, etiam,
vt ſolet, abſq; citatione partis non tollere
effectum contractus, & iuramenti *dicit Pro-*
to Treſ. Eminentiſſimus vir Morot. reſp. 87. ſub
97 *num. 10. par. 1.* † Sic conditiones, quia facti
ſunt, non tranſeunt *Concenat. lib. 2. quæſt. c.*
10. ſub num. 11. Surd. conſ. 482. num. 99. lib. 3.
cum alijs, vt in d. meo tract. de tranſitar. ad ſuc-
98 *ceſſ. in verbo Cõditio,* † Sic ſi pater, putà eques
permiſerit pręcedentiam, vt vocant, alteri,
filius etiam eques, & dignitatis eiuſdem nó
tenebitur cedere ad exemplum patris, quia
factum eius ſibi non nocuit, *Menoch.*
99 *conſ. 126. nu. 35. 36. lib. 2.* † Vbi quia ea, quæ
dignitatis ſunt, perſonalia ſint, nec tranſeãt
100 de vno in alium actiue vel paſſiuè. † Sic
nec filius quamuis etiam hæres nomen pa-
tri conueniens aſſumere poteſt, vnde filius
aduocati non eſt aduocatus, filius doctoris
non eſt doctor, quia hæc ſunt meri facti
Concenat. d. cap. 10. in fin. lib. 2. quæſt. nec im-
meritò (ne in infinitum hanc rem traham)
cum præſertim tractatum de hiſce inſtitue-
rim particularem iam mox pręallegatum,
101 vbi ad ſaturitatem † ſi quidem hæredis, &
defuncti non eſt verè eadem perſona, ſed
ficte, & impropriè: quia vere alia eſt perſo-
na hæredis, alia defuncti *Menoch. conſ. 444.*
num. 49. lib. 5. Mantu. in conſ. 190. in fin. lib. 1.
Surd. conſ. 382. numer. 98. in term. feudi, & in
conſ. 425. vbi bene numer. 29. & ſeqq. lib. 3.
102 † Vnde in tranſitorijs ad ſucceſſores eſt
eiuſdem Iuris, ac defunctus in alijs, non, *vt*
ait Cagnol. in l. edita. C. de. eden. num. 53. Surd.
de alim. tit. 1. q. 104. ſub nu. 8. 9. citato Cagnol.
in l. hæredem. numer. 14. de reg. iur. Rim. iun. in
103 *conſ. 591. n. 23. 24. vol. 5.* † Et ita etiam quia
filius regis viuo rege dicitur rex, & filius co
mitis comes propter connexionem perſo-
narum, tamen quia id eſt impropriè, ideò
magis in nudo intellectu, quam realiter
eſſe dicitur, vnde nec adminiſtrare, nec
alienare, nec aſſenſum feudi alienationi
104 præſtare validè poterit † nec rex ipſe filiũ
ſuum, ſe viuo, regem facere, niſi quoad no-
men *iuxta Lofred. in conſ. 17. ſub num. 48. 49.*
50. 51. ſub 57. & ſeqq. Concenat. (in ſpecie con-
ſideratus dictam improprietatem) d. lib. 2. q. 10.
105 *num. 12.* † Et per hæc tollitur impugnatio
quod etiam in his quæ ſunt facti intret re-
preſentatio inter patrem, & filium, vt ad-
uerſus *Iaſ. in ſpecie perpendit Caraſ. in re-*
pet. l. vlt. C. de impub. & c. num. 13. data inſtã-
106 tia de habitatione, quę facti eſt † Et tamen
habitatio patris, eſt habitatio filij, *per l. cum*
ſcimus. ad fin. C. de agricol. & Cenſ. lib. 11. &
cum refert. Menoch. conſ. 705. ſub n. 36. vol. 8.
quia id etiam impropriè dicitur, nam pro-
priè vnius habitatio non eſt alterius, & ita
107 intelligitur quoad effectus iuris. † Que-
madmodum etiam per colonum poſſeſſio
retinetur, & ita per filium, & per alios con-
junctos, licet non filios, vt in eadem *l. cum*
ſcimus, habetur; Vbi propterea nota verba
ibi. *Cum enim pars quodammodo* (ecce vocem
im-

improprietatis) corporis eius per *cognationem in fundo remanebat* (ecce etiam de cognatis, & latius paulo infra; vbi etiam per
108 verb. *videtur* loquitur, † prout quosdam effectus huiuſmodi repreſentationis in habitatione refert *idem Iaſ. in l. ſciendū ad prin.*
109 *num. 28. ff. qui ſatiſd. cog.* † & quod habitatio patris ſit habitatio filij, id ideó eſt quia ipſa natura recipiũt functionem pater, & filius, vt in his præciſe term. *dixit Bald. ad l. 1. §.*
110 *illud. ſub nu. 1. C. commun. de manumis.* † Quę veró recipiunt functionem, non ſunt eadē ſpecie, & indiuidualiter, ſed genere tantum *vt in l. 2. §. mutui datio, & ibi ſcrib ff. ſi cert. pet.*
111 † Et quod ad confuſionem (vt ſubijcit) Iaſo. retorquet Coras, imo veró in filium poſſeſſionem continuare, fallitur, *nec glo. in l. cum miles. 30. ſub princ. ff. ex* quibus cau. maio. per eum allegata id probat, imó probat contrarium, *vt patet ex Natt. conſ. 439. ſub num. 5.* vbi etiam alia *iura cum eadem gl. allegat, ac vt plenius in tract. meo de trãſito. ad*
112 *ſucceſſ. in verb. poſſeſſio* † & generale eſt quod omnia quæ conſiſtunt in facto, factum ipſum mere conſiderando, ſunt perſonaliſſima, quia meum habitare, comedere, dormire, amare, iurare, &c. nunquam per rerum naturam poteſt fieri, vt ſit tuum habitare, comedere, &c. Et licet per colonum, per filium, per agnatos, per côiunctos poſſim tenere, poſſidere, & ſimilia *vt in d. l. ſcimus*, tamen poſſeſſio mea eſt mea, ſicut legere meum in ſtudio publico, docere meũ, eſt meum, licet poſſit dari quæſtio an per alium poſſim legere, docere, actum explicare, vt plenius de ijs, & magiſtraliter *per Bald. ad l. vn. §. ne autem num. 3. & ſeqq. C. de caduc. tollen. & p nos in d. tract. de tranſito. ad*
113 *ſucceſſ in verb. induſtria* † Et hinc illud quod duo in ſolidum poſſidere nõ poſſunt *l. ſi vt certo, §. ſi duobus. ff. commod.* & alij in eadem quidem poſſeſſione eſſe poſſent, ſed non poſſidere *vt infra cap 48. nu. 39.* filius in magiſtratu alius dicitur á patre, & Vaſallus patris alius etiam ab eo, vnde iurat ei fidelitatem *Tiraq. ad l. ſi vnquam. in præfat. ſub n. 17.*
114 † Quare (ad rem noſtram) concludamus ex mera repreſentatione naturali, quæ viget in filio, nõ inde induci obligationem in filiũ ad ſe immiſcendum hæreditati paternæ, & ad eius debita exoluenda, & ideó rationem in repreſentatione ſic indefinite poſitam non ſubſiſtere, nec huius contex. noſtri poſſe eſſe veram, & neceſſariam rationem, ſed itá demum ſi eſſet repreſentatio cum immixtione coniuncta, ad quam immixtionem (per quam induceretur repreſentatio obligatoria ad æs alienum ſoluendum) non tenetur filius, & id eſt quod in contex. noſtro diſponitur, & continetur, & poteſt dici quod filius non repreſentet patrem quoad hoc, & quoad hunc effectum, vt poſſit cogi ad ſe immiſcendum, & debita ſoluenda, vnde omnino corruat ratio repreſentationis, quia non entis nullæ ſunt
115 qualitates, † & ita bene, qui eam non admiſſerunt pro ratione, vel tacite cum alijs eam coniungentes, quaſi ſola, & de per ſe non ſufficeret, vel expreſse, *vt infra cap. 7.* ſunt remiſſiones, ne toties eadem repeti contingat, *& ſupra cap. anteced. num. 51, 52. & hoc ipſo cap. num. 8.*

CAP. SEXTVM.

De tertia, & quarta ratione antiquorum ad tit. An agnat, &c. Quia patre medio, ſeu iure contractus.

SVMMARIVM.

1 *Alia ratio tit. An agnat. quod filius patri ſuo medio acquirat feudum aſſignatur ſecundum antiquos.*

2 *Agnatus tantum in feudo genearchico ſuccedit non in nouo.*

Filius autem in vtroque. ſub eod.

3 *Hæreditas ſcindi non poteſt.*

4 *Alia ratio, quia Agnatus veniat iure cõtractus, filius vt hæres.*

5 *Vnde filius præfertur patruo.*

6 *Vna linea durante non eſt alteri locus, & 14.*

7 *Ex qua perſona quis lucrum capit, eius & facta præſtare debet.*

8 *Saltem ex æquitate, quæ in paribus cauſis paria iura deſiderat.*

9 *Etiam in feudis.*

Confutantur dictæ rationes. 10. & ſeqq. quia nõ ſemper veræ. nu. 19.

10 *Ius patronatus acquirunt filij patre medio, etiã non hæredes.*

11 *Sic & fideicommiſſum ob quod præferuntur proximioribus.*

Et in quibus habet locum repreſentatio. ſub eod.

12 *Siue maſculi ſiue fęminę; qui omnes à patre capiunt, & 13.*

15 *Et tamen poſſunt repudiata hæreditate fideicõmiſſum retinere.*

16 *Fideicommiſſarius non dicitur hæres grauati ſed grauantis.*

17 *Filius non hæres acquirit ex ſtipulatione paterna ſibi dari poſt mortem patris.*

18 *Filius non priuatur feudo acquiſito per auum ob delictum patris.*

20 *Feudum hæreditarium ad omnes pertinens per reg. qui per ſucceſſionem.*

21 *Agnatus non tàm ex iure cõtractus, quàm ſucceſſionis feudum conſequitur.*

22 *Cuiac. rem quaſi acu tetigit, quatenus feudum eſſe de hæreditate, & hæreditatem eſſe indiuiduam, nec poſſe ſcindi dixit, & 23.*

24 *Alia diuerſa ab hæreditate ab ea diuelli, & ſcindi poſſunt.*

25 *Vnum, & idem legatum non poteſt pro parte agnoſci vel non agnoſci.*

Ratio Cuia. in aliquo deficit, vt ſub eod. *& ſeqq. 32. & ſeqq.*

26 *Nepos licet ſubintret in locum patris, tamen ex ſua perſona ſuccedit, nu. 27. & 28.*

29 *Vbi ex propria perſona ſucceditur, propria perſona attenditur.*

30 *Poſterior ſubſtitutus admittitur etiam præcedentibus gradibus caducatis.*

31 *Aliud ſuccedere in gradum, aliud ex perſona defuncti.*

32 *Non intrat repreſentatio vbi ex iure proprio.*

34 *Anto. Cont. de ratione prædicta opinio confutatur, & nu. ſeqq.*

35 *An quid ſit hæreditorium non inſpicitur qualitas ſucceſſoris, ſed res ipſa, & eius natura.*

36 *Iura eadem manent, licet diuidantur inter plures hæredes.*

37 *A primordio tituli poſterior formatur euentus.*

Obligatio hæredis eadem numero cum obligatione defuncti. ſub eod.

38 *Ratio quod patre medio reprobata ab alijs doct.*

39 *Et ratio quod iure contractus, & 40.*

41 *Bald. in feudis aliquando errauit.*

42 *Et oſtenditur in propoſito quod ſibi contrarius.*

43 *Reg. ex qua perſona: nõ bene applicata oſtenditur, & num ſeqq.*

44 *Legatarius poteſt venire contra factum defuncti, à quo tamen legati lucrum conſequitur.*

45 *Non debet aſſumi pro verò id de quo principaliter diſputatur.*

ALij, pro tertia ratione, dixerunt filium conſequi non poſſe feudum, & repudiare hæreditatem, agnatum autem poſſe
1 † Quia filius acquirat feudum patre ſuo medio, Non autem agnatus, qui magis ſuos in ſucceſſione progenitores recognoſcit, quam hunc agnatum defuncti, & ex diuerſo capite ſuccedit in feudo, *ita Aluar. ad hũc tit. ſub nu. 2. Martio. Land. ibid. nu. 1. & ibi etiã Iacob. de beluis.* quem huius ſententiæ auctorem fuiſſe colligi poteſt *ex Syluа. cõſ. 30. ſub num. 21. verſ. Iacob. de belui. & ex Tom. de Mar. de gen. & qual. feu. tit. 1. ſub nu. 32. verſ. ſimiliter. Soac. ex Ioan. Andr. in prælud. feu. c. 46. num. 4. verſ. ſecunda eſt, concurrere videtur*
2 *Cuia. ad hunc ipſum titulum* † Agnatus inquit, in feudò tantum genearchico ſuccedit non in feudo nouo, & ideò non tam videtur à defuncto accipere, quàm à communi patẽte, putà auo, vel proauo, qui id primus acquiſiuit, &c. & ideò (ſubdens) repudiata hæreditate mea poterit feudum, quaſi patris ſui feudum retinere, &c. filius autem ſuccedit patri non tantum in genearchico feudo, ſed etiam in nouo, & genearchicum putà, quod deſcendit ab auo etiam capere videtur à patre ſuo, non ab auo, cum in eius ſucceſſione patri ſuo præferatur, qui tamen erat proximior auo, qua de cauſa non aliter admittitur in feudum auitum, quàm quaſi hæres patris, & ideò ſeparare bona non po-
3 teſt † hæreditas enim ſcindi non poteſt, repudiàta igitur hæreditate non poterit feudum retinere, &c. Hęc Cuiac. à quibus nec procul diſtat, quod alij dicunt differentiæ
4 rationem eſſe † quia Agnatus venit iure contractus, filius verò vt hæres *vt per Bald. in l. qui ſe patris. num. 28. ad fin. C. vnd. lib. & benè* quidem vt hæres, quia habet feudum patre
5 ſuo medio, † ita quod hoc mediante præferatur patruo proximiori, vt dixit Cuiac. & eſt ipſa veritas in feudis *vt in tit. de nat. ſuc-*
6 *ceſ. feu. per tot.* † Vbi durante vna linea non ſit locus alij lineæ tranſuerſali, vt in hiſce
7 term. *dicit Syluan. conſ. 30. ſub nu. 22.* † Vnde locus regulę *l. Ex qua perſona quis lucrum capit, eius & factum præſtare debet. ff. de reg. iur. l. ſi ex patronis. 10. ff. de bon. libert. Hotom.*
8 *diſp. feu. cap. 19.* † ſaltem ex ęquitate, quæ in paribus cauſis paria iura deſiderat *l. fin.*
9 *C. ad leg. falcid.* † *etiam in feudis, vt in tit. de allod.* & alibi paſſim, *in eo tit. quod quiſq. iur.* &c. *et in term. adducit d. reg. ex qua perſona. Oſaſc. dec. 162. ſub princ. num. 5. et conſiderat æquitatem Vult. cap. 9. ſub numer 114. in fin. prin. circa.*

Verùm nec hæc ratio viſa eſt omni ex parte vera, & abſoluta, propter varias, quas
10 pati poteſt inſtantias. † Acquirunt filij ius patronatus patre medio, & tamen etiam patris repudiata hæreditate, hoc ipſum cõ-
11 ſequuntur *l. filij. 9. ff. de iur. patr.* † Sic in fideicommiſſo propter patrem quem repreſentant, & eo medio nepotes patruis præferuntur proximioribus, ex priuilegio quodam in quibuſdam caſibus tantummodo, non paſſim, & in omnibus *§. reliquum. auth. de hæred. ab inteſt. ven. auth. poſt fratres. C. de legit. hæred. l. peto. §. patre. l. cum ita. §. in fideicommiſſo, et ibi Doct. de legat. 2. Tiraq. in 1. retr. §. 2. gla. 11. numer. 2. D. Præſ. Primarius Bellon. conſ. 17. nu. 43. & 44. vbi docet in quibus nominatim, et adhuc in conſ. 38. num. 9. et conſ. 61. et etiam Tiraq. alibi vt in tract. de Iure primig. q. 40. num. 22. cum ſeqq. et num. 188. ſol. ad nou. Conſtit. Saband. de hæred. patr. gl. 1. ſub num. 3. Houd. conſ. 70. lib. 1. conſ. 63. lib. 2.*
12 *Surd.* † (Siue maſculi ſint ſiue fæminę) *lib. 3. conſ.*

Digitized by Google

*conſ.325.ſub numer.1.Oſaſc. conſ.72. per tot. Crau.conſ.67.num.5.*Menoch.*conſ.357.lib.4. Teſſau.dec.162.*Morot. *reſpon.1.Bertaz.conſ. ciui.87.lib.1.*& dicuntur mediãte patre ſuc-
13 cedere † Et de eius manu fideicommiſſum
accipere *Soc. iun. conſ.126.num.51.verſ.vel,*
14 *et ſecundò reſpondetur lib. 1.* † Nec quandiù
eſt in aliqua linea ad aliam tranſire *multi
citati in deciſ. noſtr. flor.54.num. 1. vltra mox*
15 *cit.et* Menoch. *conſ. 1082. num.8.lib.11.* † Et
tamen poteſt repudiata hæreditate patris
fideicommiſſum retineri *l. cum pater. 79.§.*
16 *cum pater. de legat. 2.* † Et tamen fideicom-
miſſarius non dicitur hæres patris grauati,
ſed teſtatoris grauantis *l. vnũ ex familia.§.1.
de leg. 2. clarius in l. ſi hæres teſtamento. ff. de
action.empt. cum alijs adduct. per* Menoch. *in
conſ. 357. num. 1. iuncto etiam num. 4. lib. 4.*
17 † Sic finge patrẽ ſtipulatum fuiſſe filio ſuo
poſt mortem ſuam aliquid dari ; hic pater
non ſolum medium, ſed auctor apparet ac-
quiſitionis, & tamen poterit filius, rem in
ſtipulatum deductam poſt mortem patris
aſſequi, hæreditate eiuſdem repudiata *per
l.quodcunque.45.§.ſi quis ita. ff.de verb.oblig.*
18 †Quod ſi pater ex delicto proprio feudo
priuetur acquiſito ab auo, filius nõ propte-
reà damnum hoc ſentiet, nec priuabitur,&
feudum capiet ex perſona aui, non ex per-
ſona patris, *teſte Bal. in l.qui ſe patris.nu.26.*
19 *C. vnd. lib.* † Et huiuſmodi ratio quod me-
dio patre , quod quaſi à patre (vt inquit
Cuiac.) nõ eſt ſemper vera ad illud qđ dicit
Bald.ſup.n.4 filiũ ſuccedere vt hęredẽ ſatis-
fiet per ea, quę infra *c.18.n.10.per tot.* oſten-
demus, vbi nec filiũ eſſe ſemper hæredem,
& tamen ſuccedere in feudo, nec hæredi-
tariam qualitatem fuiſſe (ſaltem principa-
liter (conſideratam) ſed filiationem ipſam,
ſanguinemue, &c. ergò non ſemper vera
ratio, quod vt hæres ſuccedat in feudo, *et
eund.in ſpecie reprobauit Sylu. infr.numer.40.*

Hęc de filio: quod pertinet ad agnatum,
ratio tametſi proxim[illegible]itati accedat, non
tamen omninò rem iſtam abſoluit ; quia
quicquid alio ex capite, & ex iure proprio,
ex proprijs progenitoribus deſumpto,
prætendat inniti poſſe, tamen hoc facit hic
difficultatẽ, quod ab initio, & in ſui conſti-
tutione, feudum eſt hæreditarium, vt infra
20 cap.12. † Ergo idem quoad omnes ſucceſ-
ſores ſemper remãſurum *ex reg. qui per ſuc-
ceſſionem quamuis longiſſimam. ff. de reg. iur.*
& ita videtur quod feudum adhuc in hære-
ditate ſit talis agnati, à qua propterea non
poſſit ſeiũgi, *vt inquit Cuiac.et nos infra cap.
8.num.6.et ſeqq. idem adducemus,* & licet iſta
non ita ſubſiſtant vt pariter ibid. oſtende-
mus, & rem cuiuſmodi eſt aperturi ſumus,
interim tamen , dum per hæc confundi-
tur ratio præfata ſatis ſit innuiſſe vacilla-
tionem.

Nã quoad aliud, quatenus dicitur agna-
tum iure contractus venire, facilis eſt leui-
21 tatis eius demonſtratio† ſiquidem non ex
iure contractus, ideſt inueſtituræ, imme-
diate, ſed ex ſucceſſione ſuccedat, cum ex
eo nullus, niſi primus feudi acquiſitor ve-
niat, *iuxta tit.de cognit.in fi. et ibi ſcriben.et ad
latius infra c.23.per tot.* Vbi feudum acqui-
ritur inueſtitura, quæ in primo acquirente,
& ſucceſſione, quæ in alijs poſt eum verifi-
catur.

22 † Subodorauit has rationes minimè cõ-
gruas *Cuiac. in loco,et verbis ſupra cit.num.2.*
& ideò ad propriam rationem confugiens,
aliquid plus quam alij penetrans, rem quaſi
acu tangens, ſed non bene fixit pedes. Nam
verùm eſt , & optime cadit conſequentia,
bona ſeparari, hęreditatem ſcindi non poſ-
ſe, *vti nos infra cap.8.ſuo loco,et in hanc incide
mus.* Verùm erat ſupponendum, & ſuppo-
ſitum firmandum , quod idem iudiciũ eſſet
de feudis, ac de reliquis iuribus, & bonis à
defuncto relictis, adhoc vt eadem de feudo
axiomata applicari poſſent ad feudum in
23 caſu ſucceſſionis, † ſcilicet feudum eſſe de
hæreditate, hæreditatem eſſe indiuiduam,
eandem ſcindi non poſſe, nec poſſe vnum
ſine altero vel retineri , vel repudiari ſed
aut totum retinendum, aut totum repudiã-
dum, *iuxta iura communia, vt in l.ſed ſi plures
10.§.filio. ff.de vulg.l. ſi quis filium.7.§. fin.l.
hæret 37. l.cum hæreditate.55.l.1.et 2.cum ſi-
milibus ff.de acquir.hæredit.*
24 † At (prout e contra) in alienis ab hære-
ditate ſeuinctis non verificatur dictum cũ
poſſint diuidi ab hæreditate, & abſque ea
acceptari, *vt in l.fin.C. ſi min. ſe abſtin. l. fin.
C.de vſufr.l.9 in fin.ff.ſi aquadrup.paup.feciſ.*
25 *dicat* † Et verificantur ambo dicta in vno
eodemque legato, cuius quidẽ diuiſio dari
non poteſt, vt pro parte agnoſci poſſit, &
& pro parte nõ agnoſci, *in l.neminem de leg.
2.ſecus verò in duobus, vt in l. ſed duobus.5.ff.
eod. tit. ad quæ adde infra cap. 9. num.18. &
ſeqq.et num.28.32.36.et ſub num.39.*

An Cuiac. et poſt eum Chireherb. *in diſcur.
de feu.ex pact.etc.cap. 3. ipſummet* Cuiac. *re-
ferens :* probauerit ante omnia feudum eſſe
de hæreditate? minime ; non quidem ex eo
quod mediante patre filius, vel nepos præ-
feratur patruo proximiori, quia hæc ſubin-
tratio in locum patris ad excluſionem pa-
trui ineſt,&, in fideicommiſſis, in quibus ta-
men nullũ Ius hæreditariũ viget vt ſup. hic
26 num.11. dictum eſt, † Item licet nepos ſub-
intret in locum patris, attamen ex ſua per-
ſona ſuccedit, & ipſe non eius pater conſi-
deratur *l.2.C.de lib.pręter.cum pluribus citat.*

per Menoch. conſ.153. ſub. num.8.lib.2.Surd.
27 *conſ.85.numer.12.13.* † & ſubrogari,ſeù ingredi locum patris dicitur quoad ſuccedẽdum, non quoad modum ſuccedendi *Bald. in auth.ceſſante.num.2. C.de legit.hæred.ſol.in nouiſſ.conſtit. Sabaud.de hered.patr. glo.1.ſub*
28 *num.3.verſ.ratio concluſionis.* † & ſic ex propria perſona, *vt ibid. et verſ. nec obſtant.*
29 † Vbi verò ex propria perſona ſucceditur, propria perſona attenditur non aliena, vt ſupra dictum eſt, *et ad Menoch.conſ.1088.n.*
30 *11.et ſeqq.lib.11.* † Vbi propterea poſteriorem ſubſtitutum ex propria perſona venientem admitti etiam pręcedentibus gradibus caducatis, & prout hic dicũt de agnato, *et vide in materia Loff. conſ.1.ſub num.71.*
31 *72.* † Vbi aliud ſuccedere in gradum aliud
32 ex perſona defuncti, *et ſub num.199.* † & ita non intrar vt repreſentans, cũ potius intret iure proprio, & nomine proprio *Rot. apud farin.par.1.dec.463.num.15.* Item nõ poteſt inferri probatio prædicta ex alio, quo vſus eſt fundamento Cuiac. dum dixit filium ſuccedere in genearchico, & in nouo: Nam quatenus in genearchico nulla erit differẽtia, quia, & idẽ in agnato admittit, quatenus verò in nouo, hoc nõ facit ad rem, nec per-
33 tinet ad tex. † dum loquitur de paterno, & ita de antiquo, ſeù generarchico tantum nõ de nouo. *& ita Oſaſt.dec.162.ſub num.5.poſt princ.verſ.& quia*, Vnde ratio applicara de nouo non intrat, vbi textus nihil de huiuſmodi pręſuppoſito diſponit, & ita ratio diuerſitatis erat conquirenda in caſu feudi generarchici, & hic præmendum, quod nõ fecit Cuiac.
34 † *Ant. Cont.in meth.de feu.c.8. ad fin.prin. col.mihi.5.fol.160.* idem dixit, quod ſcilicet hæreditas ſcindi non poſſit, cum hoc tranſiens, quod ad filium tota pertineat hæreditas, ad agnatos autem non ſemper perti-
35 neat, quod nihil eſt † quia an quid ſit hæreditatium nec ne) non inſpicitur qualitas ſucceſſoris, ſed res ipſa, & ipſius rei conditio & natura, quæ ex perſona ſucceſſoris vt nõ dependet, ita nec eius ex cauſa mutatur *l.2. §.ex his. ff.de verb. oblig. l.2.in fin.C.de fruct. & lit. expen. l.hæredem, & l. quod ipſis ff. de reg. iur. Surd. conſ. 221. num. 42. conſ. 222.*
36 *num. 14. & 15. lib.2.* † Iuraque. & actiones tàm actiuæ, quàm paſſiuę eędem manent, licet diuidantur ſi ſint plures hæredes,
37 *Menoch. conſ. 123. num. 28. lib.2.* † & à primordio tituli poſterior formatur euentus, & obligario hæredis eadem eſt numero cũ obligatione defuncti, nec propter aditionẽ reputatur diuerſa, vt late hæc, & ſimilia exornat *Surd.in conſ.112.num.65.& ſeqq.lib.1.* Quare eodẽ morbo laborat Cont. ac Cuiac.
38 & vtraque ratio manca † Quemadmodum dictam rationem quod patre medio &c. in ſpecie reprobauit *Oſaſt. d.dec.162. ſub num. 6.paulo ante fin.vbi claudam dicit, & idem ſentit Syluan.in conſ. 30. num.24.quem ibi refert Oſaſc. et in eadem ſententia eſt Mar. de gen.et qual. feu.tit.1. ſub nu.32.ante fin.verſ.Agna-*
39 *tum* † Et quoad alia quod iure contractus hanc etiam reprobat *idem Oſaſc. ſub num.5. ſub princ.* vbi, & ſi prima facie vrgere videatur, attamen non multum ſtringere. *et etiam Syluan.conſ.30.ſub num.21.Bald.in l.qui ſe pa-*
40 *tris*, † Vbi in ſpecie, & nominatim reijcit
41 *Bald.vt ſup.num.4.cit.* † Quem (licet eminẽtis ſcientiæ) aliquando tamen in feudis erraſſe *dixit Loffred.in parafr.feu.tit.de nat.ſucc. feu.col.3.ſub med. verſ. et hæc videtur ſenten-*
42 *tia.* † Et in propoſito fuit ſibi contrarius, *nã quod in l. qui ſe patris ſub nu.28.in fin.C.vnd. lib.* dixit filium venire vt hæredm, alibi dixit vocem hæredis intelligi de hæredibus ſanguinis, ita quod non requiratur quod filius habeat ius, & nomen hæredis *nempè in tit.de eo qui ſibi, et hæred. ſuis maſc. etc. ſub num.6.et 7. in tract.de feu.*
43 † Regulam verò l. ex qua perſona: (ne aliquid intactum relinquatur) nõ bene applicari conſtet ex eo, quia illa procedat quando lucrum quis capit iure hęreditario, non alio, *vt declarant Caſtr. & Corn.in l.fin.*
44 *§.in computatione C.de iur.delib.* † ideò legatarius poteſt venire cõtra factum defuncti, à quo legati lucrum accepit *iuxta Caſtr. in l. cum à matre.num.3. verſ.item ſi ſentiret. C. de rei vind. refert at ſequitur his iuribus allatis Surd.conſ.237.num.22.23.lib.2.* Hoc autem an feudum competat iure hæreditario, id
45 ipſum eſt de quo diſputatur † Quare non bene intrat regula, quia non deber aſſumi pro verò id de quo principaliter diſputatur *Surd.dec.136. ſub num.2. ſub verſ. at ſi debeat cum ſimilib.*

Hæc ſatis ad confutationem rationum,
ſcilicet filium non poſſe repudiata
hæreditate ſe[illegible]m retinere,
agnatum au[illegible] poſſe, ſeù
quia filius veniat
patre ſuo me-
dio,
iuncta regula, ex qua perſona quis
lucrum capit, ſeù quod
Iure contractus,
ſeù quia vt
hæres.

CAP.

Digitized by Google

CAP. SEPTIMVM.

De quinta ratione antiquorum ad tit. An agnat, &c. ob repreſentandum primum inueſtitum.

SVMMARIVM.

1 *Ratio quod repreſentetur primus acquirens ex Siluam proponitur.*
2 *Non repreſentatur primus, nec eius eſt hæres, qui non ſit hæres vltimi.*
3 *Quę ratio verificatur in filio et agnato.* ſub eod.
4 *Sed reijcitur pariter hęc ratio cum fundamento,* & 5.
6 *Et reiecta etiam ab Ozas.*
7 *Sicut, & omnes aliæ rationes antiquorum nominatim reiectæ per citatos.*

S*iluan. (omnibus reprobatis) aliam adduxit*
1 *in conſ.30. num.22. & 23.* † Cujus ſum-
ma hæc eſt, neceſſe eſſe per quemlibet ſuc-
ceſſorem primum acquirentem repreſen-
tari; id quod non contingeret ſi filio liceret
repudiare hæreditatem feudum retine-
re, quia repreſentatio propriè non fit niſi
per hæredem *vt num. 23.* Hæredem autem
eſſe duplici modo contingere, vel imme-
diatè, quod obuenit in primo acquiſitoris
ſucceſſore) vel mediatè, quod in poſteriori-
2 bus † Qui propterea non erũt hæredes pri-
mi, nec eum repreſentabunt, niſi ſimul ſint
& vltimi defuncti hæredes *per l. ſi ex patro-
nis. 10. §. 1. ff. de bon. libert. l. fin. Cod. de inſt. &
ſubſt. tex. rotundus in l. qui per ſucceſſionem. ff.
de reg. iur.* quia rupto medio inter extrema
impeditur deſcenſus, & aſcenſus. Non mi-
rum igitur (inquit) ſi opus ſit filium ſe pater-
næ hęreditati immiſcere, ſi vult antiquum,
& paternum feudum habere, & ſi feudum
non aſſequatur abſtinendo, nam nõ repre-
ſentando per abſtentionem interrũpit diſ-
curſum, ſeu continuationem, quæ eſſe de-
bet à primo acquirente vſque in vltimum,
qui hodie in eo prætendit ſucceſſionem, &
per continuationem non interruptam eun-
dem primum acquiſitorem repreſentare, &
eius ſucceſſorem.
3 Nec † ſaltem mediatum mediante proprio
genitore) vere actuque conſtitui. Eſt diuer-
ſum in agnato, quandoquidem, & ipſe ha-
bet ſuos proprios progenitores, quos poteſt
repreſentare, & hoc mediante, ad primum
acquirentem ſurſum continuatiuè deueni-
re, eiuſq; ſucceſſorem eſſe, abſque eo quod
egeat ſucceſſione defuncti, de quo propte-
rea dicitur in tex. poſſe defuncti agnati re-
pudiata hæreditate feudum retinere, hæc
(in ſumma) fuit de ratione tit. An agnat.
&c. Sylua. conſideratio.
4 † Quæ & ſi ſpecioſa appareat, de eius ve-
ritate tamẽ non parum dubitari continget.
Nam vt vbi probatur pręſuppoſitum ne-
ceſſariç repreſentationis de primo parẽte,
in primum parentem reflectimur, eumque
conſideramus, adhoc, vt ſciamus an tanquã
de progenie ipſius feudi capaces reperiãtur
ad cap. 1. ſup. nu. 3. & ſeqq. ipſe verò primus
parens repreſentatione iſta non æget, nec
deſcendentes ab eo, quare fruſtrà introdu-
citur repreſentatio, vbi effectu caret, vt ple-
5 ne in caſu iſto. † Vnde aduerte ex neceſſita-
te, ex priuilegio eam fuiſſe inductam: quan-
do? vbi id erat cum effectu aliquo *iuxta Iu-
ra, & dicta in præced. cap. nu. 10. & cap. 5. nu.
47. & ſub 85. in duobus caſibus tantum, Mãtu.
conſ. 49. lib. 2. Surd. conſ. 403. n. 53.* inter quos
iſte non reperitur.
Deinde aduerte ad effectum odioſum, &
intollerabilem, & ideò eò minoris facienda
adinuentio iſta. Quid enim ſi delata hęre-
ditas non eſſet filio, eò quod pater alium
hęredẽ inſtituiſſet, an amittet ſucceſſionem
feudi quod non ſit hęres? & conſequenter
quod propriè non repreſentet? quod inter-
rumpatur continuatio? atqui hoc nihil ab-
ſurdius, *vt in cap. 27. per tot. oſtendetur.* Idem
eſt in fideicommiſſo, vt linea durante vna,
alteri non ſit aperta via, vt teſtator primus
ab omnibus fideicommiſſarijs ſubinde vo-
catis recognoſcatur, *vt in præced. cap. nu. 11.
& ſeqq.* An hæres aliquis, an repreſentator
aliquis, qui ſit hęres in ea fideicommiſſi ſuc-
ceſſione datur vel habetur? minime vt c.
6 pręced. † *Merito hæc ratio fuit nominatim re-
iecta per Ozaſc. dec. 162. ſub num. 6. ad fin. iunc.
etiam nu. 7.* licet exemplum de emphyteoſi
non ſequar, cum idem debeat eſſe in ea, ac
feudo, nũc non diſcutio ſed alibi *in cap. 26.
num. 1. & ſeqq. per tot. & c. 16. num. 3.* vbi op-
portunius. In reliquis benedicit; & iſta ſuf-
ficiant de varijs rationibus *ad tit. An agnat.
&c.* ex opinionibus hactenus Doctorum.
7 † Et quas non ſubſiſtere, vel earum aliquas
repete *præcit. ad cap. 4. ſup. num. 51.* & alios
qui vnam aut alteram tutam non putantes
omnes ſimul accumulant vacillantes *vt c.
5. poſt princ. & num. 8. & ſub num. 35. & cap.
6. num. 18. & ſeqq. num. 34. & ſeqq. hoc cap. in
princ. & etiam hic num. 6.*

Digitized by Google

CAP. OCTAVVM

De vltima ratione tit. An agnat. &c. quoad feudum capiat filius à patre non, non agnatus ab agnato.

Secundum Auctorem.

S V M M A R I V M.

1 *Ratio noua ad tit. An agnat. &c. proponitur.*
2 *Hæreditas eſt indiuidua & ſcindi non poteſt.*
3 *Feudo eſt adeo annexa hæreditas vt ab ea ſeparari non poſſit.*
4 *Priuatus poteſtate conſequendi vniuerſale, priuatur etiam poteſtate conſequendi particularia.*
5 *diuerſa ratio et diuerſa iura in agnato.*
6 *Hæreditaria qualitas euitatur oſtenſo alio titulo aut iure.*
7 *Nemo poteſt cogi alienam hæreditatem adire, & eius quod proprio iure ſpectat ſe priuare.*
8 *Nec ex capite honeſtatis, gratitudinis aut antydoralis obligationis, & cur.*
9 *Veritas non quærit angulos.*
10 *Ad collendam anxiam vel moroſam dubitationem aliquando etiam clara magis magiſque exprimenda.*

1 Mihi † diutius cogitanti nulla alia, quæ
ſatis congruere videretur textui An
agnat. &c. ratio occurrit, quàm huiuſmodi,
ſcilicet, ideo caue de cauſa non poſſe filiũ
repudiata hæreditate patris ſui feudum retinere,
ſed aut vtrunq; aut neutrum: Agnatum
verò poſſe.

Quia quilibet filius à proprio parẽte capit
feudũ per viam ſucceſſionis, ac vt quid
eius ipſius hæreditarium: vt latius cap. ſeq.
2 oſtendam, vbi reſeruo: † vnde ſuccedunt
axiomata; ſucceſſionem eſſe in vniuerſum
ius defuncti: ſucceſſionem ſeu hæreditatem
ſcindi vel diuidi non poſſe, nec hereditatem
à beneficio nec beneficium ab hæreditate
ſeparari: notiſſima iuris principia *ex l. 1. &
ſeqq. ff. de acq. vel omitt. hæred. ex eod. tex. noſtro: & ex interpretibus ipſis iam ad hoc relatis
ſupra cap. 6. nu. 3. 7. 9. 25. 34. 43. & ſeqq. quibus
adde Cald. de nomin. Emphyt. quæſt. 7. ſub*
3 *num. 43. Meno. conſ. 202. ſub num. 66. 67.* † *vbi
(ad literam) filium debere eſſe hæredem, ex quo
adeo feudo eſt hæreditas patris morientis annexa,
vt à feudo ipſo ſeparari non poſſit, & ſi ab
hæreditate filius ſe abſtineat, etiam feudo carere*
4 *debeat. hæc Menoch.* † & rectè, nam qui priuatur
poteſtate conſequẽdi vniuerſale, ſub
quo particularia continentur, videtur priuari
potentia conſequendi ipſa particularia
in eo vniuerſali contenta *vt ait tex. in puncto
hæreditatis) in l. ſi quis cum totum. 7. in princ. et
in fin. ff. de excep. rei iud. Alex. conſ. 16. ſub nu.
1. lib. 1.*

5 † Contraria omnia antedicta in agnato;
nam nec capit feudum ab altero Agnato
prædefuncto, nec tamquam iuris eiuſdem
ſucceſſor, ſed feudum capit, & ad feudum
admittitur vt inius proprium, ex titulo, &
iure proprio, abſque adminiculo ſucceſſionis
alicuius hæreditariæ in iuribus, & bonis
eiuſdem defuncti agnati, vt hanc doctrinã
ad cap. x. reſeruo infra plenius diſcutiendã,
& veriſſimam commonſtrandam.

Vnde ſuccedunt alia iura (iuribus (occaſione
filij mox adductis) ex diametro cõtraria,
vnde, & ius contrarium prorſus
iuxta tit. noſtrum: quod ſcilicet Agnatus
poſſit Agnati defuncti hæreditatem repu-
6 diare, & feudum retinere. † Indubitati enim
iuris eſt, Titulum Iuſue particulare excludere
hæreditarium, & qui habet titulum aut
ius particulare, non tenetur ex titulo hæreditario,
nec ad aliqua onera hæreditaria,
*l. 1. & ibi bal. & alij & l. 2. C. de repud. hæred.
Maſc. de probat. concl. 45. nu. 29. & 30. per me
dec. Lucenſ. 31. ſub num. 5. & ad infra cap. 18.
num. 25. 26. vbi referre an quid iure hæreditario*
7 *competat an proprio, &c. vt ibi.* † Nec vlla iuris
aut æquitatis ratio ſuadet, quod quis hæreditatem
adire, oneraq; alterius ſubire cõpellatur
*l. 5. Neceſſarij verò. verſ. ſed his prætor. & §. extraneis. Inſtit. de hæred. qual. & diff.
l. is poteſt. 18. rubr. ipſa, & tot. tit. ff. de acq. vel
omitt. hæred.* Indeque in damnum aliud manifeſtum
incidere, vt quis tituli, & iuris proprij
beneficio expolietur *ad l. ſcimus. per tot.
& in §. & ſi præfatam. ibiq; doct. C. de Iure delib.
Concordat (vt ſolet) feudalis context. noſter.
ibi, & in illis verbis.* Nec de debito hæreditario
aliquid feudi nomine, ſoluere co-
8 gitur. † Nec honeſtatis quidem aliqua ſupereſt
cauſa, putà gratitudinis, aut antydoralis
alicuius obligationis *ex l. ſed, & ſi lege.
§. conſuluit. de pet. hæred.* ſi quidem, vltrà qđ
hæc ſi adeſſent, non præſtarent hanc coactionem
adeundi hæreditatem alienam;
Quantò minus in præſenti ſpecie, vbi tantùm
abeſt, quod agnatus ſuperſtes habeat in
quo ab agnato defũcto in aliquo recognoſcat
feudum, vt quinimò ex aduerſo damnũ,
& præiudicium manifeſtum, quatenus his
Agnatus hodie ſucceſſor, quãdiù alter mox
prædefunctus relicto feudo vixit, & durauit
linea eius tota, tandiù commodorum, &
honorum eiuſdem feudi expers fuit, & priuatus
manſit, *vt plenius ad d. cap. 10. infra.*
iſtiuſmodi elucidantur.

Ex

Digitized by Google

Ex quibus putem rationem eiuſdemque diuerſitatem inter filium, & agnatum, & explicatam, & iuribus ſatis ſufficienter fundatam: eoque magis ac magis corroboratã, quod palpabilia, & in propatulo ſint iura
9 ex in fallibili dicto.†

Veritas non quærit angulos.

Verùm poſt opiniones traditionesve ex aduerſo tàm antiquatas, hic ſiſtẽdum operæ pretium non exiſtimauimus; ad vlteriores maioresque demonſtrationes iudicauimus accedendum, nam, & in claris† etiam
10 plerumque in magis magisq; exprimendo elaborandum, ad anxiam ad vel nuroſam dubitationem tollendam *vt latè per nos decſior.46.num. 12. & ſeqq.* & id eſt quod in ſequentibus proſecuturi ſumus. Non ſine maximis vtilitatibus: vt qui leget, intelliget, & fortè guſtabit.

C A P. N O N V M.

De filio vti ſuccedente in ius patris.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum eſſe de iure paterno, quod in ius patris ſuccedatur, & quod ſit de bonis patris, ſeu quod ſit quid hæreditarium eadem ſunt.*
2 *Hæreditas eſt quid vniuerſale, omnia iura defuncti complectens.*
3 *Siue iura ſiuè corpora ſint.*
4 *Probatur ex text. feudalib. quod in feudum, vt in ius patris ſuccedatur, et ſeqq.*
5 *Genitiuus ſignificat dominium propriè, ſeu poſſeſſionem. 6. et 7.*
8 *Seu originem, ſeu cauſam efficientem, et ſtat effectiuè, et 9.*
10 *Verba tex.* in ius patris, in bonis patris, *non fruſtra appoſita.*
11 *Paternum feudum, id eſt à patre obueniens.*
12 *Seu proueniens ex prouiſione paterna.*
Feudum acquiritur inueſtitura, et ſucceſſione, quod explicatur ſub eod. *et ſub 17.*
13 *Succeſſor de ſingulari, ſed propriè de Vniuerſali intelligitur, et 16.*
14 *Actiuè, et paſſiuè in feudis, tàm quoad Inueſtitorem, quàm quoad inueſtitum.*
15 *Succeſſio ius Vniuerſum indicat, ſicut hæreditas.*
17 *Intelligitur tàm ex teſtamento quàm ab inteſtato.*
Feudum venit petitione hæreditatis. ſub eod.
Verbum ſucceſſionis *importat ſucceſſionem legalem* ſub eod.
Aditionis neceſsitas importat quod feudum ſit quid hæreditarium ſub eod. *et 21.*
18 *Quando duo competunt per refutationem vnius non tollitur aliud.*
19 *Proprium dicitur quod ſit nomine proprio, non vt alius.*
20 *Secus ſi vt alius.*
Ex pacto cum interfectore patris per filium nõ infertur ad aditionem, ex quo facit tanquam filius, ad quem ſpectat vindicare ſanguinem ſuum, non tanquam hæres ſub eod.
21 *Eo ipſo quod filius conſequitur feudum vt hæres, ergò feudum eſt hæreditarium, et 22.*
23 *A rubricis titulorum arguitur quod feudum ſit hæreditarium quid.*
24 *A ſerie titulorum ſumi poteſt argumentum.*
26 *Feudum eſſe quid hæreditarium auctoritate etiã doctorum comprobatur 26. et ſeqq. 40. et 41.*
Gloſ. fi. in l. item. videndũ. 18. §. fi. de pet. hæred. explicatur. 25. 26. 27.
26 *Loquitur de feudo proprio, reiecto contrario intellectu.*
27 *Bene qui cenſuerunt feudum eſſe qd annexũ hæreditati inter deſcendentes, licet eſſe deſinat inter agnatos. et 28.*
29 *Eſt feudum de hæreditate, et venit petitione hæreditatis.*
30 *feudum tranſmittitur iure hæreditario, niſi inter liberos.*
31 *Feudum cohæret hæreditati.*
32 *Feudum reſpectu filij hæreditarium non reſpectu agnati.*
33 *Feudum inſpecta origine hæreditarium.*
34 *Reprobatur opinio quod poſt primum acquirẽtis ſucceſſorem deſinat eſſe hæreditarium.*
35 *Omnes mediati, et immediati ſunt hæredes, et eodem iure cenſentur.*
36 *Qualitas hæreditaria continuat in hæredem hæredis.*
An hæres hæredis teneatur factum defuncti approbare ſub eod.
37 *Adita hæreditas non eſt amplius hæreditas.*
38 *Contra quod dici poſsit hæreditas.*
39 *Ideo amittit nomen hæreditatis, quia ſit vnicũ patrimonium.*

QVod hæreditas ſcindi nõ poſsit, quod in vniuerſum Ius ſuccedendum ſit. Hæc omnia plana ſunt Verùm difficultas eſſe videtur in probando aſſumpto, quod
1 in feudũ ſuccedatur vt in ius patris† Quod idem eſt ac dicere feudum eſſe de Iure paterno, & ſucceſſiuè de hæreditate patris, ſeu quid hæreditarium patris, ſeu de bonis patris *ad tex. in l. 1. §. hac actio. ff. quæ in fraud.*
2 *patron.* † prout hæreditas eſt quid vniuerſale, omne id quod erat inter bona, vel Iura defuncti tempore mortis cõplectens *iux. l. 1. ff. de rei vind. l. 4. et ibi not. ff. de petit. hæred. l. 2. C. de bon. quæ lib. Alex. conſ. 49. num. 1. et*
3 *4. lib. 3. alias conſ. 21. vol. 6.* † Siue iura ſiuè cor-

Digitized by Google

corpora ſint, *ait, l. item videndum. 18. §. fin. de*
pet. hæred. et ad Loffred. in materia feudi conſ. 1.
ſub num. 59. et ſub num. 72. et ſub num. 84. ibi.
et ſic eum ſuccedat in Vniuerſum Ius , recipit
vſum Iuris eius, quod prius erat formatum.
4 † Ceſſet tamen difficultas, quæ hactenus
turbauit , & intret facilitas vel ex textibus
ipſis, & ecce *cap. ſi quis miles tit. Conſtit. feud.*
in illis verbis, *In beneficium aui, in patris vicē*
ſuccedit , et ſi fratrem reliquerit in beneficium
patris ipſe ſuccedit. Item ecce *tit. de eo qui ſibi*
vel hæred. ſuis, etc. in illis verb. fęminis verò,
totam ſui patris partem ſibi defendentibus
&c. Hiſce vt vides ; locis verba non ſtant
abſolutè, ſed cum genitiuo in beneficium,
5 in partem aui patris, &c. † Qui quidem ge-
nitiuus ſignificat dominium *Bart. in rubr. de*
non. op. nunc. et ibi Socin. num. 61. Alex. num. 6.
Ruin. col. 4. dec. noſtr. flor. 71. nu. 11. Surd. dec.
6 129. *num. 8. et 9.* † Vbi ſeu dominium ſeu
poſſeſſionem , & licet variè accipiatur , *vt*
7 *per Alba. conſ. 769. num. 100. lib* 4. † Tamen
propriè importat Dominium *Surd. conſ.*
8 313. *num. 81. in fi. et num. 82. 83.* † Item ori-
ginem, & cauſam efficientem *conſ. 429. nu.*
9 11. 12. 13. *Alex. conſ. 125. num. 8. lib. 7.* † Et
ſtat effectiuè *d. noſtr. dec. flor. 71. numer. 31.*
Vtrauis ex iſtis duabus ſignificationibus ap
plicetur, patet quod recognoſcendus ſit pa
ter à filio in eo iure quod vel fuit patris, vel
quod à patre effectiuè in filium tranſmigra
uit, prout, & hoc ipſum probatur *tex. feudali*
in tit. de ſucceſ. fratr. §. his verò deficiētibus ibi,
quod ita intelligēdū eſt, ſi feudū ſit paternū, hoc
eſt ſi fuit illius parētis, qui eius fuit agnationis cō
munis. Nā verba, *ſi fuit illius parentis,* impor-
tare dominium patet per ſeſe, non ſecus, ac
cū dico hoc meū eſt *ad l. id quod noſtrum. ff. de*
reg. iur. hoc eſt Petri Ioannis, &c. quibus ca-
ſibus genitiuus nil aliud poteſt importare,
quam notam Dominij , ergo cum tex. ipſo
10 ſumus in claris. † Quare in materia feudi
adiectionem *patris in ius patris , in bonis pa-*
tris fruſtrà non cenſeri appoſitam, & denp-
tare ius, dominium, bona, feudum eſſe pa-
tris apparet ex *dictis Loffred. in paraph. feud.*
ad tit. de Inueſt. de re al. fact. ad verſ. Vel danda
militia fratri minori. fol. mihi 22. col. 3. ſub
princ. et fol. 23. col. 1. ferè per tot. ab initio col.
vſque ad verſ. non obſtat incluſiuè, et in conſ. 1.
11 *ſub num. 72. 73.* † Vbi paternum feudum,
ideſt à patre obueniens , & in eius defuncti
12 bonis repertum † *Egregiè Oſaſc. in dec. 23.*
ſub num. 49. verſ. ſextum. Vbi clarè venire
ex prouiſione paterna *per tex. in tit. de feu.*
March. ibi, *per Inueſtituram patris, et Aui, et*
allegat concordantes pleniſsimè Piſtor. quæſt.
iur. lib. 2. q. 13. per tot. q. 4. n. 49. et ad q. 7. num.
54. et ad tit. de ſucceſſ. feu, in princ. ibi, loco ſui
patris.

Item quod feudum contineat Ius defun-
cti tanquam hæreditarium quid , probatur
ex alio tex. in tit. de feud. cognit. in fin. dum ibi
legitur, feudum Inueſtitura, & ſucceſſione
abſolute, ergo de vniuerſali, nam quicquid
etiam de ſingulari intelligatur , *vt infr. cap.*
13 *16. n. fin.* † tamen proprie de vniuerſali ac-
cipitur, *vt probatur ex l. fluminum. 24. §. adij-*
citur. ff. de damn. infec. Vbi ſucceſſores autē
non ſolum , qui in vniuerſa bona ſuccedūt,
ſed, & hi, qui in rei tantum dominium ſuc-
ceſſerint his verbis continentur, quibus ver
bis minus dubitabile eſſe de vniuerſali, quā
de ſingulari indicatur *l. quædam. §. nihil vbi*
Alex. not. et §. is autem. ff. de eden. Celſ. Hugo in
conſ. 100. ſub numer. 8. et in term. feudi in conſ.
14 120. *ſub num. 24.* † Idque actiuè, & paſſiuè
tàm quoad inueſtitū quàm quoad Inueſti-
torem *ex tex. in tit. qui ſucceſſ. tenean. in illis*
verbis, Inueſtitor, et inueſtitoris hæredes, etc. quē
tex. ibid. allegat Celſ. Hugo. Cum ergò, & ſuc-
ceſſione hac vniuerſali feudum acquiratur
ſecundum prædicta , quibus adde infra cap. 15.
num. 35. et cap. 23. num. 33. et ſeqq. fit vt in ea
inſit tanquam contentum in continente,
& ideò de ſucceſſione ſeu de hæreditate
eſſe dicatur feudum , & etiam de ſucceſſio-
ne vniuerſaliter ac prout ſignificat ius vni-
15 uerſum † ſicut hæreditas *Loffred. conſ. 1. in*
16 *fine.* † Vniuerſaliter, & ſingulariter, vt ge-
nus de qualibet ſua ſpecie verificetur, *vt ait*
Claud. Seyſel. ad l. gallus §. etiamſi pater. num.
17 *11. ff. de lib. et poſt etc.* † Ex teſtamēto, vel ab
inteſtato, prout quid tranſiens cum vniuer-
ſitate , vnde venit feudum petitione hære-
ditatis *ita Bald. tit. de ſucceſſ. feu. num. 5. verſ.*
vel dic. in qua vltima opinione videtur re-
ſidere (quicquid dixiſſet prius, quod nec ex
teſtamento , nec ab inteſtato , ſed iure ſuc-
ceſſorio feudorum) & benè, aliàs enim eſſet
deſtruere tex. qui ſucceſſione, ait etiam ac-
quiri feudum ſimplicìter , ergò etiam ſim-
pliciter , intelligendus , & non reſtringen-
dus ad aliquod Ius particulare feudorum,
de quo nec cōſtat , & ſic male qui Bald. pro
contraria opinione citauerūt , *vt Capic. dec.*
97. ſub num. 1. Regens Lanar. in repetit. tit. de
ſucceſſ. feu. num. 39. Adde quod verbum *ſuc-*
ceſſionis importat ſucceſſionem legalem, &
de iure communi , ſcilicet ex teſtamento, ſi
filij hæredes inſtituantur, vel ab inteſtato,
ſi non factum teſtamentū, *vt plenè Cæſanat.*
conſ. 45. num. 1. & ſub 2. 3. & ſeqq. & num. 42.
& 54. verſ. ex quibus erg. etc. vt ibidem num.
203. vbi id eſſe de proprietate verbi, & ideò
de ſucceſſione legali teſtamentaria, vel ab
inteſtato, non de alia.

Demum conuincitur hoc ipſum *ex tex.*
tit. An Agnat. &c. & alio tex. conſimili in tit.
de Capit. qui Cur. vend. §. filius, qui tex. cum
ambo

ambo velint aditionem eſſe in filio vt feu-
dum conſequi poſſit, hoc ſignum eſt ineui-
tabis neceſſitatis quod feudum ſit quid hę-
reditarium, quia ſi eſſet quid diuerſum ab
hæreditate, & non proprie hæreditarium,
repudiata hæreditate non cenſeretur repu-
18 diatum & ipſum feudum, † cum quando
duo mihi competunt, per refutationē vnius
non tollitur aliud *vt per Alex. & alios in l.
ſimus. C.de Iur.delib. & in term. feudi ita dicit
Grat.reſp.4.num. 45. & adde ſub nu.44.ante
lib.1. Natt. conſ. 507. nu.35. Bald.in l. gene-
raliter.§.in his.C.de ſecund.nupt.per hunc tex.
& per tex.auth. hæres. C.cod.& ad ſup.cap.6.
num.24.*
19 † Ac, vt proprium dicitur id quod facit
pater aut filius, vt pater aut filius, non
vt alius, & ideò ſi filius feciſſet pactum cum
interfectore patris, non propterea videre-
tur adire, ex quo fecit tanquam filius, ad
quem ſpectat vindicare ſanguinem ſuum,
non tanquam hæres, *vt in l. pro hærede.§. ſi
ſepulchri, & in l. ſi quis non quaſi, & ibi not.ff.
de acquir.hæred. Mātua ſingul.ſeu Apophteg.*
20 148.† Ita e conuerſo non proprium, ſed vt
alterius, ſeu hæreditarium erit id quod fa-
cit pater vel filius, non vt talis, ſed vt hęres
quo acto aditio hæreditatis induceretur,
qua verificata in feudo, & feudum, eſſe hæ-
reditarium, & ex ipſa feudi acceptione adi-
tionem induci concludendum eſt *Grat. in
21 ſpecie d.reſp.4.nu.47.lib.1.* † Et eo ipſo quod
filius habiturus eſt feudum, vt hæres, ergò
hæreditarium eſſe feudum infert, *& dicit,
Loffr. conſ.1.ſub num.145.circa princ.& ſub
num.167 ſub princ.& ad Roſent.in Synop.feu.
22 cap.2. concl.33.ſub num.26.* † Vbi qui feu-
dum abſque hæreditate obtineri poſſe aſ-
ſerunt, qualitatem hæreditariam negant,
ergò à contrariò, ſi abſque ea obtineri non
poſſit (*vt ex textibus præſat*) affirmant ean-
dem.
23 † Et idem colligitur ab ordine titulorū,
poſteàquam, *& tit.an Agnat.&c.& d.§.filius
de Capit. qui cur. vend.* apparent interſerti
inter titulos concernentes affinitatem, ſeù
connexionem, aut demum materiam feudi
communem cum allodio, *vt ſup.c.3.viſum
eſt in continuatione tit. 41.2.lib. vſus feu.cum
tit.ſeqq.* quò poteſt (ne idem ſæpius repeta-
24 tur) recurri. † A ſerie verò ſeù colligatione
titulorum ſumi poſſe eius quod dicitur ar-
gumentum, vel indicium *patet ex Surd.conſ.
163.nu.12. & ſeqq.conſ.402.nu.18.Menoch.
de recup.poſſ. rem.15.ſub num.108.Euerard.
in loc.legalib.rubr.ab ordine rubr.& apud feu-
diſtas Iſern. ad tit. qui ſucceſſ. tene. col. 14.ibi,
item attende.verſ. ſi dicatur. ſub numer.12.&
Loffred.conſ.1 ſub num.84.*
Hactenus ex textibus, & eorum occaſio-
ne probatum putamus in feudum ſuccedi
per filium, vt in Ius defuncti, & propterea
quid hæreditatis eſſe feudum ſatis luculen-
25 ter † Nec auctoritate etiam Doctorum no-
ſtrorū omnino caremus, *in primis ſeſe offert.
glo.fin.in §.item videndum.18.§ fin.ff.de petit.
hæred.* quę non loquitur de feudo, quod hę-
reditarium appellant, ſed loquitur de feu-
do proprio, vt patet, quatenus ex domini
beneficio haberi concedit, maſculum tan-
tum admittit, fęminam excludit, agnatum
complectitur, quæ ſoli feudo proprio con-
ueniunt, nec quod dicat, iure hæreditario
non haberi, per hoc voluit dicere, quod
feudum non eſſet quid hæreditarium, cum
poſſint hęc ſimul ſtare, & quod quid ſit hę-
reditarium, & quod tamen iure hæreditario
rio non capiatur *vt in cap.17.num.8.& ſeqq.
in fin.*
26 † Quare decepti ſunt quotquot dictam
glo. de feudo hæreditario loquentem non
de proprio ac (vt ipſi vocant, ex pacto, &
prouidentia induxerunt, *vt Iſern. ad tit. qui
ſucceſſ.feu. dar. tene.col. fin. Capyc.de gen.&
qual.feu.tit.1.ſub num.12. ſub verſ.alia ratio
fuit aſsignata. Loffred. conſ.14.num.6.Bart.in
l.vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff.de oper.libert.*
27 † Et melius qui indiſtincte, & abſolute feu-
dum intellexerunt tanquam ius quoddam
hæreditati annexum, & in hæreditate re-
pertum, *vt allegata d.glo. fin. per Bald.ad tit.
An Agnat. &c.num.12. Caccialup.in tract.de
feu.cognit.par.5.ſub nu. 29.fol.mihi 73. Natt.
conſ.127.in fin.Surd.conſ.63.num.19.* quibus
locis negatur eſſe libere hæreditarium, &
recte, quia alioquin tranſiret ad omnes hæ-
redes extraneos, quod eſt contra naturam
feudi, vel agnatus non poſſet admitti niſi vt
hæres, quod tamen eſſet contra tex. noſtrū
28 † Non negatur tamen quin ſit hęreditariū,
ſeù annexum hæreditati, quia ita eſt, tanti-
ſper, dum deſcendens aſcendenti, ſuccedit
filius patri, ſicut eſſe deſinit, vbi agnatus, &
tranſuerſalis *ad eund. Bal.egregie in d tit. An
Agnat.&c.ſub numer.6.verſ.feudum ergo re-
manet in bonis hæreditarijs &c.vt ibi, & adhuc
idem Bald.in l. qui ſe patris. ſub nu.28 C.vnd.
29 lib.* † Vbi quod feudum eſt de hæreditate,
& venit in petitione hæreditatis, *& in conſ.
30 249. ante num. 1. lib. 2.* † Vbi feudum non
tranſmitti iure hæreditario niſi ad liberos,
31 † Et feudum cohęrere hæreditati. *Mantic.de
tac.& ambig.lib.22.tit.18.ſub num.17.par.2.*
32 † Et reſpectu filij eſſe hæreditarium, quic-
quid non ſit reſpectu agnati *dicit Menoch.
conſ.202.num.66. & ſeqq. lib.3.* qui licet lo-
quatur in feudo cum clauſula pro ſe, & hę-
redibus, allegat tamen tex. noſtrum, quem
loqui de feudo proprio *ſupra cap. 1.nu. 22.
& ſeqq.* iam oſtendimus.

† De-

Digitized by Google

33 † Demum ſaltem in ſui origine, & hac
inſpecta, feudum eſſe quid hæreditarium,
ita quod in primi acquirentis ſit hæredita-
te *benè dixit Gayl.obſ.154.numer.19.lib.2.&*
probatur ex Iſern.ad tit.noſtr.ſub num.6.verſ.
34 *hæres iuncta addit. lit. A.* † Male in eo vbi
primo acquirenti ſemel ſucceſſum eſt,
deſinere eſſe hæreditarium, quia non debet
feudum vno iure cenſeri in primo ſucceſ-
ſore, & diuerſo in alijs ſucceſſoribus, *vt ait*
Loffred.in paraphr.ad tit. An Agnat.&c.In §.
et licet col. 3.ſub verſ.ſed aduerſe. ad med.col.
fo.44.et eſt trita reg.iur.in l.qui per ſucceſſionē.
ff. de reg. iur. quam ad materiam adducit id.
Loffred.in conſ. 1.ſub num.170. iunc.num.an-
teced. et ſeqq. et ſub num.16.et ſeqq. et plenè
Cephal. conſ. 393.num. 59.et ſeqq. num.138.
35 *et ſeqq.* † Vbi omnes, & mediatos, & imme-
diatos hæredes, eſſe defuncti hæredes verè,
& propriè, & vnica determinatioue cenſe-
ri. *Menoch.conſ.89.numer.128.vſque ad 136.*
conſ.106.ſub num. 209.et ſeqq.lib.2. Bertran.
conſ. 26. vol. 3. & ad propoſitum facit vera
opinio modernorum temporibus *Iſern. vt*
apud eund. hic ſub num.2.et ſua num. 4. Paulò
ante fin. iunct. Loffred. in Paraph. ad hunc tit.
An.Agnat. §. vbi verò verſ.ſubdit. tamen fo.
36 *43.* † Et illam qualitatem hæreditariam cō-
tinuare in hæredem hæredis dixit nomina-
tim *Loffred.d. conſ. 1. num. 173.* at an hæres
hæredis poſſit contrà feudum defuncti ve-
nire *vide optimam diſtrictionem caſuum apud*
preclariſſ. D. Bellon. conſ.55.num.50.et ſeqq.
latè cui tamen iunge Teſ.q.for.23.num.3.6.et
ſeqq.lib.3.vbi in ead. cauſa in qua conſuluit D.
Praſ.Bellon. ponit idem axioma, & declara-
tiones.

37 † Nec obſtat quod adita hęreditas, iam
non ſit hæreditas, *vt notat in l.1.§.veteres.ff.*
de acquir.poſſ.l.per hæreditarium.ff.de acquir.
rer.dom.l hęres per ſeruum.ff.de acquir.hæred.
quæ iura adducit Alex.in conſ 49.ſub num.3.
lib.3.et alios docto. affero in dec.luc.64.num.3.
38 *in dec.flor.44.numer. 2.* † Quia reſpondetur
primò quod imò poteſt appellari, & dici
hæreditus etiam poſt aditam hęreditatem
l.fin.§.ſin autem in ſecunda verſ.Hęreditati Cu-
ratorem dari ff.de petit.hæred. ſaltem largè, vt
ait Alex.d.conſ.49.ſub num.fin. Iaſ.conſ.204.
in fin.lib.2. Rip in l.qui Romę.ff.de verb.oblig.
39 *allegati in add. ad ipſum Alex.* † Item reſpō-
detur retorquendo obiectum, quia ideò
amittit nomen hęreditatis, quia fit vnicum,
& proprium patrimonium filij, vel alterius
ſucceſſoris, *vt dico in d.dec.luc.64.d.n.3.* ergo
ſi primi acquiſitoris feudi hęreditas, & feu-
dum facta ſunt vnicum patrimonium pri-
mi ſucceſſoris, in quo conceditur neceſſitas
adeundæ hęreditatis, iam hoc ipſum patri-
monium, hoc ipſum ius ſemel vnitum, eo-
dem modo tranſire neceſſe eſt in alium etiā
huius ipſius ſucceſſorem, & in omnes ſub-
inde alios deſcendentes, & ita erit impoſſi-
bile dare caſum quin feudum ſit coniunctū
Iuri, & patrimonio vltimi defuncti, ſemper-
que verùm erit intrare connexionem, & in-
diuiduitatem vnius cum altero, quouſque
in totum diſſoluatur hæc vnio, quod non
poteſt contingere, niſi quando ob in
capacitatem hęredis feudi non capacis,
feudum vel omnino ceſſat putà ſi cadu-
catum redeat ad Dominum, vel ſi non om-
ninò ceſſet, ad alium tamen alio iure, quam
ex iure defuncti deuoluatur, putà ad Agna-
tum, *de quo in cap. ſeq. erit proprius locus,* &
ex cuius oppoſito magis eluceſcet id quod
dicimus deſcendentem aſcendenti defun-
cto ſuccedere, vt in Ius ipſius, & feudum
quid hæreditarium eſſe, & reliqua antedi-
cta, & alterius poſtea infra (difficultatibus
omnibus, & ſcrupulis ſublatis, cum ratione
ipſa præmanibus, & diſtinctis caſibus) veri-
tas iſta intelligetur. Interim tenuis iſta, &
qualis qualis ſufficiat pręcognitio, ne rerū,
quę maxima eſt, farragine in ipſo ſtatim ini
tio obruamur. Et adde his aliud fundamen-
tum *infra cap.51.de exhęredatione verſ.dicunt*
primo ſub num.18.et ſeqq. Et Piſtor.in pluribus
40 *locis quæſt.iur.q.16.* † Vbi *num.25.* ait, mani-
feſtum eſſe ius filiorum in feudo ita eſſe cō-
nexum Iuti paterno, & ab eodem depende-
re, vt ad quem tranſit ius patris, ad eundem
etiam ius filiorum diſſoluatur. *et quæſt.13.*
41 *ſub num.73.* † Vbi filijs feudum à Patre ca-
pere, eidemque acceptum referre, & Imme-
diatè ſuccedere ait, *et alijs locis paſſim. Cald.*
et Menoch.iam cit.cap.8.ſub num.1.et 2.

CAP. DECIMVM.

De ſucceſſione agnati.

SVMMARIVM.

1 *Agnatus non recognoſcit feudum ab vltimo de-*
functo, qui nemo totum contrarium, quia qui-
nimo hactenus fuit per eum priuatus commo-
do, & ſucceſſione feudi.
2 *Id quod ex propoſitione caſus ad oculum oſten-*
ditur, & ſeqq.
4 *Renunciatio in diuiſione fratrum non inducit*
omnimodam excluſionem ſed ſuſpendit ſuc-
ceſſionem renunciantis, dum viuit is, cui fuit
renunciatum.
5 *Agnatus recognoſcit feudum à ſuis genitoribus.*
6 *Vnde feudum ad agnatum reuerti dicitur.*
7 *Idem importans quod reditum ad ius anterius*
noſtrum, at interim ſuſpenſum vel amiſſum,
& 8.

9 Ver-

Digitized by Google

9 *Verbum (reuertatur) importat etiam tranſlationem ipſo iure.*

10 *Feudum reuerſum pro eodem reputatur, quia actus reuerſionis regulatur à primitiuo.*

11 *Nec mutatur natura, ſed dicitur eadem res cũ prima.*

12 *Agnati redeunt ad feudum exemplo poſtliminij num. 14. & 15.*

14 *Filia ad tempus excluſa redit ad iura ſua.*

15 *Proprietarius mortuo vſufructuario non ex ſucceſſione, ſed iure conſolidationis ad vſumfructum reuertitur.*

16 *Vendito ex voluntate creditoris pignore [ſi ab emptione diſcedatur] vt debitori, ita & creditori ius reſtituitur.*

17 *Legatum ad tempus finito tempore remeat ad hæredem.*

18 *Sic in pacto legis Commiſſoriæ vel adiectionis in diem.*

19 *Feudum caducatum reuertitur ad dominum nõ ſucceſſione, ſed conſolidatione, vel deuolutione num. 20. et 21.*

22 *Seu reuerſione, ſic et in feudo quoad agnatum.*
Non intrat quoad agnatum, quad feudum veniat petitione hæreditatis, et ratio. ſub eod.

24 *Paterna paternis materna maternis deferuntur inſpecta origine, et à quo deriuarunt bona.*
Tota vna linea extincta, fit tranſitus in aliam abſque iure ſeu nomine hæreditario. ſub eod.

24 *In agnato verificatur, quod à genere habeat non in filio.*

25 *Argumentum deſumi non poteſt à iure agnatorum in feudo paterno ad ius filiorum in feudo nouo, nam agnatis ius inted gitur quæſitum ex contractu primi acquirentis, filijs verò ex iure patris proximè defuncti.*

26 *Cuilibet agnatus ex prima conceſſione ſuo quodam proprio iure, ordine ſucceſſiuo ſuccedit.*

1 QVod † verò pertinet ad Agnatum; ſup-
ponendum eſt tantum abeſſe, quod
ad feudum ipſe admittatur ex iure, ſeù vt in
ius proximi defuncti Agnati, vt quinimo
fuerit per eum, & ex eius linea hactenus à
feudi acquiſitione, & ſucceſſione excluſus,
& ſi hodie admittitur, id fit quia capax eſt
feudi ex alio, ſcilicet, quia ſit vnus de deſ-
cendentibus à primo ſtipite, ex diuerſa ta-
men linea, ab linea vltimi defuncti, vnde fit
vt alio iure ſuccedat, & ex à ſuis proprijs
progenitoribus dimetito, non ex iure dicti
proximè defuncti Agnati, cui nullas habet
gratias.

2 † Id verò vt manibus tangatur, finge hu-
iuſmodi caſum, filios ſcilicet primos feudi
ſucceſſores duos extitiſſe, Titium, & ſem-
pronium, qui ita diuiſerint hereditatem pa-
ternam, vt Titio obtigerit totum allodium,
ſempronio verò totum feudum: Hic primò
aduerte quod tantiſper dum viuet Sem-
pronius qui feudum habuit, & *ipſius* deſ-
cendentes ipſi ſoli admittentur ad feudum
excluſo Titio, & eius deſcendentibus, &
linea ipſius tota, fac verò dictum Sempro-
nium, & eius deſcendentes ſeù lineam totã
deficere ſuperſtite Titio filio qui Allodium
habuit, aut aliquo deſcendente ab eo an hic
3 ſuccedet in feudo? ſuccedet, † & quidem ex
eo quia quãdo feudum vel totum, vel quę-
libet pars eius peruenit quoquomodo ad al-
terum ex fratribus feudi capacibus, quia ex
communi ſtipite deſcenderint, ineſt ſem-
per tacita quędam conditio, quod eo ad
quem peruenit feudum aut pars feudi de-
cedente cum tota linea in alterum fratrem,
aut ab eo deſcendẽtes ſuperſtites reincidat,
4 ſeù reuertatur, † nam hic actus inter fratres
non habet vim renunciationis totalis, quod
frater renunciet omninò feudo, et iuribus
ſucceſſionis in eo, ſed habet vim refutatio-
nis, quę importat vt tandiu cenſeatur cede-
re loco alteri fratri, & ei remittere feudum,
quandiu ipſe viuat, & ſui deſcendentes, Aſt
tamen quod (eis omnibus deficientibus) ad
ſe, & ſuos deſcendentes reuertatur, quod
refutare feudum dicunt Docto. non ei re-
nunciare, *vt pleniùs infra tit. de refutatione
c. 54. intelligemus*. In præſentiarum ſat ſint
iſta: Quæ cum ita ſint, An ſuperſtes agna-
tus defunctum Agnatum in aliquo reco-
gnoſcat? minimè vero, quia exiſtentia huius
defuncti Agnati eundem Agnatum ſuper-
ſtitem tenuit, vt ſic loquar, hactenus exclu-
5 ſum à feudo. † Quem ergò alium poteſt
recognoſcere, quam vel Auum, aut proauũ
communem ſtipitem, tanquam primum
feudi acquiſitorem, vel Titium illum tan-
quam ſibi, & ſuis Deſcendentibus iuris ſuc-
ceſſionis in feudo reſeruatorem? *et probatur
ex tex. tit. per quos fiat Inueſt. §. ſed etiam, ibi, ſi
quis ex agnatis rem quæ à communi parente per
ſucceſſionem ad eum peruenerit. et ad tex. in §.
ſi quis miles. tit. conſtit. feud. ibi et ſi filius fratris
mortuus fuerit frater patris in beneficium ſui
defuncti ſuccedat.* Vim faciendo in illis ver-
bis, *in beneficium ſui defuncti, ad ea quæ ſupe-
riore cap. numer. 5. et ſeqq. plenius dicta ſunt.*
& ita cum miſterio arbitror dictum *in §. de-
nique: quę ſit prim: cauſ. benef. amitt.* an ad ſuc-
ceſſorem feudum pertineat, dum ibi loqui-
tur de agnato, & an ad agnatum, ſi quidem
de filio erat indubitatum quod feudo foret
6 priuandus *ad infr. tit. de alienat.* † Quæ in
tantum vera ſunt; vt feudum dicatur reuer-
ti ad nunc agnatum *in tit. de ſucceſſ. feu. §. 1.*
ibi, *ſi moriatur ſine hærede maſculo, nihilomi-
nus reuertitur ad me. in tit. de alien. pat. feud.*
ibi, *Niſi agnatis conſentientibus ad quos bene-
ficiũ quãdoq; ſit reuerſurum.* Vbi nota reuer-
ſionem hanc conſiderari non ſolum in pri-
mo

Digitized by Google

mo refutante,ſed etiam in alijs ab eo deſcē-
dentibus(in quibus term. loquitur ille tex.
iunc.tit. An Agnat. vel fil.) quod ſi reuerti,
ergo ad priſtinum Ius, non per nouum ex
ſucceſſione hæreditaria, ad agnatu defun-
7 ctum † cum inferat illud verbum, *reuerti*, ad
id quod antea fuerat datum,& antea in no-
bis extiterat, *ad Cephal.conſ. 351 .num.5.lib.
3.Menoch. conſ.* 803. *numer.59.et ſeqq.lib.9.
Tiraq.ad l.ſi vnquam.in verb.reuertatur.C.de*
8 *reuoc.donat.* † Et nunc deperditum, vel, vt
in caſu noſtro, ſuſpenſum, quia reuerſio
prǽſupponit perditionem *Odoffred. ad l. fi-
lios.39.num.2.de vſuf.lega.*
9 † Accedat quod verbum, *reuertatur*, etiā
ſignificat trāſlationem ipſo iure *Corſet. int.
ſua ſing.lit.R.in verb.ipſo,ergo non Iure hære-*
10 *ditario vltimi defuncti.* † Item feudum reuer-
ſum pro eodem reputatur,cum actus reuer
ſionis reguletur à primitiuo, *Cephal. conſ.*
11 301.*num.*131.132.*lib.*3.† Nec mutatur na-
tura, ſed dicitur eadem res cum prima
Bolognet. conſ. 17.*num.* 17. 18. Hæc autem
excludunt titulum acquiſitionis ex cauſa
noua, cauſa vetere continua remanente à
primordio regulata, nunquam immutata.
12 † *Demū rem iſtam exemplis quibuſdam illu-
ſtremus, dicamuſque* Agnatum redire ad feu-
dum,non ex ſucceſſione defuncti,ſed quaſi
Iure poſtliminij ad Iura ſua,vt patris ab ho
ſtibus capti Ius,interim ſuſpēſum, redit ſeù
reuiuiſcit,ſi ab hoſtibus redeat *§.ſi ab hoſtib.
et ſeq.Inſt.quib.mod.ius patr.pot.ſolu.l.in bello
§.ſi quis. ff. de capt. et poſtlim.reuerſ. Cabal.*
13 *conſ.ciu.*132.*nu.* 10. † Vbi etiam fructus re-
ſtitui *l.ſi mater.§.eandem.de excep.rei iud.* vbi
14 Dominium quaſi poſtliminio redire † Sic
& filia ad tempus excluſa redit ad Iura ſua
15 *D.Morot.reſp.23.ſub num.16.* † Sic proprie-
tatis Dominus mortuo Vſufructuario non
ſucceſſionis, ſed conſolidationis Iure ad
vſumfructum reuertitur *§. finitur autē Inſt.
de vſufr. l. 3. ff. de vſufr. accreſcen. l. cum in*
16 *fundi.78.in princ. ff.de Iure dot.* † Sic vendi-
to ex voluntate creditoris pignore, ſi ab
emptione diſcedatur,vt debitori,ita,& cre-
ditori ius reſtituitur. Neq; enim omnimo-
do creditor pignus remiſit, ſed ita demum
ſi emptor rem retineat, *vt in l. ſi voluntate.*
10. *in prin. quib.mod.pign.vel hypothe. ſolua.*
17 † Sic legatum ad tempus finito tēpore ad
teſtatoris hæredem remeat *l. fin.C.de legat.*
18 † Sic in pacto legis Commiſſoriǽ vel adie-
ctionis in diem *Alex.conſ. 10.num. 1.4. ſub*
19 *nu.5.et 6.lib.1.* † Ac, vt tandem concluda-
tur,an feudum caducatū ob mortē Vaſalli,
ſine prole feudi capace, ad dominū ex eius
defuncti ſucceſſione peruenire dicatur? id
verò nihil abſurdius: peruenit enim ſeù
redit ad eūdem, vnde prodierat,ergo per
conſolidationem, *Lanar. rep.tit.de ſucceſſ.
feu.num.15.per Iſern.tit.ſi de feu. def.m.l.§.ſi
Vaſallus fol. 3. verſ. ex præmiſſis, et in tit de
contr.int.vaſ.et al.col.1.circa med. verſ. Item*
20 *attende* † ſeù per deuolutionem *Garzon.de*
21 *fæm.ad feu. recip.* † Atqui & ad agnatum
deuolui feudum *eſt in tex. tit. de Inueſt. in*
22 *marit. fact. ſub princ.* † Seù Iure reuerſionis
ad Bolognet.in l. hæredes mei. §. cum ita num.
143. *ff.ad trebel.* ex quo de hoc Iure reuer-
ſionis, licet in alia materia, vnde agnatus
non ſuccedit ex Iure tranſmiſſo a proxime
defuncto, ſed venit iure proprio, aperta
ſibi via ad ſuum ius primǽuum per mortem
dicti defuncti *Ang.conſ. 100. num. 6.in fin.
et ſub num.7. verſ.item non obſtat quod feudū
fiſco apertum.*

Nec hoc caſu,quod feudum ſit pars hæ-
reditatis,bene intrat,quia occaſione agnati
defuncti ſine filijs, aut ſi cum filijs,eis tamē
feudum repudiantibus, quod idem eſt ac ſi
filij non extarent, feudū alio Iure deuolui-
tur, ſeù reuertitur ad agnatum *ad ſupra nu.
6.et ſeqq.* quo fit vt deſinat eſſe quid hære-
ditatis defuncti, ab eaque ſua ſponte di-
ſeparetur,& vacare,& ipſo iure deuolui di-
catur vt egregie ad rem in term. Emphy-
theoſis *Bero.conſ.45.ſub num.22.et num.23.
lib. 3.* vbi reuerti etiam ignorante domino
23 directo.† Et poteſt deſeruire pro exemplo
illud quod dicimus,paterna paternis,& ma
terna maternis deferri inſpecta origine, &
à quo deriuarunt bona, *vt in noſtr. dec. luc.
64.num.12.*& hiſce exemplis alia addi poſ-
ſent ex *Tiraq. de Iur. primig. q.40.nu.* 111.*et*
112. Et optime omnium ad propoſitum
loquutus eſt ſubtiliſſimus *Ang. d. conſ.* 100.
vbi mirabiliter,& alte ſcripſit *(vel teſte Bal.
ad fin.in d.conſ.dicens.ſub nu. 7.* quod primo
acquiſitore extincto cum toto ſuo genere,
in extinctis nomen hæredis fundari nō po-
teſt, ita & in caſu præſenti,quod(linea illa
tota extincta) hæredis nomen fundari non
poteſt, recte dixerimus; & hæc ſufficiant
ad demonſtrandum quod quid poteſt di-
uerſis reſpectibus hǽreditarium eſſe, vel nō
hǽreditarium, capi Iure hǽreditario ab vno
& non hæreditario ab alio: additis ad ma-
iorem declarationem dictis *cap. ſeq. maxi-*
24 *mè ad fi. n.36.et ſeqq.* † Hiſce tamē nō omiſ-
ſis,quod in agnato verificatur,quod à gene
re habeat non in filio, *et ita in term.Signor.de
Homod.in conſ. 10. ſub numer. 4.verſ.item non
obſtat, et optimè Cuiac. ad hunc tit. An agnat.
etc.*dum ait Agnatum ſuccedere in feudo
generarchico,quod dictum in ſe verùm eſt
licet non per omnia ſufficiens pro ratione ad ſu-
25 *pra cap.6.ſub num.19.* † Quod à Iure agna-
torum in feudo paterno ad ius filiorum in
feudo nouo deſumi neutiquam poteſt ar-
gumentum

Digitized by Google

gumentum, ita quod agnatis ex contractu primi acquirẽtis ſit ius acquiſitum, at filijs ex facto, & iure ipſius patris proxime defuncti *vt dicit Piſtor.lib.2.queſt.iur.cap.4. ſub*
26 *num.66.& ad q.6.num.8.9.*† Vbi quemlibet agnatorum ex prima conceſſione ſuo quodam proprio iure, ordine ſucceſſiuo ſuccedere, *& ibid.per quaſtiones ſeqq.* continuè de hac differentia inter filiũ, & agnatum, ex qua, & diuerſi effectus *vt ibid.per plures quaſtiones, & adde infra cap.ſeq.nu.26.* vbi adhuc hunc conceptum pro occaſione explico.

CAP. VNDECIMVM.

De prima oppoſitione contra nouam rationem tit. An Agnat. &c.

SVMMARIVM.

1 *Viam ferro apperit qui per contraria ſcandit.*
2 *Veritas diſputando magis eluceſcit.*
3 *Sapius exagitata magis ſplendeſcunt.*
4 *Aromata magis contrita odoratiora fiunt, ita, & veritas acrias impugnata.*
5 *Vna, & eadem res non poteſt diuerſo iure cenſeri, quod feudum ſit quid hereditarium in filio, non ſit in agnato, & 6.*
7 *Regula non procedit reſpectu diuerſorum.*
8 *Exemplum in vnica ſubſtitutione, ſi ſit diuerſitas rationis, & perſonarum.*
9 *Seu ex diuerſis cauſis, & effectibus.*
10 *Etiam in feudis.*
11 *Et ideo vnum, & idem feudum poteſt dici nouũ & paternum.*
12 *Filius, & agnatus, inſpecto primo ſtipite, ſunt omnes deſcendentes, ſecus inter ipſos.*
13 *Ab initio vna, & eadem res diuerſo iure cenſeri non poteſt, ſecus ex poſt.*
14 *Item regula procedit cum verè eſt vnum totũ integrale.*
15 *Secus quando diuerſa ſunt corpora.*
16 *Seu quando vnum totum non conſideratur vt init, ſed vt quid diuiſibile in partes, nam he partes diuerſo iure cenſeri poſſunt.*
17 L.eum qui ædes. *Loquitur in re indiuiſibili, aut qua minus commode diuidi poteſt.*
18 *Reg.poteſt intelligi quoad corporalem conſiderationem, ſecus quoad intellectualem.*
19 *Seu quatenus reſultaret repugnantia, ſecus ea non exiſtente.*
20 *Peculio ſimile eſt feudum in aliquo.*
Peculium filio decedente ab inteſtato capitur à patre aliter quàm ex teſtamento. ſub eod.
21 *Et ſit effectus diuerſus, ab inteſtato tanquam heres, & tenetur ad onera hereditaria pro modo peculij tantum: ex teſtamento tenetur indiſtinctè. & 24.*
22 *Et ratio diuerſitatis, quia ex teſtamento peculiũ tranſit iazius hereditarium, ab inteſtato nequaquam.*
23 *Quicquid ſit in dote.*
25 *Reg. pradicta non procedit vbi res ſunt plures, aut plures modi, ſed vbi vna res tantum.*
26 *Feudum in Vaſallo feudum eſt, in manibus domini allodium, deſinens eſſe feudum, origine attenta.*
27 *Seu fine.*
28 *Ita quod, ſi iterum concederetur abſq; mentione feudi, allodium reputaretur.*
29 *Vel nouum feudum.*
30 *Et noua inueſtitura eſſet attendenda non antiqua.*
31 *Legitimatus poteſt diuerſimodè conſiderari.*
32 *Et Vtile vel directum dominium, ita quod ſtatuta valeant ſaltem ratione Vtilis dominij.*
33 *Vnius, & einſdem feudi petitio conſtituit iudiciũ Vniuerſale, quoad contenta in eo, ſecus quoad alia ſeparata.*
34 *Duplex remedium acquirendi, & recuperandi cumulari poteſt reſpectu diuerſorum.*
35 *Inter deſcendentes non mutatur ius ſucceſſionis, ſecus inter agnatos.*
Mortuo altero fratre ſine filijs ad alterum tranſit eius portio ſub eod.
36 *Concluſio in qua diuerſitatis ratio conſiſtit.*
37 *Agnatus ad quem feudum venit capit ex titulo ſucceſſionis.*
Ius accreſcendi habet locum in feudis, & quãdo competat ius accreſcendi in omnibus, & in feudis. ſub eod.
38 *Nec eſt opus nouam capere inueſtituram hoc caſu.*
40 *Ius accreſcendi intrat ante acquiſitionem non poſt, niſi in vſufructu aut aliter impropriè, & 43.*
In feudis non intrat poſt acquiſitionem iam factam de feudo ab omnibus pro ſua portione, ſi vnus eorum decedat ſine liberis ſub eod.
41 *Natura iuris accreſcendi.*
42 *An, & quando petenda inueſtitura in propoſito pluribus caſibus diſtinctio.*

VT verò, an firmiter conſiſtat ratio *ad tit. An Agnat. vel fil. &c.* mox allata, experiamur; difficultates quæſo, quotquot cõtra eam inſurgere poſſent, excogitemus,
1 viriliterq; aggrediamur. † Nam viam ferro aperit, qui per contraria ſcandit, *vt ait Bald. in l.precibus. nu.48. C.de impub.& al. ſubſtit.*
2 † Veritaſque diſputando magis eluceſcit, *l.munerum.vlt.§.mixta. ff.de mune.& honor.*
3 † Et ſæpius exagitata magis ſplendeſcit e. *net illud cap. indicantem.3. q.5. Rol. conſ. 59. num.1.vol.4. conſ.6.num. 2.vol.1.conſ.90.in*
4 *princ.vol.3.* † Imò ſicut aromata contrita fiunt

Digitized by Google

fiunt odoratiora, ita & veritas, quæ eò magis corruſcat, quo acrius oppugnatur, vt ait Crau. in conſ. 985. num. 4. conſ. 988. nu. 1. conſ. 1000. pro gen. num. 1. lib. 6. & conſ. 135. num. 18. lib. 1.

5 † Occurrit itaq; primus obex, quod vna,
& eadem res diuerſo iure cenſeri non poſ-
ſit, ſcilicet quod feudum ſit quid hæredi-
tarium in filio, quod idem feudum deſi-
nat eſſe quid hęreditarium in agnato, con-
tra dictam regulam, quæ probatur per l. cũ
qui ædes. ff. de vſucap. Tiraq. in l. ſi vnquam. in
verſ. donatione largitus. num. 284. C. de reuoc.
donat. & in t. retr. §. 1. glo. 18. num. 21. Teſſau
deciſ. 98. numer. 1. & videtur in term. doctrina
Loffred. in paraph. ad tit. An Agnat. in §. &
6 licet. ſub verſ. & aduerte. † Vbi per hanc reg.
dicit non debere vnum feudum vno iure
cenſeri in primo ſucceſſore, & diuerſo in
alijs ſucceſſoribus.

7 † Verùm tollitur obiectum ex eo, quod
vna, & eadem res non poteſt quidem diuer-
ſo iure cenſeri reſpectu eiuſdem, ſed tamen
reſpectu diuerſorum poteſt, Nam (vbi eſt
diuerſa ratio) non eſt in congruum, quod
vna, & eadem res diuerſo iure cenſeri poſſit
l. ergo. 30. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. l. miles. 75.
§. fin. ff. de lega. 2. l. hinc quæritur. §. poſſum. ff.
de pecul. elegans tex. in l. cum filiofamilias. 11.
8 de lega. 1. † Vt vnica ſubſtitutio attenta di-
uerſitate rationis, & perſonarum. Rot. apud
farin. par. 1. dec. 357. num. 8. Iaſ. in l. nam hoc
iure. nu. 10. ff. de vul. Teſſ. dec. 163. ſub nu. fin.
9 † ſeù ex diuerſis cauſis, & reſpectibus
Menoch. conſ. 768. num. 18. lib. 8. conſ. 1040.
numer. 7. & 8. lib. 11., Vbi in ſpecie feudali,
Surd. conſ. 150. num. 11. lib. 1. conſ. 338. num.
10 20. lib. 3. conſ. 127. num. 68. 69. † etiam in feu-
dis Camil. de Curt. in diu. Iur. feu. §. licet autem
num. 18. & num. anteced. & ſeqq. fol. mihi 84.
& Magdal. de num. teſt. in teſtam. par. 2. cap. 9.
ſub num. 9. per tot. plures citans, & ſecundum,
hoc habemus intentum, cum diuerſitas ra-
11 tionis detegi cæpta fuerit. † Item fallit d.
reg. vt non procedat data diuerſitate per-
ſonarum, ob quam vnum, & idem feudum
poſſe dici nouum, & paternum dicit Franc.
Aretin. conſ. 164. ſub num. 1. Surd. in conſ. 338.
num. 20. Soac. in prælud. feu. cap. 6. num. 5. &
12 nos in hac falētia verſamur † Quia quicquid
filius, & agnatus conueniant in vno primo,
& ſecundum eum omnes ſint, dicanturque
deſcendētes, tamen interſe ipſos verè ſunt
tranſuerſales, ſeù collateralles, vel Agnati
ad ſupra cap. 1. num. 2. & ſeqq. ergò diuerſæ
13 perſonę. † Item fallit d. reg. vt ab initio vna,
& eadem res diuerſo iure cenſeri non poſ-
ſit, ſed ex poſt diuerſi iuris eſſe poſſit l. circa
ff. de inoff. teſt. Menoch. conſ. 208. num. 46. lib. 3.
& hæc quoque fallentia poteſt huc intrare
vt quatenus ab initio inter acquiſitorem, &
primum eius ſucceſſorem res agitur, feudũ
ſit quid hæreditarium, quatenus verò inter
agnatum, & agnatum non ſit hæreditariũ
agnati, & redeat ad priſtinam naturam
quoad alium agnatũ, quod eſt poſſibile, vt
14 cap. 8. 9. & 10. ſupra. † Et præterea res vna,
& eadem non poteſt diuerſo iure cenſeri,
cum vere eſt vnum totum integrale ſicut
ædes, & ſimilia, vt in d. l. cum qui ædes, vt ſcri-
bit Bald. in l. 1. col. 1. verſ. 3. oppono. C. de ſeru.
fugit. Tiraq. de nobil. cap. 28. num. 12. Alciat.
in l. imperium. numer. 91. ff. de iuriſd. omn. iud.
15 † Secus quando diuerſa ſunt corpora, vt
16 Menoch. in d. conſ. 238. num. 49. & 50. † Seù
quando vnum totum non conſideratur vt
tus, ſed vt quid diuiſibile in partes, nam hę
partes diuerſo iure cenſeri poſſunt, Menoch.
17 d. conſ. 768. num. 17. lib. 8. † Nam d. l. cum qui
ędes. loquitur in re indiuiſibili; aut quæ mi-
nus commode diuidi poſſit, vt ait id. Menoc.
in conſ. 906. num. 41. in materia feudali lib. 10.
Et hic ſumus in caſu, quia feudum diſſepa-
rari ab hæreditate, quando deuoluitur ad
dominum vel agnatum cap. 11. per tot. ſu-
18 pradictum eſt, † prout etiam dici poteſt ſe-
cundum Menoch. in d. conſ. 1040. num. 6. lib.
11. dictam reg. procedere quoad corpora-
lem conſiderationem, ſecundum quam
vna res non poteſt cenſeri diuerſo iure; ſe-
cus verò quoad intellectualem ex intelle-
ctu diuidentis, ſecundum quod dictio libe-
rorum reſpectu agnatorum, quoad feudalia
intelligi poſſit de maſculis tantum, reſpe-
ctu verò allodialium, etiam de fęminis. Et
ita hic feudum ad eius ſucceſſiuam acqui-
ſitionem reſpectu filij aditione hæredita-
tis, quia ſit quid hæreditarium, indigeat, re-
ſpectu verò agnati non indigeat, poſſit ta-
men ſi velit adire, & ita ex proprio intelle-
ctu diuidere vel non diuidere feudum ab
hæreditate. Aduerte tamen (vt hoc obiter
dicam) Menoch. ibi falsò allegare Surd. in cõſ.
31. nam eſt in conſ. 364. num. 3. lib. 4. errorem
impreſſoris eſſe neceſſe eſt.

19 † Dici etiam poſſet cum eodem Menoch.
d. conſ. 238. num. 51. lib. 3. dictam reg. proce-
dere quatenus reſultaret repugnātia, ſicuti
quod vna res cenſeatur pro parte mobilis,
pro parte immobilis, ſecus quādo nulla da-
tur repugnantia, vt in caſu noſtro, in quo
ſtatiſta ſimul, & quod filius ſuccedat in feu-
dum, vt in ius ſui patris defuncti, & quod
agnatus, vt in ſui proprij parētis, iuxta pro-
bata etiam cum tex. ipſis dictis cap. 8. 9. ſupra
20 † Sic peculium (cui feudum aliquo pacto
ſimile eſt ad Ang. perus. conſ. 110. ſub nu. 1.)
filio decedente ab Inteſtato à patre capitur
etiam citra ius, & nomen hæredis, & iure
peculij recuperantur bona, ex teſtamento
vero

Digitized by Google

verò nequaquam *l.1.& 2.l.proponebatur.9.*
21 *ff.de caſtren.pecul.* † Vnde primo caſu non
tenetur ad æs alienum, niſi pro modo pe-
culij *l.pater 17.ff. eod. tit.* Altero verò tene-
tur indiſtinctè *Crau.conſ.102.num.5.* Id cur
22 ita? reſpectu diuerſorum. † Quia in primo
caſu peculium remanet peculium, & in ter-
minis meri peculij, & ideò non tenetur niſi
de peculio pater: altero verò peculium trã-
ſit in ius hæreditarium *d.l. proponebatur iũ-
cta l.ex Caſtrenſi, §. ſi quando.l. de hæreditate.
19 §. pater peculij, verſ. ſed in ſuperione ff. de*
23 *caſtr. pecul.l.vlt.C.de inoff. teſt.* † Quicquid
ſit in dote *ad Surd. conſ. 206.num.20.21.22.
lib.2.* Hæc metamorphoſis vnius, & eiuſdẽ
rei fit in vna ſola patris perſona, quantò
magis inter diuerſas? ita quod feudum vel
maneat feudum ſolum, & in terminis meri
feudi quoad Agnatum, vel hæreditarium
24 quoad filium: † Ac, vt quemadmodum pa-
ter tenetur pro modo peculij ſoluere æs
alienum filij, ita & agnatus teneatur ſolue-
re debita hæreditaria agnati prædefuncti
pro modo fructuum, *vt eſt in tex. d. tit. An
Agnat.& infra cap.57.par.3.per tot.& ad c.
64.num.17.18.19.*
25 † Et ad illud, quod aiunt, non procedere
dictam reg. vbi ſunt plures res non vna
*Surd.conſ.150.ſub nu.111.& ſeqq.lib.1.conſ.
428.in fin.lib.4. Menoch.d.conſ.238.num.50.
lib.3.aut plures modi ſuccedẽdi, vt hic, ad Surd.
conſ.362.ſub num.32.lib.3.& ibi num.ſeqq.de*
26 *dicta reg.* † quare videmus vnum, & idem
feudum in Vaſallo eſſe feudum, in manu
Domini Allodium, ſeù originem attendas,
prout omnia feuda originaliter, & dum cõ-
ſtituuntur ſunt allodia *Raud. de Anal. lib.1.
cap.15.numer.25.& cap. 34.num.13.Soac.in*
27 *prælud.feu.cap.4.num.5.in fin.* † Seù finem,
quatenus feudum reuertitur ad Dominũ,
nam redire in allodium *dicit Crau.conſ.293.*
28 *num.11.ſub princ.* † Ita quod ſi iterum con-
cederetur abſq; mentione feudi allodium
29 reputaretur *Surd. conſ. 311. num. 23.* † Vel
30 nouum feudum ſub eod. † & hęc Inueſtitura
eſſet attendenda, non alia antiqua *Surd.conſ.*
31 *317.num. 10. lib.3.* † Sic legitimatus poteſt
diuerſimodè conſiderari, *vt per Surd. conſ.*
32 *337.num.50.& ſeqq.eod.lib.3.* † Sic vtile do-
minium, & directum etiam diuerſimodè,
ita quod ſtatuta quoad feuda vel Emphi-
teoſes eccleſiæ valeant ratione vtilis ſaltem
dominij. *Surd.conſ.338 per tot.præſertim.nu.*
33 *20.d.lib.3.* † Sic vnum, & idem feudum, &
vnius, & eiuſdem feudi petitio conſtituit
Iudicium vniuerſale quoad cõtenta in eo,
ſecus quoad alia, vel feuda, vel bona ſepa-
rata, de quibus ſeparato iudicio agendum
foret, *ad Oſaſ. conſ.32.num.1.ſeqq.& per tot.*
34 † Et reſpectu diuerſorum duplex remediũ
acquirendi, & recuperandi cumulati pò eſt
alias nequaquam, *vt per Surd. conſ.273.nu.
31.& ſeqq.lib.2.* vt ex his concludi liceat nõ
obſtare dictam regulã *l.cum qui ædes. in caſu
præſenti.*
35 † Non obſtat *Loffred. ſub nu.5.6.* in con-
trarium citatus, quia concedimus & nos
inter deſcendente non mutari ius ſucceſſio-
nis *vt ſupra cap.9.num.33.& ſeqq. & cap.10.
nu.23.vbi Loffre.citauimus*, ſed nos non agi-
mus de deſcẽdẽtibus inter ſe, ſed de agnato
cũ agnato, conſiderata ſucceſſione agnati
defuncti, quæ eſt diuerſa ab illa deſcendẽ-
tium inter ſeſe continuata ſucceſſione.
36 † Vt concluſio omnium ſit diuerſitatis
rationem ex duobus pendere ex continua-
tione, & ex interruptione: feudum in vna,
& eadem linea continuans feudum eſt, cui
propterea, vt ſuę ſubſtantiæ, poteſt, & qua-
litas hæreditaria adhęrere, & hoc caſu veri-
ficari, & intrare, Idem feudum deficiente
huiuſmodi linea, iam feudũ non eſſe quoad
hanc lineam in qua defecit, nam non entis
nullę sũt qualitates, & deficiẽte ſubiecto cui
innitatur feudũ ipſũ, & feudũ deficere ne-
ceſſe eſt, cum nõ detur accidens ſine ſubie-
cto *ad infra c.28.par.3.n.35.* ſi non eſt linea,
& conſequenter nec feudũ, quomodo erit
qualitas hæreditaria? non ne ſimul cum hi-
ſce & ipſa defecit omnino? Interruptio il-
lius lineę hoc fecit, Vt iam patet ad ſẽſum:
quid mirum ſi filius capiat vt hæres? quia
durat per eum, & continuat linea: quid mi-
rum exaduersò, ſi Agnatus non capiat vt
hæres defuncti agnati? quia non inuenit
qualitatem hęreditariam, quippe cum ipſa
linea extinctam, in qua ipſe agnatus non eſt
nec vnquam fuit, ſed eſt in alia linea, ad quã
ob defectum alterius lineæ fit tranſitus, &
ideò tanquam vnus de illa linea admittitur
ad feudum *iuxta cap. vn.de nat. ſucceſſ. feu.*
vnde poteſt dici quod linea vna admittatur
in defectum alterius lineę, & iure proprio
quia deſcendat à primo Acquirente, non
autem tanquam illius lineæ ſucceſſor aut
hæres: neſcio an hæc res clarius poſſit re-
præſentari ad dignoſcendum quomodo
feudum ſit quid hæreditarium in filio: non
ſit, & deſinat eſſe in Agnato. Et hæc vltra
ea quæ dicta ſunt alibi Agnatum nil iuris
conſequi ab agnato defuncto, ſed magis
damnum *vt ſupra cap. præced. nu. 1.& ſeqq.
& ſub numer. 23.& cap.9.per tot. præſertim
nu.28. & ſeqq.cap.54.part.1.nu.13.& ſeqq.*
37 † Non negandum tamen quin Agnatus
hic capere dicatur per ſucceſſionem me-
diatè non immediate, quia ſolus primus fi-
lius, aut primi filij Acquirentis capiunt im-
mediate ex ſucceſſione: Item & adeo per
ſucceſſionẽ, vt non poſſit ei applicari quod

Digitized by Google

per inueſtituram, quia ſolus primus Acqui-
rens capere dicitur per inueſtituram. Cęte-
ri omnes per ſucceſſionem, in vim tamen
inueſtituræ, ſecundum quam fieri dicuntur
capaces feudi, prout à primo inueſtito deſ-
cendunt iuxta iam relata *ſupra cap. 1. num. 3. & ſeqq. latè*.
38 † Nec obſtat quod poſſit ex iure accreſ-
cendi feudum conſequi Agnatus, quia hoc
non infirmat, ſed magis ac magis ſucceſſio-
nem in feudis confirmat: Cum ius accreſ-
cendi competat, vbi ſucceſſio pluribus de-
fertur, quorum aliquis partem ſuam ſibi
delatam repudiat, quo caſu eiuſdem portio
alijs non repudiantibus accreſcere dicitur
*l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis, & legit. tot. tit. Cod.
quando non peten. part. & c. l. vn. §. vbi autem
legatarij. C. de Cad. toll.* Qui termini etiam in
feudis verificantur, puta ſi ex pluribus feu-
di capacibus forte portionem ſuã vnus re-
pudiet, nam alijs accreſcet *Schrad. de feu.
par. 7. c. 1. ſub num. 4. Præpoſ. de fratr. de nouo
benef. inueſt. num. 2. Roſent. c. 6. concl. 77. & ibi*
39 *gloſ. 6. alios cumulans:* † & quia ius accreſcẽ-
di non eſt quid diuerſum ab ipſa ſucceſſio-
ne, ſed ſeſe compatitur cum ipſa; ecce effe-
ctum non exiguum, quia non erit opus no-
ua inueſtitura *Roſent. d. c. 6. concl. 33. num. 5.
& ibi glo. e. Integerrimus, vti verſatiſſimus D.
Senat. Ferrar. pro Dom. Leinici reſp. 10. nu. 39.*
vbi ideò quia ſoleat idem iudicium eſſe de
additamento, quod de principali, cui fit ad-
40 ditio. † Aduertendum tamen non intrare
ius accreſcendi, niſi ante emolumentum
quæſitum; poſt verò emolumentum iam
quæſitum ampliùs non intrare, niſi aut in
vſufructu iuxta tit. de vſufr. accreſc. aut in
alijs quidem non paucis, ſed impropriè: alia
vt infra num. 43. Quare in feudis facta diui-
ſione inter plures, quorum vnus deceſſerit
ſine filijs, alij huic non ſuccedẽt ex iure ac-
41 creſcendi, † quia poſt conſequutum emo-
lumentum per fratrem prædefunctum, re-
ſiſtit natura iuris accreſcendi, ſed ex iure re-
ſeruato ſeu iure reuerſionis *ſecundum mox*
42 *dicta hoc ipſo cap.* † An verò petenda inueſti-
tura? diſtinguo hos caſus primò, ſi omnes iã
fuerunt inueſtiti, & iuramentum fidelitatis
præſtiterunt, (quia ſcilicet feudi ſucceſſio-
nem ſibi delatam omnes agnouerunt) hoc
caſu ſi vnus alteri ceſſerit aut renunciauerit
alteri aut alijs omnibus propriã feudi por-
tionem, vel ſi per mortẽ, aut alia ex cauſa,
eadem portio peruenerit ad alios, erit pro
eadem petenda inueſtitura. *Roſ. d. concl. 33.
ſub num. 4. verſ. aut hi ſocij*: exemplo laudi-
mij, quod ex renunciatione debetur *vt infra
c. 46. ſub num. 6.* ſecundus caſus, quatenus
nundum fidelitatem iurauerunt, forte quia
intra annum, & diem non adhuc ſit agnitũ
feudum per ſocium, aut ſi agnitum, facta ſit
ceſſio ſeu renunciatio alijs, ad quos ea por-
tio hiſce mediantibus peruenit, vt hoc caſu
vnicus actus vnica inueſtitura ſufficiat, quia
vna, & eadem inueſtitura omnes portiones
& iure proprio, & alieno acquiſitas cõple-
ctetur; per ea quæ in ſeq. caſu dicentur à
fortiori. Tertius caſus, quatenus reliqui,
qui agnouerunt, iam fuerunt inueſtiti, ſed
intra annum, & diem vnus non agnouit, &
ideo non fuit inueſtitus, hoc caſu, qui agno-
uerunt, & iam fuerunt inueſtiti non habent
opus noua inueſtitura pro ea portione vt
ita *per Roſ. d. concl. 33. num. 5.* & ratio eſt in
promptu, quia illa portio manſit ſemper
vnita cum alijs portionibus, quando fuit fa-
cta inueſtitura; & ideo eiuſdem iuris cẽſen-
da, ratione connexi, imò verò nunquam ab
alio diuulſi vel diuiſi ex alibi dictis, & ad
idem quod dictum eſt *mox num. 39.* ſed ad-
uertendum quod ſubijcit hoc caſu *Roſ. n. 6.*
non expoſtulatam fuiſſe inueſtituram hoc
quidem excuſare à caducitate, ſed ſi domi-
nus pro hac portione recognitionem fieri
velit, illi morem gerere tutius eſſe, & Vaſſal-
lo, vt mature petat, & iuramentum offerat,
conſultius, *& ad alia de quib. ſub num. 6.* pro
declarationibus ad eandem materiam.
Quartus caſus ſit, quando plures caſus in-
ueſtituræ expoſtulandę eodem anno ſimul
contigerunt, putà ſi filius Vaſalli intra annũ
moriatur ante renouationem factam, tunc
nepos vnicam duntaxat renouationem ex-
poſtulabit *elegantiſs. addit. perill. Dom. Senat.
Blancar. ad protopræſ. Amed. de Laudim. q. 43.
in prin. ex Roſ. d. c. 6. concl. 56. nu. 19. Quintum,
& vltimũ caſum vide infra cap. 47. n. pen. & fi.*
43 † Et quia dicebamus non eſſe locum iuri
accreſcendi poſt emolumẽtum iam acqui-
ſitum, Ideo breuiter ſubijciam limitationẽ,
vt ſcilicet hoc non habeat locum nec pro-
cedat, vbi hoc ipſum ex vi verborum, aut ex
pacto expreſsè reſultaret: vel etiam ſi eſſe-
mus in conceſſione facta per principem *per
l. vn. ſi imper. liberal. ſoc. ſine hærede deceſſ. C.
lib.* 10. quamquam ego putem hoc nõ poſſe
rectè inferri per hunc tex. vt innuo *infra c.
23. part. 2. ſub num. 12. ibi vide*, & hos caſus
adde alijs *tactis mox ſupra num.* 40. & conclu-
de reg. vnam, & eandem rem non poſſe di-
uerſo iure cenſeri non obſtare, quominus
vnum, & idem feudum ſit quid hæreditariũ
quoad filium, & in eadem linea, & inter
ſucceſſores ipſos in eadem continuantes:
Non ſit autem quid hæreditarium, aut eſſe
deſinat quoad agnatũ, ſeu in diuerſa linea,
quæ ab alia non dependet, nec in aliquo eã
recognoſcit, ſed ſemetipſam tantùm, qua-
tenus Agnatus eſt de comprehenſis ſub pri-
mo ſtipite & inueſtito, & in ipſa inueſtitura.

CAP.

CAP. DVODECIMVM.

De ſecunda oppoſ. contra nouation. tit. An Agnat. &c.

SVMMARIVM.

1 Feuda ab initio non erant hæreditaria ſed perſonalia tantum. & n. 3. 4.
4 Ergo, & nunc; & debent æſtimari vt quid cõcedentis. ſub eod.
5 Origo eſt inſpicienda, & attendenda.
6 A primordio tituli poſterior formatur euentus.
7 Ab origine dicitur argumentum.
8 Originalis cauſa inſpicienda in feudis.
9 Præcedente inueſtitura præſumitur feudum vel primogenitura.
10 Alia de originali cauſa attendenda in collectis, indictis in ciue facto, & de collegio remiſſiuè, In iudicando debito vel actu neceſſario aut voluntario, quod origo ſit potentior fine In Inueſtitura prima, & ſeqq.
14 Primam cauſam influere in ſecundam, vnde ſi feudum ſit fœmineum, ſic & ſub feudum.
15 In contractibus principium attendi non ſucceſſum.
16 Prima origo ſemper præſumitur durare.
In hypotheca an attendatur initium obligationis, an tempus quo incipit aliquid deberi. ſub eod.
An principium, medium; aut finis ſit inſpiciendum, materia eſt brocardica, in qua fundus facilè non poteſt reperiri. ſub eod.
18 Opiniones recenſentur, & primò eorum, qui cẽſuerunt, vt à quocunq; eorum actus ſumat ſuã perfectionem, illud ſit attendendum.
19 Salarium pro alimentis vel ſumptibus debitum in principio, pro laboribus in fine.
20 Et ita in feudo, vt ſit finis inſpiciendus, in quo ſuam demum recepit formam, & perfectionem.
21 Ab initio non omnia ſufficienter promulgantur.
22 Aliæ res ab initio non erant hæreditariæ, nec dominia diſtincta, prout nunc ſunt.
23 Attenditur iuriſdictio, prout nunc conceſſa eſt, non prout tunc, & iure gentium erat in populo.
24 In Gallia omnia hodie feuda ſunt hæreditaria ſeu patrimonialia.
25 Poſteriora prioribus derogant.
26 Vltimum conſuetum attenditur.
27 Vltimum conſuetum teſtatoris, vltima conſuetudo. & 28.
29 Vltima alimentorum præſtatio, vltimus ſeu præſens ſtatus, & 30.
31 Feuda quæ nunc appellantur, ab initio erant allodia.
32 Natura ſemper nouas deproperat edere formas, & res mutantur, & ſecundum præſentem ſtatum regulantur.
33 Vbi ſuperuenit contraria ratio vſus præteriti, ipſe deſtruitur.
34 Tituli dignitatum olim tenues hodie aucti.
35 Et hodie in eis ſucceditur, licet olim per electionem.
36 Alia opinio, vt finis ſit attendendus, vbi non habet neceſſariam conſequẽtiam ad ſuum principium, & 37.
Intelligendo de neceſſitate præciſa. ſub eod. 37.
38 Secus ſi finis habeat neceſſariam conſequentiam ad principium, quia principium attendẽdum, vt in cõtractibus, Iudicijs, Inueſtituris & 39.
40 Agnati (initio primi acquirentis inſpecto, ſunt de deſcendentibus, & capaces feudi.
41 Plura exempla, quibus initium attenditur, In alluuione, reſtitutione in integrum ob læſionẽ, In validitate actus ſeu clericatus, In principio licito, in promiſſione de vendendo, ſi poſtea res tradatur, In doctoratu, qui trahitur ad tẽpus licentiæ, & ſeqq.
46 In delictis, in æſtimatione, & adhuc in delictis, vt currat præſcriptio, in captura ab initio nulla, & ſeqq. 56. 57.
50 Si fuit ab initio pecunia bene ſoluta.
51 An actor an reus, initium ſpectandum.
52 An initium, vbi fit perſecutio extra locum.
53 Alia exempla an initium an finis remiſſiuè.
54 An licitum perſequi extra territorium.
55 Petenda eſt remiſſio.
56 Quid in delictis, diſtinguendo, ſi principium fuit licitum, finis illicitus, ſcilicet quoad territoriũ alienum, finis nihilominus ſit attendendus, ſecus in alijs in quibus principium, & 57.
58 In excuſandis delictis quid ex prædictis attendendum.
59 In extrahente res.
60 Vbi quis determinatè, et certò vocatus dicatur.
61 Vbi quid ad finem fuit ordinatum.
62 Vtrunque attenditur, ſi vtrunque illicitum.
63 Aut quando duo inter ſe coniunguntur, vt in filio, qui coniungitur, et inſpecto principio, et fine ſimul, et ideò præfertur agnato, qui coniungitur ſolum per initium. et 64.
65 Defenſo Affl. ab Loffre.
66 Veſtigia iuris antiqui in feudis adnotantur, et 67.
Et ſimilitudo feudorum cum peculio, vſufructu, et precario, quatenus ſunt perſonaliſſima. ſub eod. 67
68 Conſtat de vltimo ſtatu feudorum, qui eſt attendendus, vt ad omnes tranſeant, et ſint hæreditaria ſecundum intellectum de quo ibid.
69 Feudum conceſſum ad beneblacitum, ſeu precario poteſt quandocunque reuocari.

1 OBijci † ſecundo loco poſſet quod feu-
da non eſſent in ſui natiuitate, & ori-
gine hæreditaria, ſed pro arbitrio amouibi-
2 lia † mox ad vitam accipientis feudum ex-
tenſa, *vt eſt in §. & quia vidimus. tit. 1. in vſib.*
fen. Oſaſc. dec. 161. nu. 5. Ange. Aret. conſ. 110.
nu. 1. per tot. Card. Tuſc. lit. F. concl. 103. Loffr.
3 *in paraph. feu. tit. 1. ſub princ* † Et perſonalia
quæ tranſibant ad ſolos hæredes dantis, nõ
autem accipientis *Intrigl. de feu. q. 34. in*
princ. & nu. 2. &. Tom. de Mar. de feu. imperſ.
num. 1. & ſeqq. vbi quod omnia feuda olim
erant imperſonalia, poſtea facta realia ex
4 lego Conradi; † Ergo nec nunc dici pote-
rit feudum quid hęreditarium, aut quid Iu-
ris defuncti, ſed magis quid Iuris concedẽ-
tis, *vt eſt in §. cum verò Conradus. eod. illo tit.*
1. ibi Ad nepotes ex filio producere dignaretur
&c. *vt ita in term. dicit Loffre. in conſ. 1. ſub*
num. 3. & ſeqq. ſub num. 124. & ſub num. 132.
5 †Originem verò eſſe ſpectandam, & atten-
dendam certum eſt *l. ſequitur. 4. §. de illo.*
verſ. ſi ante. l. ſi aliena. 10. in princ. l. iuſto.
6 *44. §. et ſi poſſeſſionis. ff. de vſucap.* † Si quidẽ
à primordio tituli poſterior formatur euen
tus *l. vn. C. de impon. lucr. deſcr. lib. 10. Prob. ad*
Monac. in cap. ſi eo tempore 9. nu. 6. de reſcrip.
7 *in 6.* † & ab origine duci argumentum *ait*
8 *Menoch. conſ. 123. num. 20. lib. 2.* † & origina-
lem cauſam inſpiciendam in feudis, *Idem*
Menoch. conſ. 160. nu. 17. eod. lib. 2. & ad Surd.
9 *conſ. 94. ſub. num. 34. & ſub. 37.* † Vbi pręſu-
mitur quod iure feudi vel primogenituræ
10 ſi præceſſit Inueſtitura. † Alia de princi-
pio aut originali cauſa attendẽdis in colle-
ctis indictis, in Ciue facto de Collegio &c.
11 *Surd. conſ. 146. ſub num. 10. & ſeqq.* † In iudi-
cando debito, vel actu neceſſario, aut volũ-
tario, *idem Surd. conſ. 112. numer. 65. & ſeqq.*
conſ. 396. num. 25. 26. Ang. Aret. conſ. 28. nu.
12 *17. & ſeqq.* † Demum plura de originali
cauſa, ſeu de principio eſſe potentiora ipſo
fine, & ab eis finem regulari *Id. Surd. conſ.*
301. num. 36. & ſeqq. in dec. 64. num. 6. 7. & in
term. feudi Loffred. conſ. 11. num. 23. & ſeqq.
13 † Vbi ad pacta Inueſtituræ, tanquam ad
originem, eſſe ſemper relationem facien-
dam, & per plura exempla, *& Schrad. de feu.*
par. 10. ſect. 17. à num. 47. ad 53. Menoch. conſ.
14 148. *numer. 20. 21. lib. 2.* † vbi quod prima
cauſa influit in ſecũdam, adeò quod ſi feu-
dum ſit fęmineum, ità & ſub feudum. *& ad*
15 *conſ. 315. nu. 10. lib. 4.* † Vbi attendi in con-
tractibus principium non ſucceſſum. *& ad*
16 *Surd. conſ. 525. in fin. lib. 4.* † Vbi primam
originẽ præſumi ſemper durare. *Menoch.*
conſ. 851. num. 24. & ſeqq. et 31. lib. 9. vbi in
hypotheca an attendatur initium obliga-
tionis, an tempus quo incipit aliquid de-
beri.

Verùm, his non obſtantibus, ſtat firmũ,
quod feudum ſit quid hæreditarium, &
quod ſuccedat filius, vt in ius patris, *vt pro-*
batum eſt cap. 9. per tot. ſupra.
Ad prædicta varie ſatisfieri poſſe putamus,
prout variæ ſolent in materia iſta brocar-
dica (an principium, medium, aut finis at-
tendendum ſit) conſiderationes afferri Vt
Brocardicam, in qua tanquam in vijs bro-
cardicis facile fundum reperiri non poſſit)
dicit *Ioan. Fab. in §. fuerat. in fin. Inſt. de actio.*
Azo. in brocard. cap. 1. num. 21. & per tot. cap.
& etiam per cap. 2. quibus locis de hac mate-
ria.
18 † Prima conſideratio eorum eſt, qui cẽ-
ſuerunt, vt vbicunque actus recipit eſſentiã
totalem, formam, validitatem, perfectionẽ
ab aliquo eorum, iſtud ſit attendendum, vt
ſi à principio principium, ſi à medio me-
dium, ſi à fine finis *Abb. in cap. dudum. in 1.*
num. 11. de elect. Prob. ad Monac. in cap. cum
aliquibus. ſub nu. 4. verſ. poßunt etiam. de reſcr.
in 6. Bal. in auth. ſi qua mulier. ad fin. C. ad
Vellei. Euerar. in lo. à virtute finis. Menoch. de
recup. poß. rem. 15. ſub numer. 126. 127. 128.
Natt. conſ. 640. n. 36. 37. Gratian. dec. March.
19 *201. num. 5. & ſeqq.* † Vbi ſalarium pro ali-
mẽtis, vel ſumptibus debitum in principio,
pro laboribus in fine. *Alia ad Card. Tuſc. lit.*
A. concl. 153. Menoch. praſ. 17. lib. 6.
20 Et ſecundum hanc conſiderationem habe-
mus intentum, vt feudum veniat conſide-
randum prout in fine, ideſt prout in præ-
ſenti ſtatu, in quo demũ huiuſmodi induit
naturam, vt ad ſucceſſores tranſiret, & quid
hæreditarium eſſet, *ad Ang. Aret. in d. conſ.*
110. n. 2. vbi eleganter: confert, & §. hoc quoque
21 *ſciẽdũ. d. tit. 1. in vſib. feu. lib. 1.* † neq; enim ſuf
ficiẽter ab initio omnia promulgãtur, ideo
pormulgata finalia attẽduntur *auth. quibus*
mod. nat. eff. legit. in princ. Balzar. ad rubr. de
22 *nou. for. fidel. in princ.* † Nec res aliæ ab ini-
tio erant hæreditariæ, nec dominia diſtin-
cta, prout nunc ſunt, & ita conſiderantur *l.*
quod in littore. 14. & ad tit. ipſum tot. ff. de acq.
rer. dom. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. l. diui
Verus. 6. §. 1. ff. de iur codicil. vbi glo. in ver.
pariter. l. in ciuile l. oẽs populi. ff. de iuſt. et iur.
l. iura. cum ſeqq. ff. de legib. §. ius autem gen-
23 *tium. Inſt. de iur. nat. gen. et ciu.* † Sic attendi-
tur Iuriſdictio prout nunc conceditur Ma-
giſtratui, non prout tunc de iure gen-
tium, ſicuti erat in Populo *Natt. conſ. 640.*
24 *nu. 27.* † Sic videmus in Gallia hodie om-
nia feuda eſſe hæreditaria, ſeù patrimonia-
lia *Roſent. in ſynop. feu. cap. 2. cõcl. 67. in prin.*
et concl. 8 et in cap. 1. concl. 1. Forcat. de feu. c.
2. num. 6. Garzon. de fæm. ad feu. recipien ſub
25 *num. 41. verſ. nam licet contradicere.* † Ratio
enim omniũ eſt in prõptu, quia poſteriora
prio-

prioribus derogant. Natt.conſ.636. ſub nu.
5 145. † Et vltimum conſuetum attenditur
Surd. conſ. 195.num. 16.Bald.in l. binos.circa
fin.C.de aduocat. diu.iud. Iaſ.in l.diem functo.
num.16.ff.de off.aſſeſſ. Carroc.de loc.et cond.
7 par.1.cap.3.num.3.et 4.† Vltimùm conſue-
tum teſtatoris Surd.conſ.207.ſub.num.9.10.
8 † Vltima conſuetudo conſ. 525. num. 15.
9 † Vltima alimentorum præſtatio l. mela.
0 14. §. ſed et ſi ff. de alim. leg. † Vltimus ſeù
præſens ſtatus Surd. conſ. 338. num. 10. 11.
11 lib. 3.† Imò (quæ nunc feuda appellantur)
ab initio erant allodialia Bertrand. conſ. 23.
num. 1.lib.7.et ſupra præced. cap. num.26. et
ſeq. & tamen vti feuda, vti minime libera
hodie conſiderantur, adeò verum eſt non
antiquum, & originarium, ſed præſentem
ſtatum, reique naturam,quam nunc ſorti-
32 ta res eſt, eſſe inſpiciendam † Cum natura
ſemper nouas deproperet edere formas, vt
in §.prædict.quæ fuit prima cau.benef. amitt.
& ideò res ſæpe mutentur, & in ſtatu mu-
tato,& ſecundum eum regulentur ad Iſern.
egregiè in proem.feu.per tot.Surd.dec.177.nu.
33 10.dec. 236. num.13.† Vbi etiam quod vbi
superuenit contraria ratio præteriti vſus
34 deſtruitur vſus † Sic titulos dignitatum
olim tenues,hodie auctos videmus ad Illu-
ſtriſſimos ad Excellentiſſimos, & amplius
Menoch.conſ.302. numer. 47. et ſeqq. lib. 4.
35 † Et hodie in eis ſucceditur (quicquid
aliàs per electionem) tit. de feu. Marcb.
Menoch.conſ.158.ſub num.17.
36 † Altera conſideratio ſit, vt finis ſit atten-
dendus, vbi non habet neceſſariam conſe-
quentiam ad ſuum principium,putà ſi prin
cipium proponatur tanquam præcogno-
ſcendum,finis verò tanquam obſeruandus
arg.tit. Inſt.de teſtam. ordin.ad prin.ibi: Sed vt
nihil antiquitatis penitus ignoretur, & ita
fuit in ſpecie noſtra quia in §. et quia. tit. 1.
in vſib.feu. fuit propoſita origo feudi ad eam
cognoſcendam; cum mox progreſſus eiuſ-
dem fuerint deſcripti,prout obſeruari con-
tingit,& derogatiue ad priſtinam rei natu-
ram,ſtatum, ſeù conditionem, ſimile eſt in
tit. qual olim. pot. feu. alie. et in tit.de probib.
feu al.per fed.ſub prin.in quibus ius antiquũ
refertur,in eo non inſiſtitur,ſed ad aliud fit
37 tranſitus,in quo obſeruãtia viget.† Quan-
do autem finis non habet neceſſariam con-
ſequentiam ad principium, finem attendi
Afflic.ait.in dec.210.ſub num.3.poſt Bart.in l.
3.§.1.ff.de minor. Surd.dec.297.nu.12. nam
quod finis habeat neceſſariam conſequen-
tiam ad principium intelligitur de neceſ-
ſitate præciſa vt ait De Pont.conſ.134. num.
8.lib.2.

Ad contraria reſpondeas animaduertẽ-
do,quod ibi vel finis habet neceſſariam cõ-
ſequentiam ad principium, qua ius fuerit
38 in eſſe deductum † quo caſu principium
39 attenditur Surd. conſ.221. ſub num.15. † Et
ita eſt in contractibus, in Iudicijs, in Inue-
ſtituris ad Azon. et alios ibi cit. quibus adde
Surd.deciſ.278.num.26.et ſeqq.Menoch.conſ.
40 1088.nu.3.lib.11.† Sic initio inſpecto, ſeù
primo ſtipite etiam agnati inter ſeſe ſunt
deſcendentes, & ideò ſuccedunt in feudo,
vt hac ratione vtitur Loffre.tit.Imper.Lothar.
aliàs tit.Conſt.feu.verſ.per hoc patet patruum.
col.3.verſ.et dum dicit in paraph.feu.alia exẽ-
pla pete ex prędict.et ex Natt. conſ.286.nu.
41 fin. † Vbi in alluuione conſ. 658. in fino
42 † Vbi in reſtitutione in inregrum ob leſio-
nem.Crau.conſ.322.ſub nu.4.verſ.adcò etiam
43 † Vbi in validitate actus, & clericatus, et
conſ. 319. verſ. ſecundò reſpondeo numer. fin.
44 † Vbi in principio licito,et ſub princ.reſpon-
ſionũ ad motiua in fin. einſd. conſ. Gozad. conſ.
45 90.num. 14. in fin. † Vbi in promiſſione de
vendendo, ſi poſtea res tradatur, & in do-
ctoratu,qui trahitur ad tem pus licentiæ,&
ad idem Surd.dec.102.numer. 10.in dec. 297.
46 num.12. † Vbi etiam in delictis initium in-
ſpiei,quod etiam eſt in conſ. 57.nu.19.Item
47 Id Surd conſ.128.num.11. † Vbi de æſtima-
tione legitimę Cabal. caſ. crim. 7. cent. 1.
48 † Vbi an initium vel finis in delictis con-
ſideretur, vt currat præſcriptio, Vinc. de
Franc.deciſ.415.num.4.Crau.conſ.46.num.7.
49 † Vbi an captura ab initio nulla confirme-
tur, Hercul.ad idem de caut. de non offen.cap.
37.num. 16. et ſeqq. et cap.44. num.20.Crau.
50 conſ.6. num. 88. † Vbi ſi ab initio fuit benè
ſoluta pecunia Oſaſc. conſ.4.num.3.conſ.5.in
51 princ.† Vbi an actor, an reus quis ſit initiũ
52 ſpectandum.† An liceat perſequi extra lo-
cum initio conſiderato, Alex.conſ. 24. ſub
53 num.24.ad 28. lib. 2.† Vbi alia exempla an
finis,an initium conſiderandum. Marcb.q.
54 218.par. 2. † Vbi poſſe perſequi in alieno
territorio, Iudici eiuſdem conſignandum
Clar.ad idem in §.fin.q.29.verſ.fin. Syntagm.
Com. opin. loco 5. tit. 1.cap.58.in med. et poſt
55 fo.99.Caball.caſ.crim.291.num.5.† Vbi pe-
tendam eſſe remiſſionem, licet hodie non
56 ſoleat concedi, vt ſub numer.13.† Quid in
57 delictis Marſ.ſing.225.Ioanet.reſp.31.† Vbi
diſtinguit cum principium licitum,finis il-
licitus ratione alieni territorij finis ſit attẽ-
dendus,ſecus in alijs, vbi principium Surd.
d.dec.102.num.10. Alex.conſ.25.nu.7.lib.3.
58 † Vbi in excuſandis delictis initium non
finem conſiderandum. et ad idem Surd.conſ..
59 41. per tot. † Vbi in extrahente res Cabal.
conſ. 124. in fin. Menoch.conſ.106.num.145.
60 lib.2.† Vbi, vt quis dicatur determinate,&
61 certò vocatus, finem inſpiciendum. † Et
idem vbi quid ad finem fuit ordinatum, vt

ſi licentia, & teſtamentum ad hunc finem fuerint ordinata, vt feudum in alium transferatur, *iuxta Gabr. conſ. 73. ſub numer. 33. lib. 1. ad Menoch. praſ. 17. numer. 10. lib. 6.*
62 † Quemadmodum vtrunque attenditur, quando vtrunque illicitum, *Mant. conſ. 91.*
63 *num. 15. lib. 1.* † quando vtrunque coniungitur, vt ſit inter Vaſallos eiuſdē lineę, nam hi præferuntur alijs alterius lineę, quia inuicem coniunguntur in cauſa communi, & in communi ſtipite, & in cauſa immediata, & proxima, quia filius quamuis milleſimo gradu diſtans à primo ſtipite, coniungitur tamen, & cum eo mediatè, & cum patre ſuo vltimo defuncto immediate, & pro-
64 xime † Et ideò præfertur agnato, quia iſte coniungitur tantum ex vna cauſa, vt deſcēdens a primo ſtipite, quę cauſa eſt mediata, & ſola: *hæc ex opinione Afflict.*
65 Quæ (ita intellecta) bona eſt, quicquid impugnetur de more, *per Loffre. ad tit. Imp. Loth. aliàs tit. Conſt. feu. dom. Loth. Imper. §. per hoc patet patruū. col. 3. poſt med. poſt verſ. quod quidem non militat, iuncta col. 4. ad fin. verſ. nec eſt verum.*

Cæterum confirmat præſentem ſtatum feudi (circa id quod dicimus quid hęredi-
66 tarium eſſe) † quod in eadem materia habemus caſus, in quibus veſtigia Iuris antiqui adnotari liceat quia non tranſeant ad hæredes *vt in tit. de feu. Guard. et Caſtal. in tit. qui ſucceſſ. teneant. in fin. in titu. de pign. dat. feu. in tit. quis dicat. Dux. ad fin. et in fragm. feud. apud Cuiac. tit. de condit. feu non implen. 75. tit. de feu. impropr. 81. in tit. de feudi habit. 105.* cōpateat quod vbi voluerunt feudiſtę ius antiquum prępualere id nouerint expri-
67 mere. † Quibus Iuribus, vel titulis aſſimilari peculium, Vſumfructum, precarium, ſeu perſonaliſſima beneficia, & ſimilia notat eleganter, *Angel. peruſ. in pracit. conſ. 110.*
68 *ſub num. 1.* † vt concluſio ſit, in hac varietate, nos verſari in claris, ex quo conſtat de vltimo ſtatu feudorum, & in quo fixit pedes materia feudalis, propterea attendendo, *ex doctrina Piſto. quæſt. iur. quaſt. 1. num. 32. 33.* Vbi cum olim feuda perſonalia eſſent, & poſteà vſque in infinitum ad deſcēdentes extenſa, hoc reſpectu hodiè omnia feuda dici poſſe hęreditaria, *vt ibi: quē refert etiam Carol. à Kirch. in ſuo diſcur. de feu. cap. 3. num. 8. et Vult. quoque cap. 8. num. 29. et ad latè ſupra per not cap. 3. num. 7. et ſeqq. per tot.* Intellige tu non hæreditaria abſolute, ideſt ad omnes tranſitoria etiam extraneos, ſed eo modo quo poſſunt eſſe citra extenſionē ad inhabiles, & incapaces ſecundnm naturam feuodrum *ad cap. 14. infra num. fin.* ideſt quid hæreditarium, vt ibid. declaro.
69 † Item aduerte etiam hodie poſſe quandocunque feuda reuocari ex pacto ſeu (quod eſt idem) ad beneplacitum conceſsa *Bald. in l. qui ſe patris. ſub n. 33. C.* vnde liberi. *latè Senator franc. ferrar pro Illuſtriß. d. Ant. Prouana domino Leinici, etc. in 4. reſp. num. 3. e ſeqq.*

CAP. DECIMVMTERTIVM.

De tertia oppoſ. cont. nou. ration. tit. An agnat. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Feuda ex prouidentia principis, vel a genere cōſequimur.*
Et manent incolumia etiam repudiata hæreditate. ſub eod.
2 *Filij habent feuda etiam ex prouiſione paterna.*
3 *Poteſt concedi quid etiam quod repudietur hæreditas.*
4 *Impuberi arrogato pater tenetur relinquere quartam bonorum ſuorum.*
Nec pater in ea fideicommittere poteſt, & eſt reſtituenda. ſub eod.
5 *Quamuis pupillariter ſubſtituere poſſit.*
6 *Quia habetur vt teſtamentum pupilli non patris.* & ratio ibid. *nu. 7.*
8 *Quarta non eſt de hæreditate, & reuocari poteſt eius alienatio.*
9 *Aliàs ſi eſſet hæreditaria reuocari non poſſet.*
10 *Habet quartam non vt hæres, ſed ex conſtitutione, vti æs alienum, & nu. 13.*
11 Lofred. improbatur, *vtendo argumento ab arrogatione Impuberis ad feudum, quod ex prouiſione paterna acquiritur, non merè ex lege.*
12 *Alienatio quando in fraudem facta dicatur, remiſſiuè.*
14 *Filius etiam non hæres conſequitur lucra nuptialia ex lege, & nu. 19.*
15 *Etiamſi ſtipulatum ſit filijs vt hæredibus.*
16 *Vnde tametſi fiat hæres poterit vti beneficio l. hac edictali.*
17 *Et non defertur iure hæreditario.*
18 *Nec dotis augumenta.*
20 *Si conceſſum feudum Titio, etiam ſi hęres non ſit, & num. 24.*
21 *Malè argumentum deductum à lucris nuptialibus ad feuda* per Surd.
22 *Et quod feuda ſint in bonis, non in hæreditate.*
23 *Ex renunciatione hæreditatis non cenſetur renunciatum feudo, & ratio.*
25 *Liberi veniunt vt hæredes in donatione reciproca inter ſponſum, & ſponſam, altero ſinè liberis præmoriente.*
26 *Quod dicitur de lege, Idem de conſuetudine, vnde filij habent dotes, non vt hęredes matris, ſed iure conſuetudinis.*

27 *Idem*

27 *Idem ſi ab auo ſub eod.*
28 *Iura ſep. lchrorum conſequuntur filij, etiam nō hæredes.*
29 *Diuerſa à feudis.*
30 *Militia etiam non hæredibus competit.*
31 *Idem in Silentiarijs.*
32 *Militia empta à patre imputatur in legitimam.*
33 *Feudum militiæ non aſſimilatur.*
34 Reijcitur Iaſ.*confundens arrogatos cū militia.*
35 *Et dum feudis hæc æquiparant.*
36 *Alia de vita, & militia, an ſuccedant loco alimentorum, an loco partis feudi, & effectus remiſſiuè.*
37 *Eſt onus feudi, ita quod poſſit alienari feudū pro ſoluendo vitam, & militiam.*
38 *Quid vita, & militia, & cuius loco ſucceſſerint remiſſiuè.*
39 *Militia an ſit dignitas, & alia, remiſſiuè, nu.40.*
41 *Quæ habentur a Ciuitate, vt priuilegium ciuilitatis, etiam in non hæredes tranſmiſſibilia.*
42 *Prædijs ſemel acquiſitis Communitati, an renūciatio propriorum iurium facta noceat ſucceſſoribus.*
43 *Hæc feudis non æquiparanda.*
44 *Priuilegium patri et filio conceſſum eorum vita durante.*
44 *Quæ à rerum natura proueniunt, vt ius patronatus.*
46 *Debitum naturale ad antydora.*
47 *Ius patronatus retinent filij, etiam non hæredes.*
48 *Et eis ſaluum manet, etiam patre perduellionis reo condemnato.*
52 *Non valet argumentum ab ijs ad feuda.*
53 *Niſi ſit eadem ratio.*
54 *Ratio diuerſitatis.*
55 *Acquiſitiones à genere ſeu à familia proponuntur.*
56 *Quæ non adimuntur, ſi pater Ciuitatem amiſerit.*
57 *Nec nobilitas, aut Regnum.*
58 *Quæ non perditur per Monacatum, et cur.*
59 *Nec ius armorum aut inſignium, etiam in non hæredes tranſiens.*
60 *Nec fideicommiſſa in quibus idem, et nu.67.*
61 *Nec maioratus ſeu primogenia, in quibus idem, et nu.62.*
63 *Fallax eſt argumentum ab hiſce ad feuda, et num.64.*
65 *Et probatur auctoritate multorum.*
66 *Et diuerſitatis rationes, remiſſiuè, et nu. 68.*
In quibus feuda fideicommiſſis aſſimilentur. ſub eod.
69 *In aditione grauati confirmatur fideicommiſſū.*
70 *Quæ aditio ampliùs in alijs non eſt neceſſaria.*
71 *Idem in feudis.*
72 *In fideicommiſſis, non niſi finita vna linea, ad aliam fit tranſitus, ita, et in feudis.*
In fideicommiſſis delictum patris non nocet filijs nec agnatis, in feudis nocet filijs non agnatis. ſub eod.
73 *In fideicommiſſo, et primogenitura quot perſonæ tot vocationes, ſecus in feudis.*
74 *Fallax argumentum à fideicommiſſo, ſeu primogenio ad feudum* ſub eod. *de quo argumēto remiſſiuè.*
75 *Ex clauſulis adiectis fit, vt etiam In feudis quot perſonæ tot cenſeantur vocationes, Alteri alterum ſubſtituendo.*
76 *De vno in alterum reuertendo.*
77 *De vno in alium ſuccedendo.*
78 *De vno in alium cadendo.*
79 *Attentis meritis ſingulorum, vel ſingulis in ſolidum.*
Omnibus principaliter. ſub eod.
80 *Idem iudicium, et de alijs conſimilibus.*
81 *Adeſt tamen contradictio doctor. quod etiam in feudis, quot perſonæ tot vocationes.*
82 *Quid ſi feudum ſit conceſſum generi ſeu agnationi aut familiæ, vt intelligatur ſecundum naturam actus, et nu.85.*
83 *Et idem, licet dicatur de vno in alium.*
84 *Niſi aliter expreſſim dictum ſit.*
86 *Cortici verborum non inhærendum, ſed naturę feudi.*
87 *Omnia ad id referuntur, vnde vim capiunt, et formam originaliter.*
88 *Priuilegium conceſſum poſteris, familiæ, perſonæ fœminas non complectitur.*

FOrtius videtur obſtare, (& in hoc fortè vera ratio dubitandi *ad tex. an Agnat.*
1 *vel fil. &c.* conſiſtit) † Quod feuda vel ex prouidentia Principis, vel à genere habeātur, quo caſu ea manent in columnia etiam repudiata hæreditate paterna *iuxta l. 3. ff. de interd. & releg. per quam legem ita cenſuit Odoffred. vt refert. Bal. ad l. qui ſe patris. ſub nu. 28. verſ. & contra C. vnde lib. Iſern. ad tit. an agnat. etc. num. 2. in fin. et ibi add. num. 4 etiam in fin. et addit. ad eund. ſub num. 6. ad fin. lit. d. verſ. nam cum debeat, et ad Loffre. conſ. 1. ſub numer. 124. ſub. num. 132. ſub num. 3. et ſeqq. præſertim ſub numer. 6. Oſaſc. plenè deciſ. 181. (quæ eſt vlt.) ſub num. 20.* Et hæc tantò magis, quia feuda habita fuerūt ex lege Concadi originaliter, & ſic non ex prouiſione parentum, *vt anteced. cap. ad princ. dictum eſt.*

Reſpondetur (vno verbo) diuerſos eſſe
2 caſus, diuerſas materias, † Nam in caſu præſenti filij etiam habēt ex prouiſione paterna *vt per Oſaſ. dec. 23. ſub num. 49. verſ. ſextā. Angel. conſ. 110. num. 1.* vbi recenſet ius antiquum, & tamen *num. 2. et ſeqq.* tradit quod poſtea pullulauit in poſteriores gratia, & felix radix ſuam virtutem extendit in palmites, &c. *vt ibi per tot. et ad cap. 9. ſupra, et cap. 12. et infra cap. 23. ſub verſ. ſin verò vti radix nu. 28. et verſ. reſtat vltimum. nu. 145.* Vltrà quod non infertur de neceſſitate, beneficium confertur à lege, ergo abſque ſuc-

ceſſione, nam & habemus hæreditates à le-
ge in filios promanare, & tamẽ non exclu-
di ſucceſſiones tot. tit. de hæred. quæ ab inteſt.
etc. Inſt. cũ ſimilib. notiſſimis iuribus, et ad infr.
3 cap. 18. dicimus num. 54. † Poteſt tamen eſſe
quod vel lex ipſa, ſeu legis prouidentia im-
mediate concedat, vel (quod quid acquiri
poſſit etiam repudiata hæreditate) præcisè
diſponat, vel quod familiæ ſit prouiſum,
vel ꝙ natura, aut Ciuitas aliq̃d det, aut per-
mittat, & ſic in aliũde quęſitis, quã ex iure, cõ
tẽplatione, iudicio, vel beneficio acq̃ſito-
ris, in q̃bus caſibus loquũtur cõtraria, Ideò
non arguendum ab eis ad feuda in quibus
diſpoſitum aliter fuit vt ſint hęreditaria ob
diuerſitates rationum. Quas quidem diuer-
ſitates (vt manibus palpemus) aliqua exem-
pla diſpiciamus, ſiue à lege, legiſue proui-
dentia, ſiue à Ciuitate, ſiue à natura, ſiue à
genere deſumpta iuxta d. l. 3. ff. de interd. et
releg.
4 † In primis ſe offert impubes arrogatus,
cui pater arrogans tenetur relinquere quar
tam partem bonorum ſuorum, & hoc ex cõ-
ſtitutione ſeù reſcripto diui pij l. 1. §. ſi im-
puberi. ff. de collat. bon. l. ſi arrogator. ff. de
adopt. l. papinianus. §. ſi quis impubes. ff. de
inoff. teſt. An ergò pater poterit præiudica-
re in dicta quarta eam fideicommitendo?
An hæredes patris retinebunt quartam?
an verò filio adrogato dimittent? & dicitur,
nec fideicommitti in ea, nec retineri, ſed re-
ſtitui opportere, vt in d. l. ſi arrogator in prin.
et in fin. ratio eſt, vt ibid. tex. inquit Quia hoc
non iudicio eius ad eum peruenerit, ſed princi-
5 pali prouidentia. † Nec obſtat quod pupilla-
riter ſubſtituere poſſit pater, vt ibid. et in
in l. ſed ſi plures. 10. §. in arrogato ff. de vulg.
et pup. quia hoc caſu videtur ipſemet pu-
6 pillus diſponere ſeu teſtari, † & ita habetur
vt teſtamentum pupilli non vt patris, vt in
§. igitur. Inſt. de pupil. ſubſtit. ibi, duo quodam-
modo ſunt teſtamenta, alterum patris, alterum
filij, tanquam ſi ipſe filius ſibi hęredem inſtituiſ-
ſet. vt hanc puto veram, & fundamentalem
7 huiuſce rationem † licet aliam dicat (tribuẽs
fauori pupillaris ſubſtitutionis) Loffr. (vbi
de hiſce plenius) in conſ. 7. numer. 53. et ſeqq.
8 † Et dictam quartam non eſſe de hæredita-
te probatur etiam ex eo, quod alienata po-
teſt reuocari iux l. fin. ff. quæ in frau. pat. Alex.
9 conſ. 55. ſub num. 1. lib. 1. † Non reuocaretur
autẽ, ſi eſſet de iure hæreditario ad Loffred.
d. conſ. 7. ſub num. 185. et ſeq. vbi nominatim
de hac alienatione, et ad conſ. 1. ſub num. 3. et
10 ſeqq. et num. 144. † Vbi nominatim, quod
non habet eam arrogatus vt hæres, nec ex
patris beneficio, ſed ex cõſtitutione D. Pij,
tanquam æs alienum, id quod eſt in d. §. ſi
quis impubes, l. papinianus. ff. de inoff. teſt. et
ibi pariter glo. in ver. concedendum. Non quaſi
ait, ex defuncti voluntate, ſed quaſi, ex conſti-
11 tutionis neceſſitate. † Quare Loffred. in dd. cõſ.
1. et 7. et in locis præalleg. vtitur hoc argu-
mento ab arrogatione impuberis, dum co-
natur oſtendere feudum ſimpliciter cõceſ-
ſum non haberi ex beneficio vltimi de fun-
cti, ſed primi acquiſitoris. Verùm malè,
quia in quocunque feudo, & ſub quocunq;
formula, aut ſine formula conceſſo, ſemper
verùm eſt dicere, quod vt in ius defuncti
ſuccedat filius, et ſemper viget tex. An agnat.
etc. cum §. filius. de capit. qui cur. vend. qui lo-
quuntur indiſtincte, & de feudo proprio,
vt ſupra cap. 1. num. 21. cum ſeqq. et adhuc in-
fra peculiariter oſtendemus cap. 28. verſ. con-
cluſio itaque omnium par. 3. nu. 37. benè itaq;
Loffred. in dictis de arrogatione, male in
illatione, ſeù cõparatione ad feudum, quia
diſſimilium ſimile non poteſt fieri iudiciũ.
12 † Quando autem in fraudem dicatur facta
alienatio declarat Alex. d. conſ. 55. num. 5. 6.
13 lib. 1. † Et dictam quartam eſſe debitam etiã
puberi arrogato, & quidem auctam, quia de
iure communi, & non auctam impuberi,
quia de iure ſpeciali ex dicta conſtitutione
D. Pij, dicit Iaſ. in conſ. 141. ſub nu. 10. 11.
lib. 4.
14 † Item ſi filius etiam non hęres habet lucra
nuptialia, id factum ex conſtitutione in
auth. hæres. C. de ſec. nupt. Surd. conſ. 91. num.
16. conſ. 206. num. 11. et ſeqq. vbi exornat. et de
vera, et comm.
15 † Etiamſi ſtipulatum ſit filijs hæredibus
Rim. iun. conſ. 569. numer. 123. et ſeqq. lib. 5.
16 † Adeò, quod (etiamſi fuerit hæres) adhuc
poſſit cõtrauenire facto defuncti, & vti be-
neficio legis hac edictali Surd. dicat in conſ.
237. ſub nu. 19. verſ. poſtremo, et duobus num.
ſeqq. et ibi per tot. ad materiam vidend. præſer-
tim à num. 14. et infra.
17 † Et quod nõ deferantur iure hęreditario.
18 Surd. conſ. 572. num. 71. 72. lib. 4. † Nec dotis
augumenta vt in l. cum alijs C. de ſecund. nupt.
Menoch. conſ. 155. num. fin. lib. 2. l. quęcunque
et ibi Bal. et Salic. C. de bon. quæ lib. cum alijs, vt
19 per Menoch. precit. † id omne fuit præciſe
conſtitutum lege ſpeciali, vt in ead. auth. hæ
res, et in §. ſoluto, et in §. ſeq. auth. de nupt. ibi,
Vel ſi quidam eorum fuerint hæredes, alij verò
repudient etc. & adhuc ibi, et dabuntur hæc fi-
lijs honore præcipuo, & noſtra lege (ecce) licet
non fiant. hæredes aut patris aut matris &c. &
ibi, Hoc enim nobis rectius, quam prioribus pla-
cuit: nota opus fuiſſe legiſlatore ad §. ſed et
quod Principi Inſt. de iur. nat. gen. et ciu. l. 1. de
conſtit. princip. eſt ſimilis in term. feudi Inue-
ſtitura apud Menoch. conſ. 158. ſub nu. 18. lib.
20 2. † Vbi Maximilianus dixit ſe concedere
feudum D. Hermeti, etiamſi hæres non ex-
titiſſet.

Digitized by Google

titiſſet. Vbi tamen (quod non ſit hæres) ait
Menoch. obtinere tãtum in ipſo Hermete,
non in alijs feudi ſucceſſoribus.
21 † Quare male lucra hæc , & feudum a
pari dijudicauit *Surd.in d.conſ.237.ſub num.*
22 17.18.19.† Et quatenus feuda in bonis eſſe
admittit, in hæreditate negat, quia habet
contra dictos *tex.An Agnat.etc.et §.filius.de*
23 *Capitan.etc.*† Et licet ex renunciatione hæ-
reditatis non cenſeatur renunciatum feu-
dum,id non ſit quod feudum in hæreditate
non ſit,ſed alia ratione *vt infra cap.14.num.*
15. et ſeqq. vel quia is cui renunciatur,non
ſit capax,vel quia quę ſpeciali nota,&c.vel
quia remaneat ſemper ſucceſſio ſingularis
24 ad feudum, vt infra *cap.16. nu. fin.* † Poteſt
dari alius caſus huic ſimilis,in Emphyteoſi
ex lege Regia , eam etiam non hæredi ſpe-
cifice deferenti , *vt apud Cald.in tract.de no-*
25 *min.Emph.q.70.n.40.et ſeq.*† Vno caſu libe-
ri venient, vt hęredes, ſcilicet in donatione
reciproca inter ſponſum, & ſpõſam,altero
ſine liberis pręmoriente , *vt apud March.q.*
22.num.6.par.2.ibi vide. Cæterum quod di-
ctum eſt de lege procedit etiam in conſue-
26 tudine † Vt quando filij dotes matris cõ-
ſequũtur , quod fit ex conſuetudine Marti-
ni nã tunc non habent à matre(neq, vti hę-
redes matris,aut ab auo,aut vti hęredes aui)
ſed cum habeant a conſuetudine , quæ vim
legis habet,quinimò eſt lex nõ ſcripta,ideò
habebunt etiam non hęredes,*vt tenuit Surd.*
in conſ.206. num.11. lib. 2.contra Bart.in l.in
quartam. numer. 12. ff. ad leg falc. vt ibi. Et
cuius rationi reſpondet *ſub numer. 15.verſ.*
27 *nec mouet.* † Vbi quod deſcendit ab auo nõ
tamen ex voluntate eius , ſed legis poteſta-
te, vnde dicitur non ab auo prouenire, ſed
a lege. Quod dictum mirabiliter confirma-
tur ex quarta adrogati,quę prouenit ex bo
nis patris,& tamen principali prouidentiæ
attribuitur *iuxta ſupra hoc eod. cap.num.4.et*
ſeqq.adducta,ac vt in ſeq.exemplo.
28 † Tertium exemplum eſſe poteſt de Iu-
ribus ſepulchrorum, quatenus ſiue hęredi-
taria ſint ſepulchra, ſiue familiaria poſſunt
liberi ea conſequi,etiam non hæredes *l.vel*
quod. 6. §. liberis. ff. de religioſ.etc. notando
verba *conceßum eſt humanitatis gratia* , quæ
ſunt notæ Iuris ſpecialis , ita conſtituti *ad*
ſupra cap. 2. num.22.et ſeqq. conuenit caſus
d. §. liberis , et l. ius ſepulchri. 8. C. eod.tit.
29 † Vnde hæc Iura eſſe diuerſa à term feudi
docet,Tom.de Mar. de gen.feu.tit.1.num.6.et
ſeqq.Hartm.Piſt. quaſt.iur.q.1.num.6.et ſeqq.
et ſub 8. maximè , Carol.à Kirch. in ſuo diſcur.
feu.cap.4. num.41.42. Euerard. Iun.conſ.50.
ſub num.6.vol. 2.Roſen.cap.2.concl.33.num.
18.19.et ad infra cap. 19.verſ.item cauendum
num, 65. 66. de quibus vide alia pulchra *vt*
per Tiſſ.q.foren.11.per tot.lib. 2.
30 † Quartum exemplum ſit de militia , quæ
etiam non hęredibus competit,ex iure ſpe-
ciali ita conſtituto, *vt eſt in auth. de exhib.et*
introd.reis.§ oportmum,ibi. Et ſecundum iuſſio-
nem noſtram hoc habeant , non tanquam pa-
ternam hæreditatem, ſi in alijs inops ſit,ſed tan-
quam imperialem munificentiam,vt et ſubſtan-
tiam relinquentibus , et non habentibus meritò
ſolatium prębeamus. Alias hoc caſu dempto,
31 † & alio de ſilentiario *vt ibid. et ad Loffred.*
de prob.feu. al. per feder.§. pręterea Ducatus
32 *col. 14.in fin. et ſeq. folio 61.* † empta ſi ſit a
patre imputaretur in legitimam , *vt ibid.*
Loffr. et in l. omnimodo.§. imputari C.de inoff.
33 *teſt.*† Et feudum non aſſimilari militiæ dicit
Ang.conſ.110.ſub num.7. verſ.item non obſtat
34 *arg.de militia* † Et per hęc malè *Iaſ.in l.quod*
dicitur.ſub num.33.C.de verb. oblig.confundit
tex. iſtos de arrogato, & de militia loquẽtes
ſcilicet *d.l.ſi arrogator. ff.de adopt.et d.§.op-*
35 *timum , cum feudis* . † Et peius dum (feuda
hiſce ęquiparando) intelligit *tit..An Agnat.*
*etc.*procedere vbi eſt clauſula pro ſe, & hę-
redibus,non autem vbi ſimpliciter,aut vbi
cum clauſula pro ſe,& filijs per huiuſmodi
Iura . Quia in materia feudali nulla legitur
lex , nulla conſuetudo ſpecifice eximens
feudum ab hæreditate, ſed quinimo in feu-
dis eſt conſtitutio in contrarium *in eod. tit,*
An Agnat. & d. in §. filius. de Cap. &c.
36 ergò ex diuerſis non inferendum . † Alia
(ſi optas , de vita , & militia , an ſuc-
cedant loco alimentorum , an loco par-
tis feudi , & effectus vide pleniſſime *Bam-*
mac. in tit. ſi de feu. def. fuer. contron. §.
qui Clericus. num. 162.& ſeqq. per tot. q. 10.
& in §.omnes filij. nu.70. & ſeqq. per tot.q.6.
37 † eſſe onus feudi , ità quod poſſit alienari
pro ſoluendo vitam,& militiam, *Surd.conſ.*
38 *351.num.17.18.lib.3.*† Quid vita,& militia
ſint, & cuius loco ſucceſſerint *vltra Bam-*
mac.V.Menoch.conſ.1005.numer.30.38.46.
39 50.51.*lib.11.* † An ſit dignitas, & alia *V.*
40 *Cabal.caſ.crim.294.num.452.& ſeqq.*† Non
eſſe ſimpliciter dignitatem , ſed in genere
eſſe *Boſſ.de Indic.num.* 107.& 108.
Quintum exemplum eſſe poterit de ijs,
41 quę habentur à Ciuitate, † Vt priuilegium
ciuilitatis,quod tranſit etiam in non hære-
42 des , *Menoch, conſ.1129.num.40.lib.12.*† Et
circa prædia ſemel acquiſita alicui vniuer-
ſitati , renunciatio propriorum Iurium fa-
cta per aliquos forenſes non nocet eorum
ſucceſſoribus , ſi quidem hi ſucceſſores ea
non conſequantur ex perſona anteceſſorũ
ſuorum , ſed ex iure ſibi conceſſo à patria,
quod ſanè ius ex facto patrum non amitti-
tur,*vt conſuluit Menoch.conſ.80.ſub num.72.*
43 *& 73.lib.1.*† Sed male,dũ ibi iſta ęquiparat
cum

Digitized by Google

cum feudis, & ad Natt. conſ. 242. nu. 2. iun-
44 cto num. 10. † Vbi de priuilegio patri, & fi-
lio conceſſo eorum vita durante, & melius
etiam, quia hæreditariæ qualitatis ratio nō
intrat vbi vel ſimul, vel aliter quàm per ſuc
ceſſionem acquiritur filijs vt infra cap. 33.
part. 1. per tot. & c. 19. & aliud de ciuilitate
cap. 31. in fin.
Sextum ſit eorum, quæ à rerum natura
45 proueniunt † In quorum numero poni po-
teſt ius patronatus, ideſt quod patronus in
libertorum perſona boniſque habet, ope-
ratum ſcilicet exactionem, inteſtati ſuc-
ceſſionem, bonorum poſſeſſionem, vt in l.
ſi patronus. §. fin. de bon. libert. glo. in l. filij. in
ver. libertis. ff. de iur. patron. & in l. ſi tuis num-
mis. in glo. fin. C. de oper. liberi. & in l. diui fra-
tres. 17. vbi optima glo. de Iur. patron. Verrut.
46 in Lexico lit. P. verſ. patronatus iur † Hæc aūt
in debito naturali ad antydota fundati pa-
tet ex l. liberto. ff. de obſeq. à fil. etc. paren. etc.
præſtan. ne ſint ingrati, l. ingratus. 19. ff. de iur.
patron. l. 1. in princ. ff. de bon. libert. ibi. ſcilicet
ad remunerandum tam grande beneficiū, quod
in libertor confertur & c. iuncta l. ſed et ſi lege.
§. conſuluit. de petit. hæred. l. ſi non ſortem. §. li-
bertus, et ibi Docto. ff. de cond. in d. et Zaſ. egre-
g. e lib. 1. ſing. reſp. cap. 3. num. 21. et ſeqq. ſub
47 num. 83. 84. 85. tom. 4. † Vnde Ius patrona-
tus retineri à filijs, etiam ſe abſtinentibus à
paterna hæreditate eſt in l. filij. 9. ff. de Iur.
48 patr. † & manere hoc eis ſaluum, etiam pa-
tre perduellionis reo condemnato eſt in l.
49 cū libertorū. 4. ff. eod. hor tit. † Nec filium no-
50 ta patris afficiin l. Diui, eod. † & quod bonorū
poſſeſſio liberti per filium acquiratur, etiā
hæreditate non retenta, eſt in l. ſi patronus.
51 12. §. fin. de bon. lib. † Vt propterea ijs ac-
quieſcendum putarim, qui ab huiuſmodi
ad feuda ſeù ad Vaſallos non recte argui
cenſuerunt Curt. de feu. par. 3. q. 2. D. Sol. in
nouir. conſt. Saband. titu. de hæred. patr. gloſ.
2. num. 61. Sonsbec. de feud. par. 12. numer. 49.
52 et part. 13. numer. 64. † Nec eſſe tutum ar-
gumentum re ipſa oſtendit Zaſ. d. lib. 1. ſing.
reſp. cap. 3. ſub nu. 88. viden. ad hoc, et ad ma-
teriam totam operarum obſequialium, perſona-
lium. ſeu officialium. artifitialium, vltra infra
53 cap. 27. in fin. † Et non valere, niſi ſit eadem
ratio, nam hoc caſu valeret, ait Zaſ. ſub d. nu.
88. ad fin. et Roſent. cap. 1. concl. 11. in princ. et
Iaſ. in l. ſi non ſortem. §. libertus. numer. 33. de
54 cond. indeb. † Diuerſitas vltra notata, & per
citat. maxime in d. c. 3. ſing. reſp. ex predictis
redditur manifeſta, quatenus operæ ſibi ſti-
pulatę ad heredes trāſeūt, & ideò nō trāſeūt
ad filios, niſi ſint hęredes, è cōtra autē tran-
ſeūt ad filios, etiā nō hęredes, ſi ſibi, & liberis
ſtipulatus ſit pater, Cum feuda etiam citra
ſtipulationem ſibi, & liberis ad filios ipſo
iure tranſeant, hæredes vel non hæredes,
ſecundum ea quæ infra d. cap. 27. dicemur, & ſic
ſucceſſio filiorum in feudis certa, in operis
incerta, ex quo effectus diuerſos emanare
neceſſe eſt, vt & plenius per nos infra d.
cap. 27.
55 † Accedamus ad exempla aliqua eorum,
quæ à genere, ſeu à familia proficiſcuntur,
in horum numero erunt ſucceſſiones fra-
trum viciſſitudinariæ, Adgnatorum hære-
ditates, & tutelæ de quibus in tex. ipſo d. l. 3.
56 ff. de interd. et releg. † Quæ ideò liberis non
adimuntur, ſi pater ciuitatem amiſerit vt
57 in tex. † Item nobilitas aut regnum Tiraq.
de nobilit. cap. 35. num. 4. cap. 21. ſub nu. 5. et 8.
58 † Vbi propterea non perdi per Monacha-
tum, quia nobilitas eſt quoddam Ius ſan-
59 guinis quod eſt immutabile, † Item ius ar-
morum inſignium, & adhuc nobilitatis,
quę tranſire in deſcendentes, ſiue ſint hęre-
des, ſiue non, dicit March. queſt. delbp. 1138.
60 ſub num. 2. par. 1. † Item fideicommiſſa, in
quibus non eſt neceſſe eſſe hæredem, vt per
Caſtren. conſ. 411. Viſo facto, et dubijt ſub num.
4. lib. 1. et ad infr. cap. 23. par. 2. verſ. ad Rol.
61 num. 20. † Item maioratus ſeù primogeina
Intrigl. de feu. quaſt. 49. numer. 109. et ſeqq.
62 † In quibus non curari an ſucceſſor ſit hæ-
res alterius, ſolâque ſanguinis, & proximi-
tatis rationem haberi dicit Ant. pincll. ad l. 1.
part. 3. ſub nu. 99 fo. mihi 575. ad fin. ſub verſ.
quod autem, prout, & de hoc cum recipiat
contradictiones, & de alijs huiuſmodi, op-
portunior alibi erit inueſtigatio, vt infr. d.
cap. 27. Interim, vel ſummis labijs, perci-
pias, quàm periculoſum ſit argumentum
63 ab ijſce ad feuda † In quod tamen (quaſi
quod & feuda ſint de genere ac alia ſupra-
dicta) facilè impingunt Docto. vt Tiraq.
d. cap. 35. ſub num. 4. 5. 6. et in primo retract. §.
64 32. ſub nu. 2. glo. vni. Bertran. † à ſubſtitutione
fideicommiſſaria ad feudum in conſ. 23. num. 3.
par. 1. vol. 3. D. ſol. in nouiſſimis conſtit. tit. de
alien. bon. feu. numer. 24. Intrigl. de feu. q. 51.
num. 56. Ioan. Schoner. lib. 1. diſp. q. theſi 121.
65 ad fin. lit. A. † Et melius alij qui contra ſen-
ſerunt Garzon. de fæm. ad feu. recip. nu. 21. 22.
23. Crau. conſ. 180. col. 2. verſ. 2. reſpondeo, et
col. 3. in fin. Decian. reſp. 7. num. 89. reſp. 64.
num. 22. vol. 2. reſp. 10. à num. 73. reſp. 56. nu.
32. vol. 3. Rol. conſ. 18. num. 8. conſ. 70. nu. 28.
66 vol. 4. Pinel. in loco mox cit. † Vbi tradit di-
uerſitates, et poſt alios perelegantier ut per
Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. in addit.
67 fin. paulò ante fin. † Vbi inter alia, quod in
fideicommiſſo ſucceditur ab non hærede
68 vltimi defuncti, ſecus in Agnato † Nos has
opinionum diuerſitates ita temperandas
diceremus, vt vbi ſit eadem ratio, etiam ali-
quo caſu poſſit procedere argumentum,
iuxta

iuxta iam præcit. hic ſupra numer.53. putà in
ratione agnati, qui non ſuccedit vltimo de-
functo, & poteſt quodammodo ei aplicari
quod capiat feudum à genere *vt dicit Cuiac.
ad tit. noſtrum, et ad ſupra cap.6. et 10.* & in
hoc fideicommiſſo aſſimiletur, dum & fi-
deicommiſſarius non habet fideicommiſ-
ſum ex proximo defuncto, ſed ab alio, à ge-
nere, ideſt ab auctore fideicommittente, ab
teſtatore, *vt in l. vnum ex familia. §. ſi de fal-
cidia, et. §. ſed ſi duos. de leg.2. Crau.conſ.144.
ſub numer.1.l.cohæredi.§.cum filiæ ff.de vulg.
Cephal. limitans hoc dictum conſ.45.num.20.
lib.1.et conſ. ſeq.num.2.21.et ſeqq.*

69 † Sic quemadmodum in aditione graua-
ti confirmatur fideicommiſſum et quoad
alios vocatos, & honoratos *l.ille à quo.§.ſi de
teſtamento.l. ſi patroni:§. qui fideicommiſſariã
l.apud Iulianum.§. idem Iulianus. ff.ad trebel.*
70 *Crau.conſ.984.numer.35.* † quæ aditio non
requiritur amplius in alijs poſtea ſucceſſo-
ribus, ſed agnitio, *vt ait Crau.ibid.d.num.35.
ad fin.et ad dec.noſtr. bonon.4.numer.13.14.et*
71 *ibi cit.in addit.* † Hoc idem in feudis, vbi pri-
mus ſucceſſor adit hæreditatem, & adeun-
do confirmat feudũ in ſucceſſoribus, quod
aliàs rediret ad dominum directum *ad in-
fra cap.56.tit.de repud.* Agnati verò inter ſe
ipſos ab illo deſcendentes etiam ſine adi-
tione poſſunt feudum conſequi, agnitione
feudi ſola, ideſt agnoſcendo, & acceptãdo.
72 † item in fideicommiſſis, non niſi finita vna
linea, ad aliam fit tranſitus, ita & in feudis
inter agnatos, vt ſupra iam dictum eſt, Itẽ
in fideicommiſſis delictũ patris non nocet
filijs, Ita nec agnatis, vt hæc pariter, & alia
ſuis locis. In feudis nocet filijs non agnatis.

Adeò quod ex his pateat comparationẽ
fideicommiſſi, & feudi maxime in relatio-
ne ad agnatum poſſe ſubſiſtere, in alijs non
73 tam facile. † Nec (vt in fideicommiſſo, &
primogenitura illud applicatur, vt quot ſũt
perſonæ, tot cenſeantur vocationes) ita li-
citum ſit hoc dicere in feudo, licet hoc, &
male affirmarit (*poſt Bald. Dec.et alios*)
*Menoch.conſ.501.ſub num 5.lib.6.et alij infra
cap.23. ſub princ. iuncto verſ. ad Rolan.num.
20.par.2.et infra hic num.81. et nouiſſimè etiã
Reg lana.in rep. tit.de his qui feu.da. poſſ.nu.
232.et ſeqq.* Nam ſucceſſores deſcendentes
non per ſeſe conſiderantur, ſed vt à primo
deſcendentes, ac vti hæredes, & ſucceſſores
vt ſupra iam dictum eſt. effectus (iactis benè
iſtis fũdamẽtis) erũt ſuis locis, vt videbimus,
maximi, itaque haſce ratiocinationes ne
74 tam ipſe mireris † Vide etiam de dicta ar-
gumentatione maxime à maioratu ad feu-
dum, & contra, *Molin. de Hiſp. primog.lib.1.
cap.7.per tot.et de à fideicommiſſo ad maioratũ
eod.lib.1. cap.1. etiam per tot. Surd.conſ.241.
num.5.15.16.lib.2.Euerard.in loc.legalib.*

75 † Sed & feudum ſeu Emphyteoſim iure
generis cõpetere eum diximus, cum fuiſ-
ſet cõceſſa, vel cũ clauſula *alterũ alteri ſub-
ſtituẽdo*, nã tot cẽſentur conceſſiones quot
perſonæ, quæ dicuntur Iure generis ſucce-
dere, non Iure hæreditario, *vt apud Menoch.
conſ.99.num.192. & ſeqq. & ſub nu.203.lib.*
76 *1.nos in dec.flor.62.nu.10.& ſeqq.* † Vel cum
clauſula, de vno in alterum reuertendo
Hond.conſ.54.num.24.lib.1. Alex.conſ.103.
77 *ſub nu.17. lib.1.* † Vel altera de vno in aliũ
ſuccedendo *Menoch. conſ.304.nu.1.& ſeqq.*
78 *lib.4.* † Vel *illa* de vno in alium cadendo
79 *Bertaz.conſ.ciu.74.num.5.* † vel attentis me-
ritis ſingulorum, vel ſi ſingulis inſolidum
ad Roſent.cap.9.concl.66.num.28.& ſub num.
38.61.62. vel ſi concedatur omnibus prin-
cipaliter, vel attentis meritis ſingulorum,
*vt dictas clauſulas recenſet, & ſic diffinit Iacob.
à S.Georg. in ſua Inueſt. verſ. diſtique Vaſalli
promiſſerunt.ſub nu.58.verſ. quartò limitabis*
80 † Ita quod idem ſit Iudicium ac de alijs ſu-
pra, vt patet ex ipſis citat. ſi videantur, ſecus
81 vbi nõ adeſſent huiuſmodi formulę † quic-
quid aliter etiam in feudis dicant Docto:
tot eſſe conceſſiones quot perſonę, *vt Surd.
deciſ.343.numer.1.conſ.427.ſub num.10.34.
Mangil.de imputat.q.36.numer.14.* nam hoc
erroneum eſt *vt infra cap.23. par.1.d verſ.
ad Rol.vſque in fin.nu.20.& ſeqq.& hic ſupra*
82 *num.73. dictum eſt.* † Quid ſi agnationi ſeù
generi ſit conceſſum expreſse feudum? di-
ces videri intrare vnum non dependere
ab altero, & vnum alteri non nocere, *ita di-
cit Alex.(per d.l.3 ff.de interd.) in conſ.30.nu.
15.lib.1. Verùm hanc opinionem reijcit Piſtor.
qq.iur.quæſt.16.num.32.par.2.*ac, (vt puto,
recte) quia in feudo hæ formulæ pro ſe &
filijs pro ſe & genere idem ſonant & ſigni-
83 ficant ex natura actus ipſius, &c. † prout
idem affirmat, licet dicatur de vno in aliũ,
84 *vt num.30.* † Niſi ita dictum ſit expreſſim,
vt ſuccedentes nõ à primo acquirente feu-
dum, ſed à ſolo domino conſequi cenſean-
85 tur *ibi. d. verſ.quamobrem.* † Et adhuc idem,
ſi feudum eſſet conceſſum familiæ *ad eund.
Piſtor.eod.lib.2.q.4.ſub num.89. Vbi reprobat*
86 *Menoch.conſ.161.nu.31.* † Quia cortici for-
mularum non adeò adhærẽdum, quin ma-
gis natura feudi attendatur, quæ (etiam
circũſcriptis huiuſmodi formulis, ſemper
eſt eadem vt ad deſcendẽtes maſculos trã-
ſeat *ad not.per eund. Piſto.d.lib.2.q.1.per tot.*
87 *præſertim à num.17.in ſeqq.* † Confert quod
omnia ad id referũtur, vnde vim capiũt, &
formã originaliter *Ang.conſ.110.n.7.verſ et
88 ideò cõcludo* † & priuilegiũ (vt obiter tãgam)
conceſsũ poſteris, familię, perſonę fęminas
non cõplectitur *Farin.par.1.dec.663.nu.19.
Rot.Rom.*

CAP.

CAP. DECIMVMQVARTVM.

De quarta oppoſ. contr. nouam ratio. tit. An Agnat. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum non videtur capi (vt res reliquæ) iure hæreditario.*
2 *Quare hæreditarium non videtur dicendum.*
3 *Sed reſpondetur data inſtantia de legitima hæreditate* vbi late de hoc.
4 *Res non hæreditaria dicitur de hæreditate, & venis petitione hæreditatis, vt commodatum, pignus vſusfructus, & nu.* 8.
Quinimò hæc dicuntur hęreditaria licet non propriè.
6 *Feuda veniunt petitione hæreditatis, ſunt res hæreditariæ, & inuentario reponenda.*
7 *Quomodo veniant petitione hæreditatis, remiſſiuè.*
Contra Solam, *qui inuentario non deſcribenda cenſuit.* ſub eod.
9 *Aliud eſt quid eſſe de hæreditate, aliud eſſe in hæreditate, & aliud ſuper hæreditate, & numer.* 10.
11 *Quædam dicuntur eſſe in hæreditate quoad detentionem ſeu poſſeſſionem, vnde competat hæreditatis petitio.*
12 *In facultate diſponendi pro arbitrio ius dominij elucet.*
13 *Hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, omnia complectens allodia, & feuda.*
14 *In hæreditate veniunt etiam ea, quæ non erant in pleno dominio defuncti.*
15 *Feuda non eſſe in bonis quomodo intelligatur ideſt ne detrahi poſſit legitima.*
16 *Ne in generali inſtitutione contineantur.*
17 *Ne in generali renunciatione.*
18 *Nec in ſtatuto de lucranda dote.*
Sunt tamen in bonis ſecundum quid. ſub eod.
19 *Quia bona dicuntur à beando, quod verificatur in feudo, & nu.* 20.
21 *Idem de bonis, ac de hæreditate indicatur.*
22 *Licet latius ſit hæreditatis nomen.*
23 *De vocibus* bonorum, & hæreditatis *ſimul copulatis, remiſſiuè.*
24 *Bonis repudiatis etiam feudalia, & emphyteotica cenſentur repudiata.*
25 *Bona feudalia Communiter dicimus, & in bonis eſſe, & nu.* 26.
27 *Nec deſinunt eſſe bona, ſicuti legitima, licet de ea diſponi, aut ea diminui non poſſit, non eò minus dicitur de hæreditate, ſeu de bonis hæreditatis.*
28 *Aliud eſt dicere feudum eſſe quid hæreditariũ, & aliud hæreditarium abſolutè, de quo libera eſt diſpoſitio, nos hic intelligimus, de feudo, vt quid hæreditarium, remanens feudum proprium, cum hæreditarium abſolutè ſit improprium.*

1 NEc feudum dici poſſit quid hæreditarium videtur facere, quod iure hæreditario non capiatur, ſicuti ſolent hoc iure capi reliquæ res hæreditariæ, nam nec poteſt diſponi de feudo, quemadmodum poteſt de reliquis rebus, nec tranſit in extraneos feudum, vt res reliquæ *cap. vn. de ſucceſſ. feu. c. vn. de probib. feu. alien. per Feder.*
2 † Quare hæreditarium dicendum non eſt, *ad Dec. conſ.* 184. *in cauſa iſtorum nobilium, ſub num. 3. verſ. ſi non veniunt. Surd. de vtroque in conſ. 63. num. 19. lib.* 1. Reſpondetur argumentum de neceſſitate non concludere
3 † Et datur inſtantia de legitima hæreditate, quæ non defertur niſi proximioribus, nec alijs (vt legitima) poteſt competere, & tamen illa eſt proprie hæreditas, & res in ea contentę ſunt proprie hæreditariæ, *ita formaliter ad Dec. reſpondet Grat. reſp. 4. num.* 48. *lib. 1. in term. feudi:* ſic legitima eſt ſolum quibuſdam debita, vt filijs, & aſcendētibus, & etiam tranſuerſalibus, vbi eſt perſona turpis inſtituta, & tamen quin ſit de bonis de hæreditate, de ſubſtantia paterna nemo eſt qui dubitet, *per l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. l. ſi quis ſuo teſtamento, l. ſcimus. §. repetitionem, & per tot. tit. C. de inoff. teſt. Craſſ. plenè in §. legitima. quæſt. 1. & ſeqq.*
4 † Imò etiam rem non hæreditariam dici de hæreditate, & venire petitione hæreditatis, patet in commodato, pignore, & in re in qua defunctus habebat vſumfructum, *vt probatur per Surd. conſ. 112. ſub num.* 87. 91.
5 92. *lib.* 1. † quinimò etiam hæc dici hæreditaria *dicis Bertr. conſ. 112. num. 3. lib. 7. in conſ. 171. numer. 3. vol.* 4. licet hoc non proprie, quantò magis verificabitur in feudo? hæc ſunt adeò ſenſui patentia vt probatione nõ
6 egeant. † Ita dicit, & ita feuda petitione hæreditatis venire, eſſe res hęreditarias, & inuentario reponenda *concludit Surd. conſ. 151. ſub num. 103. ad fin. & ſeqq. lib. 2. & ad*
7 *conſ. 108. numer. 38. 39. lib.* 1. † Quibus locis vide quando, & quomodo petitione hæreditatis feuda veniant, *& his adde Loffre. conſ. 14. unm. 3. & ſeqq. vſque ad num. 8. vbi declarationes Alex. conſ. 91. ſub nu. 10. 12. 13. lib.* 1. & his adde adhuc dicenda *infra cap.* 7. vnde male Sol. feuda inuentario nõ deſcribenda cenſuit *tit. de minor &c. in antiq. decr. inuentaria. par. 1. glo. vn. ante fin.*
8 † Dixi de hęreditate qa in hęreditate vere non ſunt depoſitum commodatum; & reli-
9 qua ſupradicta. † Aliud. enim eſt quid de hære-

hęreditate eſſe, vel in hæreditate tex. in l.2.
§. in hac actione. il ſecundo ff. de vi bon. rapt.
10 Surd. conſ.112.ſub num.87. † & aliud ſuper
hæreditate, vt ibid. ſub num. 90.91. Alex.in
conſ. 49. per tot. lib. 3. vbi plenius de hiſce, &
11 vidend.ſecut feudum, vt alibi dicemus † quam-
quam alia ratione poſſint etiam ſupradicta
dici eſſe in hæreditate, nempe quoad de-
tentionem ſeù poſſeſſionem, quarum cauſa
competit etiam pro hiſce hæreditatis peti-
tio ex ſupracit. maximè ex Surd. d. conſ.516.
num.5.verſ. nec mouet, & num. 6.lib.4.et per
Alex.conſ.91.num.10.ſub verſ.comprobatur
etiam, & num.13.lib.1. Natt.conſ.400.num.
3.(quicquid ſit ratione dominij ſecundum
eoſdem) vt propterea reſultet etiam ex eo-
dem fonte reſponſio ad illud, quatenus di-
12 cebatur non poſſe de feudo diſponi, † in
quo (ſcilicet in facultate diſponendi pro
arbitrio) ius dominij elucet l.ſi quis vi.§.dif-
ferentia, & ibi Bart.ff.de acquir.poſſ. dũ adhoc
quod quid hæreditarium cenſeatur, non
ſit ſolum dominium cum facultate libera
diſponendi in cõſideratione, cum vel poſ-
ſeſſio ſola ſufficiat, vt dictum eſt. Sed eſto
quod ſit in cõſideratione, prout re vera eſt,
& multo magis, tamen adhuc oppoſita nõ
intrarent, nec applicarentur, tum quia &
in feudatario eſt dominium ſaltem vtile
infra cap. 48. num. 22. & ſeqq. tum quia pa-
trem poſſe diſponere in pręiudicium filio-
rum dicemus infra tit. de alien. Tum etiam
quia eſto quod non daretur diſponendi de
feudo facultas, non tamen hinc de neceſſi-
tate inferri poſſet, ergo feudum nõ eſt quid
hęreditarium, nam (vt duplex eſt rerum
noſtrarum natura, ſeù qualitas) vt quędam
ſint allodiales ideſt liberę, alię non allodia-
les, ideſt quarum diſpoſitio non ſit libera
in arbitrio noſtro, nihil prohibet quin ambę
13 poſſint in hæreditate contineri † Quia hæ-
reditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod
poteſt omnia ſuo ſinu complecti allodialia,
& non allodialia, qualia ſunt feuda, ad Si-
gnoro.de Homod. conſ. 218. ſub num. 6.iuncta
et nu.2. verſ.item quandoque, et ad Bamm.ad
tit.ſi de feu. def. &c. cap. in generali num.27.
et ſeqq. et ad Alex. in conſ. 136. in fi. lib. 1.
14 † Vbi ex l.item videndum.§.fin.cum l.ſeq.ff.de
pet.hæred. quod in hæreditate etiam veniãt
ea quæ non erant in verò, & pleno domi-
15 nio defuncti † Qua ratione defendi poteſt
quod aiunt feudalia non eſſe in bonis, quia
id eſt verum libere, quia non ſunt in pleno,
& libero dominio, & ideò non cenſentur in
bonis, adhoc vt detrahi poſſit legitima, vt
in his term. non eſſe in bonis dicit Surd.conſ.
16 427.num.32. † Seù ad hoc, vt in generali In-
ſtitutione ſeu alia natione feuda contineã-
tur ad §.in generali, et ibi ſcrib. ſi de feu. def.
etc. cap. 1. de Capit. qui cur. in pri. Surd. conſ.
427.num.55.lib.3. licet contra quod veniãt
in conſ.430. ſub num.20. ſed declarat vt nu. 2.
et ſeqq.et nu. 4. in fin. vbi omnino vide eod.lib.
17 3. † Aut in generali renunciatione vt ibid.
et per Surd.conſ.446.nu.7. 8. ſeù in ceſſione ad
18 eund. conſ.516.num.3.4.lib.4. † Seù in ſtatu-
to de lucranda dote, quod non habeat locũ
in feudalibus, & cætera id genus, de quibus
Surd.conſ.63.nu.28. Bammac.ad tit. ſi de feu.
def.d.cap.in generali num.30.et ſeqq. At quin
ſint in bonis negari non poteſt, ſaltem ſe-
cundum quid, & cum ſeparata natura ab
alijs allodialibus rebus vt per Surd. et Bam-
19 mac.mox.cit. † Nam & concurrit proprietas
verbi, dum bona à beando dicuntur l. bo-
20 norum ff.de verb. ſign. † quod congruit feu-
21 do §.fin. in quib. cau. feu. amitt. † Et idem de
bonis, ac de hæreditate iudicatur l. 1. 2. 3.
et ibi Bart. ff.de bon. poſſ. Surd. in d. conſ. 112.
22 numer.88.lib.1. † licet latius ſit hæreditatis
nomen ad eund. ibid. et ad Menoch. conſ.206.
23 num.128.129.lib.3. † Et de vocibus bonorũ,
et hæreditatis ſimul copulatis V. eund. conſ.
86. num. 66. et ſeqq. Vnde ſi feudum eſt de
hæreditate; ergo & de bonis eſſe dici poteſt.
24 † Prout & bonis repudiatis etiam feudalia,
& emphyteotica cenſentur repudiata Surd.
conſ.338.num.7.lib.3.
25 † Et bona feudalia communiter dicimus
& dicunt ijdem ipſi, qui in bonis negant
feuda eſſe Surd.d.conſ.63.eod.num.28.d.conſ.
26 427.eod.num.32. † Et in bonis eſſe feudalia
dicit Iſern. ad tit. de Capit.qui cur.vend.ad fin.
Iaſ.in l.quod dicitur. 130. ſub numer.31. ff.de
verb.oblig.et probat latè Roſent.in Synop.feu.
cap. 9.concl. 13. numer.9. et ſeqq. vbi de Com.
27 † Nec ob id, quod de bonis pro rata legiti-
mę diſponere, nec legitimam ipſam dimi-
nuere poſſit pater l. quoniam in prioribus
l.ſcimus. § cũ autem C.de inoff. teſt. Caſtellion.
conſ.11.num. 8. Erunt eò minus huiuſmodi
bona quid hæreditarium: vt in d.l.ſcimus.§.
repletionem autem fieri ex ſubſtãtia patris, etc.
Cur non idem & in feudo? & ecce quam
facili negocio ſit ſublatum etiam obſtacu-
lum iſtud.
28 † Et aduerte me cũ myſterio vti hac phra-
ſi feudum eſſe quid hęreditarium, non feu-
dum eſſe hæreditarium, nam aliud eſt eſſe
quid hæreditariũ, quod poteſt verificari in
omni eo quod ſit hęreditatis, ſiuè pinguius,
ſiuè leuius ius ſit illud quod in ea contineat
ad cap.17.num.11.et ſeqq. & aliud hęredita-
rium abſolutè, quod poteſt intelligi etiam
de eo, quod taliter eſt in defuncto, & hære-
de reale, & abſolutum, vt poſſint pro arbi-
trio diſponere, aut quod poſſit in quoſlibet
tranſire ab inteſtato ad Anchar. in conſ.125.
numer.14.et alios per me adductos in dec. noſtr.
flor.

ſlor.51.num.61.62.et in term. feud.ad Piſtor. et alios cit.ſupr.c.2.in fin. Vbi tradunt huius vocis *hæreditarium* varia ſignificata, & in hoc genere, adeóque, & ſub hoc nomine poſſet contineri feudum, quatenus ita daretur, vt ad omnes eſſet tranſmiſſibile, de quo nos in præſentiarum non loquimur, tanquam de indubitabili, ſed loquimur de feudo proprio, in quo cadit ratio dubitandi, & ideó opus fuit contextu *tit. An Agnat. etc.* Cum hæreditarium abſolutè illud ſit improprium, & exorbitans à recta feudorũ natura, *vt in tit.de feu.non hab. prop.nat.feu. etc.* ergó ſtet quid feudũ proprium ſit quid hæreditarium, non ſit tamen hæreditariũ abſolute, quia alioquin non eſſet propriũ ſed improprium, vt ad quoſlibet vltra deſcendentes tranſmiſſibile, contra propriam naturam feudi *ad not. ſupra cap. 1. num.3.et ſeqq.et infra cap.28.part.3.num.32.et ſeqq.*

CAP. DECIMVMQVINTVM.

De quinta oppoſ. contr. nou. rationem, tit. An Agnat. &c.

SVMMARIVM.

1 *Reliquarum rerum hereditariarum ſit pro rata hæreditaria diſtributio.*
2 *Feudi vero viriliter, ſeu æqualiter, & nu.3.*
4 *Reſpondetur nõ concludere argumentum, quia aliarum etiam rerum ſit viriliter diuiſio, vt operarum.*
5 *Exhæredatio rem eſſe hæreditariam preſupponit.*
7 *Operæ fabriles ſunt quid hæreditarium, & tamen pro virili diuiduntur, & num.8.*
9 *Sic ſucceſſio filiorum in bonis liberti.*
10 *Sic legata, vel fideicommiſſa aliquando.*
11 *An viriliter, vel non ſuccedatur non facit coniecturam, an quid hæreditarium vel non hæreditarium ſit, ſed an perſona principaliter fuerit contemplata, an verò tanquam hæres, quod colligitur ſi nominata ſit perſona vel cũ qualitate hæreditaria, vel ſine ea.*
12 *Et per hoc conciliantur textus, qui videntur contrarij, & inconciliabiles,* & nu.ſeqq.
14 *Legata relicta nominatim, vel cum adiectione heredis aut indefinitè an ab hærede, vel à fideicommiſſario ſint ſoluenda.*
15 *Enumeratio perſonarum hunc effectum habet vt exequentur in legato præſtando.*
16 *Duo ſimpliciter nominati heredes, & obligati ad legatum duo rei debendi, ideſt viritim obligati.*
17 *Idem in locatione facta à duobus.*
18 *Idem in promiſſione indemnitatis facta duobus.*
19 *Idem in pluribus nominatim vocatis ex teſtamento confeſſione dotis, donatione, ſententià, &c.*
20 *Fxpreſſio nominum (intercedente copula) operatur, vt quilibet nominatorum viritim conſideretur.*
21 Papin. in l.2. in princ. ff. de fund. inſtruct. *quomodo intelligendus.*
22 *Prædicta in dubio, ſecus ſi aliunde poſſit contraria voluntas deprehendi, & nu. 23.*
24 *Conſiderata varietate circumſtantiarum propter quas variè etiam fuit vel reſcriptum, vel iudicatum.*
25 Laderch. *refertur eiuſdem ſententiæ in conciliandis dictis iuribus poſtea repertus.*
26 *An quis nomine proprio grauetur, multum intereſt.*
27 *Et an alienandi prohibitio, vt percipi poſſit an realis, an verò perſonalis.*
28 *Et in acquiſitionibus per nomine proprio nominatos, ſeu nomine appellatiuo, & num. 29.*
30 *Et an cauſa ſit delegata ſub nomine proprio, vel appellatiuo, aut dignitatis.*
Sic in feudis proprijs, & rectis. ſub eod.
31 *Secus in hæreditarijs.*
32 *Et idem in Emphyteoſi.*
33 *Quomodo fiendæ diuiſiones, remiſſiuè.*
34 *Cum differentia, vt in feudis proprijs vox* heredis *adiecta non qualificet, ſed tantum demõſtret.*

1 QVinta † oppoſitio eſſe poterit, quod reliquarũ rerum hereditariarũ fiat ꝑ rata hereditaria diſtributio, adeó ꝙpro qua parte quis heres inſtitutus eſt, pro ea ſuccedat, vt ſi in tertia, in quarta, in dimidia, in alia, tertiam, quartam dimidiam, aut aliam conſequi poſſit, & ex diuiſione obtinere *§.hæreditas, & §.§.ſeqq. maximè in §.videamus, ibi, & conſtat vacantem partem ſingulis tacitè pro hæreditaria parte accedere Inſt.de*
2 *hæred.inſtit.* † Feudi veró fiat viriliter diſtributio, adeó quod filij inequaliter inſtituti, ſuccedant in feudo equaliter *cap.vn.in prin. de ſucceſſ.feu. & ibid.prepoſ.in prin. & Balzar. ſub num.9.fo.67.col.vlt. ſub verſ. Nota quod ſi aliquis.ibi nota etiam tex.eſt in vſib.feu.in tit. 1.lib.1.§. & quia in fi. ibi, vt ad omnes æqualiter filios pertineat. Bald. in l.liberti libertæque numer.27.C.de op.libert.Surd.ad tit.an agnat. vel fil.numer.24.& 25.cum alijs pluribus, vt*
3 *per eoſdem.* † Et de vtroque, & de feudo, & de alia re hæreditaria, quod feudum viriliter, aliæ res ſecundum portiones hereditarias capiantur *Surd.conſ.63.numer. 19.in fin. numer. 20.& conſ.237.ſub numer.12.vbi alia exempla, & infra cap. 18. verſ. ad tertium. num.16.*
4 † Reſpondetur nec concludere argumẽtum iſtud, quia non ſequitur de neceſſitate,

is

Digitized by Google

ſit viriliter diuiſio, ergo non eſt hæredita-
rium, dantur enim plures inſtantię, vt de
operis quas eſſe de hęreditate *argumento eſt*
tex. l. ſi ex patronis. §. Iulianus,& l. filius pa-
troni.ff.de bon liberti.iuncta l. 1. §.ſed & ſi ff. de
ad ſign. libert. dum his iuribus probatur ab
5 eis filium poſſe exhęredari. † Exeredatio
autē rem eſſe hæreditariam præſupponat
6 *l.cum quidam.ff,de lib.& poſth.* † Quinimo *l.*
fabriles.in fin. l. cum patronus. §.cum libertus
de oper. l.bert. probant operas eſſe quid hæ-
7 reditarium manifeſtè, † Saltem fabriles ſeu
artificiales vt quæ tranſeunt ad extraneos
quoque *vt dd.iuribus, & in infra cap.22.ſub*
8 *princ.* † Et tamen operæ pro virili diuidun-
tur *l.vt iuriſiurandi.7.§.ſi liberi.ff.de oper. li-*
9 *bert.* † Sic ſucceſſio filiorum duorum patro-
norum in bonis liberti pro virili diuiditur
10 *l.ſi libertus.23.§.fin.de bon.libert.* † Sic lega-
ta vel fideicommiſſa aliquando pro virili,
aliquando etiam pro hæreditarijs portio-
11 nibus diuiduntur, vt mox patebit. † Ergò
quod quid viriliter, vel pro portionibus hę-
reditarijs diuidatur, non ex eo dependet, an
quid vel hæreditarium, vel non hæredita-
rium ſit, ſed aliunde dependere neceſſe eſt,
nempe an perſonarum magis, & earu prin-
cipaliter contemplatione quid competat,
an verò earum tanquam hæredum, nam
primo caſu viriliter fit diuiſio, etiam rei hę-
reditariæ, altero verò pro portionibus hæ-
reditarijs: id quod ex eo diſcernitur, nam ſi
teſtator non vſus ſit voce hæredis aut alia
hæreditaria qualitate, ſed tantum perſonas
enumerauit (eas nominatim vocando) di-
citur viritim vocaſſe At ſi eã qualitate hæ-
reditaria, dicetur vocaſſe vti hęredes, quia
per hoc datur intelligi teſtatorem conſide-
raſſe vti hęredes, ſicut e contra ſi eum ſolis
nominibus proprijs, per hoc datur intelli-
gi illas mere perſonas tanquam tales, & nó
tanquam hęredes fuiſſe conſideratas, vnde
ſequitur non eſſe dare inter perſonas ipſas
(tanquam perſonas) maius, & minus, per-
ſonalitas enim eſt ęquo pede dimetienda,
neceſſariò itaque intrat diſtributio pro vi-
rili, hoc caſu, quę non intrat in altero, vbi
hęreditaria qualitas ad portiones hęredita-
12 rias (prout extant) inuitare videtur. † Et ita
conciliantur tex. (qui videntur contrarij)
& quos inconciliabiles cenſuit *Iaſ.ad l.tur-*
pia.§. fin. de leg. 1. et veteres diſſenſiſſe. dixit
Ronchegal.ad l. ſiuè à certis. ff. de duob. reis,
valdè in conciliando elaborat Grego. Lopez.
13 *ſing.animad. iur.cap.29.ſed fruſtra*) † Nam
in l.ſiuè à certis.ff.de duob.reis, ipſiſmet nomi-
nibus proprijs fuit *hæredis* vox adiecta,
qualificans nominatos, de qua qualificatio-
ne poſſet videri *Surd. in conſ.274.num.10.et*
ſeqq.lib.2. vbi in term. huius vocis hęres, &
per alia exempla diſcurrens, cum adiecta
14 ſunt nomina qualificatiua † Sic *Bertran. in*
conſ.18. num.7. lib. 5. diſtinguit ſi legata no-
minatim ſint relicta, vel cum adiectione hę-
redis, vel etiam indefinite, & ait ſoluenda
ab hęrede, non à fideicommiſſario, ſi nomi-
natim hæres fuit grauatus. In alijs verò iu-
ribus, non fuit adiecta vox hæredis, *vt in §.*
ſed vt manifeſtetur.C.de cadue.toll.in d.l.turpia
57.§.fin.l. ſeruus.70. in fi.de leg. 1.l.ita liber.
8.l.qui pecuniam.22.in fin. ff.de ſtat.libe.in l.
15 *hæres mei.124.de leg.1.* † Vbi enumerationē
perſonarum hunc effectum habere, vt exe-
quentur in legato præſtando *et Papin, in l.*
nonnunquam. 24.ff.ad trebell. ibi, *ſi non ſub ap-*
pellatione hæredum, ſed proprijs nominibus ex-
preſſis, et in l. eadem.9.in fin. princ.ff.de duob.
reis. ibi, *ſi pluribus hæredibus inſtitutis teſtator*
dixit Titius, et Mæuius Sempronio decem dato;
16 † quos (ait) eſſe duos reos debendi, ideſt vi-
ritim obligatos, confert cum eadem *et l. ſi*
communis.29. ff. de ſtipul. ſeruor. et idem Surd.
dec.155. numer. 3.et 4. iuncto pro altera parte
17 *num.14.* † Vbi in locatione facta à duobus,
18 *et in conſ.150.nu. 34.* † Vbi in promiſſione
indemnitatis facta duobus, *et numer. 35.*
19 † Vbi in pluribus nominatim vocatis ex
teſtamento, & in alijs quoque, vt in confeſ-
ſione dotis, donatione, ſententia, &c. *et ad*
Decian. in ſubſcriptione ad Menoch. conſ.123.
20 *nu.4.* † Vbi expreſſionem nominum (inter-
cedente copula) operari, vt quilibet nomi-
natorum, viritim, & ſeparatim conſidere-
tur *add. ad Alex.in conſ.38. in ver.perceperit.*
21 *lib.2.* † Et ſecundum prædicta venit intel-
ligendus alibi idem *Papin. ſcilicet in l. 2. in*
princ. ff. de fund. inſtruc. prout legitur in ipſo
22 *ſum.Bart.* † Vt tamen ſcias, hęc eadem pro-
cedere in dubio, nam ſi in cōtrarium extet
voluntas, quę fortè ex aliquo alio deprehē-
di poſſit, hęc erit attendenda, *vt in term.l.*
quoties. 23. ff.ad trebel. et l.vtrum 8.§.quaſi-
23 *tum. ff. de reb. dub.* † Nam vbi aut ex con-
gruentia, aut ex veriſimili, aut aliundè (in-
ſpectis circumſtantijs venari poſſumus vo-
luntatem,) *vt in his textibus mox citat.et ad*
cit.per Surd. conſ.237. ſub numer. 12.13. vbi
exempla vt de lucris nuptialibus.&c.) ſem-
per hæc præferatur huiuſmodi ſubtilitati
verborum *ad l.2. C. Com.de leg.l. in conditio-*
24 *nibus de Cond.et demonſtr.* † Quę quidem re-
rum circunſtantię cum poſſint eſſe variæ
(pro caſuum varietate) ita fit, vt ex varia
voluntate variè deprehenſa, variè etiam
fuerit vel reſcriptum, vel iudicatum *teſte*
Papin.in d.l. nonnunquam. 24. ff. ad trebel. et
Sceu.in l.Lucius Titius.21.§, Mæuia filiũ.ff.eod.
quæ propiereà omnia, & ſingula iura optimè
conciliata, & egregiè in ſuo caſu procede-
re ſatis luculenter oſtenſum exiſtimarim.
Et

Digitized by Google

35 † Et ità poſt hæc ſcripta reperi (ſumma
cum mea lętitia) eiuſdē ſententię *d. Laderch.*
doctiſſimè diſcurrentem (more ſuo) in conſ. 18.
26 *num.* 12. *cum ſeqq.* † Et an quis nomine pro-
prio grauetur multum intereſt, *vide Crau.*
conſ. 98. *num.* 7. 9. 10. *Surd. dec.* 144. *num.* 21.
27 † Et an alienandi prohibitio, adhoc vt
cenſeri debeat realis, vel perſonalis *id Surd.*
28 *in dec.* 125. *num.* 2. 7. † Et in acquiſitionibus
quibuſdam ſemper nomine proprio nomi-
natis *Menoch. conſ.* 222. *numer.* 18. *et ſeqq.*
29 † adiecto nomine appellatiuo *numer.* 32.
lib. 3.
30 † Et in cauſa putà delegata ſub nomine
proprio, aut appellatiuo, aut dignitatis *Id.*
Menoch. conſ. 340. *numer.* 14. *et ſeqq. lib.* 4. vbi
animaduerſiones, *et ad D. Cabal. caſ. crim.*
143. *Surd. conſ.* 262. ſic (in feudis proprijs
ſeù rectis) non ne idem continget vt virili-
ter ſuccedatur, quaſi conſiderata mera per-
ſonalitate? *ſupra num.* 2. 3.
31 † Fac autem eſſe feuda hæreditaria, ab-
ſolute, nonne & hic e contra erit, vt pro hę-
reditarijs portionibus? *teſte, Natt. in conſ.*
32 159. *ſub numer.* 21. † Et prout idem erit in
Emphyteoſi *ad Cald. de renou. Emph. q.* 24. *nu.*
33 13. *et ſeqq.* † Vbi quomodo fiendæ diuiſio-
34 nes plene, † Cū hac tamen differentia, vt in
feudo proprio vox *hæredis* adiecta non
qualificet, ſed demonſtret tantum, & ideò
(ea non obſtante, fieri oporteat diuiſiones
per viriles. Secus in alijs) vbi ea vox ſtat
qualificatiuè, vt ſtare demonſtratiuè pro
maſculis tantum alibi dicimus *infr. cap.* 23.
verſ. filij tunc demum numer. 69. *et ſeqq.* quod
innuiſſe voluimus, ne facilè deciperetis, vt
interim firmum per hęc ſit, quam friuola
euadat obiectio iſta.
35 † Ac (& ſi demus) quod regulariter fiat in-
ter pluras pro hæreditarijs portionibus di-
uiſio, id non obſtat quominus feudum quid
hęreditarium dici poſſit; *adduco pro hoc tex.*
in tit. 1. *§. et quia vidimus in vſib. feud.* Vbi
habetur, ad litteram quod cum feudū aliàs
iure ſucceſſionis ad filios non pertineret,
hodie ſtabilitum eſt vt ad omnes ęqualiter
pertineat. Vi facta in verbis illis (ſtabilitū
eſt) quaſi opus fuerit particulari Imperato-
ris conſtitutiuo, ad *ea quæ dicebamus ſupra c.*
2. *nu.* 29. erat enim primò contra principia
iuris feudiſtici, quod filij ſuccederent in
feudo, item (ſi non contra ius commune)
ſaltem præter ius, quod ſucceſſiones non
poſſent eſſe inęqualis, ſaltē ex diſpoſitioni-
bus hominū vel teſtatorum ergò opus erat
conſtitutione imperiali, ergò hæc in ſuc-
ceſſione feudi ęqualitas ſpeciali iuri ità cō-
ſtituto tribuenda propter infimam, & pecu-
liarem feudorum naturam *infra cap.* 51. *nu.*
49. *et ſeqq.* Iura autem adducta ab initio
capitis procedunt de iure ordinario: à quo
ante receſſum fuit in hoc per legem impe-
rialem; ſicuti ab eo iure ordinario, etiam in
alia materia, quàm feudali recedi aliquan-
do *ſupra hoc cap. oſtenſum fuit cum textib. et*
exemplis.

CAP. DECIMVMSEXTVM.

De ſexta oppoſ. cont. nou. rat. tit. An agnat. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Reliquarum rerum hæreditariarum non datur*
ſucceſſio, niſi delata hæreditate.
2 *Feudi verò, etiam non iure hæreditario, et ea nō*
delata.
3 *Idem in emphyteoſi.*
4 *Agnatus bene agit rei vindicatione, quaſi ſuc-*
ceſſor in re certa.
5 *Reſpondetur ad hoc argumentum, quia poſſit*
eſſe quid hæreditarium, quod tamen aliquo
pacto exeat de hæreditate.
6 *Feudum ab vniuerſo patrimonio ſeparatur, vt*
ſaluum maneat filio non inſtituto.
7 *Nec videtur pater voluiſſe auferre feudum fi-*
lio niſi expreſſerit.
8 *Si iure hæreditario ſuccedatur directa actio, ſin*
ſecus vtilis competet.
9 *Legata, et fideicommiſſa capiuntur titulo ab hę-*
reditario diuerſo, cum tamen ſint de hæredi-
tate, à qua diuelluntur, et num. 12.
10 *Multa de diuerſitate legandi vel inſtituendi, re-*
miſſiuè.
11 *Aliud hæreditas aliud fideicommiſſum.*
13 *Succeſſoris nomen continet etiam ſingularem*
ſucceſſorem.

1 SExto † loco opponi poſſet, quod reliqua
rum rerum hæreditariarum non datur
ſucceſſio, niſi delata hæreditate, aut ex in-
ſtitutione teſtamentaria, aut ab inteſtato,
ſeù iure hæreditario *l. hæres in omne. ff. de*
acq. hæred. cum alijs Iuribus ad id citat. per Ro-
ſent. in ſynop. feu. cap. 2. *concl.* 33. *numer.* 15.
2 † At feudi datur ſucceſſio etiam non iure
hæreditario, vnde quæritur an filius non
hæres inſtitutus poſſit ſuccedere in feudo?
& communiter diſtinguitur, quod aut hæ-
reditas eſt delata, & non poſſit, niſi ea
adita, vt in his term. loquatur *tit. An Agnat.*
vel fil. &c. & §. filius de capit. qui cur. vend.
Aut non eſt dalata, & poſſit *vt latè Bammac.*
(qui hoc vult etiam in feudo hæreditario) ad
tit. ſi de feu. def. cap. Titius q. 1. *per tot. fo.* 187.
addit. ad Iſern. ad tit. an agnat. &c. ſub num. 4.
lit. 10. *verſ. prouidentia col. fin. ſub. princ. verſ.*
& præ-

Digitized by Google

& prætereà vt intelligas, & verſ. ſi verò filius.
vbi hoc modo conciliat ipſum Iſern. ſibi ipſi va-
rÿs in locis (vt ibi) diuerſum. Nam vbi dicit
quod filius (etiam non hęres) ſuccedere poſ-
ſit in feudo, intellige ſi eſſe non poſſit, quia
hęreditas non ſit ei delata, & vbi quod opus
ſit hæredem eſſe, intellige vbi ſibi hęreditas
delata eſt, *vt latè ibid. per tot. col. vlt. illius add.*
3 *ad lit. 10. adde inſ. cap. 35. num. 38.* † Idem &
in Emphyteoſi, *vt ſub eod. n. 4. & ibid. add. in*
verb. quærit gloſ. lit. L. Idem & alij dixerunt
Affl. ad tit. qui ſucceſſ. feu. da. ten. ſub num. 38.
Surd. ad tit. An. agnat. ſub n. 19. verſ. eſt verum
Andr. ab ex ca. lib. pactor. ſub numer. 219.
ſub verſ. tertio ſublimita. Camil. de Curt. in diu.
iur. feu. lib. 1. §. multotiens concedens num. 20.
cum ſeqq. nu. 73. Carol. à Kirch. de feu. ex pac.
& prouid. cap. 3. numer. 103. & 55. Surd. dec.
235. num. 2. conſ. 5. numer. 9. & 10. vbi hanc
eſſe communem, & tenendam, & ibid. idē
eſſe in emphyteoſi, *& conſ. 63. numer. 24. vbi*
etiam de comm. & conſ. 205. num. 43. licet di-
ſtinguat an ſit delata à lege, ſed ſublata à
teſtatore, *Rol conſ. 12. num. 52. lib. 1. Cald. de*
ren. emph. q. 24. ſub num. 8. nor in dec. flor. § 1.
numer. 31. 32. Vbi de iudicatis *teſte Cran. vt*
ibi, & ita etiam fuit tentum in ea cauſa, & ita
etiam iudicatum in Senatu Pedem. teſt. Teſ. q.
4 *for. 91. numer. 17. lib. 2.* † Et agnatum benè
agere rei vindicatione quaſi ſucceſſorem in
re certa, *benè Natt. att. in conſ. 246. num. 10.*

Reſpondetur nec hoc argumentum de
5 neceſſitate concludere, † Nam quid eſſē
poſſe hęreditarium, quod tamen aliquo pa-
cto exeat de hæreditate. *eſt in l. ex hæredita-*
6 *te. 54. ff fam. ercis.* † Feudum verò ab vniuer-
ſo patrimonio quaſi ſeparari à patre, quò
idem ſaluum maneat filio, dicit eleganter
Franc de Amic. in repet. tit. de his qui feu. da.
7 *poſſ. §. faciunt. ſub num. 1. 2. 6.* † Et etiam non
videri voluiſſe patrē filio auferre, niſi ſpe-
cialiter fuiſſet facta mentio *dicit in term.*
Emphyteoſis Alex. conſ. 128. ſub num. 9. lib. 1.
& vide adhuc infra cap. 23. ſub verſ. conſidere-
8 *mus num. 137.* † Sic ſi iure hæreditario ſuc-
cedam directa actio depoſiti, ſin ſecus vtilis
9 competet *l. ſi res tuar. 6. ad exhib.* † Sic & le-
gata, & fideicommiſſa iure particulari lega-
ti, vel fideicommiſſi, & ab hęreditate diuer-
ſo capiuntur, *vt in l. ſi Titius. 16. de leg. 3. La-*
derch. conſ. 87. num. 2. & ſeqq. per tot. ad infr.
10 *cap. 23. verſ. ad Rol. numer. 20. par. 2.* † Vbi
multa de diuerſitate legandi, vel inſtituen-
11 di *Menoch. conſ. 780. num. 3. lib. 8.* † Vbi aliud
hęreditas, & aliud fideicommiſſum, *& conſ.*
86. num. 66. et ſeqq. Vbi etiam ſi voci *hære-*
12 *ditatis* adiecta ſit vox *bonorum*. † Et tamen
hęc ſingularis ſucceſſio eum effectum non
operatur, quin res ipſemet legatę, vel fidei-
commiſſę non ſint hęreditarię ſeu hęredi-
tatis, nam originaliter, & regulariter quidē,
ita ſunt *ad §. non ſolum Inſt. de legat.* ſed per
ſeparationem ab ea deſinunt eſſe hęreditа-
rię. Quare an impoſſibile hoc erit in feudo?
& an minus hęreditarium fuiſſe dixerimus
huiuſmodi data ab reliquo hęreditatis cętu
ſeparatione?

Nec eſt quod in verbo *ſucceſſionis* fiat
fundamentum, quia quinimò retorquere-
13 tur, † Si quidem quatenus feudum ſucceſ-
ſione acquiri dicitur *in tit. de feu. cognit.*
etiam & illud verum eſt nomen *ſucceſſionis*
amplecti etiam ſingularem ſucceſſionem,
ſeù omne genus ſucceſſionis propriè, & im-
proprie, *vt ſupra cap. 9. num. 13. et infra cap.*
30. num. 2. et ſeqq. et addo nunc Rot. Roman.
apud farin. par. 1. dec. 41. ſub num. 17. in term.
feudi.

CAP. DECIMVMSEPTIMVM

De ſeptima oppoſ. contra nou. ration. tit. An Agnat. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum, et hærediias diuerſa.*
2 *Feudum non venit appellatione hæreditatis.*
3 *Non eſt quid hæreditarium.*
4 *Non res hæreditaria.*
5 *Non corpus hæreditarium.*
6 *Non pars hæreditatis.*
7 *Nec iure hæreditario cenſetur.*
8 *Nec petitur tanquam de hæreditate paterna.*
Prędicta omnia confutantur, nec oſſiciunt ratio-ni noſtræ. ſub eod.
Diſtinguendo hæreditatem, hæreditarium, Iure hæreditario. ſub eod.
10 *Aliud feudum, aliud hæreditas, non tamen ſit quin feudum poſſit quid hæredisarium dici, ſicuti aliud hæreditas, aliud ipſa res hæreditaria, et 22.*
11 *Debitum petens exceptione rei iudicatæ nõ ſubmouebitur, ſi hæreditatem poſtea petat.*
12 *Hæreditate vendita non datur contrà venditorē actio pro rebus ſingularibus euictis.*
Hęreditas differt à corporibus hrditarÿs. ſub eod.
13 *Familiæ erciſcundæ iudicium datur pro hæreditate, non pro rebus particularibus, pro quibus Communi diuidundo.*
14 *Aliud dos, aliud res ipſę dotales.*
15 *Res dotalis à dote deffert, ſicut res ipſa hæreditaria ab ipſa hæreditate.*
16 *Aliud dos, aliud hæreditas, et teſtans de dote, nõ teſtatur de hæreditate.*
17 *Hereditas conſiſtit in intellectu, etiam abſq; corporibus.*
18 *Augumentum vel diminutionē non recipiens.*

19 Quicquid recipiant ipſæ res ſeu ipſa corpora.
20 Minuitur tamen ęſtimatio ſeu valor, ſi corpora hæreditaria ſubtrahantur.
21 Ipſũ corpus hęreditatis intellectuale ſubtrahi non poteſt.
22 Hæreditas non eſt pecunia, non bona, non Vſuſfructus, et 23.
Non tamen fit ſeparatio inter iſta. ſub eod.
24 Imo vnum ineſt in alio, res ipſæ in hæreditate.
Idem in dote, vt contentum in continente. ſub eod.
25 Si feudum ſit fœmineum, ita et ſub feudum in eo contentum.
26 Genus continet omnes ſuas ſpecies propriè.
27 Et ineſt in qualibet ſpecie.
28 Verè, et propriè.
Fedum non eſt hæreditas, non eſt quid hæreditarium, non ſequitur. ſub eod.
29 Dos ius vniuerſale eſt.
30 Si tamen ſit in hæreditate, dicitur quid hæreditarium.
Feudũ iure hæreditario non capitur, ergo non eſt quid hęreditarium, nec hoc benè infertur. ſub eod. et ſub num. 31.
31 Feudum etiam iure hæreditario competit.
32 Cohæredi legatum factum, quatenus à ſe ipſo iure hæreditario, pro parte verò quàm ab cohærede capitur iure legati.
33 Effectus eſt notabilis propter imputationes, et debita hæreditaria ſoluenda.
34 Sufficit occaſione tantum hæreditatis capi.
Dummodo et ipſum ſit hæreditarium: ſub eod.
Quicquid ſit in alijs ſub eod.
35 Niſi falcidia voluntate teſtatoris detrahatur.
36 Cadunt in reſtitutionem, quæ iure hæreditario capiuntur, non alia.
Niſi aliter conſtet de voluntate teſtatoris volentis integra legata retineri Aut prohibendo alienationem ſub eod. & 37.
38 Aut ſi teſtator fecerit ſubſtitutionem (legatis exceptis:
39 Omnia reſtituenda ſi rogatus ſit omnia reſtituere.
40 Vel quicquid ex hæreditate peruenerit.
41 Vel portionis voce adiecta, et aliter, vt remiſſiuè.
42 Vel ſi prælegata abſorbent maiorem partem hęreditatis. et 44.
43 Idem in legitima.
In qua an habeant locum dicta formula, remiſſiuè, vbi Surd. ſibi cõtrarius ad notat. ſub eod.
45 Si præcedat fideicommiſſum, et ſequatur legatum, hoc non continetur ſub fideicommiſſo.
46 De ordine ſcripturæ attendenda, remiſſiuè.
47 Secus ſi ſequatur fideicommiſſum.
Contra Mantic. vbi conſtito de voluntate, non eſſe ſtandum ordini ſcripturæ. ſub eod. & ſeq.
49 In dubio regulę ſtandum.
50 Non ordini ſcripturæ.
51 Et ratio, et 52.
53 Non attenditur ordo temporis vel naturæ, vbi conſtat in quem intentio dirigatur.
54 Nec ordo litterę tali caſu, ſed verus intellectus
55 Quo caſu præualeat ordo litterę.
56 Et non præualeat.
57 ordo ſcripturę non impedit cauſam iuris vel voluntatis.
58 Prior opinio tradita nu. 45. et ſeqq. magis cõmunis.
Quo caſu procedat, quod feudum non ſit in hæreditate, nec in generali renunciatione, aut inſtitutione contineatur ſub eod.
59 Es alienum in hæreditate continetur.
60 Non tamem in bonis.
Multò magis feudum erit in hæreditate, cum ſit in bonis ſub eod.
Quia hæreditas omnia continet. ſub eod.
61 Plus vel minus non faciunt differre ſpecie.
62 Reſpectu ſubſtantiæ.

1 SEptimò † opponi poteſt auctoritas multorum tenentium in puncto feudum
non eſſe hæreditatem, & hæc eſſe diuerſa
feudum, & hæreditatem, vt Surd. ad tit. an
2 agnat. &c. num. 12. † feudum appellatione
hæreditatis non venire Roſent. in Synop. feu.
3 cap. 9. concl. 40. ſub num. 11. † Non eſſe quid
hæreditarium Didac. var. reſ. lib. 2. c. 18. ſub
num. 4. verſ. quartò præmiſſis, & verſ. ſeqq.
Valaſc. de iur. Emph. quæſt. 43. Neoſtad. de feu.
4 Holland. ſucceſſ. c. 3. † Non eſſe rem hæreditariam, nec capi hæreditario iure Surd. in
5 conſ. 427. ſub num. 29. lib. 3. † Non eſſe nec
dici hæreditarium corpus, idem Surd. conſil.
6 63. num. 19. 20. & ſeqq. lib. 1. † & non eſſe
partem hęreditatis ibid. ſub num. 20. in fin. &
7 ſub num. 22. † Nec iure hæreditario feudũ
haberi glo. in l. item videndum. 18. §. fin. & ibi
etiam Bart. nu. 1. verſ. nam feudum. ff. de petit.
8. hæred. † Nec peti tanquam ex hæreditate
paterna dicit ibid. Bart. in fin.

Verùm hæc & ſimilia partim vera ſunt, partim verò erronea, ſeù falſa; vt tamen quoquomodo intelligas nihil officere rationi iam firmatę, quod feudum ſit quid hęreditarium, ſeù res quædam hæreditaria, hos terminos diſtingue (re vera inter ſeſe diuerſos) Hæreditatem, hæreditarium, ſeù rem hæreditariam, & iure hæreditario capi. Verùm ſi quidem eſt, & concedimus, feudum non eſſe hæreditatem ipſam. Item verum eſt etiam, quod feudum iure hæreditario abſolute & non ſemper cenſeatur, ſed ex his inferre, ergo feudum nõ eſſe quid hæreditarium ſeù rem hæreditariam, non licebit, & conſequentia hæc omnino falſa eſt,

eſt, ac erronea omnino.
9 † Aliud (vt de primo videamus) eſſe hę-
reditatem, aliud feudum certum eſt, at feu-
dum non eſſe quid hæreditarium, non benè
ſequitur, quia quid poteſt eſſe, & eſt hęredi-
tarium, quod tamen non eſt hęreditas ipſa,
& ita dicemus, aliud eſſe hæreditatem, &
aliud rem hæreditariam, vt probatur *in l. ſi*
10 *quis cũ totum. 7. §. fin. ff. de excep. rei iud.* † Vbi
qui debitum petit hæreditaria exceptione
rei iudicatæ non ſubmouebitur, ſi hæredi-
11 tatem poſteà petat, & e contra; † *& in l. 1.*
C. de euict. vbi (hæreditate vendita, non da-
tur contra venditorem actio pro rebus ſin-
12 gularibus euictis. † Et hæreditas differt à
corporibus hæreditarijs *Alex. conſ. 136. ſub*
num. 9. lib. 1. in conſ. crim. diu. 139. num. 22. 23.
vbi effectus tom. 1. Cephal. conſ. 436. nu. 44. 45.
46. lib. 3. Surd. in conſ. 470. ſub num. 2. & 3. lib.
13 *4. in conſ. 354. num. 9. & 10. lib. 3.* † Vbi fami-
liæ erciſcundæ iudicium datur pro hære-
ditate non pro rebus particularibus, pro
quibus datur communi diuidundo.
14 † Sicut pariter dicimus aliud eſſe dotem,
aliud res ipſas dotales *Gabr. conſ. 37. num. 9.*
15 *lib. 1.* † & dotem à re dotali differre, vt rem
hæreditariam ab ipſa hæreditate *ait Ruin.*
conſ. 139. nu. 5. lib. 5. licet aliquando (at im-
propriè) dos pro re dotali accipiatur, & hę-
reditas pro re hæreditaria, *vt ibid. per Ruin.*
iuncto num. 4.
16 † Aliud dotem, aliud hæreditatem, quæ
inter ſe differunt ratione, & diffinitione,
vnde ſi quis de dote teſtetur non dicatur de
hæreditate teſtari, ſed de re certa *Surd. conſ.*
287. ſub num. 17. lib. 2.
17 † Dignoſcitur differentia ex eo, quod hę-
reditas eſt quid in intellectu conſiſtens, etiã
ſine corporibus hęrditarijs *l. hæreditas. ff. de*
18 *pet. hæred. Surd. d. conſ. 470. ſub num. 2.* † Nec
augumentum aut diminutionem recipiẽs.
19 † Niſi reſpectu corporum rerumq; ipſarũ,
quæ recipiunt *Ruin. conſ. 27. num. 12. lib. 4.*
20 *Menoch. conſ. 272. ſub num. 67. lib. 3.* † Vbi ta-
metſi per ſubtractionem rerum ſingulariũ
non minuatur ius vniuerſale, attamen mi-
nuitur ipſius hęreditatis valór, & ęſtimatio,
21 † & ibi quod (licet ipſum corpus intelle-
ctuale hęreditatis non poſſit ſubtrahi,) atta-
men res ipſæ poſſunt cęlari *per l. 2. C. quan.*
& quib. quarta part. lib. 10.
22 † Nec hæreditatem eſſe pecuniam, vel
bona ipſa hæreditaria *dicit Mantic. de coniect.*
lib. 4. tit. 5. arti. 7. num. 3. in fin. vbi quod aliud
eſt hæreditas, & aliud res hæreditariæ
23 † ſicut nec vſus ſunt res ipſę, quibus quis
vtitur, vel fruitur, vt dicit *Cenc. de cenſ. par. 1.*
cap. 1. q. 3. art. 2. nu. 3. ad fin.
Hæc autem (vt vti ita ſint) ſitne per hanc
differẽtiam excluſio ſeu ſeparatio vnius ab
alio, rerum hæreditariarum ab hęreditate
24 ipſa? minime verò, vt patet ad ſenſum † Immò
verò vnum adeſt in altero, res hęreditarię
inſunt in hæreditate *Alex. conſ. 49. ſub nu. 6.*
lib. 3. & patet ex eiſdem ipſis pręcit. *& Id.*
Alex. in conſ. 79. num. 6. lib. 5. vbi, & idem in
dote, vt contentum in continẽte, vt ſpecies
in genere, inter quę non eſt omnimoda dif-
ferentia, cum eadem eſſe dicantur, natura
rei contenię, quę eſt ipſius rei & corporis
25 continentis. † Vt ſi feudum ſit fęmineum,
ita & ſub feudum ſub eo contentũ *Menoch.*
26 *conſ. 148. nu. 22. lib. 2.* † Et genus continens
ſub ſe ſuas ſpecies cõtineat propriè, *vt ibid.*
Menoch. nu. 23.
27 † Et inſit in qualibet ſua ſpecie propriè
l. 1. §. conuentionis. ff. de pact. Surd. dec. 255. ſub
28 *nu. 20.* † & vere & propriè in qualibet ſua
ſpecie repreſentetur *l. ſi quid earum. §. inter-*
emptum. de leg. 3. Alex. in l. 1. ff. de off. eius &c.
Surd. cõſ. 121. n. 3. lib. 1. Natt. cõſ. 347. ſub n. 1.
Applicemus ad caſum, feudum non eſt
hęreditas, bene eſt, At feudum non eſt (per
hoc) hęreditarium quid, malè; quia hęredi-
tas rem hęreditariã poteſt cõtinere, ſi adſit,
ergo & feudum continebit, ſi ſit in hęredi-
tate, non erit hęreditas feudum, erit tamen
res hęreditaria, aut ius hęreditarium, aut
quid hęreditarium; in ipſa hęreditate con-
tentum.
29 † Non ſecus ac dos ipſa, quę (vtcunquè
ſit ius quoddam vniuerſale) *Alex. d. conſil.*
79. num. 6. lib. 5. & d. conſ. 49. num. 7. lib. 3. &
30 *Gabr. d. conſ. 37. ſub num. 9. lib. 1.* † ſi tamen in
hęredirate ſit, & res hęreditaria, ſeù quid,
ſeu ius hęreditarium dicetur *iuxta Alex. d.*
conſ. 49. ſub d. num. 6. lib. 3. & per tot. vbi am-
pliùs quod redacta ex dote ſint de hęredita-
te, *vt ibi, præſertim. ſub num. 4. 5. &* 8.
Hactenus quod feudum non ſit hęredi-
tas, hoc non efficere quominus quid hęre-
ditarium eſſe cenſeatur viſum eſt: An verò
hoc efficiet, ſi dicamus, quod iure hęredita-
rio non capiatur? nec hoc quidem; primò
(deſtructo hoc ſuppoſito) id ipſum conuin-
cetur. Secundo verò eo etiam conceſſo.
In primis admittendum non eſt ſimpli-
citer, quod feudum iure hęreditario non
31 capiatur, † quia etiam iure hęreditario capi
oſtendit *tit. An agnat. &c. & §. filius. de capit.*
qui cur. vend. quibus locis ſi non poteſt feu-
dum retineri repudiata hæreditate, ergo
titulus hęreditarius intrat, ergo iure hęre-
ditario, quia quod capitur vt hęres, iure hę-
reditario dicitur capi ex iuribus in ſeq. fun-
damento allegandis. Et capi iure hęredi-
tario à filio eſt *glo. ad literam. in l. item viden-*
dum. 18. §. fin. ff. de pet. hæred. & latiùs etiam
dictum fuit ſup. cap. 4.
Sed (concedamus) citra tamen pręiudiciũ
 pręfatę

prę{atę veritatis) feudum non iure hęredi-
tario capi, vt poteſt contingere ſi ſucceſſio-
ne ſingulari ſuccedatur à filio, quia forte
pater alium inſtituit heredem *vt ſupra c. 16.
& infra cap. 27.* Nec hoc concludere, iure
hęreditario non capitur, ergo non eſt quid
32 hęreditarium, demonſtratur. † Fac cohęre-
di legatum quid de rebus (vt regulariter fit)
hęreditarijs? certum eſt quod pars rei, qua-
tenus à ſe ipſo capitur, iure hęreditario ca-
pitur, licet quatenus à cohęrede iure legati
*l. planè. 34. §. ſi duobus. l. legatum. 116. §. 1.
l. filio 89. de leg. 1. l. ſed & ſi 6. in fi. ff. de hæred.
inſtit. l. 1. §. ſi quis ex mortis. ff. quor. legat. l.
Titia. 34. §. Lucius de leg. 2. l. hæredi. ff. de his
quib. vt indign. l. inter. ff. fam. erciſ. Crau. conſil.*
33 *316. ſub num. 3. Surd. dec. 269. nu. 7.* † & effe-
ctus ſunt notabiles, nam de eo quod capit
iure hęreditario ſoluet debita *Gamm. dec. 5.
ſub princ. verſ. hinc eſt. num. 2.* Item cum in
falcidiam, ſeu trebellianicam, ea tãtum ſint
imputanda, quę iure hęreditario capiuntur
*l. quod autem. l. Neſennius. l. fundo. 4. l. qui fun-
dum. §. 1. l. in quartam. ff. ad leg. falc. l. filium
quem habentem. C. fam. erciſ. Manſ. de coniect.
vlt. vol. lib. 1. tit. 7. num. 10. 11. Surd. dec. 269.*
34 *num. 6. & ſeqq. conſ. 206. ſub num. 16.* † etiam
ſi occaſione tantùm hæreditatis capiantur
Crau. d. conſ. 316. ſub eod. nu. 3. dummodò, &
ipſum ſit hęreditarium *Surd. dec. 271. num. 8.*
quicquid ſit in alijs quartis ex ſtatuto, vel
conſuetudine *iuxta eund. Surd. in deciſ. 119.
num. 29.* pars tantùm illa, quę à ſe ipſo capi-
tur, (id eſt iure hęreditario) imputabitur,
alia vero quę à cohęrede (tanquam iure le-
35 gati) non imputabitur *vt dd. viribus* † Niſi (&
hęc erit bona limitatio ad prędicta) ex vo-
luntate teſtatoris falcidia detrahatur, qui à
duodecima ſaltem pars imputabitur, vbi
aliàs totum triens imputaretur in ſpecie *l.
Titia 85. ff. ad leg. falc.*

36 † Sic ea cadent in reſtitutionem fideicõ-
miſſi, quę iure hęreditario, non quę non hę-
reditario capiuntur *l. paulus reſpondit. aliàs
l. lex falcidię. 24. ff. ad leg. falc. l. in fideicommiſ-
ſariam. 18. §. fin. ff. ad trebell.* Niſi aliter con-
ſtet de voluntate teſtatoris volentis integra
legata retineri, vt ſi prohibuerit alienatio-
37 nem † quia prohibita alienari non cadũt in
reſtitutionem *l. lucius. 78. §. pluribus. ff. ad*
38 *trebel. Menoch. praeſ. 194. num. 15. lib. 4.* † Vt ſi
teſtator fecerit ſubſtitutionem legatis ex-
ceptis, *Surd. conſ. 253. ſub nu. 5. & ſeqq. lib. 2.*
39 † ſicut e contra omnia cadent in reſtitutio-
ne, ſi omnia bona rogatus ſit reſtituere. *De-
cian. ad conſ. 141. ſub nu. 33. apud Menoch. lib.*
40 *2. Ipſe Menoch. conſ. 86. num. 70. lib. 1.* † Vel
41 quicq̃d ex hęreditate mea peruenerit, † Vel
hac voce (portionis) ſimpliciter adiecta aut
per aliàs huiuſmodi formulas relatas *per
Menoch. d. praeſ. 194. num. 19. & ſeqq. 31. 34.
35. & nu. 3. ibid.* & alios caſus ponit *Id. Me-
noch. conſ. 232. à num. 39. ad 44. lib. 4.* Vbi ex
alijs coniecturis, *& conſ. 884. lib. 9. vbi nu. 15.*
42 † ſi prælegata abſorbent maiorem partem
hęreditatis *Surd. conſ. 412. nu. 40. & ſeqq. vbi*
43 varię formulę *conſ. 458. nu. 23. 24* † Vbi idẽ
in legitima *conſ. 541. nu. 33. in conſ. 565. ſub
nu. 23.* Vbi ꝙ hę formulę non haberent locũ
in legitima contra ac dixerat *in d. conſ. 458.*
44 *Aret. conſ. 151. ſub num. 5.* † Vbi ſi legata ab-
ſorbeant hęreditatem cenſeri portionem
hęreditariam.

45 † Aut ſi pręcedat fideicommiſſum, & ſe-
quatur legatum, hoc non contineri ſub fi-
deicommiſſo *ex comm. (à qua in iudicando nõ
ſit recedendum) teſtatur idem Menoch. d. conſil.*
46 *86. num. 21. & 22.* † Vbi de ordine ſcripturę
47 attendendo *et num. 57. 72. 73. et. 89.* † Secus
ſi ſequatur fideicommiſſum *num. 3. 62. 86.
87. et in d. praeſ. 194. num. 28. et ſeqq. lib. 4.* cui
tamen reſiſtit *Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 7.*
48 *tit. 7. nu. 2. et 3.* & placet eius opinio. † Quia
vbi conſtat de voluntate, non eſt ordini li-
teræ fidendum: *vt ibid. Mant.* conſtare autẽ
dicitur ex regula, quod quę iure hęreditario
capiuntur reſtituuntur, vel ex limitationi-
bus in contrarium ſupraſcriptis, aut alijs, ex
quibus veriſimiliter pateat teſtatorem om-
nia velle reſtitui, & quæ iure hęreditario,
& quę non, ſed iure legati vel prælegati ca-
49 piuntur. † Quod ſi ſimus in dubio regulę
ſtandum eſt *Morot. reſp. 1. numer. 21. et ſeqq.*
50 † Non ordini ſcripturę in hiſce term.

51 † Quia hic non ſumus in concurſu rerũ,
vel perſonarum, vnde cadere poſſit quęſtio
prælationis, aut aliqua rerum ſeries, vnde ad
ordinem mentis poſſit veriſimiliter inferri,
in quibus term. propriè loquuntur iura *gl.
in l. 3. §. quidam liberis. in verſ. hæreditarium.
ff. ad trebel. ad id. cit. per Menoch. de præſumpt.
194. d. num. 28. in princ. lib. 4. et ad dec. noſtr.
Lucen. 13. num. 52. et Lucen. 64. nu. 38. flor. 1.
num. 63. flo. 54. num. 8. flor. 53. num. 4. et ſeqq.
cum ibid. addit. Surd. conſ. 451. num. 58. lib. 3.*
52 † Sed ſumus in mera voluntate, citrà aliquẽ
ordinem coniecturanda, quo caſu ſuccedit
non attendi regulariter ordinem Literę, *vt*
53 *ait Surd. d. num. 58.* † & non attendi ordinem
temporis, vel naturæ, cum (in quem inten-
tio dirigatur) conſtat, *Nat. conſ. 120. num. 5.*
54 *et 6.* † non attendi ordinem litteræ, ſed ve-
rum intellectum verborum, nec ordinem
litteræ ſenſum variare, probatur ex *l. ſi ita
quis ſubſtitutus, vbi Bald. ff. de hæred. inſt. Docto.
in l. ambiguitates. C. de teſtam. Surd. conſil. 534.*
55 *num. 7. lib. 5.* † *Sic l. hæredes. §. fin. ad trebell.*
procedit quando teſtator inter plures oſtẽ-
dit ordinatam affectionem, quo caſu ordo
litteræ præualet, vt ſciatur quis ex nomi-

natis

natis præferri debeat. Secus extra conſimi-
56 lem caſum: † ſecus,(quod ampliùs eſt)etiã
vbi ageretur de prælatione, quatenus poſ-
ſet præpoſteratio videri inconſiderara, pu-
tà ſi cõceſſum ſit feudum, tam pro fęminis,
quam pro maſculis, nam nõ propterea per-
uerti regularem naturam ſubiectę materię,
quia ſcilicet maſculi prius ſuccedaot, *dicit
Garzon.de fœm.ad feu.recip. num.31. ſequitur
Henric.à Roſent.de feu.concl.40.in gl.d. cap.7.
alios referens et Menoch.conſ. 400. num.10. et
11.lib.4.Bald.in l.Gallus.§. quidam rectè. in fi.
et ibi Iaſ.nu.37.ff.de liber. et poſth.* Porrò quã
facile huc intrare poteſt hæc inconſidera-
tio in teſtatore ipſo, qui caſu magis, quam
firmo iudicio, aut excogitato ordine varia
diſponit, hoc vel illo loco non curat, nec de
iure curandum videtur, quia quoad conſi-
57 ſtentiam, nullum prius eſt altero. † Quia
ordo ſcripturæ non impedit cauſam iuris
ac voluntatis, *vt ait Odoff.ad l.2.§. ſi priùs.ſub
num.2.maximè paulò ante fin.et ſub num. 4.ad
fin.prima col. ff.de vulg.* Vbi late de hac ma-
teria, *et ibid.Iaſ.et alij:* quare velle coniectu-
ram voluntatis deſumere, vbi voluntas non
eſt, aut vix ea eſt, id qua ratione fieri poſſit
non ſatis intelligo.

58 † Verùm priorem ſententiam de qua *ſu-
pra nu.45.et ſeqq.ſequutus eſt Peregr.de fideic.
art.7.num.63. et ſeqq.* vbi etiam hanc magis
communem aſſeuerat, ita quod nunc diffi-
cile eſſet ab hac recedere in conſulendo, &
iudicando *Graſſ.teſte.in §. fideicommiſſum. q.
47.num.4.in fin.et ibi V.per tot.de hoc.*

Sed quo vſque collabitur calamus? ad
rhumbum.ergò cum nil repugnet, quin res
hæreditaria ſit, & quod iure hæreditario nõ
capiatur; concludemus ne in feudo ſolo ꝙ
hæreditarium non ſit, tametſi iure hæredi-
tario non caperetur? cur diuerſum in eo, ac
in alijs ſtatuerimus? multò magis quia etiã
iure hæreditario regulariter capi ſupra di-
ctum ſit.

Quare ab initio ex aduersò citati, vel ma-
le loquuti ſunt, quod in hæreditate non ſit
feudũ, vel in alijs term. benè dixerunt, qua-
tenus ſub appellatione bonorum, vel hęre-
ditatis non contineri aſſeruerunt in term.in
quibus loquuntur, vt ſcilicet non compræ-
hendantur ſub generali hominis pronun-
ciatione bonorum, vt in renunciatione, in-
ſtitutione &c. *prout iam dictum eſt ſupra cap.
14.num.15. et ſeqq.* non autem quod hoc ſit
verum ſimpliciter, cum & ſub bonorum ap-
pellatione contineri ibid.ex magis commu-
ni dictum ſit, & quod ſub appellatione hę-
reditatis, conſtet ex hoc *ipſo cap. ſupra num.
29.et ſeqq.et ad cap.14. et alibi paſſim.*

Rurſus adhuc fateamur, feudum non eo-
dem prorſus iure hæreditario cenſeri, ac
reliquas res communiter hæreditarias, nec
per hoc quidem effici poteſt, aut impediri
59 quin feudum quid ſit hæreditarium. † Nam
ſi æs alienum in hæreditate continetur *l. 1.
60 C.ſi cert. pet.* † licet non ſit in bonis *Menoch.
conſ.206.nu.128.129. lib.3. Mant.de coniect.
vlt.vol.lib.x.tit.2.ſub num.23.Surd. conſ.112.
num.23.Bertrand.in conſ. 172.num. 5.volu.3.
par.2.et text.in l.ſi cui. 6. §. bonorum, vbi ele-
ganter et §. ſi ab impuberis, vt in poſſ. legat.*
quantò magis feudum, quod eſt in bonis,
vt in ſpecie iam probatum eſt iſtud omne
ſupra d.cap. 14.ſub princ.iuncto fin. & genera-
le eſt quod in hæreditate plura continẽtur
diuerſi generis, alia pinguiora, alia minus
pinguia, vt tamen omnia ſub ea conti-
61 neantur; † Nec enim plus, & minus faciunt
differre ſpecie *l.fin.ff.de fund.inſtr.ſurd.deciſ.
62 7.num.22.in conſ.427. num. 48.* † Reſpectu
ſubſtanriæ, vt ita intelligit hoc axioma *id.
Surd.in conſ.138.ſub num.14. reſpondendo ad
obiectum ſub num.1. in fin.* vt per hæc redda-
tur (quod dicimus feudum eſſe quid hęre-
ditarium, ſublato obice nono) omnino pal-
pabile & manifeſtum,

CAP. DECIMVM OCTAVVM.

De octaua oppoſ. contr. nou. rationem, tit. An Agnat. &c.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſtipulans ſibi et filijs non videtur ſtipula-
ri filijs, vt hæredibus, ſed filijs, vt filijs, vnde
poterunt repudiata hæreditate feudum vel
phyteoſim retinere.*

2 *Quià hæc non ſunt de ſui natura tranſitoria ad
hæredes, et num.3.*

Queſtio an filijs vt filijs, an filis vt hęredibus
improbatur ſub eod. & ſeqq.

*Et cauſæ etiam ſic motæ quæſtionis examinan-
tur et reijciuntur.*

*An ſcilicet ad hoc, vt filius poſſit repudiata hæ-
reditate rem retinere.*

*Aut an filius poſſit etiam in vita patris vti frui
re huiuſmodi inſtipulatum deducta.*

4 *Aut an ſuccedere habeat poſt mortem patris &
quidem æqualiter* & ſeqq.

7 *Diuerſum eſt vbi filijs & hæredibus.*

8 *An poſſit pater præiudicare in his, quæ filio vt
filio.*

9 *Vnuſquiſque hæres tenetur ſtare facto defun-
cti*

10 *Vbi pater ſtipulatur, ſibi & filio, non per hoc
ſequitur quin ſimul etiam vt hæredi, oſtendi-
tur ex ſtipulatione ne à ſe neuè à filio ſuo pe-
tatur. et num.11.12.*

Digitized by Google

Preſumptio quod filio cenſeatur ſtipulatum vt hæredi reijcitur ſub eod. 12. & ſub 13.
In feudo an filijs vt filijs an vt hæredibus, & quod vtrũque cõcurrat, adeo quod ſi hæredes non ſint retinere non poſſint ſub eod.
Alia ſimilia, remiſiuè ſub eod. 13.
14 *Si filio vt filio, ergò non erit locus ordini ſucceſſiuo, non ſequitur, data inſtantia de priuilegio immunitatis patri, & filio conceſſo, quod etiam in vita patris vim ſortitur in filio.* & declaratur.
15 *Si pater ſtipuletur ſibi & filio operas liberti, hic filio vt filio, & tamen non niſi poſt mortem patris ordine ſucceſſiuo intelligitur effectus ſtipulationis in filio.*
16 *Si filio vt filio, ergò æqualiter facienda diſtributio, nec argumentum concludere manifeſtè oſtenditur.*
17 *Lex debet eſſe de dubitabili.*
18 *Queſtio* an filijs vt filijs, &c. *eſt de indubitabili, ergò inutilis. & num 27.*
Pater cenſetur ſemper filijs vt filijs ſtipulari ex naturali voto, deſidero &c. ſub eod.
19 *Ardet deſiderium paternum erga liberos de bonis in eos transmittendis.*
20 *Plura de amore affectibus &c. parentũ in filios, remiſſiuè.*
21 *Exemplum in feudo.*
22 *Sanguinis ſeu filiationis ratio præſumitur cauſa finalis diſpoſitionis paternæ.*
23 *Idem in nepotibus in quos ardentius deſcendit, quàm in filios.*
24 *Queſtio* an filijs vt hæredibus, *non pertinet ad motiuum ſeu cauſam acquirendi filijs, ſed ad modum, ſcilicet an oporteat eſſe hæredes, an verò alio titulo acquirere poſſint.*
25 *Refert an quid iure, ſeu nomine proprio competat, an hereditario.*
26 *Quæſtio an filijs vt hæredibus eſt de indubitabili.* & cur num. 27.
28 *Ius eſt ſemper certum, & modi acquirendi certi & præſcripti.*
Ad modos autem caſui applicabiles recurrendũ. ſub eod.
29 *Et inquirendum primò, an ſis capax, & poſſis conſequi, mox ad modum recurrendum.*
30 *Non confundendo vnum modum cum alio, nec vnum pro altero vſurpando.*
31 *Hæc autem modorum cognitio non pendet ex quæſtione an filijs vt filijs &c.*
32 *Et hæc materia ad certam regulam reducitur. Diſtinguendo vltimas voluntates ab actibus inter viuos, de quibus nunc agitur.* ſub eod.
33 *Stipulationes parentum in filios diuiduntur. Prima quando pater filio ſoli ſtipulatur. Secunda quando ſibi & filio,*
34 *In qua inſiſtendum relicta quæſtione, an pater ſibi & filijs &c. tanquã inutili, & damnoſa, multarum difficultatum cauſa, & repugnantiarum.*
35 *Et inſiſtendum in eo, an quid iure proprio competat filio, an verò iure hæreditario.*

ATqui ſaltem in ſtipulatione ſeu conceſſione feudi pro ſe & filijs, ſeu liberis admittendum videtur, quod feudum nõ
1 ſit quid hæreditarium; † quia pater non videtur ſtipulatus filijs vt hæredibus, ſed filijs vt filijs, qui propterea etiam repudiata hæreditate poterunt feudum ſeu emphi-
2 teoſim eccleſiaſticam retinere † Cum hæc non ſint de his, quæ ſui natura ad heredes extraneos tranſmitti ſoleant, & ideo in filios etiam non hæredes deſcendant, *ex theorica Bart. in l. quod dicitur 130. num. 6. & ibid. alij ff. de verb. oblig. Iaſ. ſub num. 33. Bal. latè hinc inde arguendo in auth. ſi quas ruinas. ſub num. 8. per tot. vbi in verſ. in contrarium. ita tenet. C. de Sacroſ. Eccleſ. Zaſ. in l. quodcunque 45. §. ſi ita quis. ff. de verb. oblig. & ibid. Caſtr. & idem in l. idem Iulianus. aliàs incipit l. ſi ſeruus 39. §. ſi quis alicui. ſub numer. 4. de leg. 1. Mantic. de tac. & amb. lib. 14. tit. 19. num. 6. & lib. 22. tit. 17. num. 4. & 12. alij. citantur infra cap. 26. ſub princ. Surd. (alios referens) in dec.*
3 *322. nu. 7. et 79.* & † vbi de ſeparandis bonis per filios heredes cum beneficio legis, & inuentarij contra creditores, *per tot. dec. ego dec. flo. 51. per tot. vbi pleniſſimè.*

Reſpondendum eſt, cum pace, tantorum ante hac virorum) & quicquid etiam ipſe (imò magis Rota flor. ſic cum alijs concurrerit, ſi quidem vſus magnus eſt tyranus) hac quæſtione, an pater cenſeatur ſtipulatus filijs vt filijs, an filijs vt heredibus, nihil inſulſius nihil inutilius, imò verò nihil (in caſibus occurrentibus) preiudicialius.

4 † Conſideremus fines ſeu effectus: Ad quid enim mouiſſe queſtionem hanc? Certè vna ex ſequentibus cauſis, ſi quidẽ aut ideo (quod ſi filio vt filio, filius poſſit non eſſe heres, & citra hereditariam qualitatem aſſequi rem in ſtipulatum deductam.

Aut ideo, quod ſi filio vt filio, filius poſſit etiam in vita patris vti frui ea re in ſtipulatum deducta.

Aut ideo quod ordine quidem ſucceſſiuo (equaliter tamẽ ſuccedat tametſi fuiſſet à parente inequaliter, & forte in minori parte inſtitutus.

Ad hos tres caſus (in ſumma) redigi poſſe finem huiuſce quæſtionis exiſtimarim, alios præter iſtos non dari: vt quoad primum, de eo *patet ex dictis iurib. numer. 2. iam pracit.*
5 † de ſecundo patet *ex Bart. in l. gallus. §. quidam rectè. ſub num. 7. & 8. Alex. nu. 8. Aretin. ſub num. 7. col. 3. in fin. & col. 4. per tot. Imol. num. 24. & 25. Alber. nu. 10. & alijs ff. de lib. & poſth. &c. Iaſ. in d. l. quod dicitur nu. 27. &*
6 *ex alijs ibid. ff. de verb. oblig.* † & de tertio patet

tet ex *Bart. in d. §. quidam rectè: ſub num. 8. 9.*
§. ſi liberi. l. vt iuriſiurādi. circa prin. ff. de oper.
libert. Bald. in l. ſi tibi decem §. ſi pactus. num. 3.
verſ. item ſi ſint heredes. ff. de pact. Alex. alios
referente in conſ. 8. num. 2. lib. 3. Couarr. var.
reſol. lib. 2. cap. 18. col. 9. verſ. nono ab eadem
7 *radice Mantic. de tac. & amb. lib. 22. tit. 17.* † vbi
vlterius diuerſum eſſe ſi ſtipulatum ſit fi-
lijs & hæredibus *& num. 27. & ſeqq. vſque*
8 *in fin. vbi de vtroque hoc dicto* † ſciò quod
hinc oritur etiam quęſtio, an poſſit pater
præiudicare in his, quę filio vt filio, de quo
varię sũt opiniones iuxta *Alex. Imol. Aret.*
& alios in d. Iulianus aliàs ſi ſeruus. 39. §. ſi
quis aliquis alicui. de leg. 1. Bertr. conſ. 283.
ſub nu. 8. vol. 4. & infra cap. 23. vberius exa-
minabitur: ſed hoc ipſum dependet ex vno
ex dictis tribus, ſcilicet ex primo, quia ſi
poſſit repudiata hęreditate feudum retine-
re, ergò feudum nomine & iure proprio
ſpectaret, & ſic alter alteri nõ pręiudicaret:
vel ſi non poſſet repudiata hęreditate feu-
dum retinere, ergo iure hæreditario, & ſit
9 alter alteri pręiudicare poſſet † cum quiſq;
hęres facto defuncti ſtare teneatur, vt tit. de
alienar. & alijs infra ſuis locis plenius di-
ſcutietur. *Loffred. conſ. 1. ſub num. 89. per reg.*
quod ipſit. ff. de reg. iur.

Hęc cum ita ſint, ſingula videamus, &
quęſo palpemus, & re ipſa experiamur, an
ex ſic formata quæſtione (de filijs vt filijs
vel de filijs vt hęredibus) reſultet de neceſ-
ſitate effectus primus, vt poſſit competere
feudum filijs vt filijs ſeiunctim ab hæredi-
taria qualitate, hic primo (ad probandum
quod ſimilis effectus verificari non poſſit)
10 occurrit vna inſtantia † pater ſtipulatus eſt
ſibi & filio ne à ſe neue à filio petatur: hic tu
dic ſtipulatum fuiſſe patrem filio vt filio,
neque enim de hærede aliqua mentio; An
ergò ceſſabit quod non vt hęredi? minime
verò, quid enim ſi ſolus pater debitor ſit,
quid opus habet filius beneficio huiuſce ſti
pulationis tãquam filius? ſane nihil, quia ſi
hęres non ſit, ipſo iure abſolutus eſt & exẽ-
ptus ab oneribus patris hæreditarijs *toto tit.*
C. ne fil. pro patr. reſtat ego vt egeat hac ſtipu
latione paterna, ſi ſit hęres, quia eo caſu de-
mum & ipſe aſtrictus eſſet ſolutioni, à qua
liberatur mediante eadem ſtipulatione.
11 † Nunc verò è contra, fac filium ęque ac
patrem ſimul obligatum, non ne proderit
ſtipulatio filio, etiam ſi hęres nõ eſſet? pro-
derit, quia alio qui ex propria obligatione
cogi poſſet ad ſoluendum: ego vide, quam
facilè modò hoc modò illuc reflectatur iſta
ſtipulatio, dum tamen volunt Docto. vnã
tantum in partem reflecti poſſe, vt ſi filio,
non vti hæredi: vt ſi vt hæredi non vt fi-
12 lio: † & ne iſta videantur ſomnia ſunt ter-
mini in indiuiduo *l. ſi tibi decem. 17. §. ſi*
pactus. l. anus 33. ff. de pact. l. anus. 10. ff. de
pact. dotal. & ad Iaſ. egregiè ad prædicta. in d. l.
quod dicitur ſub num. 24. & maximè ſub 25. ff.
de verb. oblig. nec ſaluat dicere, quod in du-
bio tanquam hęredi: ad quid enim hoc du-
bium? ſi nihil operatur, cũ ſiue vt filio, ſiuè
vt hęredi, ſufficiat ſi filius hęres patris con-
ueniri non poſſit, quia liberatus per pactũ
13 † Idẽ in feudo omnino contingit, fac enim
inueſtituram dicere ſibi, & filiis? an filiis, vt
filiis, ita quod poſſint repudiata hęredita-
te feudum retinere? atqui hoc eſt contra
tex. clarum *tit. An agnat. &c. & in §. filiut. de*
Capit. qui. Cur. vend. quem magis communi-
ter intelligunt Docto. etiam in feudo dato
cum dicta formula *vt ſupra Cap. 1. num. 21.*
& ſeqq. latius oſtenſum eſt An verò filijs vt
hæredibus, ita quod ſi hæredes non ſint re-
tinere non poſſint feudum? atqui nec hoc
quidem *iuxta ſupra cap. 16. & infra cap. 27.*
Adde aliud *ſimile infra cap. 19. circa fin. & l.*
etiam. ff. ſol. mat. & Menoch. conſ 309. ſub nu.
23. lib. 4. vbi filijs vt filijs intelligit filijs vt hę
redibus, quid ego prodeſt, quid facit illud
in dubio, an in dubio ſtipulatio ſibi & filio
intelligatur filio vt filio, an verò filio vt hæ-
redi? ſi vtrumque in ea ſtipulatione omni-
no ac certitudinariè poſſit verificari, ſi fi-
nes, & effectus in iure conſiderentur non
modi, aut verba.

Ad ſecũdũ ſi filio vt filio, ergo erit, vel nõ
erit ordini ſucceſſiuo locus? nec ex tali poſ-
ſito fundamento, quicquam de hoc firmari
14 poteſt, † pater priuilegium immunitatis
ſibi & filijs eſt ſtipulatus, ergò & in vita,
abſque ordine ſucceſſiuo? hoc in ſe verum
eſſe poteſt, , & non eſſe verum, erit
verum in his quę ſimul concurrere poſſunt
ſecus in alijs *vt explicat Bald. in l. Gallus. §. qui*
dam rectè. nu. 14. aliter declarat Claud. Seiſſel.
ibid. num. 21. & Imol. numer. 24. ergò non ex
15 eo, ſed aliunde ratio reperenda: † Sic ſi pa-
ter ſtipuletur ſibi & filio operas liberti, &
hic filio vt filio, & tamen non niſi poſt mor-
tem ordine ſucceſſiuo filius conſequetur.
l. cũ patronus. § . cũ libertus. ff. de op. lib. Alber.
in term. in d. l. Gallus. nu. 10. ff. de lib. & poſth.
Iaſ. in d. l. quod dicitur ſub num. 24. & 26. ff. de
verb. oblig. Mantic. de tac. & ambig. lib. 22. tit.
17. nu. 7. ex quibus alia ratio colligitur, quę
longè diſtat ab illa quod filijs vt filijs: &
eadem conſideratio in feudis contingit, in
quibus ordo iſte ſucceſſiuus eſt abſque du-
bio:

16 † Ad tertium filio vt filio, ergo ęqualiter
erit facienda diuiſio iuxta *Bart. in d. l. Gallus.*
§. quidam rectè ſub num. 8. 9. ff. de lib. & poſth.
in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. libert.
Mantic. de tac. et amb. lib. 22. tit. 17. num. 27.

 Con-

Digitized by Google

Concluderet argumentum, ſi non idem ve-
rificaretur in filio vt hęrede, Cum verò ſiue
hæres ſit filius ſiuè non hęres, ſemper ſuc-
cedatur inter filios viriliter in feudis vt ſu-
pra cap. 15. per tot. quid egemus hac inutili
cognitione?

Sed fortius detegitur eius quæſtionis ſu-
17 perfluitas ex eo, † quia quæſtio debet eſſe
de dubitabili l. domitius labeo. ff. de ſuppell.
18 leg. † iſta verò quæſtio, an pater cenſeatur
ſtipulari filijs vt filijs, an verò filijs vt hære-
dibus, eſt omnino de indubitabili, quia pa-
rentes ſtipulari filijs, vt filijs ſemper eſt cer-
tum, & nulli dubium, cur enim mouentur
ad ſtipulandum ſeu cōſulendum filijs pro-
prijs parētes? niſi ex naturali quodam voto
deſiderio, mēte, quia patres ſunt, quia filijs
ſuis, quia idem ſanguis l. cum ratio ff. de bon.
damnat. l. ſcripto. §. fin. ff. vnde legit. l. nam etſi
parentib. in principia, ff. de inoff. teſt. Bart. in l.
quod dicitur. num. 10. ff. de verb. oblig. Bald. in
l. Deo nobis. C. de epiſ. et cler. Menoc. lib. 4. pręſ.
19 83. num. 37. † ardet nanque paternum deſi-
deriū erga liberos de bonis in eos tranſmit-
tendis, vt propterea lex dicat concurrere
ſimul naturę, & parentum commune votū,
vt quicquid quęrimus liberis ex voto parę-
mus, vt ait in term. feudi Angel. conſ. 110. ſub
nu. 3. poſt princ. verſ. nempe quicquid. Magdal.
(exornans) in tract. de nu. teſt. in teſtam. par.
1. C. 16. num. 25. et ſeqq. Ruſtic. ad l. cum auus,
20 in proem. † vbi pleniſſime de amore, affe-
ctibus, & cęteris huiuſmodi parētū in filios.
Mantic. de tac. et amb. lib. 14. tit. 18. numer. 9.
21 † & de hoc eſt in ſpecie feudi proprius text.
in tit. 1. §. cū verò Conradus. lib. 1. in vſib. feud.
vbi patres petierunt ab Imperat. Conra. vt
dignaretur feuda etiam ad filios prorogare
quem ad hoc in term. adfert. Ozaſc. in conſ.
22 19. num. 19. † & ſanguinis, ſeu filiationis ra-
tionem præſumi cauſam finalem diſpoſi-
tionis etiam in propoſito, dicit Surd. in dec.
322. num. 14. iunctis num. 12. et per tot. à nu. 7.
23 ad ſeqq. † & idem de nepotibus, ex quo ar-
dentius deſcendit in eos, quam vigeat in
filijs Surd. deciſ. 73. num. 6. et ſeqq. et num. 18.
et dec. 205. nu. 3. et dec. 273. nu. 5. ergò quod
filijs vt filijs quæſtio eſt ex hiſce reſoluta &
24 indubitabilis. † An verò filijs vt hæredibus,
cum hoc pertineat ad modum acquirendi,
ſcilicet, an filij conſequi poſſint rem in ſti-
pulatum deductam, titulo iureue hæredi-
25 tario, an etiam ſine eo, ſed alio † (valde cum
referat quod quid capiatur vel nomine
proprio, vel hereditario l. magis puto §. ideq;
ff. de reb. cor. l. debitor. 59. §. fin. ff. ad treb. l. pa-
ter fam. 28 ff. de reb. auct. iud. poſſid. Caſtr. in l.
Iulianus. §. ſi quis alicui. ſub num. 4. verſ. quia
veniunt. de lega. 1. Loffred. conſ. 1. ſub num. 84.
26 et 89.) † & hoc etiam eſt ęquè de indubita-
27 bili, quia modi acquirendi ſunt certi † vt
qui ſint ab ipſo iure cōmuni dati (deſcripti)
28 & pręſcripti, & ideo dici poſſint certi, † ex
quo ius eſt ſemper certum, habentur enim
dicti modi in l. prima iuncta gloſ. in verſ. ciui-
tatis noſtrę. ff. de acqui. rer. dom. in §. Singulorū.
iuncta gloſ. in verbo ciuili. inſtit. de rer. diuiſ.
Magdal. de num. teſt. in teſtam. patre. 3. cap. 3.
num. 132. et ſeqq. quare in caſuum contin-
gentia recurrendum eſt ad huiuſmodi mo-
dos, eoſq; ad propoſitam ſpeciem oportet
29 applicare, † vt primò ſemper inquiratur, an
potiis conſequi, ſeu an ſis capax, & mox ad
modum recurras iuxta Surdū conſ. 150. n. 80.
30 † non confundendo vnum modum cum
altero nec vnum pro alterò vſurpando ex
tex. in l. vlt. ff. de ſuis, et legti. Menoc. in conſ.
794. ſub num. 9. lib. 8. et in conſ. 1028. num. 8.
lib. 11. ita fiet, vt iure hæreditario aliquan-
do capturus ſit filius, aliquando etiam non
iure hæreditario, ſed putà ex donatione, ex
contractu ipſo immediate, & ex alijs huiuſ-
31 modi cauſarum figuris: † cuius rei cognitio
vel diffinitio non pendet ex eo an filijs vt
filijs an verò filijs vt hæredibus (vt ex prę-
dictis iā, vt credo, ſatis patet euidenter) ſed
ex ſubiecta materia, & ſecundū caſuum va-
32 rietates, & formularum diuerſitates, † id
quod (vt ad certam quandam normam tan-
dem reducatur) ſegregata materia vltima-
rum voluntatum a materia contractuum,
de qua in pręſentiarum agimus, vt cōmuni-
ter hęc ſeparant Docto. præſertim Imol. ad
l. Gallus. §. quidam. num. 24. ff. de lib. et poſth.
et ibid. Bart. num. 8. Angel. num. 1. Seyſel. num.
14. et in §. etiamſi. num. 22. Roſenth. in Synop.
de feud. lib. 2. cap. 2. conclus. 4. tit. 5. et ſeqq.
Angel. de Gamb. de teſtam. clauſ. item reliquit
33 centum col. 192. † ſtipulationes parentum
in filios in duas diuidemus, vt prima ſit
quādo pater ſtipulatur filio ſoli; altera verò
ſit, quando pater ſtipulatur ſibi, & filio; quā
diſtinctionem video etiam à doctoribus fie-
ri, vt per Menoch. pręſ. 48. num. 7. iunct. num.
ante, et poſt lib. 3. Mantic. de tac. et ambig. lib.
14. tit. 17. ſub num. 11. verſ. decimus caſus eſt
iunc. tot. tit. et tot. tit. 16. qui antecedit. et egre-
giè tit. 19. num. 10. in fin. cum ſeqq. per tot. præ-
ſertim num. 23. et tit. 18. nu 1. 2. pulchrè. Alex.
34 in l. ſi tibi. §. ſi pactus ſub num. 8 ff. de pact. † &
ea ſeorſum poſita omninóque hinc ab
legata quæſtione an filijs vt filijs, an verò
filijs, & hęredibus, tanquam inutili & ſuper-
flua, quinimò damnoſiſſima, & multarum
difficultatum cauſa, vt patet ex Docto. ad d. l.
Gallus. dicto. §. quidam rectè, præſertim Rubeo,
Alexandrino ſub numer. 149. Valaſc. de iure
emphiteutico quæſt. 43. ſub num. 1. Mantic. de
tacit. et ambig. lib. 22. tit. 17. per tot. Molin. de
hiſpanis primo gen. lib. 1. cap. 8. per tot. dum

iurenè

Google

iurènè ſanguinis, an hæreditario ſuccedatur diſputat) variaſque, & inter ſe repugnantes doctorum traditiones dicit ac teſtatur *et ad Roſental.cap.7.concl.20. et 21.per tot.vbi pariter* ſcribentium varietates & repugnãtias animaduertit *Surd. dec. 322. et 324. vbi conſtat* nec Senatum auſiſſe aliquid certi in ea cõtrouerſia & cauſa decidere *et ad infra cap. 23.numer.21.et ſeqq. et ad ſupra in princ.*

35 † Hac (in quam, dimiſſa propter prędicta tam pernicioſa quæſtione, In eo ſolo ipſi reſidebimus: an quid filio cõpetat iure hæreditario, An verò proprio, quia ſi iure proprio capiet de per ſe, & non tanquam hæres, & poterit repudiata hęreditate rem retinere: Altero verò non poterit (vt dictũ eſt) put (hoc firmato ſuppoſito) nihil aliud reſtet, quam, vt videamus caſus in quibus iure proprio, & in quibus non iure proprio ſit filius res ſibi à patre ſtipulatas conſecuturus: vt tandem (Deo benè iuuante) à tam intricata materia ſalui, & incolumes exeamus. A primo inchoabimus, quando pater ſoli filio ſtipulatus fuit.

Materiam agrediens de varijs inueſtiturarum, & ſtipulationum formulis vtiliſſimã, hactenus ſatis ſuperque obtenebratã, & ideò diligentiam non ordinariã exigentem, Adiuuet perpetuò Trinus & vnus.

CAP. DECIMVM NONVM.

De ſtipulatione in filios tantum.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur formula (pro filio) tantum explicanda.*
2 *Filij dupliciter conſiderãtur vel in poteſtate parentum, vel extra poteſtatem.*
3 *Quoad filios in poteſtate, inutilis eſt ſtipulatio, quia eis non acquiritur ſed patri.*
4 *Quod limitatur niſi adſit iuramentum.*
5 *Nec momento temporis manet in filio, quod ipſemet acquirit.*
6 *Viuo patre in perſona filij conſiſtere non poteſt ſtipulatio, et eſt inutilis. ſeu donatio.et nu.7.*
Niſi ex cauſa matrimonij, quia ſuſtinetur. ſub eod.
8 *Suſtinetur autem ſtipulatio, ſi filius ſit iuris ſui aut ſit collata in tempus quo erit ſui iuris.*
9 *Et hoc caſu dicũtur filij acquirere iure proprio, nõ hæreditario, nec vti hæredis, et poterunt repudiare hæreditatem.*
10 *Vt ſi pater ſtipuletur poſt mortem ſuam filio ſuo dari.*
11 *Ex ratione, quia filius acquirit ex eo contractu.*
12 *Quia pater ſtipulatus eſt tanquam miniſter, et nomine filij, vndè cenſetur ipſe filius ſtipulatus per reg. qui per alium facit etc.et nu.13.*
Item quia attenditur perſona repreſentata, nõ eius, qui actum geſſit. ſub eod.
Secus vbi pater ſibi et filio fuiſſet ſtipulatus, quia formula eſt diuerſa à prędicta. ſub eod.
14 Bart.reprehenditur *dicens patrem ſtipulari vt hæredi.et num.15.*
16 *Ex ſucceſſione non poteſt tranſmitti, quod penes defunctum non fuit.*
17 *Pater rectè ſtipulatur dotem reddi filiæ quę non poteſt ei auferri, niſi vt.*
18 *Idque fauore dotis.*
19 *Pater ſtipulatur Socero, filio, et demum hæredi filię.*
20 *Pactum poſt mortem dari non ſemper ſuſtinetur.*
21 *Non in filia ſtipulante matri dari dotem poſt mortem ſuam.*
22 *Non in ſorore ſtipulãti dotem fratri ſuo reddi.*
23 *Non in patre donante filio dotem, & reddi (extraneo ſtipulante).*
24 *Non in matre ſtipulante reddi fratribus.*
25 *Non in filia ſtipulante matri reddi.*
26 *Non in matre ſtipulante reddi filiæ, niſi interueniente filia.*
27 *Non datur aliqua compatibilitas inter titulum hæreditarium, & ea quæ acquiruntur alio titulo particulari, adeò quod ſe inuicem expellant.*
28 *Filia habens ex ſtipulatu, non habet tanquam hæres, & ideò (licet hæres) habebit amplius effectum ſtipulationis.*
29 *Idem in matre.*
30 *Beneficium ſemel acquiſitum.*
31 *De ſtipulatione patris facta filijs poſt mortem ſuã bona Seię dari poſt eiuſdem mortem.*
Et de intellectu legis Seia 42. ff. de don. cau. mor. eod.
32 *Legatum filio factum poſt mortem patris acquirit filius, etiam non hæres, quamuis à patre relictum.*
33 *Idem ſi filia deſcendẽtes vocati ad aliqua bona ex conuentione parentum.*
34 *Idem in donatione facta filio, vel filia, quæ morte patris confirmatur nec venit in familiæ erciſcundæ iudicium.*
35 *Nec in falcidiam.*
36 *Et poteſt haberi repudiata hæreditate.*
37 *Filia cohæres fundum (ex cauſa dotis ſibi datũ) retinet præcipuum ex tit. donationis.*
Nec imputat in legitimam, remiſſiuè ſub eod.
Diſtinguendus, & ita non confundendus titulus cum titulo, ſi tamen ſuper uenienti titulo quis vtatur hic erit attendendus ſub eod.
38 *Vt in legato, quod quis habebat cum onere, ſi mutato conſilio, alio titulo vtetur ſuperuento abſq; onere.*
39 *Sic in donatione cum pacto, vt poſt mortem* con-

coniugum donata perueniant ad eorum liberos.

40 *Seu quo tranſeunte eorum altero ad ſecundas nuptias, quod bona ſint filiorum.*

Sic ex donatione patris contemplatione matrimonij ex nunc prout ex tunc ſecuta, eius morte ſtatim transfertur dominium, etiam in feudo. ſub eod.

41 *Filius non quaſi hæres, ſed quaſi filius Patroni poteſt petere alimenta à liberto paterno.*

42 *Eſt enim beneficium iuris, quo nititur filius nec eget hæreditario.*

43 *Patroni filius emancipatus, ſi noluerit adire hæreditatem, habebit tamen bonorum poſſeſſionem.*

44 *Pater poteſt legitimam in bonis liberti capere, & hæreditatem repudiare, ſi eſſet cohæres, aut ſubſtitutus, aliàs non.*

45 *Idem in filio inſtituto inſolidum, quia non poſſet capere legitimam, quia pro parte agnoſceret hæreditatem, & pro parte repudiaret.*

46 *Idem ſi datus eſſet cohæres, qui tamen repudiaret.*

47 *Siue delata ſit hæreditas.*

48 *Quia hæc eſt regula, quàm cum ſuis limitationibus remiſſiuè, & nu.* 51.

49 *Poſt acceptationem hæreditatis non cenſetur legitima renunciatum.*

50 *Alij Caſus in quibus capitur legitima abſque hæreditate remiſſiuè.*

52 *Vt competat legitima ſufficit agnitio.*

53 *Legitima non poteſt retineri repudiata hæreditate, etiam dato cohærede.*

54 *Ratio eſt, quia ſit de rebus hæreditarijs, &c.*

55 *Nec legitima excludit hæreditariam qualitatẽ.*

56 *Idem in legitima patroni, & num.* 57. vbi reſpondetur ad l. ſi libertus, *vt ibid.* male applicata per Bald. *vt num.* 58.

59 *Concluditur cum quid pater ſtipulatur filio hoc eidẽ competere ex titulo illo particulari, vnde non ſit locus hæreditaria ſucceſſioni, idq; fieri ex tit. illo, & ex eo pendere non autem ex poſitione quæſtionis an filio, vt filio, &c.*

60 *Nam poteſt vtrumq; concurrere, &, quod vt filio, & quod vt hæredi, & nu.* 61.

61 *Beneficium, ne filij poſſint conueniri vltra quam facere poſſunt eis competit etiam vt hæredibus* eod.

62 *Idem in feudo conceſſo filio, quod habebit tanquam caſtrenſe peculium, vel quaſi non ex ſucceſſione paterna.*

63 *An quid poſſit haberi à concedente tantum, & non à recipiente concordatis Surd. & Fontanel. explicatur.*

64 *Cauendam ab ijs, qui confundunt has formulas, quibus pater ſtipulatur filio tantum, aut ſibi & filio præſertim in materia feudorum.*

65 *Et itẽ cauendum ab ijs qui à ſepulchris arguunt ad feuda.*

66 *Ratio eſt quia non intrant termini ſucceſſionis in iuribus ſepulcrorum, ſicut in feudis.*

67 *Sine ſucceſſione, hæreditaria qualitas non poteſt conſiderari.*

1 IVxta † ordinem paulò ante ad finem ca-
pituli antecedentis propoſitum ad vi-
dendum an quid proprio iure competat fi-
lio, an verò iure hæreditario; aggrediemur
caput, quo diximus parentes acquirere, ſeu
ſtipulari filijs ſolis, ſed in primis vnum præ-
2 mittendum, † filios nempe poſſe conſide-
rari dupliciter, vel prout ſunt in poteſtate
parẽtum, vel prout ſunt, aut futuri ſunt ex-
tra eorum poteſtatem: nam in primo caſu,
prout ſunt in poteſtate, aduertendum eſt
futuram inutilem noſtram diſquiſitionem
3 ex eo, † quia inutilis quoad filios redditur
ſtipulatio, ſuſtentabilis tantum quoad per-
ſonam patris ſtipulãtis, & ad eius fauorem,
vt in quem reflectitur effectus huiuſmodi
ſtipulationis, ipſis verò filijs nihil acquiritur
l. donationes quas parẽtes: C. de don. inter. vir. & vx. l. 2. C. de inoff. donat. §. & verò inſt. de inutil. ſtipul. l. ſtichum. 95. §. quæſitum. ff. de ſolut. l. 2. C. de contr. & Com. ſtip. l. fin. C. de inut. ſtip. l. cũ dos. §. ſi verò. ff. de pact. dot. l. quod dicitur. 130.
& ibi omnes. ff. de verb. oblig. Fontan. mox citãd. num. 7. & ſeqq. Guido Pap. omnino videndus
4 *quæſt. 146. per tot.* † vbi limitat: niſi adſit iu-
ramentum *Gabriel. de verb. oblig. conclu.* 1.
5 *num.* 36. † adeo quod nec temporis momẽ-
to maneat in filio, vbi per ipſummet filium
fieret acquiſitio *Iſer. quæ ſit prima cauſa be-*
6 *nef. amitt. num.* 10. † vt nec donatio patris in
filium ſubſiſtat, quia eſſet donare ſibi ipſi,
quod eſt abſurdum *Rot. in nou. de alie. iud. dec.*
1. nec viuo patre poſſit in perſona filij cõ-
ſiſtere ſtipulatio iuxta *l. dominus ſeruo. 39. ff.*
7 *de verb. oblig.* † & eſſe inutilem ſtipulationẽ
viuo patre *dicit Imol. ad d. l. Gallus. §. quidam rectè. ſub num.* 24. 25. 26. niſi ex cauſa matri-
monij; quia ſuſtinetur *d. Fontan. de pact. dot. clau. 4. in princ. num. 6. et ſeqq.* vbi de genera-
li obſeruantia, & de iudicatis.
8 Erit autem vtilis ſtipulatio in altero, &
ſecundo, cum erga filios, qui nõ ſint in po-
teſtate, putà erga emancipatos, aut erga fi-
lios, qui ſint in poteſtate quidem, ſed vbi
effectus ſtipulationis confertur in tempus,
quo erunt extra poteſtatem parentum putà
ſi parentes ſtipulati fuerint filij poſt mortẽ
ipſorummet parentum *vt apud Mantic. de & ambig. lib. 14. tit. 16. num. 1. & ſeqq Petrus de Greg. de conceſſ. feud. parte. 3. quæſ. 7. nu.* 48.
49. *Grabriel. d. conclu. 1. num. 28. Rot. diu. dec.*
489. *num. 3. par.* 1.
9 † Hoc præmiſſo, Generaliter conſtituo
quod filij ex huiuſmodi ſtipulatione, pacto
ſeu contractu immediate habeant, vel ha-
bituri ſint rem in ſtipulatum deductam &

ſic

ſic iure proprio, non autem iure hæredita-
rio, nec vti hæredes *Bald. ad l. 1. num. 17. C.
per quas perſon. nob. acquir. vbi egregiè ad pro-
poſitum*. vnde poterunt habere repudiata
etiam hæreditate paterna: exempla ſunt in
promptu, & primo quidem illud ſeuffeit,
10 † ſi pater ita dicat, ſtipulor poſt mortẽ meã
filio meo dari, fac mori patrem, an filius
conſequetur illud in ſtipulatum deductum
à patre, etiam abſtinens ab eius hæreditate?
profectò conſequetur, & eſt tex. in term. *in
l. quodcunque. 45. §. ſi quis ita ff. de verb. oblig.*
11 † ratio eſt in promptu, quia filius acquirit
ex eo contractu immediatè, & non ope ali-
12 cuius ſucceſſionis: † nec obeſt quod pater
cõtraxerit, quia cum ſtipulatus ſit pro filio
videtur ſtipulatus tanquam miniſter, & no-
mine filij, vnde per eum ipſemet filius ſibi
ipſi ſtipulatus cenſetur, perinde habendus
ac ſi ipſe in perſona fuiſſet ſibi metipſi ſti-
13 pulatus † per reg. qui per alium facit. &c. *l.
qui facit per alium. ff. de reg. iur. Menoch. conſ.
1. nu. 304. lib. 1. & in term. terminãt* (quando
ſtipulatio nõ incipit à propria perſona pa-
tris, nõ attendi perſonam ſtipulantis tanquã
nudum miniſtrum, ſed perſonam eius in
quam ius confertur, & perſonam repreſen-
tatam, non eius qui actum geſſit *dicit Surd.
dec. 322. num. 20. & ad Menoch. d. præſ. 48. nu.
7. lib. 3.* vbi ſtipulationem à perſona filij in-
cipere non patris, ſecus vbi pater ſibi & fi-
lio fuiſſet ſtipulatus, vt in term. has ſtipula-
tiones diſtinguit & habuit pro diuerſis
*Mantic. de tac. & ambig. lib. 14. tit. 18. num. 12.
par. 2. & Roſ. in ſyn. cap. 9. concl. 66. num. 24.*
14 *35.* † vnde male introducitur *à Bart. in l.
quod dicitur num. 4. ff. de verb. oblig. quem vi-
detur ſequi Mantic. de tac. & amb. lib. 14. tit.
17. num. 9.* patrem ibi ſtipulari vt hæredi, &
(ſi filius hæres nõ exiſtat) competere vtilẽ,
ſecus ſi hæres exiſtat, quod competat dire-
cta, nam (data incompatibilitate acquiſitio-
nis ex duplici titulo diuerſo) non poſſunt
iſta intrare, quin ſe inuicem expellant: & ſi
nihil fuit in patre radicatum, quomodo po-
terit ſucceſſio ex eius iure & perſona effin-
gi? ita ſupponit *Surd. in d. dec. 322. num. 44.
15 & 45.* † & nihil patrem ſibi acquirere, ſed
filijs tantum, etiamſi hęredes non ſint, & in
hoc caſu (rationem, quæ exprimitur in l.
quod dicitur locum non habere) *dicit de
Com. & ita fuiſſe iudicatũ Mãtic. de tac. et amb.
lib. 14. tit. 16. num. 16. & ita iudicatum fuit
16 & tentum in dec. noſt. flo. 51. num. 21.* † vnde
ſequitur illud ex ſucceſſione tranſmitti nõ
poſſe, quod pęnes defunctũ non fuit *l. aliud
eſt vendere. §. abſurdum. ff. de reg. iur. & deciſ.
noſt. luc. 35. numer. 18. Doctiſſ. D. Præſ. Bellon.
conſ. 1. nu. 116.* vbi filium iure tranſmiſſio-
nis non admitti ad illam hæreditatem à
qua pater ſua repudiatione excluſus fuit
per d. reg.
17 † Eſt & tertius caſus duobus ſupradictis,
in filio emancipato & in filio poſt mor-
tem patris coniungendus, in quo pater re-
ctè ſtipulatur, ſcilicet in cauſa dotis,
putà reddi filiæ vt in ſpecie *l. ſi cum dotem.
§. ſi pater. ff. ſol. matr.* vbi non poſſe
aufferri, niſi vel ipſa hæres extiterit patris,
vel tantundem habuerit compenſandum
cum ipſa dote *l. pactum dotale. 4. ibi cum
in poteſtate patris conſtitnti non eſſetis. et ſic à
contrario; ſi eſſetis, iuncta ibi gloſ. C. de pact.
18 Conuent.* † fauore ſcilicet dotis *vt ait glo. fin.
in l. pomponius philadelphus 35. ff. fam. herciſ.
His accedat l. ſi ita cõueniat. 9. ff. de pact. dotal.*
19 † vbi ſtipulatur primo ſocero, & eo deficiẽ-
te filio eius, ſecundo loco, & demum ſuo
hæredi, ſcilicet filiæ, nota primò quod ait
text.) ſtipulationem vtiliter ſuſtineri, nota
ſecundo ſtipulationis effectũ conferri poſt
mortem, nota tertio quatenus poteſt adeſſe
ſocer, filius ſoceri, & hæres filiæ: & poteſt
poſt mortem, vel ſocero acquiri, vel filio in
cõſpectu (vt ſic dicam) ipſo hæredis filiæ,
& ſic dato caſu in quo nec ſocer, nec etiam
filius ſit hæres, cum alius (vt vides) exiſtat:
quare quomodo intrabit huc (quo ad eos)
titulus hæreditarius? Cur non è contrà, ius
ex eo titulo ex ſtipulatione ſuborto imme-
diatè acquirere dicentur? & ſi filio vt filio
cur nõ dicemus pariter & ſocero vt ſocero
& vbi ſtipulamur Titio) cur non vſurpabi-
mus idem in Titio vt Titio? Sempronio, vt
Sempronio? Alia de patre ſtipulante dotẽ
ſibi & filię dari, vel hæredibus, aut cui ius
ſeu caſus daret *V. Gabr. cõſ. 58. lib. 1. Maluaſ.
conſ. 114. Surd. conſ. 206. Teſſ. dec. 232.*
20 † Aduerte tamen quod pactum, ſeu ſtipu-
latio poſt mortem dari ex cauſa dotis non
21 ſemper, & vbique ſuſtinetur, † non in filia
ſtipulante matri dari dotem poſt mortem
ſuam *vt in l. inter ſocerum. 26. §. filio cum per
22 ſe. ff. de pact. dot.* † non in ſorore, quæ ſtipu-
letur dotem fratri ſuo reddi, & ideo opus
fuit præſentia eiuſdem fratris ſibi ſtipulan-
tis, aliàs non valuiſſet ſtipulatio, *et eſt tex. in
23 l. cum maritus. 29. §. fi. ff. de pact. dot.* † non in
patre donãte filio dotem, & reddi, extraneo
ſtipulãte, *vt eſt in l. ſi genero. 26. C. de iure dot.*
24 † non in matre ſtipulante reddi fratribus,
vt eſt in d. l. pactum dotale. 4. C. de pact. Conu.
25 † non iterum in filia ſtipulante dotis partẽ
matri reddi, niſi præſens fuiſſet mater & ab
eadem interpoſita ſtipulatio, *vt in l. debitor
26 59. §. fin. ff. ad Trebell.* † Sic ſtipulatio matris
reddi partem dotis alteri filiæ, per ſe cũ nõ
voluiſſet, ipſa mater paſſa eſt filiam inter-
uenire, & ſibi ſtipulari: eã partem in term.
l. ſi ſtipulatio. 2. C. de iur. dot.

Et

Et ne hæc tã obiter dicta, quam conſultò
(quaſi ad rem faciẽtia) addita fuiſſe intelli-
27 gas † dicamus (quod ſupponebamus *ſupra*
num. 9. et ſeqq. non dari compatibilitatem
aliquam inter ea, in quibus ex aliquo pecu-
liari titulo datur acquiſitio, & inter titulum
hæreditarium, adeo quod ſimul concurre-
re non poſſint ſed ſe inuicem expellant, &
vbi vnum adeſt alterum ab eſſe neceſſe ſit)
adeo ad viuum repreſentari ex aliquo ex
28 iuribus mox citat. vt nihil ſupra. † *Accipe*
enim d.l. 2.C.de pact.conu. ibi cũ filia habeat
ex ſtipulatu habebit ne tanquam hæres?
an dicatur iure hæreditario capere tametſi
ſit hæres ex aliqua parte forte minore in-
ſtituta? minime, dum nec prohibetur pete-
re eam partem dotis, nec agit pro hæredi-
taria portione, ſed ſecundum formam con-
tractus: *niſi* inſtituta fuiſſet animo compẽ-
ſandi, prout ibi & Docto. quo caſu non eſſe
imputandum defectui iuris ex primo illo
contractu, ſed proprię voluntati filiæ, quæ
per agnitionem volũtatem defuncti ſequi
29 maluit: † *accipe et d.l. debitor. 59.§. fi. ad Tre-*
bell. vbi mirabilius, dum pars dotis matri
reddi ibi eſt etiam inutiliter ſtipulata, &
occaſione hæreditatis filiæ per matrem adi-
tæ ad eandem matrem peruenta, nonne hic
diceres hanc partem dotis hæraditario iure
competere, cum maximè nullum ius fuiſſet
acquiſitum matri ex ea inutili ſtipulatione,
vt in iuribus iam citatis, & nullus ideo eſſet
titulus? adeo quod non niſi hæreditarius
titulus videretur ſupereſſe? & tamen I.C.
decidit ibi contrarium: quia (ait & verba
ſunt aurea in propoſito, & præſuppoſitis
noſtris) nou quaſi hæres, ſed quaſi mater ex
pacto accepit, nec occaſione hæreditatis,
ſed errore ex pacto eam habuit: quid dice-
mus in caſibus in quibus valebit ſtipulatio,
& pactum vtile erit? non ne, titulo hæredi-
tario poſt habito, erit primus ille ex contra-
ctu titulus ſequendus, eique beneficium ac-
30 quiſitionis iuris accepto ferendum? † non
delebile ſemel acquiſitum *vt in l. fin. ff. de*
pact. l. ſi poſt mortem. §. fin. ff. de bon. poſſ. cont.
tab. d.l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſol. matr.
31 † Aliud prædictis ſimile eſt exemplum
in l. Seia 42. ff. de don. ca. mort. vbi pater ſtipu-
latus eſt filijs poſt mortem ſuam bona Seiæ
etiam poſt eiuſdem Seiæ mortem, & ſic cũ
præſuppoſito mortis vtriuſque, & patris, &
Seiæ: *et ita glo. in d.l. ſeia. verſ. videri, allegat*
d.l. quodcunque ff. de verb. oblig. quod filij ex
pacto habeant vtilem actionem, ex quo ar-
guitur identitas caſuum, & ſimilitudo; *et de*
cuius l. Seia. intellectu. V. Cuiac. lib. 3. obſ. 17.
nec obeſt quod pater ſibi primo ſtipulatus
erat, ergo incidere nos in caſum, vbi pater
ſibi & filio ſtipulatur, & de quo infra ſepa-
ratim, quia non eſt vniformis ſtipulatio, ſed
difformis & mutata ſubſtantia, cum pater
ſibi ſtipulatus ſit vno modo & in vnum ca-
ſũ, & filijs alio, & in alium caſum; vnde hoc
in caſu vbi ſtipulatus eſt filijs, ſtipulatio ſit
ſola de filijs, & erga filios abſque vlla im-
mixtione de ſe ipſo, quare bene fuit hoc lo-
co applicata ſpecies huius *l. Seia* Adde huc
dicta. *infra cap. 23. verſ. ſecundum exemplum.*
num. 3. partic. 1.

Ac (vt alia exempla de alijs titulis aliqua
32 ſubijciamus) † ſi poſt mortem patris filio le-
getur, dubium non eſt, quin mortuo patre
ad filium pertineat legatum, nec intereſſe,
an patri hæres extiterit nec ne *tex. ad litterã.*
in l. ſi poſt mortem 68. de lega. 1. Item filius
(cui à patre fuit legatum, poteſt legatum
acceptare & ab hæreditate abſtinere *l. filio.*
33 *87. de leg. 1.* † Item filij, & deſcendentes vo-
cati ad aliqua bona ex conuentione paren-
tum ſuorum (vt apud *Alben. conſ. 454. nu. 3.*
34 † donatio facta filio, vel filiæ morte patris
confirmatur) nec dicitur iure hæreditario
capi, nec in familiæ hęrciſcundæ iudicium
35 venire *l. filiæ. 18. C. fam. erciſc.* † nec in falci-
diam *l. vbi ita donatur. l. Seia. §. fin. et ibi glo. ff.*
36 *de don. cau. mort.* † & poteſt haberi donatum
repudiata hæreditate *auth. vnde etſi parens.*
37 *C. de inoff. teſt.* † Imo filia cum alijs hæres in-
ſtituta fundum ſibi ex cauſa dotis datum re-
tinebit titulo donationis pręcipuum *vt in l.*
Pomponius philadelphus. 35. ff. fam. erciſcund.
nec in legitimã imputabit, *v. tamen Teſſ. dec.*
217. Maluas. cõſ. 114. Surd. cõſ. 206. adeo ve-
rum eſt titulum hæreditarium non immiſ-
cendum cum alio titulo, cum nec in vna
quidem & eadem perſona concurrentibus
titulis vlla eius ratio habeatur, ſed vincat ti-
tulus primus, ſi tamen vltimus aliquis titu-
lus non ſuperuenerit, quo quis vtatur vt in
ſpecie *l. vxorem. 41. §. teſtamento quo filium.*
38 *de leg. 3.* † vbi quod prius habebatur iure
legati cum onere, mox mutato conſilio alio
titulo habitum fuit, & ita ſine onere ad ex-
cluſionem iuris hæreditarij, vt ibid. eſt ca-
ſus, quod tamen conſilium non poteſt mu-
tari à donante niſi ex tacito facto, vel expreſ
ſo donatarij. *l. Lucius Titius. 40. de fideic. liber.*
39 † Sic in donatione. Cum pacto vt poſt mor-
tem coniugum, quibus donatur res donatæ
perueniant ad eorum liberos iuxta *Bertran.*
conſ. 235. lib. 2. par. 1. vt ſe explicat in fine,
et patet ex facti ſpecie poſita in princ. eiuſd. cõſ.
40 † ſeu quod tranſeunte eorum altero ad ſe-
cũdas nuptias, quod bona ſint filiorum iux-
ta caſum *dec. noſtr. flor. 51. ſub num. 26. verſic.*
nam prima. Sic ex donatione per patrem fa-
cta contemplatione matrimonij cum clau-
ſula, *ex nunc prout ex tunc*, ſequuta eius mor-
te transferri intelligitur dominium ſtatim à

die

die contractus, vt in term. donationis feu-
di *per Franch.dec.213.Lan.nep.in add.ad Lan.*
patr.repet. tit. de vaſ. decrep. ætat. numer. 4.
41 †ſi quis non quaſi hæres, ſed quaſi patroni
filius petat à liberto ſe ali, procul dubio hoc
extra cauſam eſt immiſcendi ſe bonis
paternis tex. *ad verbum in l. ſi quis non quaſi*
73.ff.de acq.hæred. id cur ita? niſi quia ius pa-
tronatus alio iure ſpectat, quam hæredita-
42 rio, † ſcilicet ipſo iure, & eſt beneficium
iuris, quo nititur filius, nec eget hęreditario
& in l.ſi patronus teſtamēto.12.§.fin.ff.de bon.
43 *libert.* † vbi ſi patroni filius emancipatus
noluerit adire hæreditatem, vel qui in po-
teſtate eſt retinere, habebit tamen bonorū
poſſeſſionem *& in l. ſi libertus patrono.41.§.*
44 *quid ergo.eod.tit.* † vbi pater poteſt ſuā legi-
timā in bonis liberti ſibi accipere & hęredi-
tatē repudiare, eo ſcilicet caſu, quo aut eſt
hęres iſtitutus etiā alius, aut ſubſtitutus, alio-
qui enim nō poſſet, nec ipſe nec filius ex ma
gis Cō. et à qua in iudicijs difficile eſſet re-
cedere *teſte Menoch.in præſ.101.ſub num.65.*
verſ.retenta.lib.4. quicquid ipſe contra ſentiat
vt num.39.& ſeqq.& conſtat de Com.etiam ex
45 *Tiraq.de Iur. primig.q.35. num. 10.* † in filio
hærede inſtituto inſolidum, quia pro parte
agnoſceret hæreditatē pro parte repudia-
ret, quod non licet vt ſcribit *Caſtr. ex Cyn.*
46 *ad l. quoties num.2.in fin.C.de hær.Inſtit.* † nec
ſi alius quidem datus eſſet cohæres, qui re-
pudiaret *Ang.perus.in conſ.83.ſub num.1.in*
fin.col.1.his accedat Surd.conſ.427.ſub nu.24.
verſ. has rationes. & numer. 29. lib. 3. Ipſe
47 *Menoch.conſ.918.nu.17.lib.10.* † ſiue delata
ſit hæreditas ex teſtamento, ſiue ab inteſta-
to. *Alex. conſ.75.nu.6.lib.1.Id. Alex. & Iaſ.*
48 *in l.1.ff.de acq.hæred.* † & eſt hæc regula, quā
cum ſuis limitationibus *ponit Bened. in rep.*
c.Raynutius. verſ. ſi abſque liberis. par. 2. ſub
num.48.& ſeqq. ext. de teſtam. de magis com.
Graſſ.in §.legitima.q. pri.ſub num. 5. refert
Surd.conſ.458.ſub nu.13.& ad numerum 19.
20.vide etiā Merlin. de legit.lib.5.tit.3.quæſt.
2.per tot.vbi plenè de materia in propoſito.May
ner. ad l. quoties duplici numer. 9. & ſeqq. vbi
etiam limitat.ff. de reg.iur. niſi grauatus ſis in
ſpecie reſtituere *Rol.conſ.78.num.1.& ſeqq.*
lib.1. quo caſu repudiaueras, ſed acceperas
49 hæreditatem, † per quam acceptationem,
non cenſeris renunciaſſe legitimę *vt in dicto*
50 *§.ſcimus.* † Alij caſus, in quibus accipitur le
gitima abſque hæreditate, videri poſſunt
apud Gayl. obſ.116.numer.3.4. & ſeqq. lib.2.
Graſſ.in d.§. legitima.q.pri. num.9.Bertran.
51 *conſ.33.ſub n. 16.lib. 4.* † vbi ponit *regulam*
52 *& limitat.vlt. Bened.mox præcit.* † & ſufficit
ſola agnitio abſque petitione, vt competat
legitima, *vt ait Menoch. conſ.77.nu.19.lib.1.*
vbi mouetur ex eo, quod legitima repudia-
ta hæreditate haberi non poſſit &c. vt ibi
53 † Amplia prędicta, vt etiam dato cohæ-
rede non liceat legitimam repudiata hærę-
ditate retinere, quia hæc alijs accreſcit, ſicut
vno exhæredato alijs accreſcit, *vt ait Bart.ad*
l.pater filium. ſub num.14.& ſeqq. ff. de inoff.
teſtam. Surd.conſ.458.ſub num.27.verſ.tertio
54 *reſpondemus, & num.19.& 20.lib.3.* † Ratio
eſt quia legitima fit de rebus hæreditarijs,
& iure inſtitutionis, & hęreditario defertur,
quare intrat ſemper ratio, quod non poteſt
ita demum repudiari, quin & totum cum
eo ſimul repudietur, *vt ita Bertran. d.conſ.*
55 *33.num.8.lib.4.* ait. † Nec ex eo quod legi-
tima ſit, excludit hæreditariam qualitatem
56 egregie *Oldr.conſ.94.numer.16.* † & eadem
ratio viget in legitima patroni, ideò idem
57 ius † nec obſt. *d. l ſi libertus patrono*, dum
præſupponit ibi inſtitutum, vel ſubſtitutū
alium: quaſi per hoc detur intelligi poſſe
capi legitimam. Quia huius contex. longe
alia eſt diſpoſitio: nam in prima parte legis
ſupponitur patronus in legitima ſua inſti-
tutus cum onere legati, & libertatis dandæ
(vt ibi) ergo alium fuiſſe inſtitutum neceſſe
eſt dicere: & hoc caſu dicit I.C. poſſe (omiſ-
ſo legato) nec ad libertatem dandam cogi
poſſe: hactenus nihil de legitima capienda,
repudiata hæreditate: ſed de legitima ca-
pienda repudiato legato, in quo non eſt
controuerſia, quin vnum capi aliud repu-
diari poſſit *ad ſupra cap.6.num.24.* In poſte-
riore verò parte, ſcilicet in *§. quid ergo.* ait
primò, quod idem erit ſi non ei datus fuerit
cohæres, ſed ſubſtitutus, quia hic idem fa-
ciet, quod faceret inſtitutus id eſt redimere
poſſet ſeruum iuxta defuncti voluntatem.
Ait ſecundò, nec vllo ſubſtituto dato, pa-
tronum (ſi adeat hæreditatem) cogi dare li-
bertatem iuſſam à teſtatore: & hactenus
quidem nihil ad caſum, an poſſit accipi le-
gitima, & repudiari hæreditas: quare res
manet in diſpoſitione iuris communis: quę
58 eſt vt ſupra † & male ideo applicata *à Bald.*
in auth. ſi quas ruinas.ſub n.8.ante fin.in verſ.
quarta ratio: ad id, ꝙ qui habet duo iura poteſt
vnum repudiare, & alterum amplecti, quia
in propoſito noſtro d. l. id non probat, ad
quod fuit per Bald. allegata, & caſus omiſ-
ſus manet in diſpoſitione iuris communis
l.cōmodiſſimè.ff.de lib.et poſth. & iura ex alijs
iuribus intelligenda, ſecundum quę legiti-
ma non poteſt capi repudiata hæreditate,
vt oſtenſum eſt.

Alia exempla petantur *ſupra cap. 13. per*
59 *tot.* † ex quibus firma ſit concluſio, cum fi-
lijs ſolis fit vel ſtipulatio, vel donatio, aut
cum abſque facto hominis illis ex iure ipſo
competit aliquod ius, tunc intrare titulum
peculiarem indubitanter, quo mediante &
ex eo

ex eo immediatè admittantur filij?vnde nõ
ſit locus hęreditarię ſucceſſioni. Idque ex
eo illo titulo effici,& promanare; non autẽ
ex poſitione quæſtionis an filio vt filio.
60 † cum maxime poſſit dari caſus, in quo
quid filio quidem, vt filio cõpetat tanquã
cauſa;competere tamen coniunctim poſſit
61 & vt hæredi, *vt in l.etiam. ff. ſol.matr.* † vbi
beneficium, ne filij poſſint conueniri vltra
quam facere poſſunt, filijs competit vt filijs,
quia extraneis hęredibus non competit, At
ſi non ſint hęredes, non verificabitur beneficium,
ergo eis etiam vti hæredibus competet:
& ſic vtroque ſimul concurrente, &
cauſa, quia filij; & modo, quia hæredes &
iure hæreditario nituntur. *& ad ſupra cap.*
62 *anteced.num.9.& ſeqq.* † & ad huc in term.
feudi poteſt poni exemplum de feudo cõceſſo
filio à Principe vel ab alio, quod erit
vel caſtrenſe peculium, vel quaſi, vel aduẽtitium
iuxta diſtinctionem *Bald. in §. ſi duo
fratres. de duob. fratri. de benef. inueſt.& explicat
Loffred.in paraph.feu.ad tit.de prob.feu.
alie. per fed. §. præterea ducatus. col. 14. poſt
med.ſub verſ.ideò quando ſo 61.* vbi in aduentitio
patrem nec vſumfructum quidem habere;
adeo verum erit huiuſmodi feudum
titulo innixum eſſe peculiari, nihilque
commune habere cum patre, aut eius iure
vel ſucceſſione.
63 † Et per hęc intelligemus quomodo aliq̃d
haberi poſſit à concedenre tantum, & non
à recipiente, & concordabimus *duos Doct.
inter ſeſe Surd.& Fõtanel.Surd.in dec.322.ſub
n.7.* oſtendit ſibi nõ placere hanc differentiam,
an verba exprimantur à recipiente, an
verò à concedente iuxta doctrinam *Bart.in
l.Gallus.§ etiam ſi parente. ſub nu.4. ff. de lib.
& poſth. Fontanel. verò in fertiliſſimo, & vtiliſſimo
ſuo tract.de pact.dotal.par.1.Clau.4.gl.
9.ſub num.10.* dicit immo verò ſibi placere
vnà cum Bart.& Did.per eum citat. nam quod
verba non poſſint verificari diſtinctim, ſed
vniformiter tantum, tam inſpecta perſona
recipientis, quàm concedentis, & ſic ab
vtroq; habere filios rem in ſtipulatum deductam,
id verum ſit & procedat in ſtipulatione
pro ſe & filijs ſecundum Surd. quod
verò poſſint verificari in ſolo concedente,
& ſic quod ab eo ſolo filij habeant, id procedat
in caſu pręſentis cap. noſtri, vbi vel
pater filio ſoli ſtipulatur, nam verè filius
habet non à patre, ſed à concedente, vel vbi
pater ita donauit filio ſuo contemplatione
matrimonij, cum pacto quod filij procreãdi
haberent eſſe hæredes bonorum donatorum,
nam & hic idem; id quod patet expreſſe
ex verbis pacti & reſeruatiuis ſecundum
d. Fontan. qui in hoc caſu loquitur,
vt patet ex facti ſpecie ibid. ſub nu.7. ſub princ.
& ad eũd.n.10. & hęc digito liges, quia erũt
alibi ſępe opportuna, & nota dictum eiuſdẽ
non poſſe vnum caſum ad alium protrahi
(q̃cquid ex cõpararione ad emphiteuſim,
& per applicationem *l. ſi cum dotem. §. ſi pater
ff. ſol. matr.* non rectã, nec conuenientem
formulę pro ſe & filijs, cum ibi agatur de ſtipulatione
filię tantum) aliquantulum inuoluatur.
agnouit tamen differentiam, &
argumetum à fortiori, vt (cum ſuppoſito)
quod in emphiteuſi pro ſe & filijs pater nõ
poſſit præiudicare: ſi in hoc caſu, quantò
minus in alio, (vbi filię non habent à patre,
ſed à concedente, & donãte vt ibi per eum)
ſatis detur intelligi à ratione diuerſitatis
caſuum non receſſiſſe; quicquid ſit, ad conciliationem
& diuerſitatis rationem attende.
64 † Et propterea cauendum ab omnibus,
qui ad materiam feudorum ſub formula
pro ſe & filijs applicant iura ad caſum, vbi
filijs tantum fuit ſtipulatum, *vt à Caſtr. ad l.
Idem Iulianus. §. ſi quis alicui. ſub nu.4. de leg.
1.& Dec. conſ. 238. ſub num. 6. qui applicant
d. l. quidcunque. §. ſi quis ita. de verb. oblig.
Menoch. conſ. 150. num. 26. & ſeqq. lib. 2. dum
allegat. l. ſi cũ dotẽ. §. ſi pater. ff. ſol. matr. prout
etiam Fontan. mox. cit. & melius vbi Id. Menoc.
eas formulas diſtinxit pro ſe & filio, vel pro filio
tantum vt in conſ. 286. lib. 3.* vbi inter rationes
dubitandi poſuit hanc. l. & aliam vt ibi, ad
quam reſpondit *num. 27. & ſeqq.* pręſertim
65 quoque *ſub num. 30.* † Item cauendum ab
ijs, qui à ſepulchris arguũt ad feuda *ad Roſ.
cap. 2. concl. 33. nu. 19.* maxime quia iura ſepulchrorum
etiam hæreditariorum trãſeũt
tãtũ ad filios non ad hęredes *l. 6. §. liberis. ff.*
66 *de relig. & ſump. fun. contrà. in feudis* † ratio
diuerſitatis eſt, quia non intrant termini
ſucceſſionis in iuribus ſepulchrorum, ſicut
in feudis, quid enim ſi pręcedat filius cõſtituẽtis
ſepulchra, nonne in eis ſepelietur?
iuxta Horationum carmen od. 28. Ad Arebitã

Miſta ſenum ac iuuenum denſantur funera.

67 Ecce non expectari ſucceſſionem, † ſine
qua hæreditaria qualitas non poteſt dari,
At in feudis ſecus, & ſic de ſingulis,
& vt etiam *infra cap. 33. num. 15.
& ſeqq. num. 192. & ſeqq.* vbi
aliud quid ad rem iſtam
inſuper adijciemus.
et cap. 24. num. 56. et ſeqq.

CAP.

CAP. VIGESSIMVM.

De ſtipulatione pro patre & filijs, an ſucceſſiuè.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur quæſtio de ſtipulatione pro patre et filio, caſibus ſex diſtinctis.*

2 *Regula eſt, quoad primum effectum, quod filius acquirat ordine ſucceſſiuo.*

3 *Quæ procedit etiam in perſonalibus, vt in operis.*

4 *Et in vſufructu. et num. 5.*

6 *Et in omnibus ſiuè tranſitorijs, ſiuè non tranſitorijs.*

7 *Siuè filius ſit in poteſtate, ſiuè non.*

8 *Limitatur in priuilegijs immunitatum, et ſimilibus libertatibus, quæ poſſunt ſimul et in ſolidum competere patri & filio.*

9 *Seu etiam in indiuiduis.*

10 *Vt in vſu fundi, licet aliqualiter impugnet Rub.*

11 *In priuilegio ob numerum duodecim liberorum.*

12 *In ciuilitate conceſſa, in qua non poteſt ex delicto patris filio præiudicari.*

13 *In conceſſione, quod pater poſſit eſſe de conſilio ac eius filij.*

14 *In conceſſione officij patri facta, et poſt eius mortem filio, in qua pater non poſſit præiudicare.*

15 *Regulariter ſecus.*

1 Vidimus † quid iuris, vbi ſolis filijs fuit prouiſum, ſeu ſtipulatum non intrare quęſtionem, An filijs, vt filijs, an filijs vti ſucceſſoribus fuerit ſtipulatum: quid iuris, nũc ſequitur, vt videamus, quãdo cõiunctim ſibi & filijs, ſeu liberis: an filijs vti ſucceſſoribus cenſeatur ſtipulatum: circa quam formulam maiores præ oculis obuerſantur difficultates, ob confuſiones doctorum, & repugnantias. Verùm facilis (vt puto) exurget reſolutio, ſi diſtinctis quibuſdam caſibus, rem iſtam tractemus.

Vt primò diſpiciamus, quid iuris ſit, quantũ ad effectum, an ſimultaneè, an verò ſucceſſiuè, ſcilicet poſt mortem patris ſtipulantis, intelligenda ſit formula.

Vt ſecundo qd iuris, quoad effectũ, vt ſi pater viuus non conſequatur rem ſtipulatam, an filij habeant ita quod effectus in eorũ incipere poſſit perſona.

Vt tertio quid iuris, quoad effectum vt, (vbi ſucceſſiuè) an viriliter, an verò pro portionibus hæreditarijs ſuccedatur.

Vt quarto quid iuris, quoad effectum, an pater poſſit filijs præiudicare, alienando putà, reuocãdo, vel delinquendo, ex quo pariter, an ſucceſſiuè, an verò per ſucceſſionem filij capiant plenè diſcuſſum manebit.

Vt quinto quoad effectum, an poſſint filij delata hæreditate, & repudiata rem in ſtipulatum deductam retinere.

Vt ſexto & vltimò, quoad effectum, an ſi delata hæreditas non ſit, hoc ſaltem in caſu poſſint retinere, eruntque ſex (hac de re tota) capita diſtincta, & ſeparata; continuatiue tamen cum capitibus inſtitutis.

2 †Et quidẽ (ꝙ pertinet ad primum) cõſtitui poteſt pro regula, quod formula
intelligatur ordine ſucceſſiuo, vt primò pater
deinde filij (poſt eius mortem) admittantur.
Canoniſtæ in cap. potuit. vbi Imol. ſub num. 61.
in fin. de loc. & conduc. legiſtæ in l. ſi tibi §. ſi
pactus. ff. de pact. in l. quod dicitur. 130. de verb.
oblig. in l. Gallus. §. quidam rectè vt ibi Alberi.
num. 10. Alex. num. 8. Bart. num. 8. Imol. num.
24. 25. & alij communiter. ff. de lib. & poſth.
Mantic. de tac. & ambi. lib. 14. tit. 17. ſub num.
11. verſ. decimus caſus. & lib. 22. tit. 18. per tot.
Caſſane. per eum cit. in conſ. 6. num. 1. 6. & 13
Surd. dec. 322. nu. 44. & conferent ea, quæ infra
differentur, & in materia feudi, ſatis conſtat
ex iam dictis alibi ſupra: *et ad Alex. cõſ. 129.*
nu. 3. lib. 5. Cauagn. in obſ. ad Menoch. conſ. 40.
num. 35. lib. 1.
3 † Amplia etiã in perſonalibus, vt quoad
operas, quas pater ſibi & filijs ſtpiulatus fuit
vt in ſpecie Alber. ad d. l. Gallus. d. nu. 10. Imo.
in d. §. quidam rectè. numer. 24. et adhuc infra
4 *apparebit* † Item vt quoad vſumfructum
Ang. in d. §. quidam rectè. ſub. num. 5. Imol. eũ
ſequens quoad filium in poteſtate ibid. ſub d. n.
5 *24. 25.* † Alex. tàm quoad filium in poteſtate, quàm non, ſeu emãcipatum *ſub n. 8. ad fi.*
6 † & generaliter in dubio id procedere, ſiue
in ſui natura tranſitorijs ſiue non, *dicit eod.*
7 *nu. 8. ſub princ. ipſe Alex. et.* † ſiuè filius ſit in
poteſtate ſiue non, & ſiuè in tranſitorijs ſiuè
non *Surd. d. dec. 322. d. nu. 44.* vbi alios citat
et de com. et Mant. quoque ſub d. nu. 11. d. verſ.
decimus Caſus. Seyſſel. (opinionem Ang. et
Alex. tutiorem dicens) in d. §. quidam rectè. nu.
16. in fin. Cald. de nom. emph. q. 24. ſub nu. 11.
Ferrar. in l. eandem q. num. 129. de duobus reis
Iaſ. ad l. 2. num. 186. C. de iure emphyt. obſeruandum dicit Lancel. Galiaſ. ad d. §. quidam rectè. num. 24. ff. de lib. et poſth.
8 † Limita in priuilegijs, immunitatibus,
& ſimilibus libertatibus, q̃ poſſunt & patri,
& filio ſimul inſolidũ competere, quia filij
gaudebunt etiã viuo patre *Graſſ. in §. hære-*
9 *ditas. ſub n. 4. et ſeqq. vbi de cõm.* † Seu etiam
in his, quę (vt indiuidua) cohęrent perſonę
vt vſus fundi *ad Bart. ad l. Gallus. §. quidam*
rectè. num. 11. 12. Bald. num. 14. Seyſſ. nu. 21.

22.

22. Ang. ſub num. 5. verſ. tertia, et vltima conclusio: & alij omnes vbi etiam latius declarant, an ſemper, & quando vt Rub. Alex. nu. 208. et ſeqq. ff. de lib. et poſth. Alciat. reg. 1.
10 præſ. 31. nu. 5. † vbi de vſu fundi, qui tamen aliqualiter impugnatur à Rub. ſub num. 133.
11 Surd. dec. 123. nu. 89. † vbi de priuilegio ob numerum XII. liberorum, vide tamen addition. ad Theſau. dec. 287. numer. 11. et ampliſſimè per excell. Præſ. Bello. conſ. 69. vbi eſſe beneficium latè interpretandum Menoch.
12 conſ. 1088. num. pen. lib. 11. † vbi de ciuilitate patri conceſſa, ita quod nõ poſſit poſtea filijs ex ſuo delicto præiudicare, vt num. fin. ibid. l. cum precario. 21. ff. de precar. iũcta alia l. cum precario. 12. in fin. ff. eod. l. fin. C. de vſufruc. et add. ad Gregor. de conceſſ. feud. part. 3.
13 q. 7. ſub lit. b. † vbi in cõceſſione, vt pater poſ
14 ſit eſſe de conſilio, ac eius filij † & vbi conceſſum eſt officium patri & poſt eius mortem filio, quod pater non poſſit præiudicare, & meritò, quia in qualibet perſona dignitas eſt noua & diuerſa, vt quid in hęrens
15 in qualibet perſona ſingulariter. † Hiſce vel conſimilibus demptis, manet in reliquis quod filij huiuſmodi ſtipulatione cõprehẽſi ſucceſſiue poſt mortem patris capiãt per prædicta.

CAP. VIGESSIMVM PRIMVM.

An ſtipulatio paterna proſit filijs patre non conſequente.

S V M M A R I V M.

1 *Si pater conſequi non potuerit rem in ſtipulatũ deductam ſub conditione, forte morte præuẽtus, filio vel filiæ acquiritur.*
2 *In contractu fit trãſmiſſio ad hæredem, ſi superueniat conditio, et num. 3.*
Secus in vltimis voluntatibus ſub eod. 2.
4 *Idem in donatione cum clauſula quod ſit irreuocabilis, niſi ſpecificè reuocetur.*
declarato Bal. ſub eod.
5 *Regulariter mentio hæredis ſtat in conſequentiam, et cum ſuppoſito, quod donatio ex perſona donatarij confirmetur vt poſſit tranſire in hæredes.*
6 *De donatione, vt primogenitus ſuccedat de gradu in gradum ipſo primo vocato prę moriente remiſſiuè.*
7 *In vltimis volũtatibus quando detur transmiſſio, remiſſiuè.*
Et quid in donatione cauſa mortis ibid.
8 *Si inueſtitus ſub conditione aut tempore prę moriatur an hæres ſuccedat.*

1 QVod † pertinet ad ſecundum quoad effectum, vt ſi pater conſequi nõ valuerit viuens rem in ſtipulatum deductam ſub conditione (an, ſi pendente conditione deceſſerit pater) filij capere poſſint conditione aduenięte? dic hunc caſum poſſe ſuccedere, & effectum de iure ſortiri etiam in filijs tex. eſt. in l. pater cum filia. 23. ff. de pact. dot. vbi ſi mortua in matrimonio filia eſſet, dos patri redderetur; ſin ſecus eius filijs, mortuo patre primo, mox filia, filij conſequentur quod ſtipulatum eſt, licet dici poſſit iſtum tex. non loqui propriè, vbi eſt ſtipulatum ſibi & filijs: ſed vbi primò ſtipulatum eſt patri, & poſt mortem ſuam (adueniente conditione filijs): qui videtur caſus
2 diuerſus: verùm eadem ratio viget. † Quæ eſt quod in contractibus fit tranſmiſſio ad hæredem, ſi ſuperueniat conditio, vt ibid. in fin. eiuſd. tex. (quicquid aliter ſit in vltimis voluntatibus §. ex cõditionali. inſt. de verb.
3 oblig. l. vn. C. vt ab hær. cont. hær.) † Per quæ iura ita in ſtipulatione pro ſe, & ſuis (æquiparata etiam huic alia ſtipulatione pro ſe, & liberis) ſeu in donatione, ita dixit Bertrand. conſ. 283. num. 6. iuncto num. 5. in fin. lib. 4. & ad l. quæ legata, et ibi egregiè Petr. Fab. ff. de reg. iur. et optimè ad intellectũ eius l. et materię.
4 † Item poteſt dari alius caſus, ſi Titius ſtipulatus ſit ſibi & hæredibus donationem cauſa mortis non reuocabilem, niſi (verbi gratia ſpecificè reuocetur) nam tametſi Titius donatarius præmoriatur ante donatorem, qui tamen ſpecificè non reuocauerit, hæredes capere poterunt rem donatam, & hic eſt caſus Bal. in conſ. 108. Domina Ioanna, videndus. ſub num. 1. verſ. nec obſtat, et iuncto num. fin. per tot. lib. 3. ex quo apparuit id ex eo contingere in ſuo caſu, quia fuit dictum hoc modo, ſcilicet, vt per mortem donatarij aut donatoris non reuocetur: ergo alij caſus videtur excluſi à reuocãda donatione, prout hic eſt intellectus Bald. & ita hęredes donatarij capiẽt, ex eo quia in hunc caſum nõ fuerunt excluſi, cum vno tantum caſu intraret excluſio, vbi ſcilicet ſpecifice fieret
5 reuocatio. † Aliàs regulariter mentio hęredis ſtat in conſequentiam, & cum præſuppoſito, quod donatio ex perſona donatarij confirmetur, & ab ea incipiat, vt poſſit ad hæredes tranſire in conſequentiam, & ſic ſucceſſiuè, vt ibid. per Bald. ſub d. num. 1. allegatum (licet erroneè) per Dec. in conſ. 513. num. 13. et Menoch. conſ. 864. num. 25. lib. 9. vbi etiã error (ibi. lib. 1.) cum debeat legi. lib. 3. et in cõſ. 84. num. 16. lib. 1. conſ. 388. num. 47. lib. 4. et in
6 conſ. 411. ſub num. 1. lib. 5. † vbi in donatione, vt primogenitus ſuccedat de gradu in gradum, ipſo primo vocato præmoriente, iuncto ibid. nu. 2. & ad Io: de Anan. conſ. 37.

in

7 in princ. † Non omittamus tamen, etiam
in vltimis voluntatibus dari tranſmiſſioné
ex coniecturis, *vt plenè per excel.D. Præſid.
Bellon. Iuris noſtri Illuſtratorem, in conſ.3.per
tot.et conſ. 6.et per not dec. flor.29. per tot.* &
quid in donatione cauſa mortis *Id. d. meus
8 conſ.* 8.*à num.43. vſque in fin.* † At vbi relin-
quimus exemplum de inueſtito ſub condi-
tione, aut tempore, qui interim moriatur,
An hæres eius poſtea admittetur ? & dic
quod ſic in feudo ſeculari, ſecus in eccleſia-
ſtico, & id ideo quia in hoc non datur ſuc-
ceſſio, in alio datur *iuxta tit.9. qui ſucceſſ.te-
nean.et ibi doct.et tit.quib.mod.feu.cóſt.pot.in
fi.et in §.moribus.tit.ſi de feu.def.fuer.cót.int.
dom. et agnat. Vaſ.et in tit. de cler. qui inueſt.
fac.35.lib.2.* vbi exempla in vtranque parté
in eodemmet clerico.

CAP. VIGESSIMVM SECVNDVM.

Quod ex ſtipulatione patri & filio viriliter ſuccedatur.

SVMMARIVM.

1 *Hac quæſtio proponitur, et dicitur quod viriliter in non tranſitorijs, ſecus in tranſitorijs.*
2 *Imò defenditur idem eſſe in omnibus, vbi non ſit mentio hæreditariæ qualitatis ſed filiorum tantum.*
3 *Nec refert an nomine proprio an appellatiuo filijs ſit ſtipulatum.*
4 *Motiuum ad concipiendum ſtipulationé ſub nomine filiorum.et ſeqq.*
5 *Ad reſtringendum ad filios ſolos, ſaltem eis extantibus, ſecus eis deficientibus et num.6.*
7 *Ad excluſionem nepotum*
8 *Seu aliorum hæredum.*
9 *Ad extraneorum excluſionem, vt in donatione principis pro ſe et deſcendentibus.*
10 *Motiuum hoc nó cenſetur eſſe in ſtipulante ipſo, et cur.*
11 *Noſtra intereſt compleri deſiderium noſtrum, et reputatur ad noſtrum lucrum.*
12 *Et è contra ad damnum non adimplere.*
13 *Supponendum ſemper verba ſtare cũ myſterio, nec iacere fruſtratoria.*
14 *In eo, in quo poſſunt, et quod eſt veriſimile, intelligenda.et num.15.*
*Et quod perſonę magis congruit.*eod.
16 *Succedi ęqualiter in feudis et emphyteoſi eſt magis recepta opinio.*
17 *De æqualitate inter filios.*

1 AD † tertium, quo ad effectum, an viri-
liter, an verò pro portionibus hære-
ditarijs ſuccedatur, vbi ſibi & filijs fuit ſti-
pulatum? dicendum eſt quod viriliter *Bart.
in d.§.quidam rectè ſub num* 8. *9.l. Gallus.ff.
de lib.& poſth.& in l.vt iuriſiurandi §.ſi liberi.
ff.de op.libert.* diſtinguendo tamen tranſito-
ria à non tranſitorijs, *vt in d.§.quidam rectè:*
vt in illis pro hæreditarijs portionibus ſuc
cedatur, in illis verò pro virili, & idem
tenens: *Id.Bart.in l.ſi tibi decem.§. ſi pactus.n.
9.ff.de pact.in l. quod dicitur 130.nu.5.& 6.ff.
de verb.oblig. Bal.in auth. ſi quas ruinas.num.
9.C.de ſacroſ.eccleſ.in l.liberti liberiq; nu.27.
& 32.* in feudo, & emphyteoſi Eccleſiaſtica
*C.de oper. libert. Imol. ad cap.potuit num.61.
de loca et conduc. Alex. conſ. 8.num. 1.vol.3.
Mantic.de tac.et ambig.lib.22.tit.17.num.27.
Corbul. plures referens*, & idem tenens in
emphyteoſi priuatorum: *tit. de cau. priu. ob
lin. fin. num.67.et ſeqq.et ad ſupra hoc lib.cap.
5. ſub princ.Surd.ad tit. An agna. vel fil.num.
24.25.*
2 † Verùm non eſſet mittere os in cęlum, ſi
in pũcto iuris idem eſſe abſq; diſtinctione,
in omnibus, vt vbi adeſt ſtipulatio ſibi &
filijs, filij ſuccedere habeant pro virili, & nõ
pro portionibus hæreditarijs: in primis
enim occurrunt plenius dicta *ſupra cap.15.
per tot.* vbi etiam (quoad res tranſitorias
ſeu hæreditarias) intrare hanc pro virili
ſucceſſionem oſtendimus: & ratio ibi tacta
procedit etiam in caſu iſto, ſi quidé ſumus
in filiorum nominatione abſq; adiectio-
ne vocis hæredis, & ſic ſemota à qualitate
hæreditaria, ergo idem ius eſſe debet *ad l.
3 adigere. §. quamuis. ff. de iure patro.* † Nec
differt, aut reffert, an noïe ꝓprio an appel-
latiuo *Menoc.conſ.825.n.18.19.lib.9. Caſſan.
conſ.6. ſub numer.1. circa fin.* fundamentum
Bart.et cæterorum ſtat in eo, quod pater cen-
ſetur filijs vt filijs ſtipulatus, id quod in du-
bio p̃ſumatur in re ſui natura ad extraneos
non tranſitoria: Nos autem (*vt d.cap.15.*)
damus inſtãtiam, vt poſſit filijs vt filijs eſſe
prouiſum, vt tamen nõ ſit ſeiuncta prouiſio
de filijs vt hæredibus, & tamen, vbi filij,
(quibus prouiſum erat vt filijs) ſint hęredes,
non ob id propter hæreditariam qualitaté
fiet pro hæreditaria portione diuiſio, ſed
manebit nihilominus diſtributio pro virili,
vt videmus in feudo vbi *ex cap. An agnat.
etc.* filij fiunt hæredes, & ex cap.de ſucceſſ.
feu. ijdem filij ſuccedunt ęqualiter, ſeu pro
virili.
4 † Præterea conſideremus, quęſò, cuius nã
ſit motiuum, quod fiat huiuſmodi ſibi &
filijs ſtipulatio? hoc auté vltra dicta *infra c.
ſeq.n.63.et ſeqq.* (quo te omnino remitto) va
rium eſſe poteſt, vt diſpoſitio, quæ aliàs in

omnes in infinitum hæredes, alio non ap-
parente, tranſmitteretur, hæc ad ſolos filios
cẽſeatur reſtricta, vt putà in pactis, aut pro-
5 uiſionibus matrimonialibus. † Quibus ſo-
lent coniuges paciſci, ſeu ſtipulari filijs ad
differentiam aliorum : & ne alij præter-
quam filij habeant, vel ſuccedant: *ad cap. 19.*
ſupra quib. addo. Bertaz. vol. 2. par. prima cõſ.
6 *235. num. 6. et ſeqq.* † ſaltem ipſis filijs extan-
tibus, ita quod demum eis non extantibus,
alij ſeu extranei hæredes admittantur *ad*
Surd. dec. 322. num. 73. 74. 75. 76. 77. ſub prin.
et ad Alex. in conſ. 17. numer. 3. et ſeqq. lib. 5.
7 † vbi vocem filij reſtrictam intelligi, ne
comprehendat nepotem, *et ad ſpecul. de em-*
8 *phyt. verſ. 1. ſub nu. 184.* † vbi ne alios h̃rdes.
Mantic. de tac. et amb. lib. 22. tit. 12. in princ. et
per tot. Ad Caſſan. conſ. 6. per tot. Ad Menoch.
9 *conſ. 514. num. 6. et ſub num. 8. lib. 6.* † vbi in
liberalitate principis ad filios, & deſcendẽ-
tes reſtricta ad excluſionem extraneorum
optimè ad Cauagnol. in obſer. ad Menoch. conſ.
40. num. 18. et ſeqq. et numer. 55. Hoc vnum
(vt omittam reliqua) cum poſſit ineſſe mo
tiuum, quęram abs te cuius erit motiuum
iſtud? an ipſius ſtipulantis?

10 † Atqui hoc non eſt veriſimile, quia ve-
riſimilius eſt, quod omnẽ rem vellet (quam
magis fieri poſſet) liberam, & in plena ſui
facultate ad tranſmittendum etiã in quoſ-
cunque vel hæredes vel alios pro arbitrio,
& amicos ſibi facere, etiamque filios ſibi
magis deuinctos reddere, quod non ita eis
ſuccederet, ſi filij alijs accepto referrent *ad*
§. pen. inſt. de his qui ſui vel alie. iur. ſunt l. ver-
bis legis. ff. de verb. ſign. et ad Menoch. in conſ.
286. numer. 23. 24. 25. lib. 3. Cuius ergo? niſi
alterius (cuius in mente, cuius in intentio-
ne intereſt, vt filij habeãt, ideoque vult pa-
trem non ſibi, & hæredibus, ſed ſibi, & filijs
reſtricte ad filios (cauſa aliqua intrinſeca,
quam minime (ſi nõ exprimatur) neceſſe eſt
inquirere, & prout (infra cap. ſeq. num. 74.
& ſeqq.) vbi adhuc iſta, quę nunc dicuntur
probabuntur, ſufficit quod nominatio fi-
liorum hunc effectum habeat, vt tanquam
tales, & non tanquam hæredes fuerint cõſi-
derati, & ita quod ſint exequandi in re in
ſtipulatum deducta conſequenda *ad d. c. 15.*
Hæc autem mentis affectio, hoc votum er-
ga filios, hoc deſiderium quod compleatur
dicitur eius intereſſe, qui ita deſiderando
permiſit, iuſſitue alterum ſibi & filijs ſtipu-
lari.

11 † Noſtra cum interſit deſiderium, volun-
tatemue noſtram compleri, id quod) per
ſeſe ſolum) reputatur ad beneficium, vel
lucrum *ad tex. in l. libertus. 36. propè fin. ibi*
qui animo etc. ff. de bon. libert. Alex. conſ. 55. n.
12 *fin. et ibi add. fin. lib. 2.* † & è contra ad dam-
num non adimplere poſſe *Menoch. cõſ. 309.*
nu. 17. lib. 4. adde Dec. conſ. 20. nu. 17. & tam
poteſt ineſſe, & vigere, dum transfertur res
(ſui natura) ad extraneos, quàm alio quoli-
13 bet caſu. † Cum ſemper pręſumendum ſit,
& præſuponẽdum verba ſtare cum aliquo
myſterio, vt aliquid operentur, nec quod
fruſtratorie fuerint adiecta, iuxta *l. ſi quando*
112. in princ. de leg. 1. l. 1. §. Hęc autẽ verba. C.
de donat. c. ſi Papa. §. ſi autem Eccleſia in fin.
de priuil. in 6. Surd. conſ. 127. numer. 9. et ſeqq.
Natt. conſ. 673. num. 9. vbi ait hanc eſſe re-
14 gulã † & ex eo, in quo verificari poſſunt, &
quod eſt veriſimilius) interpretanda acci-
piendaue *l. in obſcuris. ff. de reg. iur. glo. magna*
circa fin. ad l. veteribus. ff. de pact. glo. vlt. poſt.
med. in cap. ex litteris. de ſponſ. Dec. in l. in con-
trahenda. num. 4. ff. de reg. iur. Natt. conſ. 112.
num. 6. Rim. iun. conſ. 641. num. 57.

15 † Et ex eo, quod eſt veriſimile, & quod
perſonis magis congruit, *vt eſt in l. plenum.*
§. equitij. ff. de vſu, et habit. latiſſimè Affl. nu.
16. 17. 18. ex quibus cau. feu. amitt. Menoch.
conſ. 845. num. 59. lib. 9.

16 † Demum eſt in term. contra dictam di-
ſtinctionem deciſio (magis communiter
recepta, in ſpecie emphyteoſis priuatorum
ſuſceptæ pro ſe & filijs, vt filij ęqualiter
ſuccedant, *vt de comm. et magis Commu. te-*
ſtatur Corb. d. tit. de alien. ob lin. fin. num. 67. et
ſeqq. Mangil. de imputat. q. 150. num. 5. iunct.
17 *numer. 1. et ſeqq.* † vbi de ęqualitate inter fi-
lios.

CAP. VIGESSIMVM TERTIVM

Quod ex ſtipulatione ſibi & filijs poſſit pater præiudicare.

SVMMARIVM.

1 *An pater poteſt præiudicare filijs, ſtante ſtipu-*
latione pro ſe et filijs.
2 *Contrariæ ſententiæ referuntur, et primò quod*
non et ſeqq.
3 *Duplicem eſſe donationem dicentes.*
4 *In donatione et ſtipulatione.*
5 *In donatione Principis.*
6 *In donatione Regis cuidam facta, et eius primo-*
genito.
7 *In donatione reuocata à patre, filio facta.*
8 *In promiſſione vel donatione facta marito con-*
templatione matrimonij.
9 *In donatione ad certum tempus aut ſub condi-*
tione in Tertium facta ex l. quoties. C. de
donat. quę ſub mod. & §. Flauius. *nu. 10.*
et 14.
11 *Si Iudex, vel Notarius ſtipuletur pro alio.*

12 *Vt*

12 *Vt ſint tales donationes irreuocabiles ob inſtrumenta, quæ fieri ſolent cum ſtipulationibus Notariorum.*

13 *Si pater vel Notarius ſtipuletur.*

14 *Diſpoſitio* §.Flauius *non procedit in deſcendentibus, quibus fuit ius irreuocabiliter quæſitum.*

15 *Acquiritur actio abſenti, Notario ſtipulante.*

16 *Alia opinio contraria, quod ſcilicet pater poſſit præiudicare.*

17 *Ratio controuerſiæ refertur, pendens ex ea quæſtione, An filijs vti filijs, An filijs vt hæredibus, vt filijs vt filijs primi, ita quod filij habeant iure proprio in vim cuiuſdam ſubſtitutionis & num.18.*

19 *Vt filijs, vt hæredibus poſteriores & ideo oporteat eſſe heredes, & defuncti factum approbare, idque in materia tranſitoria, ſecus in non tranſitoria, vt in feudo aut emphyteoſi.*

20 *Impugnatur vtraq, opinio, contra primam datur inſtantia de feudo, vbi filij vt filij vocantur, & materia non eſt tranſitoria, & tamen oportet hæredes eſſe.*

Contra ſecundam, quæ habet quod poſſit præiudicari, datur alia inſtantia de ipſomet feudo, in quo non poteſt pater præiudicare aut prælegando aut inæqualiter de eo diſponendo ſub eod.

21 *Nec differentia de tranſitorijs & non tranſitorijs eſt tuta, titubant enim & ſibi ipſis contradicunt Doct. in feudo emphyteoſi &c. & ſeqq.*

25 *Stabilitur iure ſucceſſionis (ſtante hac clauſula) regulariter capi à filijs, Vnde regula trita nõ poſſe per eas infringi facta parentum, etiã facto inuentario, quia non iure proprio.*

26 *Ratio adfertur differentiæ, an pater ſtipuletur tanquam miniſter & nomine filij, quia hoc caſu iam vltra nõ poſſit præiudicare, per reg. quod noſtrum eſt. & num.27.*

28 *An verò vti radix & fundamentum, vt in ſtipulatione ſibi & filio, ſcilicet in patre inchoata, vt poſſit præiudicare, quia ab eo tanquam radice cæteri recognoſcunt ius & beneficium & ſeqq.*

29 *Pater eſt portans feudum ad poſteros, veluti radix ad palmites, fons ad riuulos.*

30 *Patri principaliter fuit facta conceſſio, & ipſe ſibi principaliter prouidere voluit, vnde reliqui poſt eum dicuntur venire acceſſoriè ſeu in conſequentiam, & num.31.*

32 *Acceſſorium pendet à principali.*

33 *Et veniunt filij poſt mortem patris per viam ſucceſſionis & iure hæreditario ad feudum, quod probatur.* ſub eod.*num.34.*

35 *Qui dicit ſucceſſionem dicit titulum hæreditariũ.*

36 *Etiam in feudo antiquo non obſtante renouatione.*

37 *Hæc eſt regula, & axioma receptum in contractibus, vt pater ſibi & filijs ſtipulans videatur prius ſibi, & poſt mortem filijs ſuis quæſiuiſſe, & ſeqq.*

Regulæ tandiu acquieſcendum, donec contrariũ probetur. ſub eod.

38 *Acquiritur filijs poſt mortem, ſi (pater in eadẽ voluntate perſeuerans) feudum non alienauerit.*

39 *Tàm concedens, quàm accipiens cogitarunt, q̃d poſt mortem filij habeant.*

Ita quod poſſit eis à parentibus præiudicari. ſub eod.

40 *Donata patri, & filijs in dubio patri donata præſumuntur, vnde poteſt pater præiudicare.*

41 *Non alia perſona attendẽda, quàm principalis, quæ eſt pater.*

42 *Etiam quod pater nihil erogauerit de ſuo, diſtinctione (an erogauerit vel non erogauerit) improbata.*

43 *Vt in feudis, quæ dantur gratis, & tamen filij accipiunt iure ſucceſſionis, & capiunt à patre iure hæreditario, & nu.44.*

45 *Quia vnica, et vniformis eſt ſtipulatio interrogantis (ideſt donantis, et reſpondentis) ideſt donatarij.*

46 *Ex quo actu mixto oritur vnicus effectus acquiſitionis in patre primò, et mox in filio, (ſucceſſione mediante, et eſt vnica voluntas ſimul vnita.*

47 *Paria ſunt concedi mediante pecunia, vel ſine, et alicuius contemplatione.*

48 *Ex hic eſt ordo iuris quod ſucceſſione ſuccedatur.*

49 *Et dicitur ſucceſſio legalis.*

50 *Tametſi inſit quædam maior vis in acquiſitis mediante pecunia aut merito, ſed plus vel minus non conſtituit differentiam ſpecificam*

Conceſſo quod ex ſucceſſione, ſeu iure hæreditario, ſequitur infringi non poſſe factũ defuncti. ſub eod.

51 *Item quæ ipſe acquiro, eadem me poſſe alienare pro libito.*

52 *Feudũ (conſẽtiente domino) poteſt à patre alienari.*

53 *Idem ſi auus conceſſit feudum contemplatione filij iam nati pro ſe et deſcendentibus.*

54 *Donatio pro ſe et filijs poteſt à patre reuocari.*

55 *Inhumanum eſt quod propria induſtria ſibi prodeſſe non debeat.*

56 *Acquiſitũ à me in me fundatũ, à me tolli poteſt.*

57 *Facilius præiudicatur in iure quæſito ab ijs per quos quæſitum fuit.*

58 *Ex Acquiſitione per ſucceſſionẽ inſtuitur, quod is cui ſucceditur, poterat diſponere.*

59 *Aliud eſt ex ſucceſſione, aliud ordine ſucceſſiuo.*

60 *Filiorum adiectio in ſimilibus ſtipulationibus ſeu donationibus vel alienationibus, cur fiat, et cauſa à partium enumeratione referũtur.*

61 *Argumentum à partium enumeratione validum.*

62 Et in omni diſpoſitione concludens.
Ac vti concludens ab omni parte ita ſufficiens ad victoriam ſub eod.

63 Cauſa adiectionis filiorum alia generalis, alia ſpecialis, & quid vtraque.

64 Regulariter votum parentum eſt velle iure ſucceſſionis in filios ſua bona tranſmittere.

65 Et eſt de natura ſtipulationis, vt eius effectus tranſeat ad heredes, etiam quod hæredũ nulla mentio facta ſit.

66 Et donans ipſe concurrit in dubio in eadem voluntate.

67 Quia donans non plus diligit filium, quàm pater, imò minus, quia non eſt amor, qui paternum vincat.

68 Sanguinis ratio cauſam præſtat ſucceſſioni.
In ſanguine fundantur ſucceſſiones, vnde prima cauſa dicitur filiorum ſub eod.
Sanguinis rationi non adeo in hæredĩ, vt modus acquirendi per ſucceſſionem hæreditariam excludatur. ſub eod.
Vnde malè eos, qui in feudis cenſuerunt ſucceſſionem non capi in propria ſignificatione. ſub eod.
Speciales cauſæ adiectionis filiorũ et aliorũ ſubijciuntur., ſcilicet ad finẽ & effectum vel demonſtrandi, vel reſtringendi, vel præferendi, vel vinculandi, vel ampliandi. ſub eod.

69 Quomodo ad effectum demonſtrandi diſcutitur & ſeqq.

70 Licet dicatur pro ſe & heredibus, de filijs tamen intelligitur in feudis.
Siuè à lege ſiuè ab homine fuerit vox hæredis pronunciata ſub eod.

71 Quicquid contrarium ſentiant nonnulli, quod filij non teneantur eſſe hæredes, tamen errãt & num. 72.

73 Tametſi dicatur pro ſe & filijs, ſeu pro ſe & nepotibus, feudum tamen etiam ad omnes deſcendentes tranſibit, quia ea verba ſtent demonſtratiuè.
Sicut in alia materia, vt priuilegiorum, ſtarẽt reſtrictiuè ſub eod.

74 Quando filij vox ſtet reſtrictiuè latè de hoc & ſeqq.

75 Vnuſquiſque cenſetur ſibi & hæredibus ſuis proſpexiſſe.

76 At ſi ſibi & filijs ad filios reſtringitur prouiſio. & num. 77.

78 Idem in pacto, ne à ſe neuè à filio ſuo petatur.

79 Idem ſi quid traditur ea lege ne ad aliquem aut ad aliquos tranſeat.

80 Idem in teſtatore prohibente ne quid alij detur.

81 Idem in Adiecto, vt rectè ei, non eius hæredi ſoluatur.

82 Idem in patre ſtipulante ſibi & Titio filio ſuo, vt alij excludantur.

83 Æquiparãtur ſtipulatio facta fauore vnius, vel ſtipulatio facta fauore plurium ex filijs.

84 Declaratur quod ſtipulatio de filijs aliquando ſtet reſtrictiuè ſimpliciter & omni caſu, Aliquando non ſimpliciter & omni caſu. et ſeqq.
Et vtriuſque exempla in feudis et emphyteoſi eccleſiaſtica, vbi omni caſu, quia nunquam extranei admittuntur, quia res eſt non tranſitoria ſub eod. 84.

85 Aut vbi res eſt quidem tranſitoria, ſed conceſſa cum pacto, quod eis deficientibus redeat ad concedentem.

86 Vel ſi appoſita dictio taxatiua.
Aliàs filij adiectio ſtet quidẽ reſtrictiuè, ſed eis deficientibus non adeo reſtrictiuè, quin res tranſeat ad extraneos in materia tranſmiſſibili ſub eod. et num. 87.
Et etiam fœminæ. 88. etiam poſt maſculos in emphyteoſi ſub num. 90.

89 Hæc maximè, ſi donans nihil ſibi reſeruaſſet.
Etiam quod donatum ſit ſibi et filijs maſculis. ſub eod.
Vltimus fideicommiſſarius liberè poteſt diſponere de re fideicommiſſaria. 90. vbi etiam limitat. Idem vltimus donatarius põt ſub eod.

91 Inducta in vnum finem non debent diuerſum effectum operari.

92 Inducta ad augumentum non debent operari diminutionem.

93 Nec inducta ad diminutionem debent parere augumentum.

94 Ex diuerſis non infertur.

95 Niſi neceſſariò, non in contingibilibus.

96 Voluntas, quæ deducitur ex actu, non extenditur vltrà quã de neceſſitate inferatur ex ipſo actu.

97 Nec contra diſpoſitionem iuris, quod eſt vt iure ſucceſſionis acquiratur, ſtante ſtipulatione ſibi et filijs. et num. 100.

98 Contrahentes præſumuntur accomodaſſe volũtatem ad mentem iuris.

99 Princeps præſumitur ſecundum diſpoſitionem iuris contraxiſſe.

101 Qualitas maſculinitatis reſtringit ad maſculos ſed hæreditariam qualitatem non excludit.

102 Quæ opinio, quod filij ex ſucceſſione conſequantur, retinenda.
Et poſſe parentes præiudicare ſub eod. et num. 103.

104 In primo acquirente, quod ipſe poſſit præiudicare, communiter tenens doctor.
Non obſtante quod aliqui dixerint, Non ſemper contrahentes ſe conformare præſumi cum iure communi ſub eod.
Exageratur quod (cum adeſſent tex. aperti pro iure ſucceſſionis hæreditariæ) adeo doctores fuerint allucinati, vt à textib. ipſis deflecterent, nec eos attenderint ſub eod. et num. 105.
Conſuetudines feudales poſſunt allegari ad deciſiones cauſarũ extra materiam feudalem, ſi non ſint contrariæ iuri communi, vel ſi caſus non ſit de iure communi deciſus. ſub eod. 105.

106

106 *Refugiũ quod qualitas hæreditaria requiratur in feud. iure ſpeciali non allegata ratione, tanquam refugium miſerorum reijcitur.*

Neque enim eſt bona reſponſio, non allegata diuerſitatis ratione. ſub eod.

107 *Non eſt curandum qua mente parens ſtipulatus ſit, ſed quo animo concedens dederit.*

Et ob id pater non poteſt præiudicare ſub eod.

Quia filij habent iure contractus ſeu donationis à donatore, non à patre, nec contemplatione patris ſub eod.

108 *Etiam quod pater ſolus fuerit contemplatus, hoc non impedit quin forma donationis ſit ſeruanda, et ius filijs acquiſitum ſaluum relinquendum.*

109 *Idem (et multò fortius) ſi ambo ſimul pater et filius.*

110 *Funiculus duplex difficilius rumpitur.*

111 *Attenditur contemplatio.*

112 *Fundamentum tenentium, quod filij, vocati nominatim, veniant iure proprio, eſt poſitum in contemplatione, quod ſcilicet ipſi fuerint contemplati.*

113 *Reſponſio ad omnia antedicta, ex duplici ſpecie contemplationis abſoluta et correſpectiua*

Et vtraque declarata ſub eod. *et ſeqq.*

114 *Contemplatio propria eſt cũ quid alicui conceditur comtemplatione tertiæ perſonæ.*

In qua procedit, quod mea contemplatione Tertio datur mihi videtur datum. ſub eod.

Si nepoti detur contemplatione filij, filio datum videtur. ſub eod.

115 *Quid ſi detur vel promittatur dos ab auo nepoti an contemplatione filij.*

116 *An data à conſanguineis mariti*

117 *An data Ambaſciatoribus.*

118 *An data filiofamilias.*

119 *An eidem factum legatum.*

Filij ſecundi matrimonij ſuccedunt in feudo dato mulieri contemplatione ſecundi viri. ſub eod.

In antedictis viget propriè cõtemplatio. et procedunt contemplationis effectus, non vbi pater ſibi et filijs ſtipulatur, quo caſu non propriè ſed impropriè tantum, nec cum eiſdem effectibus. ſub eod.

120 *Impropria hæc contemplatio ſubdiſtinguitur in acceſſoriã et principalem, et quæ vtraque et effectus exponuntur.*

121 *Acceſſoria contemplatio non eſt in conſideratione, ſed principalis tantum, quoad patrem principaliter contemplatum, ob motiuum promeritorum eiuſdem.*

Merita non conſiderabilia in anniculo vel naſcituris. ſub eod.

122 *Pater conſideratus tanquam dilectus.*

Cui totum ius tribuitur ſub eod.

In dubio donatũ cenſetur contemplatione patris ſub eod.

Et ideo ab eo in filios peruenire. ſub eod. *et alia per tot. num. de hac patris contemplatione, et iuribus ad idem.*

123 *Quæ dicuntur de patre attendendo, tanquam principaliter conſiderato, procedere oſtendũtur etiam vbi nominati fuerunt filij nomine proprio, et in qualibet materia ſeu in omni genere contractus latiſſimè. et ſeqq.*

Ita quod ſuccedere habeãt iure hæreditario, non proprio, et nõ habeãt ſimul cũ patre viuo ibid.

124 *Pater non acquirit, cum in ſe ipſum redundet acquiſitio.*

128 *Oſtenditur nullum præſumptionibus locum poſſe apertum eſſe, ad effectum admittendi filios vnà cum patre. et ſeqq.*

129 *Inueſtitura requirit, quod partes ſint præſentes aut procurator cum ſpeciali mandato.*

130 *Facto ipſo nulla melior eſt probatio.*

131 *Si filius interueniat inueſtituræ, ius etiam ipſi acquiritur irreuocabile.*

Filius ex donatione principis acquirit proprietatem et vſumfructum ſub eod.

132 *Examinantur docto. allegati ad hoc, quod filij viuo patre conſequantur pro dimidia, qui reperti ſunt, vel hoc non dixiſſe, vel perfunctoriè tantum.*

133 *Titio et hæredibus ſuis legatum vſusfructus factum diuiditur.*

134 *Caſus* l. fin. C. de vſufr. *non benè applicatus ad ſtipulationem pro ſe et filijs.*

135 Nec ex l. fi. C. de Impub. &c. & 136. *vbi explicatur.*

137 *Caſus vbi filiorũ adiectio ſtat prælatiuè examinãtur.*

Reiecta adhuc diſtinctione, an filijs vt filijs an filijs vt hæredibus ſub eod.

Et ibid. latè, an admittantur filij, etiã non hæredes, an ſimul et extranei, an eis excluſis, et quid ſi deficiant filij ſub eod.

138 *Caſus vbi filiorum adiectio ſtat vinculatiuè, examinantur. et ſeqq.*

139 *Vinculatio duplex, ex parte vel concedentis, vel accipientis: vtrique applicando proprios effectus in propoſito, et primò ex parte concedentis.*

140 *Deinde ex parte patris accipientis, vt non ſit veriſimile voluiſſe ſe vinculare, et adeò duras leges ſibi imponere, vt non poſſet preiudicare, contra reg. quod fauore etc.*

141 *Eligendum illud, per quod omnibus conſulitur. et num.* 150.

142 *Videtur contra ius, quod quis priuetur libero diſponendi arbitrio.*

143 *Beneficia ita interpretanda vt minus lædant ius Commune.*

144 *Hominibus rerum ſuarum eſſe permiſſam alienationem, eſt regula, cui tandiu ſtandum, quandiu contrarium edoceatur.*

145 *Caſus vbi filiorum adiectio ſtare dici poteſt ampliatiuè, examinantur. et ſeqq.*

Pater in filiorum commodis magis delectatur,

quàm in proprijs, et eos magis diligere dicitur. ſub eod.

Fauor tranſlationis feudi in filios factus fuit parentibus ipſis. ſub eod.

147 *Et fauor factus filijs ſemper originem trahit à patre.*

Abſurdum eſt dicere, quod qui ſtipulatus eſt ſibi & filijs, non poſſit vel mutare vel acceptò ferre. ſub eod.

148 *Quod noſtrum eſt à nobis auferri non poſſe inuitis, procedit, vbi irreuocabiliter fuit acquiſitum non ſi reuocabiliter.*

149 *An filius proprio nomine nominatus poſſit conſequi rem in ſtipulatum deductam, ſi non adeat, quia delata non ſit hæreditas.*

150 *Interpretatio recipiẽda, per quam omnibus cõſulitur, omnes capiunt vtilitatem, nulli tertio præiudicium fit.*

151 *Seu per quam, quis iure ſuo vtitur.*

152 *Intellectus omnes ſunt reducendi (in quantum poſſibile eſt) ad communes regulas.*

Concluſio à partium enumeratione, nihil obeſſe libero diſponendi arbitrio parentibus. ſub eod.

153 *Quælibet diſpoſitio à ſua cauſa regulatur.*

154 *Cauſa ſemper inſpicienda, ob quam diſpoſitio ordinatur.*

155 *Non ipſum factum, ſed cauſa magis facti attendenda.*

156 *Quę iura ſeu axiomata (in propoſito) fuerunt allata per docto.*

157 *Intelligendo, vt pater poſſit pro arbitrio per ſe ſolum, vbi ſolus poteſt, aut cum alio, vbi aliũ recognoſcit, & non poteſt ſine eo.*

1 QVod † pertinet ad quartum effectum omnium difficillimum, & tamen vtiliſſimum, An ex ſtipulatione paterna ſibi & filijs poſſit eiſdem pater præiudicare, putà feudum aut aliam rem in ſtipulatum deductam alienando delinquendo &c.? Hic (iuxta ſolitum) contrariæ ſunt opiniones.

2 † Nam negatiuam, quod non poſſit, omnes ſequuntur infraſcripti *Bero. conſ. 155. nu. 6. 7. 8. lib. 3. Mart. Voto 215. per tot. Cauagnol. ad Menoch. conſ. 40 nu. 16. 40. & ſeqq. vbi in terminis donationis ſibi & filijs ex N. Vxore natis, vel naſcituris. Dec. conſ. 138. num. 6. 7. 8. Caſſan. (eodem relato) conſ. 53. n. 55. conſ. 155. ſub num. 25. verſ. ſexto dato. lib. 2. vbi in fortioribus term. clauſulæ pro filijs, & hæredibus. in conſ. 1133. nu. 1. 8. & ſeqq. lib. 12. & n. 37. & ſeqq. num. 59. verſ. reſpondetur & num. 75. & ſeqq. & ſub num. fin., vbi pleniſſimè per totum.*

3 Duplicem eſſe donationem patris, & filij, fuiſſe acquiſitum filio perfecte ius ſuccedẽdi, non poſſe reuocari donationem à patre, nec præiudicari, filios haberi, vt ſubſtituros &c. quem ſequutus fuit *Cauagn. ad d. conſil. 40. in fin.* vbi quod vna finita in patrem donatione, eo mortuo incipit alia filiorum.

4 *Id. Menoch. conſ. 489. num. 21. 22. lib. 5.* † Vbi in ſtipulatione patris nomine filij, in donatione per alium ipſi filio facta, & etiam ſibi, & filio, *& conſ. 514. iuncto etiã conſ. 313. lib. 6.*

5 † Vbi in donatione facta à Principe, non poſſe diſponi, & eſſe locum iuri accreſcen-

6 di, *Rol. à Val. conſ. 2. ſub num. 106. lib. 1.* † Vbi de donatione facta a Rege cuidam, & eius primogenito, & alijs ſucceſſiue non poſſe eis pręiudicari, *allegat Paul. de Caſtr. conſil. 161. in meo eſt conſ. 164. lib. 2. Natt. conſ. 502. num. 42. vbi cit. eund. Caſtr. & idem Natt. conſ. 609. ſub num. 41. ad fin. & num. ſeqq.*

7 † Vbi quod reuocatio donationis à patre filio factæ contemplatione matrimonij (cũ filij conſenſu) non pręiudicat vxori filij, ad cuius pariter commudum facta fuit, *Surd.*

8 *conſ. 457. in fin. lib. 4.* † Vbi in promiſſione, vel donatione facta marito contemplatione matrimonij, *& ad l. quoties. Cod. de donat.*

9 *quæ ſub mod.* & ad eos † qui ſentiunt contra opinionem *Bart. ad l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. oblig.* dicentes non eſſe tutam, maxime ſtante ſtipulatione Notarij, ità quod

10 hoc caſu † Vbi (ſcilicet) ſi quis donauit fundum cum pacto, quod poſt certum tempus ſit Eccleſiæ, poſſe eundem reuocare donationem hanc ad fauorem Eccleſiæ & ſic ad fauorem Terrij factam, ergo & ſi facta ſit filijs, *ſecundum Bartol.* At ſecundum alios (præſertim ſtipulante Notario, contra non poſſe) *vt per Bald. l. cum à Socero. ante fin. C. de iur. dot. Aretin. ad d. §. Flauius. col. pen. ſub. med. verſ. licet autem prædicta Menoch. d. conſ. 155. num. 26. conſ. 161. num. 49. ſub princ. cõſ. 92. num. 76. & latè d. conſ. 1153. ſub num. 47. 48. & ſeqq. num. 56. & ſeqq. admittit Surd.*

11 † Vbi Iudex vel Notarius pro alio ſtipulatus eſt *conſ. 351. num. 31. iuncto nu. 29. & ſeqq. lib. 3. Videndus cum Rol. à Val. conſ. 19. nu. 22. iunctis n. 6. 7. ante lib. 1. Caſſan. d. cõſ. 53. n. 57.*

12 Vbi cum hodiè de talibus donationibus fiant publica Inſtrumenta nunquam pacto reuocari poſſe, cum ſemper notarij ſtipulẽtur pro abſentibus, etiam nondum natis, *&*

13 *num. 58.* † Vbi cum pater vel notarius cũ alio ſtipulatus eſt, rẽ eſſe multò clariorẽ pro hac parte *Mart. d. Vot. 215. num. 22. & ſeqq. Teſſ. dec. 70. numer. 13. 14. vbi ita iudicatum.*

14 † *Et diſpoſitionem d. §. flauius,* non procedere in deſcendentibus, quibus ius fuit irreuocabiliter quæſitum *dicit Albens. conſ. 457. ſub num. 4. lib. 3. Menoch. conſ. 1126. num. 15. lib. 12. Sol. in nouiſſ. conſt. de al. bon. feu. ad prin.*

15 *num. 11.* † Et acquiri actionem (Notario ſtipulante) donatario abſenti ante acceptationem, licet reuocabiliter *vltra Teſſ. mox cit. dicit Mart. d. vot. 215. num. 37. & ſeqq. vbi de veriori in puncto Iuris.*

Con-

16 † Contrarium, patrem poſſe filijs prȩiudi-
care cenſuerunt omnino alij *Burſ. conſ. 31.*
numer. 8. 9. lib. 1. Surd. dec. 324. per tot. iuncta
dec. 322. in eadem met cauſa, & in term. feudi
latè Petr. de Grego. de conceß. feu. part. 3. q. 7.
per tot. prȩſertim num. 47. 48. 50. Caſanat. conſ.
45. ſub num. 42. in fin. & num. 54. verſ. ex qui-
bus num. 73. & 79. quibus locis patrem poſ-
ſe prȩiudicare. Et hæc præter alios, & alia
ad ducēda *infra verſ. Hoc ita firmato ſub num.*
90. & ſeqq. & cap. 50. cum ſeqq.
17 † Ratio controuertiȩ orta ex diuerſitate
fundamentorum, nam primi ideò ita cen-
ſuerunt, dicentes quod pater ſit ſtipulatus
filijs vt filijs tantum, & ideo quod filij ha-
beant iure, & nomine proprio, in quo pa-
rentes non poſſint manum apponere nec
eis prȩiudicare, *ita Mart. d. voto. 215. num. 1.*
18 *& ſeqq.* † Ita quod habeant per modum
cuiuſdam ſubſtitutionis ab ipſo donatore
ſub num. 8. & ſeq. 35. & paſſim & Rimin. iun.
conſ. 569. num. 57. Dec. Menoch. & alij iam ſu-
pra pro hac parte citati, & quorum verba for-
malia ad idem tendentia retulimus.
19 † Alij verò in contrariam ſententiā ideò
abierunt, quia pater fuerit ſtipulatus filijs,
vt hæredibus, *ita Burſat. d. conſ. 31. numer. 8.*
Mazol. conſ. 1. num. 96. Surd. d. dec. 324. num.
4. vſq; in fin. totius dec. Vbi tamen id decla-
rat procedere in materia ſui natura ad hȩ-
redes tranſitoria, ſecus in non tranſitoriā, vt
in feudo, & emphyteoſi, ſubiungens quod
aliter dicere eſſet contradicere omnibus ijs
quæ ponuntur *in l. ſi tibi. §. ſi pactus ff. de*
pact.
20 † Verùm contra primæ opinionis aucto-
res poteſt dari inſtantia de feudo, in quo
filij vt filij vocantur, & ſumus in materia
non tranſitoria ſui natura ad hæredes; &
tamen poſſe patres eis præiudicare delin-
quendo alienando &c. *infra hiſce eiſd. tit. c.*
50. & ſeqq. manifeſte videbimus, & *etiam*
hoc cap. num. 103. & ſeqq. ſub 152. et ſeqq.
Exaduersò verò contra alterius ſenten-
tiæ ſectatores, quod poſſit pater præiudi-
dicare, datur alia inſtantia, retento eodem-
met themate in materia feudi, dum palam
eſt, patrem non poſſe præiudicare eis præ-
legando, aut inȩqualiter inſtituendo filios,
iuxta tradenda cap. 51. infra tit. de exhæred.
Aliæ inſtantiæ peti poſſunt *ex cap. 18. ſupra*
verſ. hæc cum ita. Inſtantia verò data falſita-
tem rationis demonſtrari notum eſt, *et pro-*
batum ſupra cap. 4. ſub verſ. verùm hanc. num.
30. et ſeq.
21 † Argue, quam parum ſit fidendum hu-
iuſmodi dicto, ex titubatione, & contradi-
ctione (etiam ſibimet ipſis Doctorum, nam
ipſemet Surd. nullam conſtituit differentiā
inter tranſitoria, vel non tranſitoria *in conſ.*
22 *573. num. 27. 28. lib. 4.* † Vbi in feudis *et in*
23 *dec. 209. à num. 13. vſque in fin. deciſ.* † Vt
filijs poſſe præiudicari, *è contra verò idem*
24 *Surd. in conſ. 76. ſub num. 3. et per tot.* † Vbi
idem in emphyteoſi priuata, quæ eſt tran-
ſitoria, ac eccleſiaſtica, quæ non eſt tranſi-
toria, vt non poſſit. Vide quot fluctuatio-
nes in eodem homine. Quod mirum ſi nihil
fuit deciſum illis duabus deciſionibus 322.
324. vt ibid. ipſemet teſtatur. Adde difficul
tates, & confuſiones, quarum fuit cauſa hu-
iuſcemodi doctrina, de quibus, & alijs *ad*
idem ſupra cap. 18. ferè per tot. et præſertim
notati Docto. paulò ante fin. ex quibus de hac
confuſione.
25 † Quid dicendum? perſiſtendum putò
in vberius dictis *ſupra cap. 18. per tot.* ibidem
dicta non repeto, & nunc adhuc firmo, in
huiuſmodi ſtipulatione patris ſibi & filijs,
(demptis caſibus quibuſdam, vel ſimilibus
relatis *in eod. cap. 18*) regulariter non tantū
ordine ſucceſſiuo, ſed etiam ſucceſſione, &
per viā ſucceſſionis, ſeù iure hæreditario fi-
lios capere, vnde ſuccedant regulæ vulga-
tiſſimæ, quod filij non poſſint infringere
facta, ſeù contractus parentum, ſed tenean-
tur eis ſtarè, etiā confecto Inuentario, quia
id prodeſſet, ſi iure proprio, ſecus quando
iure hȩreditario vt, hȩc (quamuis notiſ-
ſima) etiam probantur per nos varijs in lo-
cis huiuſce tractat. *vt cap. 52. de alien. per tot.*
præſertim ſub numer. 18 et ſeqq. et num. 60. et
ſeqq.
26 † Ratio eſt in prōptu, clarior futura diſtin-
guēdo, an pater ſtipulatus intelligatur ſtipu
lari vti miniſter, ſeù vti Inſtrumētū, an verò
vti radix, ſeù fūdamētū, vt ſi ſtipuletur filio
ſoli, cēſeatur ſtipulari vti miniſter, quo caſu
intrat quod iā amplius nō poſſit prȩiudica-
re *et alia vt ſupra cap. 19. Vbi adfertur ratio*
27 † nam intrat regula *l. quod noſtrum eſt. ff. de*
reg. iur. Rim. Iun. conſ. 569. numer. 57. ad
Menoch. conſ. 1153. numer. 48. et ſeqq. Bertaz.
conſ. ciu. 114. et 116. Surd. conſ. 76. num. 7. al-
legant. l. ſi arrogatur. circa fin. ff. de adopt. l. cū
qui. ff. de interd. et releg. l. fin. de pact. l. ſicut. C.
de actio. et oblig. cum ſimilibus, etiā per nos dec.
flor. 51. num. 18. et ſeqq.
28 † Sin verò vti radix, & fundamentum, totū
è contrario, quod poſſit prȩiudicare, hoc
autem verificatur in ſtipulatione inchoata
à patre, nam in hac ſolus pater acquiſiuit,
ſolus fuit principaliter electus, & contem-
platus, & pater fuit radix, & ideò eius per-
ſona principaliter attendenda, quia hu-
iuſmodi radix ſuam virtutem extendit in
29 palmites, † & huiuſmodi radix portat feu-
dum ad poſteros ſuos, velut ad palmites
proprios, & ſicut fons ad riuulos, *vt elegan-*
ter per Ang. in conſ. 110. num. 2. in prin. et ſub

 num. 3.

30 nu.3.ſub princ.verſ.ex hoc ſequitur † Et cuius
reſpectu (ideſt patris) principaliter fuit fa-
cta conceſsio, vt ait Iſer. de Inueſt. de re al,
fac.§.quid ergo.in 3.cal. Petr.de Grego.de con-
ceſ. feu.par.3.q.7.num. 32.33.et ad num.47.
plura alia ad idem refero in cap. 26.eò te remit-
to, ad num. 15. et ſeqq. quia peropportuna
omnia ad hoc propoſitum, nec repetere vo-
lumus, quæ ibi aptiſſime congruere viſa
31 ſunt. † & ideò etiam pater voluit ſibi prin-
cipaliter prouidere, acceſſorie verò, ſiue ſe-
cundariò filijs, ſeù in conſequentiam hære-
dibus ſuis iuxta l. ſi pactum. de probat. l. eum
qui ita §. 1. de verb.oblig. Rip. lib. 3. reſp. 16.
32 num. 2. † Acceſſorium autem pēdet à prin-
cipali cap. acceſſorium de reg. iur. in 6. ad
§. fin. de contr. inter maſc. vbi maior pars
feudi facit vt deferatur iuramentum domi
no contra emptorem & ſi veniunt filij ad
commodum rei in ſtipulatum deductæ, id
quando? poſt mortem demum patris. Quo-
modo? niſi per viam ſucceſsionis, per quam
ſolam hæreditates, & iura defunctorum ac-
quiruntur.
33 † De hoc ſi nullum tex. haberemus, eſſet
principijs iuris adhærendum, iuxta l. hære-
ditas cum ſimilibus notis context. ff. de reg.iur.
l. 1. ff. de bon. poſſ. Atqui cum in materia, de
cuius natura eſt, vt non ſit ad omnes hære-
des trāſitoria, qualis eſt feudalis, habeamus
tex. rotundos quid ampliùs hæſitabimus,
etiam in alijs materijs, in quibus faciliùs,
quod ſint tranſitorię admitti libereque cō-
34 cedi poteſt? † hi ſunt in cap. vn. de feu. cognit.
vbi quod feudum acquiritur inueſtitura, &
ſucceſsione, tit. de ſucceſſ. feu. in princ. tit. de
conſuet. recti feudi. tit. qui teſt. ſunt neceſſ. et
clare quod iure ſucceſsionis eſt in tit. 1. §. et
quia videmus. adde ſupra cap. 15. num. 32.35.
36. et quod per ſucceſsionē in §. præterea. Quib.
mod. feu. amitt. & clarè quod ſucceſsio veri-
ficetur in filio, quod prima eius cauſa ſit li-
berorum, & in pūcto de inueſtitura in pri-
mo acquirēte, & de ſucceſsione in alijs poſt
eum in tit. de ſucceſ. fratr. in princ. Hæcque
adeò vera, vt ſe inuicem nō compatiantur
capi per inueſtituram ſimul & per ſucceſ-
ſionem, vnde & effectus diuerſi ex tit. de eo
qui fin. fec. agna. ex tit. An Agnat. etc. cum ſi-
35 milibus. † Et qui dicit ſucceſsionem nihil
aliud indicat quàm ius titulumue hæredi-
tarium vt plenè cap. 8. ſup. Caſanat. egregiè
conſ. 45. num. 1. et ſeqq. multis latè examinans
Intrigl. de feu. q. 21. numer. 6. 7. 10. 11. 16.
36 † Vbi in feudo antiquo, non obſtante reno-
uatione intra annum & diem Cauagnol. ad
Menoch. conſ. 40. num. 35. Ipſe Menoch. conſ.
822. num. 3. vol. 9. Roſent. in Syn. cap. 9. concl.
37 66. numer. 57. † Vbi hanc eſſe regulam &
axioma receptum, quod in contractibus
pater ſibi & filijs ſtipulans videtur prius
ſibi, & poſt mortem filijs ſuis quęſiuiſſe, cui
regulæ tandiù acquieſcendum donec con-
trarium probetur. Piſtor. lib. 2. q. 13. nu. 56.
38 † Vbi acquiri filijs poſt mortem, ſi patres
in eadem voluntate perſeuerantes feudum
39 non alienauerint et q. 4. nu. 54. † Vbi quod
tàm concedens, quàm accipiens cogitarūt
vt poſt mortem parentum filij habeant, ita
quod nullum ius acquiri filijs viuo patre
intellexerint, & ius ipſorum initium ſume-
re poſt mortem & iure quidem ſucceſsio-
nis, ita quod poſsit à parentibus præiudica-
ri vt ead. q. 4. per tot. omnino viden. Menoch.
conſ. 161. num. 30. iuncto numer. 27. et ſeqq.
40 † Vbi quod donata patri & filijs vnà ſimul,
præſumūtur in dubio donata patri, & ideò
poſſe præiudicare, ne quod fauore inductū
41 eſt in odium retorqueretur † Nec attendi
debere aliam perſonam, quàm principalē,
qualis eſt pater ſibi & filijs acquirens, eſt
apud Petr. de Grego. mox. cit. ſub nu. 28. verſ.
fin. verò ad prin. addendo ad eand. q. 7. ſub
num. 38. ad fin. 39 et 40. Surd. dec. 324. nu. 8.
42 † Vbi id procedere (etiam ait) quamuis pa-
ter nihil impenderit erogaueritue de ſuo
(reprobato Bero. in conſ. 155. num. 7. vol. 3. ab
initio huius cap. ſupra cit.) quicquid etiam di-
xerit Natt. conſ. 501. ſub num. 15. dum dixit
quod pater recipiendo feudū, vel emphy-
teoſim aliquid de ſuo exponendo, filij hoc
caſu habeāt à patre, ſi verò pater nihil ero-
gauit, habeant à donāte et quicquid etiā plenè
Menoc. cōſ. 309. per tot. lib. 4. Nā obſtāt princi
43 pia iuris, ducto exemplo de feudis. † In
quibus conſtat ea dari gratis vt in titul. quæ
fuit prim. cauſ. benef. amitt. et in tit. 1. lib. 1. in
44 vſib. feu. † Et tamen habemus certos tex
quod filij iure ſucceſsionis accipiunt, & à
patre eius iure hæreditario c. vn. An agnat.
etc. cap. vn. §. filij. de Capit. qui cur. vend. cap.
vn. de ſucceſſ. feu. cap. vn. de feu. cognit. etc. vt
plenè ſupra cap. 8. et ſeqq. nec vnquam tol-
lemus, quin pater ſit radix acquiſitionis, à
qua rami robur accipiunt, ius, & vitam;
45 † quinue vnica ſit ſemper, & vniformis ſti-
pulatio interrogantis, ideſt donantis, & re-
ſpondentis ideſt donatarij §. præterea Inſt.
de inutil. ſtipul. l. 1. per tot. ff. de verbo. oblig.
46 † ex quo actu (vt ſic dicam) mixto, & indi-
uiduo oritur vnicus effectus acquiſitionis
in parte primò in filijs mox & ſucceſsione
mediante: Et vnica voluntas ſimul vnita, &
perfecta de perſeſe, abſq; adminiculo ali-
cuius alterius actus extrinſeci, erogationis
alicuius rei, vel nō erogationis (vt ait) licet
conciſius Surd. d. dec. 324. ſub d. numer. 8. ad
Menoch. d. conſ. 309. numer. 21. lib. 4. ſequitur
plenè Piſtor. ſiue pretio dato, ſiue nō dato,
indiſtinctè, & ex profeſſo d. q. 4. nu. 77. plures
alios

alios citans par. 2. Natt. conſ. 501. ſub num. 15.
47 † Vbi paria videri concedi mediante
48 pecunia, vel ſine, & eius contẽplatione, † &
hunc eſſe ordinem Iuris dicit *Rim. iun. conſ.
295. num. 42. 44. 48. vſque ad 55. lib. 3. conſ.
569. num. 37. 38. ſub num. 161. et 183. lib. 5.*
49 † Et eſſe ſucceſſionem legalem *Caſanat. d.
conſ. 45. num. 151. et ſeqq.* Tametſi id non ſi-
50 mus negaturi † Quin maior quædam vis
(etiam maioris ęquitatis) vigeat, quando ali
quid fuit erogatum mediantibus pecunia
aut meritis, vt poteſt colligi ex docto. mox.
cit. qui differentiam prædictam conſtitue-
bant, *et ad Menoch. d. conſ. 309. Bec. conſ. 56.
ſub nu. 33.* Sed hoc plus & minus non con-
ſtituit differentiam ſpecificam. Sicut in alio
caſu, vbi filio nominatim acquiritur, infra
mox dicemus *ex Roſent. vt ibid. ſub verſ. quæ
quidem. nu. 123.* Adde ad corroborationem
huius primi fundamenti *infra hoc cap. verſ.
quare ad cauſas. ſub num. 62. et ſeqq.*

Hiſce conceſſis, quod ſucceſſione acqui-
rant filij, & quod principaliter patres, infra-
ſcriptis ſtatim fiet locus concluſionibus,
quod non poſſint infringere factum patris,
51 vt iam dictum eſt; † Quod ea quæ ipſe ac-
quiro poſſum alienare pro libito *l. qua ra-
tione. §. hoc quoq; ff. de acquir. rer. dom. vt ait*
52 *Natt. conſ. 501. num. 17.* † Vbi in feudo pa-
tri & filijs conceſſo, poſſe patrem (conſen-
tiente domino) alienare in præiudicium
ſuorum deſcendentium per d. rationem, *&
ad numer. 27. ibid. ſub verſ. ſi audemus dicere;*
53 † Vbi ſi auus conceſſit feudum contempla-
tione filij iam nati pro ſe & deſcendentibus
poteſt idem feudum reuocari vel ab ipſo
auo, vel a filio ſimul vel ſeparatim *Surd. d.*
54 *dec. 322. ſub num. 61.* † Vbi donationem pro
ſe & filijs poſſe à patre reuocari, *Menoch. d.*
55 *conſ. 309. per tot. præſertim ſub num. 16.* † Vbi
inhumanum eſſe quod propria induſtria ſi-
bi prodeſſe non debeat, ſicuti eſſet hic dam-
noſa, ſi quod acquiſiuit pater non poſſet
pro arbitrio de eodem diſponere. *Spec. titul.*
56 *de loca. §. nunc aliqua. num. 78.* † Vbi voluit
acquiſitum à me, in me prius fundatum, à
me tolli poſſe, & ideò poſſe patrem, qui ac-
quiſiuit Emphyteoſim pro ſe & filijs, vni
eorum relinquere, *ſequitur Surd. deciſ. 209.
num. 15. & ſeqq.* licet malè applicet ad feu-
da, in quibus alia eſt ratio, *vt infr. tit. de ex-
hæred. cap. 51. num. 48. & ſeqq. & ſub 58. 59.*
57 † & facilius præiudicari in iure quæſito ab
ijs, per quos quæſitum fuit ait *Bec. conſ. 56.*
58 *num. [illegible] multis relatis.* † Denique ex eo, quod
ex ſucceſſione fiat acquiſitio, ideò emana-
re, & influi ad facultatem diſponendi per
eum, cuius prætenditur ſucceſſio, patet *ex
Caſanat. d. conſ. 45. ſub num. 42. in fin. & ſub
num. 54. verſ. ex quibus in fin. & num. 73. 79.*
quibus locis poſſe præiudicari per patres.
Alia (adhuc dicenda in ſeqq. ſuis opportu-
ne locis, maxime *verſ. Hoc ita firmato ſub*
59 *num. 90.* hic pro repetitis habeantur; † & ſi
ſucceſſione, ergò nõ ſucceſſiue ſimpliciter,
quo verbo (*ſucceſſiuè*) non ius (vt verbo ſuc-
ceſſionis) ſed ordo tantum ſuccedendi de-
monſtratur vnius poſt alterum gradatim, id
quod verificatur etiam in fideicommiſſis, in
quibus iam non agitur de ſucceſſione hæ-
reditaria *ad Dec. conſ. 1. num. 5. in fin. & nu. 6.
Ozaſc. conſ. 72. num. 30. conſ. 74. num. 2. Crau.
conſ. 984. ſub num. 125. 131. 132. Idem impor-
tans quod ſecundo, vel ſequenti loco. Natt. conſ.
167. num. 2. in fin.*

In hiſce (licet prima facie vulgaribus) la-
tiùs tamen inſiſtendum fuit ob difficultates
iniectas ad propoſitum iſtud. In tantum
adauctas, vt (nec hiſce contenti) alias adhuc
demonſtrationes, ſententię huiuſce confir-
matorias; neceſſarias fore exiſtimemus.
Quarè ad hanc veritatem penetrandam, ad
magis proxima deſcendamus, magisue in-
60 diuidualiter pulſum tangamus. † Inquiren-
do (ſi poſſibile eſt) cauſas, cur, & ad quem
finem, & effectum huiuſmodi filiorũ adie-
ctio fiat, ac fieri ſoleat in huiuſcemodi ſti-
pulationibus, vt quaſi à ſufficienti partium
enumeratione ex neceſſitate inducamus,
aliter non poſſe affirmari, quàm quòd per
ſtipulationem ſibi, & filijs, ius filiorum de-
pendeat à patre, ità quod vel pater poſſit
præiudicare, vel ſint omnes Iuris regulæ
ſequendæ, quæ in ſucceſſoribus, traditę sũt
61 in libris noſtris. † Certum cũ ſit argumen-
tum à ſufficienti partium enumeratione eſ-
ſe validiſſimum *l. patre furioſo. in princ. ff. de
his qui ſunt ſui vel alien. iur. l. obligationũ ferè.
§. placet. ff. de act. & oblig. Imol. conſ. 12. ſub*
62 *prin. Crau. conſ. 306. in princ.* † & in omni
diſpoſitione concludens, *vt ibid. Imol.* & vti
concludens ab omni parte ita ſufficiens ad
victoriam, *Caſtr. conſ. 445. ſub num. 3. verſic.
Item notandum. lib. 1. Card. Alex. cap. per tuas.
in 8. not. qui fil. ſint legit. Card. Tuſc. lit. A. Cõcl.
491. num. 5.* Tetigimus aliquid de cauſis, &
motiuis huiuſmodi *ſup. cap. 22. nu. 4. & ſeqq.*

Quare ad cauſas recẽſendas accedamus,
ſcilicet ad quem finem, ſeù ad quem effectũ
fiat adiectio filiorum nominatim?

63 † Reſpondetur aliam eſſe generalem,
aliam verò ſpecialem: Generalis eſt ea, *de
qua ſupra latiùs cap. 18.* ideſt commune pa-
rentum votum filijs theſaurizandi, & bona
64 per eos quęſita in filios tranſmittendi. † Sed
id quomodo? regulariter iure ſucceſſionis
l. ſcripto in fin. ff. vnd. lib. cum alijs adductis per
65 *Surd. dec. 322. num. 36.* † prout eſt de natura
ſtipulationis, vt eius effectus tranſeat ad
hęredes facta, vel non facta de eis mẽtione,
vt

Digitized by Google

vt ibid. per eum. Iſern. egregiè tit. de alien. pat.
66 *feu. ſub num.* 17. † Vbi nec vim faciendam
(ait) in ipſo donante, quia quando non con-
ſtat donãtem velle filio acquiſitũ eſſe in vita
patris, videtur & ipſe velle acquiri filio poſt
67 eius mortem. † Neq; (vt ſubdit Iſern.) qui
donat patri & filio, plus diligit filium, quã
ipſe pater, imò minus, quia non eſt amor
qui vincat paternum, ſed cũ acquirit pater,
& ſtipulatur, ſeù paciſcitur filio, niſi cõſtet
quod tanquam filio voluerit acquiri, ſem-
per præſumitur, etiam vbi nominatim filiũ
expreſſit, quod tanquam hæredi acquiſiue-
rit, vt ſcilicet ipſi patri dum viuit, filio cum
poſt mortem fuerit hæres, eo quod omnia
noſtra filijs noſtris ex voto (poſt mortem
ſcilicet paramus) & reliqua vt formaliter
per Iſern. ibid. ex quibus patet optime ſe
compati votum parentum cum mòdo ac-
quirendi per ſucceſſionem, ſeù etiam per
alium modum, quando (putà) aut ſtipulatus
fuiſſet ſoli filio, *vt cap.* 19. *& ſupra num.* 26.
hic verſ. ratio eſt in promptu, ſeù quando
cum ipſomet patre, ſed ſimultanee in caſu
poſſibili, ſcilicet in emancipato, aut aliter,
vt mox aptiori loco. Repeti poſſunt ad horũ
maiorem intelligentiam dicta *per tot. c.* 18.
68 *& etiam hoc ipſo cap. num.* 25. *& ſeqq.* † Con-
fert quod dicitur, ſanguinis rationem causã
præſtare ſucceſſioni *ad Loffred. conſil.* 1. *ſub
num.* 86. & concurrere ſimul ſanguinis ra-
tionem, & hæreditariam qualitatem, *vt ait
Camer. in §. præterea ducatur de probib. feu.
alien. per feder. fo.* 778. *Piſto. quæſt.* 1. *ſub num.*
48. *par.* 2. *Surd. dec.* 322. *ſub num.* 63. *ſub verſ.
bis verò, & numer.* 64. quin imò in ſanguine
fundantur ſucceſſiones, vnde prima cauſa
dicitur eſſe liberorum in ſucceſſionibus, *vt
ſup. cap.* 4. *num.* 1. *& ſeqq.* cui propterea ſan-
guinis rationi non adeo inhærendum, vt
modus acquirendi per ſucceſſionem hære-
ditariam excludatur *dicat Ar. pinel. ad l.* 1.
par. 3. *ſub num.* 88. *ante fin. ſub verſ. pro hac
parte. fol.* 550. *in* 1. *lin.* 2. *&* 3. *C. de bon. mat.* &
pater male eos qui in feudis cenſuerunt ꝙ
vox ſucceſſionis non capiatur in ſua pro-
pria ſignificatione *vt per Regen. Lan. in rep.
§. Huius autem generis. In quib. cau. feu. amitt.
numer.* 38. *de vniuerſali hærede vt nu.* 31. *quia
habet textus contra ſe ſupra num.* 34. *iam cit.*

Circa ſpeciales cauſas ad has reduci poſ-
ſe exiſtimauerim, vt adiectio filiorum no-
minatim fiat in ſtipulationibus ad finem, &
effectum vel demonſtrandi, vel reſtringẽdi,
vel præferendi, vel vinculandi, vel ampliã-
di, & cadet [ni fallor] optime argumentum,
ꝙ iam diximus, à ſufficienti partium enu-
meratione, vnde in negocio tam vaſto, ali-
quid demum certitudinarie ſtabiliri [ad ac-
quieſcentiam intellectus] poſſit, & ideò de
hiſce ſigillatim.

69 † Filij tunc demum cauſa demonſtrandi
poſſunt dici adiecti, cum etiãſi non nomi-
nati eſſent, nihilominus rem in ſtipulatum
deductam habituri forent, exemplum ſit in
feudis, quia ſiue nominentur filij, ſiue non
nominetur, ſemper tamen eſt aperta eis ad
acquiſitionem feudi via, *vt infra cap.* 31. *de
formula pro ſe ſimpliciter, & cap.* 33. *part.* 1.
70 † & ſunt text. permulti, quibus probatur
etiam quod dicatur pro ſe, & hæredibus,
intelligi tamen *de filijs tit. de al. pat. feu. verſ.
& ſi clientulus, tit. de duob. fratr. à capit. inueſt.
vbi egregiè, & nos infra cap.* 36. *num.* 64. *poſt
princ. tit. de leg. conr. §. ſimiliter verſ. profectò
tit. in quib. cau. feu. amitt. ad fin. tit. hic fin. lex.
§. ſi Vaſallus, Pinel. par.* 3. *num.* 88. *& ſeqq. ad
l.* 1. *C. de bon. mat. Mynſing. obſeru.* 72. *nu. fin.
cent.* 5. *ſiuè ab homine ſiuè à lege pronunciata ſit
huiuſmodi vox hæredis, Tiraq. de Iur. primig. q.*
40. *num.* 191. *Couar. pract. qq. c.* 38. *ſub num.* 4.
verſ. ex quibus infertur. Vult. de feu. lib. 1. *cap.*
8. *ſub num.* 25. *& infra cap.* 28 *part.* 1. *nu.* 17.
& ſeqq. Hic nil ampliùs elaborandum in eo,
quin omnia concurrant, & quod filius non
poſſit repudiata hæreditate feudum reti-
nere, & ideò Iure ſucceſſionis feudum con-
ſequatur, & quod pater poſſit præiudicare
delinquendo, alienando ex tot. iam poſitis
71 in tot. hoc noſtro tract. † & licet tàm in hac
materia, quàm etiam in Emphyteoſi Eccle-
ſiaſtica, quæ ſolet in filios tranſire etiam
nominatim ſtipulatione non comprehen-
ſos, & ideò filiorum adiectio ſtet demon-
ſtratiue *iux. §. emphyteoſim. de reb. eccl. non
alien. ego deciſ. flor.* 51. *nu.* 18. *& ſeqq. vbi ple-
niùs*, licet (inquam) docto. plerique cõtrariũ
72 ſentiant, *vt ead. dec.* 51. *per nos.* † tamen ad-
uertendum quod nos in ea dec. non loqui-
mur in term. ſtipulationis pro ſe, & filijs,
ſed in ſtipulatione *infra verſ. ſecũdum exem-
plum num.* 3. *par.* 1. facta filijs poſt mortem,
& ſic in caſu diuerſo *ad ſup. hoc cap. num.* 17.
alij verò, ꝙ vel in feudis, vel in emphyteoſi
eccleſiaſtica contrarium dixerunt, paſſim
errarunt, & contra tex. expreſſos toties cita-
tos, centies dicta ampliùs non repeto; præ-
ſertim vbi habemus legem in ſcriptis & tex-
tus rotundos, vt mera ſit vacillatio Docto.
73 † Non omittam, quia ſi demonſtratiue,
ideò ſi dicatur pro ſe & filijs, vel pro ſe, &
filijs, & nepotibus, non ob id fieri quin feu-
dum in omnes alios deſcendentes tranſeat,
ratio eſt, quia ex quo eſt certa forma ſucce-
dendi in feudo, tales clauſulæ non cenſen-
tur appoſitæ ad reſtringendum, ſed demõ-
ſtratiuè, & ex vſu quodam, *& ita Petr. de
Grego. de conceſ. feu. par.* 6. *q.* 15. *& q.* 17. *num.*
10. *ego dec. flor.* 51. *num.* 4. 5. 6. *ſicut è contra in
alia materia, vt priuilegij nominata ſtarent re-
ſtrictiuè Natt. conſ.* 164. *ſub num.* 9.

74 †

Digitized by Google

74 † Sequitur videre quando filiorum adie-
ctio ſtat reſtrictiue, id quod tum ſuccedit,
brum,conſiderari fauorem filiorum, eo ip-
ſo quod ſunt nominatim vocati , nec per
hoc de neceſſitate inferri poſſe ad ius ali-
quod proprium eorum cū præiudicio pa-
tris,ſatis patet ex eo , quia adeſt quidem fa-
uor quidam in filijs , ſed ſemper originem
trahens à patre,qui propterea ſit ſemper re-
cognoſcendus *ad ſup. hic verſ. ſi verò.nu.*28.
*et ad cap.*9.*per tot.*& ad cuius fauorem prin-
cipaliter fuit habitus reſpectus *ad Rip. mox*
citat. aliàs ſequeretur abſurdum quod ſtipu-
lator nec mutare , nec acceptò ferre poſſet
(quod abſonum eſt)teſte *Rip.d.lib.*3.*reſp.*16.
*ſub num.*5.*tit.de donat.et grat. reuocan.*& tāto
magis quia hæc nominatio continet aliam
in ſe cauſam,nempè prælationis, per quam
(eò ipſo quod filius præfertur extraneo)
certè poteſt dici ſibi fuiſſe fautum , at non
per hoc neceſſario inferri ad ius proprium
tale,propter quod libera diſponendi facul-
tas ſit patri vetita *vt ſup.hic ſub num.* 137. *et*
148 *ſeqq.verſ. conſideremus.*† Nec obſtat quod
nobis acquiſitum eſt non poſſe à nobis in-
uitis auferri, quia hoc procedit, vbi irreuo-
cabiliter fuit acquiſitum, non vbi reuocabi-
liter, *vt ait Rip.d.reſp.*16.*nu.*6.*lib.*3.*de donat.*
etc.

Eò verò non extenderimus ſaltem hunc
fauorem, quod per hanc nominationē data
cenſeri debeat facultas filijs repudiandæ
hæreditatis,& rem ſtipulatam ſibi vindicā-
di ſeu retinendi,quaſi non obſtent hoc caſu
quod filius teneatur ſtare facto patris,quod
reuocare alienata per eum & ſimilia idque
ex eo quod cum beneficio legis,etiam quod
hæres ſit poſſit eadem facere *per l.ſcimus C.*
de iur. delib. Quia ad hæc obſtant & reſiliūt
eædem rationes de quibus ſupra,ſcilicet,ne
in odium parentum retorqueretur benefi-
cium proprium in filios collatum,*et per alia*
de quibus latiùs iam ſup.per tot.maximè d.verſ.
*ſin verò radix nu.*28.*et ſeqq. et cap.* 24. *per tot.*
149 † An ſaltem ad illud , quod ſi delata nō ſit
filio hęreditas, poſſit rē in ſtipulatum dedu-
ctā retinere , attenta ſui nominatione toties
ſupra repetita ? Hic vere elucet fauor in fi-
lios,vt poſſint huiuſmodi rem ſibi retinere,
vel acquirere,nam nihil diuertit ab hoc iu-
re, omnia in idem quinimò iura bene con-
ſpirant , non lęditur pater , cui quod ſemel
placuit ampliùs diſplicere non poteſt,vt fi-
lij ſcilicet omnino nullum patris factum
impugnent ; filius rem ad quam ſemel fue-
rat vocatus omninò conſequatur , hæredi
extraneo nulla anſa conquęrendi remanſa,
quia in concurſu cum filio non vocatus,ſed
per eam ſtipulationem ſub filij adiectione
ſegregatus ,& ſolummodo extra cōcurſum
(filio non exiſtente)de iure admiſſus .
150 † Vnde intrant eam interpretationem fa-
cile recipiendam , per quam omnibus con-
ſulitur,omnes capiunt vtilitatem,nulli ter-
tio præiudicium fit, *iuxta Bal. in l. bonorum.*
*num.*3.*C. qui admitt.cum alijs pluribus cumu-*
lat. per Caſan. dic. conſ. 45. *d.num.*20.*et ſeqq.*
151 † & per quam quis iure ſuo vtitur *iuxta l.*
Gracchus.C.ad leg.iul.de adult.l.nullus videtur
dolo,ibiq, Dec.et Cagnol. ponunt exempla ff. de
reg.iur.& huc pertinent , ac intrant quę ſu-
pra mox in term. prælationis diſcurreba-
152 mus. † Et quod dicitur, intellectus eſſe re-
ducendos (in quantum poſſibile eſt) ad co-
munes regulas *Intrigl. de feu.q.*39.*num.*135.
et ſeqq. Vt à ſufficienti partium enumera-
tione

Digitized by Google

tione,enarrationeq, cauſarum,quæ afferri
poſſint, cui adiecta cenſeri poſſit filiorum
mentio in ſtipulatione ſibi & filijs, & non
inuenta inter cęteras hac cauſa,quod pater
ideò ſit ſtipulatus etiam filijs ad ligandas
ſibi manus , & ad fimbrias filijs dilatandas
in proprium ſui ipſius præiudicium, concludere
demum liceat, nihil obeſſe libero
parentum arbitrio diſponendi , nec quicquam
facere, quin ex vinculo iuris teneantur
filij hæreditatem parentum delatam
agnoſcere, ſi velint rem in ſtipulatum de-
153 ductam ſibi vindicare.† Nam quælibet diſpoſitio
à ſua cauſa regulatur *l.cancellauerat*
154 *ff. de his quæ in teſt. del.* † Vnde ſemper eſſe
cauſam inſpiciendam, ob quam diſpoſitio
ordinatur *ait glo. in l. legata inutiliter. ff. de
adim.leg. Ang.d.conſ.110. ſub num.7.verſ.&*
155 *ideò concludi.* † & eſt (quod vulgò dicimus)
non ipſum factum ſed cauſam facti potiùs
attendi,& conſiderari debere *iux.Crau.cōſ.
202.num.7.conſ.304.num.3.conſ. 319.nu.6.
Menoch.conſ.123.num. 19. Bec.conſ.94.num.*
156 17. † Quæ iura, ad id ipſum oſtendendum
quod liberum fuerit reſeruatum diſpoſitionis
arbitrium) in caſu non longe diſſimili
*attulit Caſanat.d. conſ.45. ſub n.133.cui
iungendus n.132.ibid. ante, & n.140.& ſeqq.
& repete alia ad idem adducta ſup. hoc eodem*
157 *cap.verſ.Hoc ita num.30.* † Intellige ſemper
aut per ſe, vbi poteſt pater per ſe ſolus diſponere,
aut cum alio, vbi non poteſt ſine
eo, *iuxta declarationem infra tit. de alienat.
ſub verſ.Id verò cur ita.n.21. & ſeqq. Iunctis
num.28.& ſeqq.cap.52.*

CAP. VIGESSIMI TERTII Pærtic. 1.

Limitationes ad regulam præcedentem,quibus quod pater non poſſit pręiudicare.

S V M M A R I V M.

1 *Stante ſtipulatione patri & filijs, nudè,& ſimpliciter,procedunt antedicta de poteſtate prę-iudicandi: quæ ceſſant data aliqua circunſtātia, ex qua iuro peculiari fuit filijs acquiſitum.*

2 *Exemplum in feudo,vbi dantur caſus,in quibus poteſt præiudicare vt alienādo,dantur & alij in quibus non poſſit,vt prælegando.*

3 *Aliud exemplum in donatione facta patri, ipſo viuente, & poſt mortem eius, filijs,maximè ad complementum relicti antecedentis, & num.9.*

4 *In ſtipulatione alia conſimili,collata poſt mortē ſpecificè.*

Secus ſi non ſpecificè,reiecta opinione contraria. ſub eod.

6 *Quia expreſſa nocent non expreſſa non nocent. & num.7.*

6 *Dies incertus expreſſè appoſitus æquiparatur conditioni.*

7 *Et dicuntur huiuſmodi prouiſiones limitatæ.*

Differunt exprimi poſt mortem, vel non exprimi ſub eod. *& num.8.9.*

10 *Aliud exemplum in patre ſibi & filijs ſtipulante,quod vxore tranſeunte ad ſecunda vota ſtatim bona fiant filiorum.*

Coniecturæ conferunt ad dignoſcendum an fuerit filijs principaliter ſtipulatum,an cū præſuppoſito ſucceſſionis. ſub eod.

11 *Aliud exemplum in donatione patri et filijs ex Catherina ſuſcipiendis , vbi filijs non poſſe præiudicari* reprobato Menoch. *nec prætegari. & num. 15.*

12 *Quę formula habet naturam conceſſionis ex pacto & prouidentia.*

13 *Ex vi diſpoſitionis animo deliberato in certas perſonas , colligitur quod priuatiuè quoad alios.*

14 *Attendenda declaratio donantis cum dicta clauſula.*

Filios non conſequi quaſi hæredes ſtante formula, nec patres reuocare, nec cum donante ſimul ſub eod.

16 *Leges donationi adiectæ ſeruandæ.*

17 *Nec pater poteſt pręiudicare, vbi donatū proli aut familiæ.*

18 *Non eſſe vnicam donationem,ſed plures.*

19 *In donatione aui erga filium & nepotem contēplatione matrimonij fuit pro filijs iudicatum contra creditores paternos.*

20 *Quia talis donatio eſt pars contractus dotalis, & idem cum eo.*

21 *Retroceſſio talis donationis à patre facta inualida.*

22 *An talis donatio fuerit cauſa finalis matrimonij:et an conferenda vel imputanda.*

23 *Filij (etiam alterius matrimonij) cēſentur comprehenſi,ſtante clauſula, filijs ſuis legitimis etc.vt* ibid. *et num.24.*

An veniat ſecundo genitus in vocatione primogeniti. ſub eod. 24.

25 *In materia conſiliorum ſunt qui deſiderent ſe velle videre , quid in ea cauſa fuiſſet deciſum.*

26 *Veniunt omnes filij, ſi non fuit contemplatum matrimonium.*

Quod declara vt nu.27.

28 *Aliud exemplum quod non poſſit præiudicari ſtante donatione patri et filijs cum prohibitio-*

ne alienandi annullatione et translatione vt.
28 Menoch.in cól. 1153.*declaratur* eod.& 29.
30 *Standum eſt expreſſis, et in claris non eſt opus coniecturis.*
31 *In donatione pro ſe et hæredibus etiam facta cōtemplatione matrimonij, filios oportet eſſe hæredes, et pater poteſt præiudicare.* & *nu. 33. et 34.*
32 *Cauendum eſt à diuerſitate terminorum et formularum.*
35 *Si donatio facta ſimpliciter, et non liberis.*
36 *In term. dicti exempli ſucceditur viriliter, et ordine ſucceſſiuo.*
37 *Adnotatur differentia caſus ſtipulationis pro ſe et filijs, à caſu vbi Auus donat filijs et nepotibus.*
38 *Aliud exemplum, ſi aliunde conſtet quod voluerit acquiri filijs æquè principaliter.*
39 *Vt in clauſulis* de vno in alterum etc.
40 *Idem ſi filij factum interueniſſet.*
41 *Vt in ſimultanea inueſtitura.*
42 *Item Si pro ſe deſcendentibus ſuis hæredibus ac ſucceſſoribus in infinitum.*
43 *Pacta matrimonialia circa ſucceſſiones quomodo ſuſtineantur et ſeqq.*
44 *Vt ſi, quod primus maſculus tantum ſuccedat in tali domo vel Caſtro.*
45 *Fauore matrimonij ſuſtineri, pro quo multa ſpecialia ſunt inducta.*
46 *Diſtinctio de quibuſdam bonis, aut de omnibus circa validitatem et ſeqq.*
51 *Vbi de quibuſdam, et in caſu permiſſo pater nō poteſt præiudicare.*
52 *In caſu quod primò natus, vel idoneior eligendus habeat dicta bona, quid iuris ſi primogenitus præmoriatur, et alia ad idem.*

1 QVæ † hactenus defendimus fauore patris, vt poſſit præiudicare, ita intelligenda propono, ſi verſemur in mera clauſula ſtipulationis ſibi & filijs nude, & ſimpliciter: Ceterùm ſi nō nude, & ſimpliciter, aduertendum diligenter conſidero. Nam quælibet minima circunſtantia variat factū; exemplis hoc illuſtremus, maxime quia (horū occaſione) non pauca, quæ ab initio in contrarium adduximus, ſup. ad princ. huius cap. (præiudicium ſcilicet fieri non poſſe à parentibus) hæc alijs, vbi dicebatur fieri poſſe præiudicium, non eſſe contraria, ſed diuerſa comperiemus: prout generaliter verùm eſt, in his, quæ competunt filijs iure titulóue particulari non hæreditario ſeù per viam ſucceſſionis immediate, non poſſe eis præiudicari *probant de Ponte conſ. 25. numer. 4. Aufr. ad Cap. Toloſ. dec. 454. vbi refert ſic pluries fuiſſe deciſum cum alijs relatis per add. ad Surd. dec. 322. nu. 12.* & deſeruiēt pro exemplis infraſcripta.

2 † Primum exemplum ſit de feudis, in quibus aliter atque aliter poteſt pater præiudicare, poteſt & nō pˀiudicare; Delinquēdo alienādo, & alijs modis (*vt infr. tit. de culp. et ſeqq.*) *poteſt*, ꝑlegādo verò nō poteſt; *vt infr. tit. de exhæred. verſ. et tu ex hac paritate. n. 52. c. 51.* id verò cur tā varie? q̄a illos caſus natura feudi, & ſubiecta materia ferre poteſt, hunc non poteſt, vt ibid. plenius edoceo, nec repeto. ergo ſubiecta materia eſt exacte inſpicienda, & ſit primum exemplum, & loco primæ cuiuſdam limitationis.

3 † Secundum exemplum ſit in donatione facta patri ipſo viuente, & (poſt mortem eius) filijs ſuis, idque forte ad implementū legati, quod teſtator ex teſtamento voluit omninò peruenire ad legatarium, & eius poſteros: hoc caſu pater nō poterit proculdubio præiudicare, tum ob illam circunſtātiam, quia in executionem, & implementū legati antecedentis, ſecundum quod pater erat grauatus reſtituere poſt mortem ſuam, & prædium donatum omnino erat peruēturum ad poſteros ſcilicet ad nepotes ex vi legati prædicti, vt ita optime in hoc caſu cōſuluerit *Soc. iun. conſ. 142. per tot. præſertim ad prædicta viden. ſub num. 9. verſ. ſecundò pro. numer. 10. 11. 12. 13. et ſeqq. et ſub num. 20. in princ. num. 21. verſ. et ad hoc benè, et num. 25.*
4 *Vbi diuerſas eſſe donationes lib. 3.* † Tum ob ſtipulationem collatam poſt mortem, quia hoc caſu aliter ſibi, aliter filio pater fuit ſtipulatus, & ſit vna ex limitationibus, quod filij iure proprio ſuccedāt *ad cit. per Mazol. conſ. 1. num. 99.* quicquid ipſe aliter dixerit, non eſſe caſus diuerſos ſtipulari pro ſe & filijs, vel pro ſe, & poſt mortem ſuam *et videtur inhærere huic opinioni Surd. dec. 322. n. 44.* vbi cōfundit ſtipulationē pro ſe & hędibus, vt tacite comprehendat caſum poſt mortē, cum caſu explicito poſt mortem meam filio meo dari, *et clarè num. 66. in fin. et ſeq.* vbi expreſſe eundem Mazol. relatum ſequitur,
5 † ſed male quia expreſſa nocēt, non expreſſa non nocent *l. nonnunquam. 51. ff. cond. et*
6 *demonſ. l. actus legitimi. ff. de reg. iur.* † Et dies incertus expreſſim appoſitus ęquiparatur conditioni *Iſern. de eo qui ſibi. col. 2. verſ. hoc*
7 *pactum* † & per hoc eſſe dicas prouiſiones limitatas vt colligitur *ex Iſer. de ſucc. feu. nu. 9. et benè in hoc D. Fulu. nepos in add. ad D. Regen. Lanar. inf. cit. part. 2. num. 107.* qui verò dicit ſeù ſtipulatur ſibi & filijs, hic dicitur habere ſenſum pro ſe principaliter, & pro filijs acceſſorie, & ſe ſubmittit diſpoſitioni iuris communis, ſecundum quod fit locus ſucceſſioni legali: Qui verò addit, & exprimit, & poſt mortem ſuam filio ſuo dari, tam filio principaliter ſtipulatur, quàm pro ſe ipſo, *iuxta tex. l. quodcunque 45. §. ſi quis ita ff. de verb. oblig.* de quo vidimus *ſup. cap. 19. ſub princ.*

princ. quem tex. non video quin poſſit, & ad hunc caſum applicari, cum ibi dictis,
8 † *& ita Mant. de tac. & amb. lib. 14. tit. 18. nu. 12. part. 2.* diuerſificauit caſum ſtipulationis ſibi & filijs, à caſu ſtipulationis poſt mortẽ dari filio: & licet in caſu noſtro adſit vtrũq; non adeſt tamen eodem modo, vt in ſtipulatione ſimplici, ideſt acceſſorie, ſed alio ideſt ęque principaliter.
9 † Prout in eiſdẽ term. in quibus conſuluit Mazol. & in eademmet cauſa, & caſu, hæc eſſe diuerſa exprimere, vel non exprimere verba prædicta, ita quod pater non poſſit præiudicare, ſi expreſſa ſint *ſcripſit Soc. iun. in d. conſ. 142. lib. 3.* & multò fortius quia donatio huiuſmodi verbis concepta venit executiue (vt dictum eſt) ad legatum antea factum, in quo ſine dubio pater præiudicare non potuiſſet, *vt in eodem conſ. Soc. & etiam Maz.* vnde & ratio ſubiectæ materiæ ſubintret, vt in primo exemplo.
10 † Tertium exemplum (huic ſimile) vt idẽ ac in eo dicendum ſit, ſi pater ſibi & filijs fuit ita ſtipulatus in pactis matrimonialibus, quod vxore tranſeunte ad ſecunda vota, ſtatim iura, & bona transferantur, & ſint filiorum, & nepotum, nam hic iſta concurrunt, primò ſtipulatio patris poſt mortem ſuam, dum ſupponitur tranſitus ad ſecũda vota propriæ vxoris, qui caſus non poteſt dari niſi poſt mortem ipſiuſmet patris, & ita intrat ſtipulatio, in qua pater ſtipulatus eſt filio poſt mortem dari. Item concurrit clauſula, quod ſtatim dicta bona transferãtur in filios, & ſic vt filij capiant in vim ſtipulationis & contractus immediate, & nõ expectata aditione alicuius hęreditatis ad ea quæ infra mox *partic. 2. nu. 43. et ſeqq. 51. et ſeqq. et ad ſupra cap. 13. num. 69. et ſeqq.* Item concurrit quod ex prouiſione facta filijs, & nepotibus natis, & naſcituris ex ipſiſmet coniugibus (excluſis filijs qui poſſent naſci ex eadẽ vxore ex ſecundo matrimonio) ſatis dat intelligi filios fuiſſe vocatos cõtemplatione matrimonij, & ſecundũ ſubiectã materiam principaliter, & non acceſſorie, & ita fuit iudicatum, *vt multis relatis teſtatur D. add. ad Surd. dec. 322. ſub num. 9. & 10. et cenſuit Rot. flor. me referente. vt in dec. mea flo. 51. ſub num. 26. et ſeqq. iuncta* generali regula, quod coniecturæ multum probant ad dignoſcendum, an fuerit ſtipulatum principaliter, an verò cum præſuppoſito ſucceſſionis, *vt ibidem dico numer. 26. ex Surd. in d. dec. 322. num. 19. et ſeqq. pro vna parte, et nu. 42. et ſeqq.* etiam pro alia: confert (quod in caſu magis dubitabili in idem incidemus, exemplo proxime ſequenti. *et ad nu. 8. infr. partic. ſeq.*
11 † Quartũ exemplũ ponamus ex *Menoch. conſ. 40. lib. 1. per tot.* vbi in donatione patri, & filijs ex Catherina ſuſcipiendis, In quo licet Menoch. defendat, quod poſſit pater filijs primi matrimonij pręiudicare, in filios ſecundi motrimonij diſponendo (Id quod eſſet ſecundum regulam noſtram, quod pater ſibi & filijs ſtipulando poſſit pręiudicare) tamen in hac parte ei non aſſentimur, *ſed magis Cauagn. ad id. conſ. 40.* per rationes ab eo adductas, maxime quia ſumus in caſu vbi donans pręſcribit legem, & leges adiectæ contractui ſunt ſeruandę, & verba ſunt reſtricta ad certam perſonam, & reſtrictio proceſſit ab ipſo donatore, qui contemplatus eſt matrimonium & filios ex eodem, & ideò iniũxiſſe dicitur grauamen patri de reſtituendo filijs, ſeù proli ex eodem matrimonio, ità quod nõ ſit vna donatio, ſed duplex, vna patris & altera filiorum, ſeù ſit quidem vnica, ſed in plures ęque principaliter extendibilis, non ſecus ac dicimus de fideicommiſſo, quod eſt vnum, ſed ad plures ſucceſſiue pertranſiens, ęquo tamen iure, ex quo alter alteri reſtituere perpetuò vſq, in infinitũ cenſetur grauatus *Cauagnol. ad prædicta omnia ad tot. illud conſ. 40. pręcipuè*
12 *verò num. 16.* † Vbi quod ea verba pro ſe & filijs ſuis ex Catherina ſuſcipiendis, habent naturam conceſſionis ex pacto, & prouidẽtia donatoris, & acceptoris quoq;, & ſic eos ad ſucceſſionem inuitaſſe, vt ad alias per-
13 ſonas transferri non poſſet *num. 20.* † Vbi ex vi diſpoſitionis factę & directæ animo deliberato in certas perſonas, fuiſſe ſic dictum priuatiuè quoad alias, vt non poſſit
14 diſtribui alijs, nec ſibi adimi, *ſub n. 31.* † Vbi quod attendenda declaratio donantis pro patre & filijs ex Catherina ſuſcipiendis, &
15 ſic ex certa perſona *num. 37.* † Vbi nec vni quidem ex eiſdem filijs poſſe pręlegari, cũ debeat æqualiter reſtitui, *num. 39. idem affirmans Fontanel. de pact. dotal. lib. 1. clau. 4. gloſ. 9. num. 7. et ſeqq. Vbi ita iudicatum, et redeundo ad Cauagn. num. 39.* & filios non ſuccedere quaſi hęredes hoc caſu dicit *add. lit. F. ad Alex. conſ. 77. ſub num. 10. lib. 6. nec reuocare, nec ſimul quidem cum donante d. glo. 9. num. 5.* Vbi tractari de bonis datis (putà) cum grauamine de reſtituendo *& num. 41.*
16 † Vbi ideò leges, qualitates, & conditiones adiectas eſſe ſeruandas, nec poſſe à patre reijci onus ſibi iniunctum de reſtituendo filijs ex prima vxore, quia ius ipſis quęſitũ ipſis inuitis tolli non poteſt, *vt ſubijcit num. 42. et ad num. 43.*
17 † Vbi quando donatio fit ad commodũ prolis, aut familiæ intrat contemplatio eiuſdem ex ſpeciali cauſa, & idem ſi poſte-
18 ritati, *vt ſub num. 53. 54. et 55.* † Vnde non eſſe vnicam donationem, ſed duas, ità quod

 mortuo

Digitized by Google

mortuo patre expiret prima donatio; quia
remittitur in ſecundam donationem, *dicit*
ibid. Cauag. numer. fin. ex Couar. et Menoch. in
conſ. 1153. mox citand. quod dictum, non eſſe
vnam, ſed duas donationes bene applicatũ,
benè quadrat, & intrat, vt in hunc caſum,
& conſimilem, de quo in ſeq. exemplo. Cę-
terùm ſi communiter, & indefinite (vt fa-
ciunt Docto.) impingetur; quia nõ procedit
in caſu formulę ſuprafcriptę pro ſe & filijs,
à qua nõ absũt termini ſucceſſionis legalis,
19 vt ſup. late hoc c. iã oſtensũ, † & ita in conſi-
mili caſu Aui filio & nepoti donãti cõtẽpla-
tione matrimonij, fuiſſe iudicatum pro filijs
excluſis creditoribus paternis *dicit Moder.*
Add. ad Surd. dec. 322. ſub n. 3. et ſub n. 9. et ſeqq.
vbi late & egregie, vir verſatiſſimus, de ſti-
pulatione huiuſmodi ad contemplationem
matrimonij cũ certa perſona, acquiri filijs,
20 vt filijs *ex Praſ. de Amat. conſ. 68.* † quia
talis donatio ſit pars contractus dotalis, &
cenſetur vnus, & confunditur cum eo, &
debet pariter iudicari ſicuti donatio ex cau
21 ſa dotis &c. vt ibi per eum, † *et ex Franc. dec.*
205. fuiſſe iudicatum retroceſſionem talis
donationis à patre factam nullam, quia in
pręiudicium filiorum vocatorum fieri non
potuerit, & ita non poſſe à patre pręiudica-
22 ri *vt num. 11. adde num. 17.* † vbi an talis do-
natio fuerit cauſa finalis matrimonij, ad
effectum ſciendi an ſit imputanda in legiti-
mã, aut conferenda *et excell. Fontan. de pact.*
dot. par. 1. clau. 4. gloſ. 9. num. 19. et ſeqq. Vbi
in fortioribus term. quando filijs fuit ſtipu-
latum, non exprimendo huius vel alterius
matrimonij, defendit ſolos filios primi cen-
ſeri vocatos, ob cauſam finalem cotemplan-
tionis matrimonij, licet obtinere non po-
tuerit, vt ipſe teſtatur, vtcunque multum
reclamans, *vt ſub num. 36. verſ. per hæc ego.*

23 † Limitat idem Fontan. vt filij etiam al-
terius matrimonij cenſeantur comprehenſi
ſi donatio facta ſit filijs ſuis legitimis, & na-
turalibus, & de legitimo, & carnali matri-
monio procreatis, q a hęc verba ſint genera
lia, & quæ aliàs eſſent ſuperflua, *vt ibid. nu.*
36. verſ. Idem quod ſupra, et ſub num. 38. verſ.
24 *et licet* † & ita ſe defendit à Cancer. (qui eũ
notauerat de inaduertentia) *in 3. part. var.*
reſol. cap. 7. de pact. et videri poteſt Fontan. ſub
dictis verſ. (et optimè quidem) ob caſuum di-
uerſitates, & circumſtantias (ad quod ani-
maduertendum dicebamus, *ſub num. 136.)*
et ad Menoch. d. conſ. 40. reſpondet ab eo diſ-
ſentiens *ibid. ſub n. 41. verſ. ad conſ. Menoch.*
ex conſ. eiuſd. Menoch. 97. et 20. Vbi tenuit in
vocatione primogeniti ex certis cõiugibus,
non venire ſecundo genitos ex eiſdem, etiã
ſi non adſit primogenitus, in quo vere di-
25 ſpoſitio locum habere poſſet. † Vndè benè
quod ſubijcit *d. verſ. ad conſ.* ſolere ipſum, &
ſolere plures viros doctos dicere (in mate-
ria conſiliorum) quod voluiſſent videre de-
ciſionem Senatus, qui ſuper eo caſu decla-
rauit ad iudicandum quam Iuſtitiam foue-
ret in illo.

26 † Item limitat, & declarat *ibid. Fontan.*
numer. 27. vt in caſu ſimplicis donationis,
ex eo quia non fuerit contemplatum matri
monium, procedant doctrinæ, quæ habent
quod omnes filij indiſtinctè cẽſeantur vo-
cati, *vt apud Surd. cõſ. 72. per tot.* ſecus ſi fuiſ-
ſet contemplatum, nam (ſecundum eum)
cenſeretur vocatio reſtricta ad ſolos filios
primi matrimonij. Verùm (vt ipſe fatetur,
& iam dictum eſt, ipſe obtinere non potuit,
27 † & ſic concludas ſimplicem donationem
in pactis dotalibus non reſtringere propter
ſolam contemplationem matrimonij; re-
ſtringere verò vbi (vltra contemplationem
matrimonij) adſint alia verba reſtringẽtia,
putà ex tali vxore, *et alia vt in exemplis 3. et*
4. ſup. num. 10. et ſeqq.

Sublimitando, vt etiam vbi fuerit contẽ-
platum matrimonium (ſecundum opinio-
nem D. Fontan.) adhuc tamen omnes ve-
niant propter clauſulam filijs ſuis legitimis
et c. vt ſup. num. 23. 24.

28 † *Menoch. verò d. conſ. 1153. lib.* 12. loqui-
tur in caſu, & poteſt afferri pro alio exem-
plo, in quo apparet donatum patri & filijs
cum prohibitione alienandi, annullatione
alienationis, & tranſlatione (in caſum alie-
nationis) ad ipſius filios ſeù factę ſeù fiendę
vt patet ex facti ſpecie, *et ad nu. 65. 66.* quare
ſeruanda eſt voluntas donantis, nec poteſt
alienatio conſiſtere, ſtante huiuſmodi clau-
la, & licet ad eam infringendam vtatur alijs
fundamentis *vt nu. 1. et ſeqq. 54. et ſeqq.* tamẽ
(vt dixi, ſic ſimpliciter non intrant. Vnde
animaduerte ad motiua ibid. data per Sena-
tum in ea cauſa *num. 55. et ſeqq.* (quæ erant
fortiſſima ad ſuſtinẽdam alienationem pa-
ternam, cum conſenſu ſubſequuto donato-
ris) quam inſudauerit Menoch. ad ea reſol-
uenda, maximè verò ad illud, huc cadens,
quatenus defendebatur alienatio, motiuan-
do quod filij tanquam acceſſoriè vocati cẽ-
ſeantur *n. 58. 59.* ad quod reſpõdet Menoc.
negando alteram donationem eſſe acceſſo-
29 riam, † non male in caſu ſuo, quia ex dicta
clauſula reſultat prohibitio, & vltra eam
ſpecialis quędam prouiſio in filios, At abſq;
hoc aut alio conſimili, & in ſpecie formulę
pro ſe & filijs non militaret differentię ra-
tio, quia vbi ſpecialiter ita conuentum, ibi
30 acquieſcendum, † quia ſtandum eſt expreſ-
ſis, & in claris non eſt opus coniecturis, &
lex data contractui ſeruanda *l. legem. 9. C. de*
donat. l. perfecta donatio. Cod. de donat. quæ ſub
mod,

mod.l.ſicut ab initio.C. de act.et oblig. vt in propoſito (*vltra Cauagn. ſup. cit.*) *etiam Chaſſan. conſ.6.ſub num.12.Rot.diuer.dec.489.in prin. par.1.Surd.latè cõſ.217.per tot.maximè n.21.*
31 *Sicuti*, † & ſeruiet pro ſublimitatione ad prę
dicta, e contra in donatione pro ſe & hæredibus, etiã quod facta ſit filijs ex cauſa matrimonij, oportere eos eſſe hæredes, & poſſe patrem præiudicare *patet ex Socin. iun. conſ.58.per tot.lib.2.et ex Surd.d.dec.322.nu.* 84. reſpondendo ad octauam coniecturã, *ſub nu.29.30.et 31.* qui proprie loquitur in hac ſtipulatione, *vt patet ex princ. dec. et ſub num.55.verſ.quinto deducitur*, ibi, *quia Dom. Conſtantinus expreſsè ſtipulatus eſt pro hæredi-*
32 *bus,num.ſeqq.et ſub d.nu.*84. † (adeò cauendum eſt à diuerſitate terminorum, & for-
33 mularum) † ſic in caſu *Dec.conſ.*215.non attenditur quod ex cauſa matrimonij, quia in eadem formula pro ſe & hæredibus, vt ſe ipſum explicat *ſub nu.5.ad fin.et meliùs in fi.*
34 † vbi admitteret acquiſitionẽ in filijs, quando expreſse dictum fuiſſet, quod mortuo Colino patre, donatio eſſet liberis acquiſita, vel quod pater fuiſſet ſtipulatus pro ſe &
35 liberis futuri matrimonij, † ſecus in eo caſu, vbi donatio fuit facta ſimpliciter, & non liberis, & ſeruiat pro maiori declaratione antedictorum, *et ad idem Menoch. conſ.506.nu.10.et ſub num.16. verſ. non obſtat ſecundum.*
36 † Cęterùm in terminis dicti exempli, & q᷑ ordine ſucceſſiuo ſuccedatur, & quod per fideicommiſſariam, & quod vitiliter, & nõ ꝓ portionibus hæreditarijs vide nouiſſimè *Fontan.iam citat.de pact.dot.part.1.clauſul.4. gloſ.9.per tot. vbi de pluribus iudicatis teſtatur præſertim ſub nu.3.et 6.et ſub 25.ad fin.et n.8.*
37 † & notanda differentia (quam ibi aduertit) caſus ſtipulationis pro ſe & filijs, à caſu vbi Auus donat filijs, & nepotibus *nu.10.et per ſeqq.* vt primo caſu filij habeant à patre, qui proptereà poſſit præiudicare, altero non habeant, & ideo non poſſit.
38 † Demum hoc etiam intret in exemplum, ſi vel ex facto ipſo, per quod de neceſſitate inferatur, vel ex verbis expreſſis reſultet de voluntate libera contrahentium, quod filij habeant æque principaliter ac pater, nam cedendum eſt (hoc caſu) voluntati pręciſę *l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de reg.iur.l.quicquid adſtringendæ.ff.de verb.oblig. et ad propoſitum Tom.de Mar.de feu. ex pacto ant.ſub nu.90.in med. col. verſ. et ſequitur, et ad cap.13. ſup.ante fin.*
39 † Vbi ſtantibus clauſulis de vno in alterum concedendo, attentis meritis ſingulorum &c. vt ibid. & hic bene conferant iura, quibus probatur ius tertio quæſitum ex cõtractu illi non aſſentienti adimi non poſſe
40 *Piſto.q.iur.4.num.18.lib.2.* † & idem ſi filij
41 factum interueniſſet *vt nu.31.* † vt in ſimultanea Inueſtitura *nu.92.* Intelligendo tamẽ vt ſub eod.*nu.92.ſub verſ. eſt tamen*: ad eum
42 remitto, † Item ſi pro ſe filijs & deſcendentibus ſuis hæredibus ac ſucceſſoribus in infinitum, vt per hanc clauſulam poſſit libere diſponi *ex Menoch. conſil.255.per tot.libr.3. Burſat.conſ.31.nu.10.11.lib.1.adde infr.n.*
43 † Adde antedictis (circa pacta matrimonialia, & ſucceſſiones) hæc quidem ſuſtineri vbi vel eſt talis conſuetudo ita cõtrahendi, ſeu quando vltrà conſuetudinem & pactũ, ad eſt iuramentum; ſeu vbi pactum contineret, non ſucceſſionem in omnibus bonis, ſeu in hæreditate, ſed tantum eſſet de par-
44 ticularibus bonis, † vt ſi fuiſſet pactum in contractu matrimonij, quod primus filius maſculus ſuccedat in tali caſtro vel domo, *vt per Dec.conſ.578.viſo conſilio ſub nu.3.ſub verſ.quod ſaltem, & nu.9.per tot.* vbi elegãter.
45 † Subdens quod hoc fit fauore matrimonij, pro quo multa ſunt ſpecialiter inducta *& num.10.& in conſ.224.in cauſa quæ quodã ſub num.8.iunctis ſub num.2.& ſeqq. eod.conſ. præſertim ſub num.4. verſ.concludendo tamen.*
46 † Vbi diſtinguit, quando eſt factum pactũ de quibuſdam bonis, præſertim ea ſpecificando, vt teneat pactum. aut quando facta eſt conuentio inter fratres, quod altero præmoriente ſine liberis, omnia eius bona deueniant ad ſuperſtitem, & iſto caſu pactum ſit de futura ſucceſſione, quod non
47 valet † quam opinionem fuiſſe penes Dec. perpetuam & conſtantem *dixit ibid. add. lit. b.verſ negatiuam quæ Tiraq. & Grat. allegat. Addo ego Alb.conſ.457.num.2.lib.3.& add.*
48 *ad eund.pri.vbi ex Bellon.de comm.* † & loquitur Alb.extra cauſam matrimonij, vt huiuſmodi conuentiones vocantes maſculos & deſcendentes, & (eis non extantibus) proximiores ſint validę, cum factæ ſunt, non ſub nomine hæreditatis, ſed dumtaxat de
49 certis bonis. vt ibi per eum. † Vnde *Tiraq. malè arguit Dec.* de contrarietate, *vt aduertit add.ad d.conſ.578.lib.6.verb.bonorum*, quæ tamen hic addita nõ obſtant antedictis exẽplis, vt patet, quia exempla ſupranotata pertinent ad donationes; non ad pacta ſuc-
50 ceſſionum: † de quibus nonnulla diſſeruimus *ſupra cap.3.num.18.& ſeqq.* quæ cum hiſce coniungere poteris vt (quid iuris ſit circa pacta de ſuccedendo vel non ſuccedendo) Vberius intelligas.
51 † Et coniungendo vltima primis, (dum ab initio huiuſce partic. dicebamus in ſimilibus, non poſſe a parentibus præiudicari filijs) dic, et hoc caſu, vbi filij vocati ſunt ad partem bonorum, ita cenſeri vocatos, vt res ad eos iure proprio ita competant, vt pater in eis præiudicare non poſſit, nec teſtando

ſtando nec fideicommittendo, adeo quod nec legitima de huiuſmodi bonis detrahi poſſit, *vt concludit Dec.d.conſ.578.in fi.iuncto*
52 *ſub nu.3.verſ.ſed dato.*† & in caſu pacti quod primò natus vel idoneior eligendus haberet dicta bona, quod ita ius priùs quæſitum ſit primogenito, vt præmoriente eligere debente ante factam electionem ſolùm primogenito acquiratur reſoluit. *ibid. Dec.ſub num.10.& ſeqq.* reddit rationem, quia (quoad eũ) fuerit donatio pura, & reſpectu aliorum conditionalis, & ideo non facta electione, remaneat ius quæſitum primogenito, cui erat ius quæſitum purè, licet ſub conditione (videlicet) quod in caſu electionis factæ de alio reſolui potuiſſet, & eo decedente extantibus eius liberis, excludantur fratres dicti primogeniti quæ nota, quia ſubtilia, & male declarata à doctor. *vel teſte eod. Dec.ibid. ſub d.num.3.circa fi.* vbi pleniùs vide.

CAP. VIGESSIMI TERTII. Partic. 2.

Reſponſiones ad contraria in princ. huius cap. à nu. 1. vſque ad nu. 15 oppoſita.

SVMMARIVM.

1 Dec. *in ſtipulatione pro ſe filijs & ſucceſſoribus quibuſcumque maſculis, volens filios nomine proprio habere* reprobatur ex alijs docto.
2 Bero. *volens filijs acquiri nomine proprio, vbi pater nihil erogauit de ſuo,æquè* reprobatur.
3 *Item* Chaſſan. *qui tamen* defenditur *in caſu ſuo, &* declaratur *quia loquatur in donatione rei propriæ factæ per donantem, & n.ſeqq.*
5 Mart. etiam reprobatus. *in donatione pro ſe et filijs ex eius legitimo corpore deſcendentibus cum reſeruatione directi dominij, & nu.ſeqq.*
6 *Verba inter executiua valent ad declarandum.*
7 *Patrem non poſſe præiudicare in emphyteoſi pro ſe & filijs, reprobatur cũ* dec.Gam.7.*& add. ibid. diſtinguente.*
8 Menoch. conſ.155.& 308. loquitur *in donatione facta à Marito Conſtantiæ vxori & eius filijs (contemplatione matrimonij, concludens Conſtantiam non priuari effectu ſtipulationis ſi tranſeat ad ſecunda vota, qui tamen nõ approbatur, &* contra eum, & alios *in eodemmet caſu* optimè Rimin. iun.
9 *Maioratus contemplatione matrimonij poſtea inſtitutus non reuocatur.*
10 Menoch. conſ.489. *donationem factam filio vnius ex fratribus donantis, ſtipulante Notario, non poſſe reuocari* probatur.
11 Menoch.cõſ.513. *in donatione principis facta ſororibus pro ſe filijs & deſcendentibus quibuſcunq; non poſſe diſponi, & nu.ſeq.*
12 *In liberalitate principis habet locum ius accreſcendi.*
Eſt in omnes tranſitoria, nec poteſt præiudicari, vbi perpetua (aut in familia, ſub eod. *& nu. 17.18. vbi de iudicatis.*
13 *Vbi ſunt vocati eum qualitate maſculinitatis, aut aliorum poſt eos, & num. 14.*
15 *Quando fit vocatio non natorum, ipſi per fideicommiſſum admittuntur.*
16 *In donatione Titio & deſcendentibus cum hoc quod deferat arma, & inſignia.*
17 *Secundum* opin. Dec. *de qua ſupra ſub nu. 12. fuit iudicatum.*
18 *Et defenditur ex voce deſcendentium, qua etiam naſcituri comprehenduntur.*
Limita ne hoc procedat vbi deſcendentes ipſo iure veniunt, vt in feudis ſub eod.
19 Nart. & Surd. probantur, *qui loquuntur in caſu, vbi propter matrimonium.*
20 Rol. probatur *loquens in donatione Regis cuidam & eius primogenito facta, & alijs ſucceſſiuè, vt non poſſit præiudicari.*
21 *Idem in fideicommiſſis.*
22 *Primogenia, in effectu, ſunt quædam donationes ſub modo, &c.*
23 *Et videntur eſſe tot donationes, quot vocati.*
Et acquiritur cuiq; dominium ſtatim poſt mortem anteceſſoris, adeo quod non ſit opus reſtitutione aliqua. ſub eod.
24 *Maioratum inſtituens cenſetur facere omnes ſubſtitutiones neceſſarias ad perpetuitatem inducendam.*
25 *Pront & quilibet, qui aliquod factum vult.*
Idem in fideicommiſſis. ſub eod.
26 *Oſtenditur* non benè applicari *ad terminos formulæ noſtræ pro ſe & filijs* l. quoties. C. de donat. quæ ſub mod. *nec* Bart. ad l. qui Romæ. §. Flauius. de verb. oblig. *et ſeqq.*
27 *Materia ſanè confuſionibus plena.*
28 *Paſſus arduus et periculoſus.*
29 *Materia ardua et profunda.*
30 Bart. opinio ad d. §. Flauius. *quod res ſtipulata tertio poſſit reuocari ab vtroque ſimul donante et donatario* valde controuerſa.
31 *Tenentes* contra Bart.
32 *Tenentes* pro Bart.
Conciliantur opiniones diſtinctione caſuum ſub eod.
33 *In ſtipulatione (qui eſt primus caſus) ſibi et filijs poteſt præiudicari.*
34 *Eadem eſt poteſtas contrahendi et diſtrahendi.*
35 *Partes poſſunt totum contractum diſoluere.*
36 *Nec ſufficit vnius tantum voluntas.*
37 *Non eſt in dicta clauſula neceſſaria ratificatio filiorum, qua tamen eſt neceſſaria in dictis iu-*

ribus

ribus num.43.et ſeqq.

38 *Non probantur* docto. *paſſim confundentes term. dictorum iurium cum term. formulæ prædicta.*

39 *Secundus caſus exponitur,cum ſtipulatū eſt etiā deſcendentibus, et apparet quod pro familia, primogenito,pro maſculis,pro agnatis,dicitur enim acquiri filus irreuocabiliter.*

40 *Nec applicatur* d.§.Flauius. *vt poſſit per ambos ſimul fieri reuocatio , et ratio , quia hoc procedit tantum inter extraneos.*

41 *Exemplum vbi pro filijs naſcituris.*

42 *Vbi pro deſcendentibus.*

43 *An ſufficiat ſola acceptatio primi donatarij et ſeqq.*

44 *Infantibus acquiritur ius irreuocabiliter eorum fauore.*

Conciliandi occaſio quædam ſub eod.

45 *Poteſt ſtipulari pro filijs nondum natis.*

46 *Quæ ſtipulatio de generali conſuetudine ſuſtinetur.*

De fideicommiſſis primogenijs etc. vt ſupra hic: non recta applicatio ad feuda aut emphyteoſes. ſub eod.

47 *Pater poteſt reuocare in profectitijs, nō in alijs.*

48 *Tertius caſus, vbi adeſt iuramentum promiſſorium ,vt acquiratur irreuocabiliter abſenti. declara vt ibid.*

49 *Quartus caſus in patre. vbi diſtinguitur.*

50 *Stipulatio in filium ſuſtinetur ſaltem quoad emolumentum proprietatis.*

51 *Quid ſi ex filijs,alij ſint in poteſtate alij emancipati, quibus ſimul ſtipulatus eſt pater vt ordine ſucceſſiuo,et ratio.*

52 *An ante acceptationem filiorum licita ſit reuocatio, et non eſſe neceſſariam acceptationem dicitur. ſed donationem ſtatim valere.*

Reiecta opinione contraria. ſub eod.

53 *Non eſt tamen ſtatim valida donatio ab ipſomet patre facta (et eget ratificatione, et ante eam eſt reuocabilis.*

54 *Et ratio , quia donatio ex vnius ſolius conſenſu non poteſt conſiſtere.*

55 *Aſt ratificatione ſequuta valida fiet.quæ eſt neceſſaria.57.*

56 *Regula* l. abſenti. ff. de donat. *habet locum in donatione paterna filio abſenti facta.*

58 *Demonſtratur non dari caſum conſimilem* doctrinę Bart. ad d. §. flauius. *nec* d. l. quoties.

59 *Quintus caſus vbi Notarius pro abſente ſtipulatur latè et ſeqq.*

61 *Acceptatio eſt de ſubſtantia et perfectione.*

62 *Notarius non poteſt operari perfectionem contractus.*

63 Surd.in dec. 111.& 206.declaratur.

64 *Ratificatio (ante ius quæſitū tertio) poteſt quãdocunque fieri,et ſi per eam actus irreuocabilis.*

65 *An morte donantis reuocetur donatio , an ante ratificationem diuerſi ſunt caſus.*

66 *Ius reuocandi donationem non tranſit ad hæredes.*

Concluditur de primo caſu ſubdiſtinctionis in ſtipulatione Notarij. ſub eod.

67 *Secundus caſus cum donationi iam factæ adijcitur aliqua qualitas , tempus vel conditio,qui caſus eſt in term.* Bart. ad §. Flauius. & d. l. quoties. *vbi quid iuris circa poteſtatem reuocandi,ſi Notarij non adſit ſtipulatio.*

68 *Eadem eſt poteſtas contrahendi & diſtrahendi.*

69 *Eius eſt velle,cuius eſt & nole.*

70 *Vltima pacta ſeruantur.*

71 *Partes poſſunt totum contractum diſſoluere.*

72 *At ſi ſtipulatio adſit Notarij , an acquiratur abſenti irreuocabiliter.*

73 *Ratio diuerſitatis inter donationes ſtipulatas per Notarium pro abſente , & inter vocationes factas de tertio à duobus ſimul,poſt donationem factam principaliter à donante ipſi donatario& ſeqq.*

74 *Specialia non multiplicanda*

75 *Qualitates adiectæ contractui dicuntur ineſſe, & eſſe pars contractus.*

76 *Valet receſſus à contractu in totum vel pro parte.*

77 *Omnis interpretatio fieri debet ne fiant eluſoria.*

78 *Et quod verba aliquid operentur.*

79 *Etiam in ſylaba.*

80 *Perfectio donationis in irreuocabilitate & immutabilitate conſiſtit.*

81 *Contractus ab initio ſunt voluntatis ex poſt neceſſitatis.*

82 *Nihil refert quod quid ex æquipollentibus fiat*

83 *Non curandum de modo , dummodo ſequatur effectus.*

84 Conciliatur docto. *ſentientes pro irreuocabilitate ex ſtipulatione Notarij vel contrà ſentientes .*

85 *Et cauendum monet auctor à doctor. qui caſum à caſu non diſtinguunt , ſed confundunt.*

86 *Tollitur obſtaculum , quod cōpetat vtilis actio, & ita quod ſit perfecta donatio in tertium collata* ex dicta l.quoties.

87 *Clauſula* pro ſe & hæredibus,*nihil operatur, ſed tantum exprimit quod ipſo iure inerat.*

88 *Et ſepius dicitur abundare,nec nocet abundans cautela.*

89 *Reſpondetur ab obſtaculum prædictum,quia licet vtilis actio acquiratur ſine ceſſione , non tamen ſequitur quin ratificatio ſubſequi non debeat.*

90 *Superfluum eo ipſo euitatur,quod ambiguitates tolluntur.*

91 *Satis dicuntur operari verba,quæ dubitationem abigunt.*

92 *Etiam aliquorum anxiam & moroſam.*

93 Tex.d. l. quoties. *variè fuiſſe intellectum explicatur.*

No-

Notarij ſtipulatio non ſuperflua multò magis ſi ad eam accedat ſimul & patris ſtipulatio ſub eod. *& ſeqq.*

95 *Quid vbi interuenit Nuntius, vel epiſtola.*

96 *Alia ex quibus donatio ſit irreuocabilis vt ex clauſula Conſtituti, ſi res ſit tradita &c.*

97 Menoch. *ponit alios caſus* in conſ. 489. *qui hic deſcribuntur, vbi & quando ſit neceſſaria ratificatio. & ſeqq.*

98 *Donatio nulla, ratificatione non conualidatur.*

99 *Imò poteſt conualidari re integra.*

Nec obſtare nullitatem ſub eod. *et num. 102.*

100 *Item quomodo ſit nulla & ad quem effectum adhuc exponitur.*

101 *Mens & animus donantis qualis ſit (dũ donat) abſenti.*

102 *Quando actus nulli poſſint ratificari.*

Actus non poteſt impugnari de nullitate in caſibus. ſub eod.

103 *Cum extraneus abſentis nomine ſtipulatur acquiritur ei actio, ſi ratum habuerit, & cedantur ei actiones.*

Quæ ceſſio non eſt neceßaria, ſed tantum ratihabitatio, ſi ſtipuletur Notarius pro abſente. ſub eod.

Concluditur circa effectus diſtinctionis dictorum caſuum. ſub eod.

104 *Et malè eos cenſuiſſe in term. formulę pro ſe & filijs, in feudis et emphyteoſi, filios venire iure proprio, & quod tot donationes, et tot inueſtiturę etc.*

105 *Et qui compararunt caſum inueſtiturę intra annum peti ſolitæ.*

106 *Et loci, quibus vtuntur ad dicendum quod tot inueſtituræ etc. referuntur et refelluntur. et ſeqq. vbi latè.*

108 *De dotario remiſſiuè.*

POſita regula, quod ex ſtipulatione patri & filijs, filij capiant non iure proprio, & immediatè ex contractu, ſed iure paterno per viam ſucceſſionis, eaque (vti credimus) ſatis bene firmata, & ex declarationibus mox prælibatis magis, ac magis (quaſi ab oppoſitis) enucleata, reliquum eſt vt ad Docto. exaduersò oppoſitos, in initio huius capitis relatos reſpondeatur.

Et quidẽ (pro reſpõſione) dicimus, quoſdam verè (& in term. ſtipulationis noſtrę) ſcripſiſſe cõtrarium, ac per nos ſupra, vnde ſufficeret dicere ſic loquutos contra vera principia Iuris ſecundnm doctrinas, vt ſup. per tot. à nobis adductas, & cum alijs etiam doct. prę manibus cõ,pbatas, & alios in alijs
1 term. ſic ſcripſiſſe † ſed in ſpecie reſpondemus; & in primis ad *Dec. in conſ.* 238. *aliàs.* 239. vbi in ſtipulatione pro ſe ſuiſq; liberis, & ſucceſſoribus quibuſcunque maſculis, *vt num.* 4. voluit fuiſſe quęſitum ius filijs, vti filijs, nec teneri hæredes eſſe, nec patrem poſſe præiudicare *vt num. 5. et ſeqq.* dico in ſpecie reprobari *à Surd. d. dec.* 322. *num.* 81.
2 *et ſeqq.* † *et ad Bero. in d. conſ. 155. vol. 3.* vbi voluit in donatione patri & filijs, quando nihil pater erogat de ſuo, filiũm non habere à patre, ſed à donante, & ideò patrem nõ poſſe pręiudicare, dico in ſpecie reprobari *ab eod. Surd. dec. 324. ſub num. 7. et ex profeſsò ſub nu.* 8. vbi eius dictum de communi pro ſe non eſſe tutum; quià ipſe non reſpondet Aret. & iuribus ab eo allegatis in contrariũ
3 quem nemo impugnat † *Ad Chaſſ. in cõſ. 53. num. 55.* ſupponentem ius quęſitum filijs, vt filijs ideò tolli eis non poſſe, *reſpondet Surd. ead. dec. 322. ſub num.* 81. eum non probare quod ſit quæſitum vti filijs, nec eſſe curandum de eo quod perfunctoriè loquatur,
4 † Ego aduerto non loqui in term. patris, & filij ab alio tertio accipientis mediante ſtipulatione ſibi & filijs, qui ſunt termini noſtri, ſed loqui in donatione rei proprię facta per donantem: Caſus eſt huiuſmodi (vt colligitur ex princ. eiuſd. conſ.) Quędam Iſabella nubens cuidam Franciſco, ex nunc prout, ex tunc, & ex tunc, prout ex nunc, poſt eiuſdẽ Iſabellę mortem donat, cedit, & tranſportat pro ſe, & ſuis primo filio naſcituro, & prouenienti ex matrimonio inter ſe ipſos, & caſu quo hic primus decedat, & ſecundò, & ſucceſſiuè vt ibi per varios gradus, & in defectum filiorum, & filiarum demũ ipſi Franciſco ſuo ſponſo futuro pręſenti, & ſtipulanti, & acceptanti pro eorum ſucceſſoribus perpetuò &c. ſummã quinq; centum librarum &c. vt ibi. plura inſurrexerunt dubia ex hoc themate. Inter cętera (faciens ad locum allegatum) eſt ſecundũ dubium, An dicta Iſabella donatrix potuerit ex poſt declarare talem fuiſſe ſuam intẽtionem, etiam in præiudicium alicuius ex vocatis in dicta donatione, *vt ſub num.* 47. *verſ. ad ſecundum dubium* vbi *per num. ſeqq.* arguit primò pro parte affirmatiua quod poſſit declarare, & deinde arguit pro contraria *ſub num.* 51. *et ſeqq. et pro hac parte d. num.* 55. vtitur hoc fundamento, quoniam ex quo filijs natis ex dicto matrimonio fuit ius quęſitum per ſtipulationem factam per eorum patrem pro eis, non poteſt eis tolli, & bene quidem, ſed caſus eſt diuerſus à ſtipulatione noſtra, nã vt illa eſt donatio quędam inter viuos, *vt dicit ibid. Chaß. ſub d. nu.* 47. *in fin. et num.* 48. ita intrãt quæ ſupra *par. præced. ſub num. 14. et ſeqq.* ſcilicet Donationem perfectam nõ recipere reuocationes, aut declarationes, Item aduertẽdum quod in eo caſu, primò fuit radicata acquiſitio in filijs & filiabus ſucceſſiuè, & poſt eos caſuè demum deficientes vocatus pater vltimo

loco

loco, quod eſt caſui noſtro omninò contrarium, vbi acquiſitionem ſuppoſuimus primò radicatam in patre, & mox in filio, ex quo etiam pariter oritur, quod in eodem caſu, pater ſtipulatus eſt pro filio primò, & deinde pro ſe ipſo, quando autem pater ſtipulatur pro filio ſolo, ſtipulatur vti miniſter, & perinde eſt ac ſi filius ipſe ſibi fuiſſet ſtipulatus *ad dicta ſupra, et cap.19.nu.12.13.* & ideo nil iuris capiunt filij à patre, ſecus quando pater ſibi ipſi primò ſtipulatur, vt in caſu noſtro. Itẽ in caſu Chaſſ. adeſt promiſſio de non contraueniendo, & iuramentum *nu.60.et ſeqq.* quare ex diuerſis nõ infertur.

5 †Ad *Mart. voto* 215. vbi in donatione pro ſe & filijs ex eius corpore legitime deſcendentibus, reſeruando ſibi directum dominium, & cum pacto redimendi quandocũque pro prętio, vt ibi, conſuluit alienationem factam per patrem de conſenſu domini directi non poſſe à filijs reuocari. Huic reſpondetur *vt ad Dec.ſup.* quia eſt idem caſus, & vlterius poſſunt fundamenta facillime tolli, nam quod pater filijs vt filijs, ad hoc reſpondit in contrarium, *et de veriori Surd.d. dec.* 322. prout de magis communi, vt in dubio pro filijs, & hęredibus teſtatur *Add.ad.eand.dec.322.in princ.* Nus verò aliter, ſed in idem incidentes, quod qualitas hæreditaria non propterea ſit excluſa, vt docuimus in feudo, multò fortiùs in donatione quæ, pacto circumſcripto, eſſet in omnes tranſitoria ad relata ſup.*cap.21.num.2. et ſeqq.* Ad aliud quod per viam priuilegij reſultabit reſolutio ex dicendis infr. *proprio tit.cap.24.* Ad Aliud de ſtipulatione Notarij habebitur reſponſio ex tit. peculiari de ſtipul. per Notar. *infr.cap.* 25. Conatus eſt idem *Mart. d. vot.215.nu.22.et ſeqq.reſpondere ad d. dec.* 322. ex diuerſitate caſuum, quaſi Surd. loquutus ſit in formula pro ſe & filijs, ipſe verò eſſet in caſu ſtipulationis pro ſe & filijs Notario ſtipulante pro vtriſque ſed inutiliter, Nam video term. omninò ſimiles, cum etiam in caſu Surd. Notarius ſtipulatus fuerit, & ad fundamentum (quod ex hoc fiebat) conatus eſt reſpondere, *videatur ſub num. 6. verſ. non obſtat, et ſub num.64.verſ.quamuis.* Item video verbum, *hæredibus*, in quo maximum ſuę deciſionis fundamentum facit *Surd.d.dec.322.* (& nos hic ſupra innuimus) etiam in caſu *Mart.* &
6 licet non ſit inter diſpoſitiua, † tamen ſatis eſt eſſe inter executiua, & acceſſoria, ſaltem ad declarandam intentionem concedentis quod etiam de hæreditaria qualitate cogitarit in præcedentibus, vbi de filijs tantum mentionem fecit, (*vel eod. ipſo Surd. teſte in d. dec.322. nu. 60. ex Bal.Soc.Dec.et alijs ibid. relatis.* Mentionem verò facta fuiſſe de hęredibus *in conſ.215.apud Mart.* apparet manifeſte ex caſu poſito *in princ. conſ. verſ. ſed quia, et num.25.et ſeqq.* Vbi conatur reſpondere ad hoc, ſed fruſtra, quia reſponſiones non tollunt cogitationem hęreditarię qualitatis, quinimò, ſi bene aduertatur, eam magis ac magis confirmant, Mitto quod fundatur in *l. quoties. et alijs iuribus infra mox, et alibi oſtenſis* nun facere ad ſtipulationem
7 noſtram.† Quapropter *de dec.Gam.Luſit.5. et eiuſdem opinione* valde per hęc dubitandũ ne ſubſiſtat, vbi in emphyteoſi pro ſe & filijs patrem non poſſe præiudicare, *et add. ibid. ad num.* 7. dicit omnes opiniones contrarias communes eſſe, & diſtinguendo (ait) quando emphyteoſis eſt hæreditaria aut quãdo empta de pecunia patris, ſaltem quoad ipſam pecuniam, ſeu quando libere per pactum vel ex conſuetudine vendi poteſt, vt his caſibus pater poſſit præiudicare quia ſit hæreditaria, Non hæreditaria autem, ſed tamen antiqua vt non poſſit pręiudicare: In noua ob merita patris poſſit pręiudicare, In noua gratuita nõ poſſit, prout nec poſſe præiudicare ſi filij ſint emancipati, quam diſtinctionem veram exiſtimat, & vti talem proponit *ad eand.alia dec. Luſ.* 18. *ad num.* 1. ſed in puncto iuris aliter ſe rem habere exiſtimo ex poſitis fundamentis, vt omnibus caſibus indiſtincte poſſit pater prętiucare ex *latè deductis in præſenti cap.* 23. *per tot.*

8 †Ad *Menoch.in conſ.155. verſ. ſexto dato cũ nu.ſeqq. lib.2. cui addi poteſt conſ. 308. ſub nu. 25. verſ.ſexto argumentatur*, Reſpondetur loqui in caſu diuerſo, ſcilicet in donatione facta à marito Conſtantiæ vxori & ſuis filijs contemplatione matrimonij, quæ vxor tranſiuit ad ſecundum matrimonium, & quæſitum an eſſet priuata effectu donationis, & dictum eſſe priuatam, ſed & an filij eiuſd. Conſtantiæ poſſint prætendere partem in eiſdem bonis, cum filijs primi matrimonij, & quicquid reſpondeat *Menoch.* poſſe, quod eſſet fauorabile noſtræ opinioni, quod ſtipulans ſibi & filijs habeat ſucceſſores filios, tamen contrarium videtur verius, ob particularem intuitum habitum ad vnos ex vno matrimonio filios, & ad matrimonium ipſum, & ita in term. & in eodem caſu (contra *Menoch.Ceph. & alios conſulentes*) tenuit, *& acerrimè defendit Rim. iun. conſil.295. lib.3. & magis inſigniter contra prædictos nominatim in conſ.569.vol.5. per tot. videndus præſertim* ad caput matrimonij contemplati *num.21.& ſeqq.31.37.& ſeqq.45.47.51.55.56.124.161.& ſeqq.* Vbi non obſtante Iuramento, *& num. 183. ſub 198. & ſeq. cui addi poteſt Molin.de Hiſp.primog.lib.4.c.2.ſub num.* 17.

9 17. 18. † Vbi maioratum contemplatione
futuri matrimonij anteà inſtitutū non poſ-
ſe reuocari, ne tertius (qui poſteà matrimo-
nium contraxit) circumueniatur, & ſumus
in declarationibus noſtræ *reg. ſup. in 3. & 4.*
exemplo part. 1. quæ quidem declarationes
etiam ex his valide confirmantur.
10 † Idem *Menoch. conſ. 489. ſub num. 20. 21.*
lib. 5. loquitur in donatione facta filio vnius
ex fratribus ipſius donantis, ſtipulante No-
tario pro filio abſēte, quam (cum fuiſſet re-
uocata per donantem, & patrem donatarij)
conſuluit non potuiſſe reuocari, & optime
quidem *per l. cum maritus. §. vlt. ff. de pact.*
dot. Aret. conſ. 74. ſub nu. 9. ante fin. quid enim
ſi filio, ipſi pręſenti, & acceptanti fuiſſet do-
natū an fuiſſet locus reuocationi? minime,
quia donatio perfecta &c. per hæc mox al-
legata iura, ergò nec ſtāte ſtipulatione No-
tarij, qui eius nomine acceptauit ſecundum
eoſdem, & id maxime, ſecundum nos, ſi po-
ſteà fuit acceptatio ſubſequuta, ſed hic non
eſt caſus ſtipulationis noſtrę pro ſe & filijs,
& ideo non obſtat.
11 † Idēmet *Menoch. conſ. 513. & 514. lib. 6.* in
donatione principis facta Laudomiæ, &
Catherinæ Sororibus de Bazonis pro ſe fi-
lijs & deſcendentibus quibuſcunque, cum
alijs quibuſdam declarationibus, vt in facti
ſpecie *add. conſil.* 514. ex d. Catherina nati
Angelus, & Ferrantes qui diuiſerunt bona.
Mox Ferrantes deceſſit relicta hęrede inſti-
tuta propria Vxore (viuo adhuc Angelo)
quæſitum fuit an potuerit Catherina diſ-
ponere in pręiudicium dicti Angeli, & reſ-
12 pondit *Menoch.* non potuiſſe, & benè, † tum
quia intrat ius accreſcēdi in liberalitate illa
principis *ex tit. C. ſi imper. liber. ſoc. ſine hære-*
de deceſ. lib. 10. vt ibid. oſtendit Menoch. d. conſ.
513. ſub princ. & num. 1. cum ſeqq. & d. conſ.
514. num. 1. 2. & 3. (quanquam ipſe putem
eo textu iſtud ius accreſcendi non probari,
ſed inferri ad prælationem quandam, ſcili-
cet quod (ſi velit princeps) poſſit retinere,
ſed ſi alij concedere velit, in hoc præferat
ſocium cuilibet alij *addicta infra cap. 34. ſub*
num. 96. & ſeqq. Quicquid ſit, hactenus com-
muniter cenſuerunt docto. eo tex. probari
ius accreſcendi, vnde vix poſſet ab hac opi-
nione recedi, & dicit *Menoch. d. conſil. 514.*
num 4. dictum titulum procedere etiam in
alijs principibus, vltra Imperatores ipſos.
Tum etiam quia voluit Dux donator bona
hæc perpetuò tranſire ad filios, & deſcen-
dentes dictorum fratrum de Bazonis, & in
eis permanere, idquod fieri non poſſet niſi
mediante fideicommiſſo, ex quo grauamen
de reſtituendo *vt ibid. d. conſ. 513. ſub num. 4.*
verſ. & præterea num. 5. & 6. vbi late diſtin-
ctis duobus caſibus, ad conciliationem ſui
ipſius) & licet alleget *ſub d. nu. 4. Dec. in conſ.*
607. num. 11. tamen in eo non fundat, & re-
ctè quia Dec. dictum non caret dubio, in
caſu vbi donatum fuit a fratre Iulio fratri
ſuo, & eius filijs ac deſcendentibus, nulla
facta mentione perpetuitatis, vel quod in
familia ſeù agnatione, aut alterius conſimi-
lis, dum voluit ſuccedi ordine ſucceſſiuo,
& Iulium non potuiſſe diſponere, nam or-
dine ſucceſſiuo, ita tamē quod ſint hæredes
intelligit *ibid. add. ſub n. 10. in verbo ſucceſſiuo*
(quicquid eſſet in caſu *Menoch.* ob alias cir-
cumſtantias particulares, *vt ſup.* mox nota-
tum eſt.) & quicquid eſſet, ſi vltra verbum
deſcendentibus, adeſſet alia qualitas per quā
proſpiceretur familiæ, *vt in caſu Menoch. &*
ad. add. ad Alex. conſil. 87. lit. f. ſub numer. 10.
13 † Vbi ſi eſſent vocati cum qualitate maſcu-
linitatis, putà, filij maſculi, vel filij certi ma-
trimonij, quod non cenſerentur quaſi hęre-
14 des vocati; *& ad Alb. conſil. 452. lib. 3.* † vbi
vltra verba *filijs*, *& deſcendentibus* ſunt &
vox *maſculi*, & clauſula *vocans alios poſt eos,*
etiam eis deficientibus V. Fontan. de pact. dot.
15 *par. 1. clauſ. 4. glo. 9. n. 2. & ſeqq.* † quia quan-
do ſit vocatio nō natorū, tunc ipſi per fidei-
commiſſum admittuntur indubitanter, &
in hoc non eſſe trepidandum, quia, vt ait,
ita recipiat Senatus in concuſſe *ſub d. nu. 2.*
ex Decian. reſp. 4. num. 89. & reſp. 17. num. 13.
16 *& ſeqq. vol. 1.* † vbi in donatione facta Titio,
& deſcendentibus, adiecta cauſa, quod vult
conſeruari nomen, & arma, ad inferendum,
quod de maſculis non de fęminis intelliga-
17 tur, *vt refert eadem gloſ. num. 30.* † quicquid
ſit, pro opinione Decij ſtant, & obſeruantia,
& iudicata, *vt per d. Fontan. d. num. 2. & ſeqq.*
18 † propter vim vocis *deſcendentium*, ſub qua
etiam naſcituri continentur, & ita videtur
quod de gradu in gradum, & ordine ſucceſ-
ſiuo, *vt ibid. per Dec. & Fontan. vbi ſupra,*
verùm hoc non procederet in materia, vbi
deſcendentes maſculi ipſo iure veniant, vt
in feudis, nam in his idem eſt dicere, pro ſe
ſimpliciter, vel pro ſe, & filijs; vel pro ſe, &
deſcendentibus &c. *ad ſup. hoc cap. num. 73.*
& ſeqq. & alijs locis. & ita ex hac periodo ha-
bes exemplum declarationis, addēdum alijs
de quibus ſup. habes & aliquid ad fauorem
regulæ noſtræ *ex dicta add. ad Dec. vt dictum*
eſt.
19 † Natt. verò *conſ. 609. Surd. conſ. 457.* non
ægent particulari reſponſione, quia loquū-
tur in term. exemplorum tertij, & quarti,
vbi quādo propter matrimonium pro quo
etiam dicta *ſup. hoc eod. cap. nu. 3. & ſeq. part.*
anteced.
20 † Ad *Rol. in conſ. 2. ſub num. 106. volum. 1.*
vbi in donatione facta a Rege cuidam, &
eius primogenito, & alijs ſucceſſiue non
poſſe

poſſe præiudicare. Reſpondetur naturam
ipſam maioratus ſeu primogenituræ hoc
ſecum ferre ne poſſit præiudicari, quia alio-
qui deſtrueretur primogenitura, tantum
21 abeſt vt conſeruaretur, † & ſicut dicimus
de fideicommiſſo in familia, vt omnes ſuc-
cedãt titulo eodem (inter eorum quoſlibet)
coæquali, & vt in ius æque in omnibus pro-
prium *ad ſup.cap.16.num. 9. & 10.* ita idem
fit & in primogenitura, *ad latè Molin. de iur.*
22 *primig.lib.1.tit.1.ſub num. 16.* † Vbi primo-
genia (in effectu) eſſe quaſdam donationes
ſub modo, ſeu ſub conditione factas omni-
bus primogenijs familiæ, ita vt perpetuò
ordine ſucceſſiuo ſuccedãt, et primogenia
ſint iudicanda *iuxta trad.in l. quoties. cum ſi-*
23 *milibus C.de donat.quæ ſub mod.* † et videãtur
eſſe tot donationes in quemlibet primoge-
nitum ex vocatis, quot ſunt perſonæ vocatæ
perinde ac ſi vnicuique earum nominatim
atque ſpecifice facta fuiſſet donatio. Ideoq;
abſque aliqua reſtitutione, quilibet vocatus
conſequetur dominium eodem inſtanti, &
momento, quo purificatur conditio, vel ve-
nit dies vocationis, ex propria perſona, non
autem ex iure per defunctum tranſmiſſo, vt
eleganter *per eund.ibid.num.17.pluribus alle-
gat. & eod.lib.1.cap 4.num.14.15.16.*
24 † Vbi quod maioratũ inſtituens cenſen-
dus eſt facere omnes ſubſtitutiones ad ipsã
perpetuitatem inducendam neceſſarias, &
ſine quibus ipſa bona perpetuò in familia
conſeruari non poſſent, tametſi id aliter nõ
expreſſerit, vnde nec alienationes factæ va-
25 luiſſent. † Qui enim, *vt ſubijcit ibid. Molin.*
vult aliquod factum cenſetur velle omnia
ea, quæ ſunt ex natura ipſius, & ideò per
ſubrogationem conſeruari, quæ eluderetur
aliter in alios diſponendo, hæc (per ſe cla-
ra) manifeſtam faciunt differentiam formu
larum in primogenijs à formula noſtra or-
dinaria pro ſe & filijs. Idem & in fideicom-
miſſis *ad ſupra cap.13.num. 60. & ſeqq. vſque
in fin.* vbi alia ad propoſitum etiam de pri-
mogenitura, vel maioratu vel familiæ re-
licto.
26 † Ad ea quæ opponuntur *ex l. quoties. C.
de donat. quæ ſub mod. & ex Bart. l. qui Romæ.
122. §. Flauius. ff. de verb.oblig.* dic non bene
applicari, toto cælo diſtant à formula no-
ſtra: in formula pro ſe & filijs, ſupponimus
per ſucceſſionem filijs acquiri, vnde reg.
quod ſucceſſor non poteſt infringere factũ
defuncti. In doctrinis legum contrariatum,
ſupponimus acquiſitionem ad fauorem ter
tij abſentis non per ſucceſſionem procede-
re, ſed ex ipſo immediate contractu, *vt bellè
per Menoch.conſ. 506. ſub numer. 10 lib.6.* in
hæc verba. *Et prædicta confirmantur auctori-
tate eorum, qui ſcripſerunt, quod ſi quis alicui
donat, donec vixerit, & poſt eius mortem, res
donata perueniat ad tertium, hunc tertium con-
ſiderant Doct. vt extraneum, qui perſonam im-
mediatè donatoris non repreſentat, & in cuius
detrimentum non poſſet is donatarius immedia-
tus præiudicium aliquod afferre. Iunctis ſupra
adduct. in cap. 19 per tot.*

Modò, vt cognoſcamus non bene ap-
plicari ea quæ dicuntur in caſibus dictatum
legum cum doctrina *Bart.* ad caſum formu-
læ noſtræ, atq; ad tollendas multas confu-
27 ſiones, † quibus hæc materia perſcatet *vel
teſte Claro. in §. donatio. q. 13. ſub princ. iuncto*
28 *verſ. ſecundus eſt articulus. paulò ante fin.* † vbi
addit paſſum eſſe arduum, & periculoſum
& proximè etiam (ad hanc materiam)
29 *Fontan. de pact. dotal. clau. 4. in princ.* † Vbi
hanc clauſulã donationis continere arduã,
& profundam materiam.)
30 † Hoc primo conſtituimus; *doctrinam
Bart. ad d. §. Flauius,* ſententis donationem
factam ad fauorem tertij abſentis poſſe an-
te acceptationem de vtriuſque conſenſu
donantis, & donatarij reuocari, eſſe quam
31 maxime controuerſam. † alijs negantibus
eam eſſe veram, & communem, & magis
communem, & veriorem eſſe pro negatiuã
*Excell. Fontan. d. clau. 4. glo. 9. num. 4. & ſeqq.
par. 1. Menoch. conſ. 506. & 92. num. 75. cum
ſeqq. Add. Moder. ad Gam. dec. Luſit. 8. ad num.
2. per tot. præſertim verſ. vides igitur,* vbi nec
Bart. opinionem eſſe veram quæ iudicando,
& conſulendo non ſeruatur, & quod ipſe
contra ſemper conſuleret, & iudicaret, niſi
abſens eſſet in tanta mora acceptãdi quod
res derelicta videretur, *vt in d. l. abſenti,* nota-
tur, & pluries vidiſſe ſic iudicatum.
32 † In contrarium pro opinione *Bart.* quod
poſſit reuocari ante acceptationem alij di-
xerunt, & comm. & magis comm. & verio-
rem *Surd. conſ. 150. ſub num. 102. vbi de magis
com. & veriori ex Clar. in §. donatio q. 13. ſub
verſ. ſecundus eſt articulus.* dicenti, quod non
auderet, ſi contingeret caſus, ab ea recedere
in iudicando, vel conſulendo, *& in cõſ. 351.
nu. 35. vbi Bart. ad d. §. Flauius. ſequi omnes In
conſ. 296. num. 71. lib. 3. vbi de comm. & verio-
ri, ſe excuſans quod contra eandem opinionem
ſcripſerit in conſ. 92. num. 75. Surd. vidend. dec.
209. ſub numer. 9. & ſeqq. 13. & ſeqq. & conſ.
573. num. 27. 28. lib. 4. vbi pariter de communi,
& ſecundum hanc opinionem declarauit Senat.
Sabuſ. teſte Fabr. in ſuo Cod. lib. 8. tit. 35. defin.
2. tit. de donat. quæ ſub modo.*

Quid dicendum?

Ex diſtinctione caſuum credo confuſio-
nes facile tolli poſſe, & certitudinem col-
ligi.

33 † Et primus caſus ſit, vbi pater ſibi & filijs
ſtipulatur, hunc caſum ad rẽ non pertinere,
nec

nec queſtioni locum eſſe ex eo demonſtre-
tur, quod pater poteſt filijs præiudicare ex
ſimplici actu (putà dilinquendo, vel alienã-
do) *vt infr.* de culpa, Nec dubitatur quin ex
vtriuſque & Domini, & feudatarij conſen-
ſu poſſit filijs præiudicari, maximè in feu-
do nouo, *vt infr. tit. de alienat. at in dictis ſpe-*
ciebus. §. Flauius, et l. quoties non ex ſimplici
34 actu poteſt fieri preiudicium, † ſed oportet
vtriuſque conſenſum concurrere ad reuo-
candum, cum eadem ſit poteſtas contrahẽ-
di, & diſtrahendi *l. nihil tàm naturale. ff. de*
35 *reg. iur.* † & partes poſſunt totum contractũ
36 diſſoluere *arg. l. diuerſa. C. de tranſact.* † Nec
ſufficeret voluntas vnius tantũ, *vt per Bart.*
in d. §. Flauius. num. 1. quem ſic intelligit, et ſe-
quitur Bald. in l. cum à ſocero. ſub num 10. *C. de*
iur. dot. & ita etiam per hæc, & alia iura *tenet*
Petr. de Grego. de conceſ. feu. par. 3. q. 7. ſub. nu.
38. *ad fin. et ſub num.* 40. *etiam ad fin. et nu.* 41.
Nec opponatur de feudo ex pacto & pro-
uidentia, vbi patrem non poſſe preiudicare
nam primo dico, imò etiam & in hoc, & in
omnibus procedere facultatem præiudicã-
di, ſecundum iura feudalia originaria, *et ad*
infr. d. tit. de alien. num. 33. et ſeqq. 42. et ſeqq.
cap. 52. & in term. feudi ſeù fidelitatis hanc
ex mutuo cõſenſu finire *eſt tex. vt infra cap.*
49. *ſub num.* 13. non eſſet autem finita ſi in
ſucceſſoribus firma conſiſteret.

Secundo ſufficit dare inſtantiam in vno
vt falſitas in vniuerſum detegatur, atqui
etiam in feudo ex pacto, & prouidentia no-
uo admittunt Docto. dictam facultatem.

37 † Tertio dico nõ poſſe applicari queſtio-
nem de ratificatione, quia poſtquam pater
ſibi & filijs ſtipulatus eſt, non expectatur
acceptatio filiorum, ſed ſufficit ſola accepta
tio patris, filij verò non ex acceptatione, ſed
ex ſucceſſione acquirunt, vt toties fuit dictũ
vel (& ſi dicamus) quod filij etiam capiant
ex acceptatione, dic quod capiunt ex acce-
ptatione ſucceſſionis ſeù hæreditatis, non
ex acceptatione ipſiùſmet contractus im-
mediate, *de qua loquimur in term. d. l. quoties:*
quare nullo modo *poteſt ea l. applicari ad ca-*
ſum ſtipulationis pro ſe et filijs, lõgè diſſimulem
38 *ac diuerſum* † *et tamen paſſim Docto. confundũt*
et vnum in alterius argumentum ſucceſſiuè de-
ducunt D. Sol. de alien. bon. feu. ad princ. numer.
11. Mart. voto. 215. num. 32. et 38. d. deciſ. 209.
num. 16. et ſeqq. Menoch. Fontan. et alij ſupra
cit.

39 † Secundus caſus ſit cum ſtipulatum eſt
etiam deſcendentibus, vel poſteris, & ap-
paret quod pro maſculis, aut pro agnatis
aut pro familia, aut pro primogenitis; vt
hoc caſu concedendum ſit ipſis acquiri ir-
reuocabiliter, ita quod non detur reuocatio
nec de conſenſu quidem vtriuſque donan-
tis, ſeù inſtituentis, & donatarij, ſeù alteriu
ex huiuſmodi deſcendẽtibus, ratio eſt quia
nec hoc caſu cadit diſputatio, vtrum ſit ne-
ceſſaria ratificatio, & an ante eam poſſit be-
neficiũ reuocari, *iuxta trad. per Bart. et alios*
40 *præſertim per Soc. in d. §. Flauius*, † quia hu-
iuſmodi diſputatio procedit inter extra-
neos, non autem procedit cum acquiritur
deſcendentibus, nam cenſetur eis irreuoca-
biliter acquiſitum, quod nullo modo am-
plius ab eis tolli poteſt, etiam per primos
ipſos acquirentes, *vt formaliter Alb. lib. 3.*
conſ. 457. num. 2. et ſeqq. et præſertim num. 4.
41 *Rot. diu. dec. 489. ſub num. 1. in fin.* † vbi pari-
ter pro filijs naſciturus, *et num. 5.*
42 † Vbi pro deſcendentibus *lib. 1. Menoch.*
conſ. 126. num. 15. lib. 12. Molin. de Hiſp. pri-
43 *mog. lib. 4. cap. 2. n. 74. et 75.* † Vbi an (ſuffi-
ciat acceptatio primi donatarij, diſtinguit
tàm in maioratu, quàm in alijs donationi-
bus, aut agi de donatione, quæ alicui facta
eſt, vt eo moriente in alium, vel in alios eo
tempore viuentes transferatur, & hoc caſu
poſſit reuocari; & rectè, *quia ſunt term. d. §.*
44 *Flauius, ſeù l. quoties*, † niſi quoad infantes,
quibus acquiritur ius irreuocabiliter eorũ
fauore *vt ibid. d. num. 75.* abſque ratificatione
ad quod adde Farin. deciſ. 12. nu. 16. tom. 1. par.
1. Vbi non admittendum in alijs perſonis
Aut agi de donatione iure maioratus,
vel aliter perpetuò familię facta, vt hoc ca-
ſu dicendum ſit proculdubiò ſubſequuta
primogeniti, ſeù primi donatarij accepta-
tione, eam ſufficere, ne ea donatio poſſit re-
ſpectu ſequentium vllo pacto reuocari, &
ſubdit ibi rationes, ſequutus eſt *D. Fontan.*
mox citan. in glo. 9. clau. 4. gloſ. 1. ſub numer. 5.
Et in his term. opiniones concordando, di-
cemus procedere opinionem negatiuam ſu
45 prędictam contra Bart. † poſſe autem ſti-
pulari etiam pro filijs nondum natis *patet*
ex Nati conſ. 531. numer. 31. Surd. conſ. 531.
46 *ſub num. 34.* † & de generali conſuetudine
ſuſtineri *Fontan. d. clau. 4. ad princ. ſub nu. 18.*
pag. 58. iunctis num. 12. et ſeqq. ante ad idem,
et gloſ. 9. ſub num. 5. par. 1. pag. 130. & iſta in-
tellige in term. in quibus Docto. loquuntur,
vbi ſcilicet, ita vocati ſunt deſcendentes, vt
admittantur non per ſucceſſionem hęredi-
tariam, vt in feudis, & in emphyteoſi, ſed
per fideicommiſſariam, In quibus loquun-
tur *Fontan. et Alb. mox cit.* qui licet addant
exempla de feudis, & emphyteoſi, tamen
re vera non eſt bona applicatio nec compa-
ratio de vno ad aliud, & proptereà cauendũ
ab hoc; quicquid enim doctrina princi-
palis ſit in ſe vera, non tamen applicatio
eſt admittenda per præpicta, *et alia ad ſupra*
verſ. ad Rollan. num. 20. et ſeqq.
47 Item intellige prædicta cũ declaratione

nis

niſi ſint bona profectitia, quia poteſt pater
reuocare in profectitijs, nó in alijs *Rot.diuer.*
dec.289. num.2.lib.1.Surd.conſ.351.ſub num.
34. lib. 3. Non ſunt tamen profectitia, cum
ea quę filijs dantur non ſortiuntur effectum
niſi poſt mortem parentũ, vt primogenia *D.*
Meus Bellon. ſplendor Iure conſultorum conſ.
55.num.44.

48 † Tertius caſus vbi adeſt Iuramentum
promiſſorium (nó ſufficiente aſſertorio) vt
hoc caſu acquiratur abſenti de ęquitate canonica
irreuocabiliter ante acceptationẽ,
vt pluribus *oſtendit Fontan.d.clau.4.ad princ.*
num.14.& ſeqq.Teſſ.d.dec.70.num.8.Seraph.
de priuil.iuram.priuil.24.per tot. ex quibus,
ſcilicet ex Fontan.& Teſſ. quia conſtat de iudicatis
non vltra hęſitandum: quæ intellige
ſi cum iuramento adſit qui pro abſente
ſtipuletur, alioqui nihil ei quęreretur. *Gabr.*
conſ.129.ſub numer.9.conſ.165.num.9.lib.1.
Cartar.dec.43.num.10.Farin.inter poſth.deciſ.
104.num.8.in fin.par.2.

49 † Quartus caſus eſt in patre, In quo plures
caſus verificantur. Primò, ſi ſtipuletur
ſibi & filijs, de quo dictum eſt non intrare,
vt ſup. in primo caſu: Secundò ſi ſtipuletur
ſibi & deſcendentibus, & ſubdiſtinguo, aut
per viam ſucceſſionis, aut ordine ſucceſſiuo
per fideicommiſſariam, & intrabũt dicta in
ſecũdo caſu: Tertiò ſi ſtipuletur filio in poteſtate
ſimpliciter, & non ſuſtineri huiuſmodi
ſtipulationem ad fauorem filij *ſupra*
50 *diximus cap.19.num.3.& ſeqq.* † nunc addimus
ſuſtineri ſaltem quoad emolumentum
proprietatis, *Alb.conſ. 36. nu. 4. iunctis num.*
ante, & poſt. Quarto ſi filio emancipato, &
51 ſuſtinetur, *vt ſup. d. cap. 19.* † Quintò ſi ſibi
& filijs, quorum aliqui ſint in poteſtate, aliqui
emancipati, nam hoc caſu videtur ſtipulatus
ordine ſucceſſiuo, vt diſpoſitio pariformiter
intelligatur quoad omnes ſecũdum,
Imol.ad l.Gallus. §.quidam rectè: ſub nu.
*26. Paulò ante fin.et ibi per tot. de ſtipulationibus
parentum in filios ff.de lib. et poſthum.* Sextò
ſi filio in poteſtate, ſed poſt mortem ſuã,
& etiam valet, & ſuſtinetur *vt d.c.19.nu.10.*
52 *nu.4. et 6.* † in quibus caſibus intrare poteſt
an ante acceptationẽ (ſi ſit ſtipulatum pro
filijs abſentibus) poſſit reuocari ſtipulationis
effectus, verùm non eſſe opus ratificatione,
ſed ſtatim valere, & eſſe perfectam
donationem *dicit Alb.conſ.36.num.4.Vbi de*
comm.Theſſ.d.dec.70.num.13.14.Vbi ibi ita
iudicatum per Senat. Excellentiſs. Non obſtat
Surd.conſ.351.num.33. vbi videtur tenere
contrarium, ſed ipſe *Surd.ibid.* obiter loquitur,
& præterea Docto. per eum allegati
loquuntur non in ſtipulatione patris pro
53 filio abſente, † ſed in term. donationis factę
ab ipſomet patre erga filium, vt egeat ratificatione,
& ante eam ſit reuocabilis (quod
nota pro ſeptimo caſu in termin. patris) *Videantur
Dec.in conſ.226. numer.14.Curt.iun.*
conſ.52.num.13.conſ.55.num.10.Rol.cõſ.19.
num.5.et 6.et ſub num.22.vol.1. allegati per
eum, & videbis omnes loqui in eiſdẽ term.
& cum eiſdem verbis, ſequutos *Caſtr.* (originarium
illius met opinionis in indiuiduo
caſus patris donantis Margaritę filię) *in cõſ.*
171.lib.2. quem pariter citauerat *ibid. Surd.*
num.32. ſed non faciebat, nec facit ad propoſitum
ſuum, dum tractat (in eo conſ.
Surd.) de ſtipulatione, de qua ſupra, de qua
non tractat *Caſtr.et alij mox cit.* Ratio diuerſitatis
eſt, quia quando pater donat filio filięue
abſentibus, nemine pro eis acceptãte,
54 ſolus ipſe conſentit, † ideò donatio non
poteſt dici valida vel perfecta ex vnius ſolius
conſenſu, *vt per Clar.in §. donatio. q.12.*
verſic.ſed pone. ſi nó valida ergo reuocabilis:
fit demum valida ex alterius etiam concurrentę
conſenſu, prout fit in omnibus contractibus,
vt ſit neceſſe concurrere duorum
conſenſum agentis putà, & patientis, Interim
dum non conſiſtit donatio, quis dubitat
quin poſſit reuocari? fac ratificationẽ ſuc
55 cedere, † tunc demum, quia adimpletus
manebit actus donationis ex vtriuſq; conſenſu,
erit fietque irreuocabilis donatio, *vt*
hæc optimè per Caſtren. in ipſo illo conſ. 171.
ſub num.2.lib.2.ad quem remitto, & ad Farin.
in toties allegat.dec.12.ſub num.9.& ſeqq.lib.
1.tom.1. vbi plura de neceſſitate iſtius con-
56 ſenſus. † Intrat enim in hac donatione paterna
facta filio abſenti, regula ſolita *l.abſenti.ff.de
donat.de qua Teſſ.d.dec.70.in prin.* quia
eſt generalis, non diſtinguens de donatione
facta abſenti à patre vel ab alio, ſed indefinitè
loquitur, vt nemine pro eo ſtipulante
57 non teneat (abſente inſcio) donatio † Et eſſe
opus ratificatione, ſeù acceptatione ad eius
irreuocabilitatem *ait Menoch. conſ.489.nu.*
17.lib.5.aliàs ante eam reuocabilis Surd.d.cõſ.
151.num.28.in fin.& nu.33. vbi plures citat.
58 † Ex his apparet non dari caſum conſimilẽ
doctrinæ *Bart. ad d. §. Flauius, nec l. quoties;*
quia in ſtipulatione paterna non intrat ratificatio,
in donatione verò paterna non intrant
dictę doctrinę, quia non continent
donationem, ſed pactum donationi forte
appoſitum, non trahendæ ad caſum præſẽtem,
vt aduertit ingenioſe *D. Præſ. Teſſ.in d.*
dec.70.ſub nu.4. verſ.hi ſunt, ibi ſub alio verſ.
Item loquitur, circa med.col.& ad fin.verſ.D.
Ozaſ. Vbi Docto. loqui in pacto adiecto donationi,
nó in ipſa donatione abſenti facta.
Did.var.reſol.lib.1.cap.14.ſub num.11.ad fin.
& ſub num.12. id optimè confirmãs Clar.in §.
donatio.q.13. vbi hos caſus diſtinguit ſub princ.
& diſtinctim de his agit.

H Quin-

59 † Quintus caſus eſt, vbi Notarius pro ab-
ſente ſtipulatur: & hic ſubdiſtinguo, ſi ſti-
pulatur iuxta term. caſus ſecundi de quo
num.39 ſupra, vt in eiſdem term. procedat
quod irreuocabiliter: non tàm ex vi ſtipula-
tionis per Notarium, quàm ex natura rei, ſe-
cundum ea quæ ibi dicta ſunt. Sin verò ſti-
puletur iuxta term. donationis, aut alterius
contractus ad fauorem tertij, tunc adhuc
ſubdiſtinguo, vel ſtipulatur ſimpliciter in
caſu, & term. donationis cum donatur ab-
60 ſenti, † & hic iam non amplius hęſitandum
acquiri abſenti inſcio reuocabiliter ante ac-
ceptationem, & irreuocabiliter poſt acce-
ptationem, prout hęc eſt *comm. magis comm.
& verior opinio, vt teſtatur Teſſ. d. dec. 70. ſub
d. num. 4. d. verſ. Hi ſunt Farin. d. dec. 12. per tot.
par. 1. tom. 1.* quem ſufficeret vnum allegaſſe
quia plenè, & magiſtraliter & ad euidentiā
oculi, vt ſic dicam. Acquieſcit enim intel-
lectus ex eius lectione, & ponderatione,
oſtendens ante acceptationem deficere cō-
ſenſum donatarij, nec ſuppleri poſſe per
Notarium, cum conſenſus ſit perſonaliſſi-
mus, & ſine quo, ante vel poſt, aut in ipſo
61 actu, actus perfectus dici non poteſt † cui
(adde tu) acceptationem eſſe de ſubſtātia
&, perfectione *Mol. de hiſp. primog. lib. 4. cap.
2. ſub num. 62. ad fin.*
62 † Notarium verò operari quidem validi-
tatem donationis, quæ aliàs eſſet inualida,
perfectionem autem, adeò quod poſſit dici
perfecta non operari, & ideò interim, ante-
quam perfectionetur per conſenſum ſub-
ſequentem, mediāte acceptatione, poſſe re-
uocari.
63 † Nec obſtant *Surd. dec. 111. & 206.* am-
bę in eadem cauſa, quia non loquitur merè
in caſu donationis, an ante ratificationem
ſit reuocabilis, ſed loquitur in caſu, vbi du-
bitatum fuit an mortuo donante, poſſet ea-
dem donatio ab abſente, cui facta erat, ra-
tificari, in primo caſu admittenda eſt fa-
cultas reuocandi ante ratificationem, in al-
tero pariter admitto poſſe (non obſtante
morte donantis) adhuc ratificari, prout itá
fuit deciſum apud Surd. in hoc caſu, & idē
tàm poſt mortem donantis, quàm donatarij
affirmat, & ſic iudicatum refert *Teſſ. d. dec.*
64 *70. num. 9. per tot. iuncto num. 5. in fin.* † vbi
non referre an ratificatio, quę de iure requi-
ritur, fiat ex interuallo poſt factam donatio-
nem, an verò ſtatim ſubſequatur, quia (mo-
dò ius tertio non ſit quæſitum) ſemper po-
teſt ratificari donatio, ita quod illi ius poſt-
ea irreuocabiliter acquiratur, vt per me
*dec. bon. 59. nu. 15. & ſeqq. Surd. Teſſ. Cabal. &
alij allegati.*
65 † Et hos caſus diſtinxit, & pro diuerſis
conſtituit *Mol. de Hiſp. primog. lib. 4. cap. 2.*
num. 77. Vbi contra opinionem Did. (quod
donatio a donante reuocari poſſit ante ac-
ceptationem) tenet, referendo ſe ad antea
ſcripta ibid. in quibus eandem opin. defen-
dit, & vere tenuit *vt ſub num. 71. verſ. vt cun-
que autem & num. 72.* at quamuis huiuſmo-
di donatio reuocari poſſit, nullo tamen iure
(ecce) cautum inuenitur quod morte do-
66 nantis reuocetur, † Imò verò communiter
opinari ſolet ad hæredes donantis ius illam
reuocandi non tranſire, *prout eund. Molin. al-
legat Surd. d. deciſ. 111. in fin. & licet in d. alia
dec. 206. ſub num. 7. adhuc eundem alleget*, im-
probando tamen rationem, quod ius reuo-
candi non tranſeat ad hæredes, quia (vt ait)
nō ſit bona: male tamen improbat, impro-
bat enim ex eo (vt ibid. ſubijcit) quod dona-
tio hoc caſu, vbi ſtipulatus eſt Notarius nō
poſſit reuocari, & ſic nec in hęrede, nec in
alio poſſe verificari dictā rationē. (cū tamē
hęc opinio ſit minus vera, & cōtraria verior,
& varijs iudicatis corroborata vt ſupra) de-
ſtructum manet eius dictum, & benè intrat
dicta ratio verificabilis cum prę ſuppoſito,
quod nundum acceptata donatione, poſſit
per hæredes reuocari, quemadmodum po-
tuiſſet ſi per donantem ipſum, iuxta veriorē
(vt dictum eſt) opinionē: Et quid præmor-
tuo donatario aut vno ex duobus donatarijs
ante acceptationē *vide. Gratia. dec. Marc. 39.
n. 8. & ſeqq. Farin. int. poſthu. dec. 591. nu. 1. &
ſeqq. par. 1.*
Et hic ſit primus caſus ſubdiſtinctionis
factæ occaſione ſtipulationis per Notariū
67 pro donatario abſente, & inſcio. † Alius ſuc-
cedit caſus, cum non donatio ſit principa-
liter, ſed donationi iā factę adijcitur aliqua
qualitas, tempus vel conditio, putà dono
Titio, vt poſt aliquod tempus ſit Eccleſiæ
vel Hoſpitalis huius vel illius, aut ſub ali-
qua conditione &c. & hi ſunt Caſus *Bart. et
aliorum in §. Flauius. & l. quoties.*
His caſibus profectò, extra Notarij ſtipu-
lationem, facilius intrat facultas reuocandi
per donantem ſimul & donatarium, & de
vtriuſque conſenſu, ante tamen acceptatio-
nem, ſeù ante diei vel conditionis aduentū,
*ſecundum opioninem Bart. vt patet. ex Menoch.
conſ. 489. ſub num. 21. verſ. reſpondetur ſecun-
do, & conſ. 92. num. 74. conſ. 296. num. 7. Surd.*
68 *conſ. 209. ſub num. 13. & ſeqq.* † ratio eſt quia
eadem eſt poteſtas contrahēdi vel diſtrahē-
69 di *l. nihil tàm naturale. ff. de reg. iur.* † & eius
eſt velle cuius eſt nolle *l. ſi diuerſa. C. de tran-
70 ſac.* † & vltima pacta ſeruantur *l. pacta nouiſ-
71 ſima. C. de pact. inter empt. &c.* † & partes poſ-
ſunt totum contractum diſſoluere *d. l. ſi di-
uerſa*, Et per hęc & alia iura itá dicit *ex do-
ctrina Bart. ad d. §. Flauius Petr. de Grego. de
conceſ. ſeu. par. 3. q. 7. ſub numer. 38. ad fin. &
num. 39.*

Digitized by Google

72 *num.39. ſub num.40.in fin.& nu.41.* † Secus
autem vbi interuenit Notarij ſtipulatio, nã
hoc caſu acquiritur Tertio illi abſenti, &
inſcio etiam irreuocabiliter, prout in hiſce
term. loquuntur, & firmant Docto. *Bald.ad*
l.cum à ſocero. ſub num.10. C.de iur.dot.quem
ſequutus eſt Aret.ad d.§.Flauius.col.pen.verſ.
licet autem prędicta, vbi dictum Bal.in ſe eſſe ve
rùm ait. Menoch. *conſ. 151. num. 26.conſ.161.*
ſub num.49.lib.2.conſ.92.num.76. lib.1.conſ.
1153. num.56.in fin. lib. 12.licet confusè cum
alterò caſu donationis abſenti facta principali-
ter ad ibid.num.54.& ſeqq.& per tot.conſ.&
in alijs conſ. etiam confuse cum ſtipulatio-
nibus pro ſe & filijs, in feudis, & emphyteo-
ſi (&) vt patet ex prędictis, male, & diuerſos
eſſe caſus huiuſmodi adduximus præced.
73 caſu in fin. iura. † Modò occurrit aliquam
diuerſitatem rationis dare inter dictos caſus
donationis ſtipulatę per Notarium pro ab-
ſente; ſeù vocationis factę de tertio à duo-
bus ſimul contrahentibus, ſeù à donante, &
donatario, qui vocant hũc Tertium ſub die
vel ſub conditione *iuxta d. §. Flauius. et d.l.*
quoties. Ego dicerem quod in primò caſu
Notarius nõ poteſt ſua ſtipulatione acqui-
74 rere irreuocabiliter, † quia ſpecialia non
ſint cumulanda *l. 1. C.de dot.promis.* Atqui
hoc caſu donatio (quę aliàs obſenti facta)
eſſet nulla, fit valida ex ſtipulatione Notarij
pro abſente, at non ex omni parte perfecta
propterea redditur, vt dictum *eſt ſupra ſub*
numer.60. ex dec.12.par.1.tom.1.apud Farin.
omnino videnda, & ad *infra per nos ad tit. de*
ſtipul.patr.& fil.per notarium. Atqui ſi abſen-
ti acquireretur irreuocabiliter ex ſtipula-
tione. Notarij, eadem hæc vltra validitatẽ
operaretur etiam perfectionẽ donationis,
& ſic duo intrarent ſpecialia. Secus è con-
tra in altero caſu, vbi per duos principaliter
contrahentes diſponitur in tertium, quia
contractus, ſeù donatio inter eos eſt valida,
75 † Et validę etiam qualitates ſeù conditio-
nes adiectæ, & quæ cenſentur eodem iure,
ac contractus principalis, quia dicuntur in-
eſſe, & eſſe pars contractus & ex coherentia
contractus ſuſtineri *l.iuriſgẽtium.§ quinimò*
76 *ff.de pact.* † & valet etiam receſſus in totum
vel pro parte ead. *l.iuriſgentium.§.adeò*, ergò
non refert (quoad validitatem, quod adſit
qualitas dandi Eccleſiæ, aut hoſpitali tali
tempore, vel poſt tale tempus; quamuis Ec-
cleſia aut hoſpitale ſint abſentes, aut nemo
adſit, qui pro eis acceptet. Modò interrogo
ſtipulatio Notarij quid operaretur? An va-
liditatem? atqui iam ineſt ipſo iure validitas
an nihil omnino? Atqui hoc eſt abſurdum
dicere, quòd contrahentes voluerint adhi-
bere Notarium fruſtratorie, & facere actum
77 eluſorium, † omnis autem interpretatio
amplectẽda eſt ne eluſoria fiant, *Caſtr.conſ.*
255.in fin.lib.2. Crau. conſ.603.numer.6.cum
alijs per me in deciſ. flor. 1. numer. 86. & 87.
78 † ac vt verba aliquid operentur *l. ſi quando*
79 *112.in princ.de leg. 1.* † etiam in ſylaba *cap.*
ſolitæ, & ibi glo.in verb. tanquam, et Felyn. de
maior.et obed.et d.nu. 87. mox cit. Quare hoc
caſu, ſi ſtipulatio Notarij non poteſt opera-
ri validitatem actus ex ſeſe validi, vt aliquid
operetur, cum nihil aliud operari poſſit
80 quàm perfectionem donationis, † quę in
irreuocabilitate, & in immutabilitate con-
ſiſtit *iuxta l.perfecta donatio.4.C.de donat.quæ*
ſub mod.etc. hanc eandem operari neceſſe eſt
dictam ſtipulationem per prædicta. Atqui
(replicabis) nunquam induci perfectionem
niſi ex conſenſu ipſius donatarij non ſup-
plibili per Notarium, vt ſupra dictum eſt,
Reſpondeo conſiderando perfectionẽ do-
nationis, vel ex parte donantis, & donatarij,
vel ex parte vtriuſque in reſpectu ad Tertiũ.
in primò caſu neceſſarius eſt omnino con-
ſenſus ad ipſummet actum donationis per-
fectionandum, & quoad hanc perfectionẽ
Notarius nihil poſſit, nec ad eam ſuę vires
ſe extendant.

In altero, dico perfectionari poſſe con-
tractum per Notarium, non ad effectum
repreſentandi ex ſua perſona conſenſum
alterius, hoc enim eſt impoſſibile, quia con-
ſenſus eſt perſonaliſſimus, vt iã dictũ eſt, ſed
ad effectũ ità ligãdi, & obligãdi ambos, & do
nãtẽ & donatariũ per ſuã acceptationẽ pro
abſente de conſenſu amborum permiſſam
in eo actu, vt non habeant amplius os ad lo-
81 quendum, & ad reuocandum, † quia con-
tractus ab initio ſunt voluntatis ex poſt ne-
ceſſitatis *l. in commodato. §. ſicut. ff. commod.*
& ita redactus ſit ad eum ſtatum, qui æqui-
paretur omnimodæ perfectioni cauſari ſo-
litæ per conſenſum prædictum, propter ir-
reuocabilitatem cauſatam ex vinculo inter
ipſosmet principales, & auctores beneficij
ſibi ipſis iniecto ad fauorem Tertij illius,
82 Notarij ſtipulatione mediante † cum nihil
referat, quod quid per æquipollens fiat, dũ-
modò idem ſequatur effectus. *l. fideicommiſ-*
ſa.& ibi Bart.de lega.3. Ozaſc.dec. 109.nu.2.
83 † nec curandum de modo dũmodo ſequa-
tur effectus *Surd. dec. 35.num.* 8. *Ego de hiſce*
84 *dec.Flo.57.nu.4.et 5.* † Quę cum ita ſint op-
tima nacta eſt occaſio conciliandi omnes
Docto. vt qui ſentiunt pro irreuocabilitate
ex ſtipulatione Notarij, intelligi debeant, &
opportunum ſibi vendicent locum in do-
natione fauore Tertij in caſu *§. Flauius, et l.*
quoties. Alijverò in donatione facta abſenti,
vt ſaltem ante acceptationem poſſit reuo-
cari, non autem quod ſit irreuocabilis om-
85 nino; † *Vnde cauendum à Fontan. Adden. ad*

Digitized by Google

Surd. et alijs ſupracit. qui dum opinionē propriam pro irreuocabilitate abſolute, pertinaciter conantur defendere, caſum cum caſu Doctores cum doctoribus, hoc vel illo caſu promiſcuè loquentibus intermiſcent;
86 ſat ſit aduertiſſe. † Nec etiam aliud obſtabit (vt nihil maneat indiſcuſſum in profunda materia) quod etiam abſq; adminiculo ſtipulationis, Notarij, donatio ſit per ſe ſe valida, & perfecta, ità quod competat vtilis actio ad eam, non ſolùm tertio illi donatario viuenti, ſed etiam eius hæredi, ſi ille moriatur ante aduentum conditionis, *vt eſt determinatum per tex. præcisè in d. l. quoties C. de donat. quæ ſub mod.* Quare huiuſmodi ſtipulationem per Notarium (velimus nolimus) remanere ſuperfluam, & ſine effectu operandi concedendum erit, & ruet dicta ratio, maximè quia non eſt inſolitum quod huiuſmodi ſtipulationes Notariorū ſuper-
87 fluò iaceant, † quia ſtipulatio pro ſe & hæredibus nihil operatur, ſed tātum exprimit id quod ipſo iure inerat, teſte *Rip. reſp. 16. num. fin. lib. 3. titul. de donat. et gratijs reuocan. Affl. de eo qui ſibi, vel hæred. ſuis etc. ſub nu. 10.*
88 *verſ. nam ſæpiùs homines.* † Vnde ſępe abūdare, ita quod abundans cautela nō noceat *dicit Gerard. Mazol. conſil. 1. num.* 78. 80. 81. Vbi ſtipulationem hodie apponi à Notarijs in omnibus contractibus, etiam validis de ſe, vnde eſſe contractum frequentatiſſimū, cum tamen ſine ea ſtare poſſint.

89 † Reſpondetur ex eotit. nil aliud reſultare, quàm quod vtilis actio competat, ex hoc verò non poteſt inferri de neceſſitate, quod ratihabitio ſubſequi non debeat, nāq; Doct. omnes, qui volunt per ſtipulationem Notarij acquiri abſenti vtilem actionem ſine ceſſione, principaliter quærunt, & diſputant, an in extraiudicialibus, vel conuentionalibus ſtipulationibus, ſicut in prætorijs, & iudicialibus poſſit Notarius alteri ſtipulari, vtilemq; actionem ſine ceſſione ei acquirere, & licet plerique Doctor. in diuerſas tranſierint ſententias, nihilominus multò plures fuerunt, qui in omnibus indiſtinctè cenſuerunt per ſtipulationem Notarij acquiri poſſe actionem abſentibus ſine ceſſione, ideò mentionem de ratificatione non fecerunt, quia non quærebant, an eſſet neceſſaria ratificatio abſentis, ſed ſolum an Notarius poſſet acquirere abſenti abſq; ceſſione, quæ diuerſa eſt quæſtio ab illa, an ſit neceſſaria ratificatio, de qua ſi fuiſſent ijdē Doctor. interrogati, vt fuerunt de altera, vtique veriſimiliter reſpondiſſent neceſſariam eſſe ratificationem, prout & opinio illa Docto. quod acquiratur abſenti actio ſine ceſſione, declaratur, vt procedat ſequuta prius ratificatione, ſecundum magis com. opin. *Vt hæc ferè ad verbum per Farin. d. dec. 12. ſub num. 14. per tot. par. 1. to. 1.* Vnde manifeſtò conſtat quatenus ex *tex. illo l. quoties.* datur vtilis actio, non propterea excludi quin ſit ratificatio neceſſaria ad perfectam, & irreuocabilem acquiſitionem. Superuenit Notarius pro abſente ſtipulator, & ecce introductam (per eius interuentum cū ſua ſtipulatione) perfectionem plenariam vſq; ad irreuocabilitatem, & ecce effectū hunc, & ecce operationem ſtipulationis præfatę. & quantumuis etiam ex tex. illo diceres induci irreuocabilitatem, tamen cum ſint cōtrariæ circa id ſententiæ, nec tex. ſatis ſe
90 declaret, † ad euitandum inconueniens ſuperfluitatis, ſufficit dicere, ſtipulationem non eſſe ocioſam, eò ipſo quod per eam ambiguitates tollūtur *Felyn. in c. ſolitæ de maior.*
91 *et obed. Natt. conſ. 673. num. 8.* † & ſatis operari dicuntur verba quæ dubitationem abigunt *Crau. conſ. 1000. pro Genero in Corol. ſub num. 49. in conſ. 70. nu. 29. et 40. Surd. dec. 195.*
92 *num. 10.* † etiam anxiam aliquorum, & moroſam *Tiraq. ad l. ſi vnquam. verſ. reuertatur. nu. 2. C. de reuoc. donat. et in t. retr. §. 1. gloſ. 9.*
93 *num. 220.* † d. verò tex. *l. quoties.* varie fuiſſe intellectum conſtat, nam alios poſſe reuocari ante ratificationē, alios verò non poſſe, vi facta in illis verbis, *iuxta donatoris voluntatem*, aliter atque aliter intellectis, *pateat ex Fontan. d. clau. 4. glo. 9. n. 6. par. 1. vbi in pūcto*, & ad ſupradicta confert quod *ibid.* ſubijcit *Fontan.* hāc opinionem de irreuocabilitate ſaltem tenendam, vbi vel adeſt contemplatio matrimonij vel ſtipulatio patris, aut Notarij, aut omnium ſimul, vel iuramenti interpoſitio, *vt ibid. per eū.* Adeò verum eſt (vel ex ipſiſmet Doct.) Notarij ſtipulationē non eſſe ſuperfluam, ſed magis ac magis rē in claro conſtituere pro irreuocabilitate
94 ſtatim, non expectata ratificatione, † & hoc multò magis ſi ſimul, & pater, & Notarius ſtipulati ſint pro filijs, *ad Fontan. ibid. et Menoch. conſ. 489. num. 17. et 18. Teſ. d. decif. 70. num. 13. 14. et 17. vbi de Iudicatis per Senatum.*

95 † Quid vbi interuenit nuncius vel epiſtola? eſſe neceſſariam ratificationem, & eſſe neceſſarium quod fuerit nūcius ad hoc ſpecialiter deſtinatus *Surd. conſ. 351. nu. 29. et ſeqq.* vbi de differentia inter, Notarium, Iudicem, & alium *Clar. in §. donatio. q. 12.*
96 *per tot.* † Alia ex quibus ſit irreuocabilis donatio (putà) ex clauſula conſtituti, ſi res tradita & ſimilia vide *Menoch. d. conſ. 1153. num. 12. et ſeqq. num. 7. et per tot. conſ. Clar. in d. §. donatio. q. 13. ſub verſ. ſecundus eſt articulus. in fi.* hiſce de donatione, adde infra *c. 41. à num. 32. vſque in fin.* vbi de ratificatione tacita.

Hi

Hi ſunt caſus, quos pro elucidatione hu-
ius profunuæ materiæ conſtituendos pu-
97 taui. † *Menoch. verò in conſ. prealleg.* 489.
*nu.*17. *lib.* 5. ponit alios caſus, cum donator
abſenti donat, nemine pro eo ſtipulante, vt
ſit neceſſaria omninò eiuſdem ratificatio,
98 † cui ſecótra dicitur, qđ nec per ratificatio-
nem poteſt conualidari, ex quo eſt nulla,
nec valet huiuſmodi donatio, *vt ſup. dictum*
eſt, et teſtatur de cõmuni ex Paris. et alijs Clar.
in §. donatio. q 12. *ſub princ. Rom. conſ.* 295.
licet ipſe ibid. teneat contra comm. quem
arguit *Mando. ibi lit. c. Surd. conſ.* 351. *nu.* 28.
in fin. nu. 29. *et* 30. & non poſſe ratificari *dicit*
ibid. Clar. per verſ. ſeqq. vbi poſt Rom. Marſ. et
alios de comm. & ideo ſemper poteſt reuoca-
99 ri, *vt ait Surd. d. loco.* † Tu dic poſſe conuali-
dari re integra per ratificationẽ ſubſequen-
tem, *vt pleniſſimè per Garciam in tract. de ex-*
plic. priuil. num. 133. *et ſeqq. ſupponit Molin. de*
Hiſp. primog. lib. 4. *cap.* 2. *numer.* 60. *et ſeqq.*
non obſtat nullitas, quia non eſt nullitas
contra conſtitutiones, *ad ea quæ infra c.* 54.
part. 3. *num.* 30. ſed eſt magis quædam inua-
liditas actus ex defectu conſenſus. Hunc
autem poſſe ex poſt interuenire ſupra iam
oſtendimus, *et ad hęc poſſent addi dicta infra*
cap. 52. *num.* 84.
100 † Item, quod non valeat interim dona-
tio, id ità intelligitur, vt non valeat ad effe-
ctum, quod ante acceptationem vllum ius
aut dominiũ cenſeatur translatum, & quod
adhuc ſuperſit donatori ius reuocandi do-
nationem, *vt patet ex Surd. Mol. Garz. & alijs*
ſupra cit. non quoad omnimodam nullita-
tem, quæ contingeret, ſi ageretur (putà) de
alienatione ipſo iure nulla, quia contra ius
publicum, contra quam vel alienans ipſe
poſſet venire *ad excell. D. Præſ. Bello. conſ.* 17.
nu. 65. *ſecut ſi reſpiceret intereſſe merè priuatũ*
vt ibid. per numer. ſeqq. ad d. cap. 52. *nu-*
mer. 84.
101 † Et profectò ea mens non eſt donatoris, vt
velit donare vel obligari antequam donata-
rius, de ea donatione certior factꝰ, acceptet:
ſed tamen & eiuſdem mens etiam eſt, vt de-
mum ſequuta ſcientia & acceptatione do-
natarij, donatio irreuocabiliter conualide-
tur, ſicut in altero caſu reuocabiliter, *vt ait*
Molin. d. lib. 4. *cap.* 2. *ſub num.* 62. *verſ. ſecundò*
102 *quia*, † quod autem poſſit ratificari actus,
vbi nullitas non eſt ipſo iure aut iuris publi
ci *vide plura per Surd. dec.* 53. 70. *& ad tit. C. ſi*
maiori fact. & actum non poſſe impugnari
de nullitate in his & alijs caſibus *Surd. conſ.*
284. *num.* 6. *& pluribus ſeqq. lib* 4.
103 † Seu (qui eſt ſecundus caſus *Menoch. in d.*
conſ. 489. *ſub num.* 17. *lib.* 5.) cum extraneus
abſentis nomine ſtipulatur, vt hoc caſu ac-
quiratur abſenti, ſi ratum habuerit, & cedã-
tur ei ab huiuſmodi extraneo actiones, vtrũ
que enim neceſſarium eſt in priuati pro alio
ſtipulatione *Pereg. de fideic. art.* 51. *num.* 14.
ſeu (q. eſt tertius caſus Menoc.) cũ Notarius
nomine abſentis ſtipulatus eſt, vt abſenti ac-
quiratur etiam abſque ceſſione, ſi ratum ha-
buerit. Cuius dicta ſat ſit tetigiſſe, Concſu-
dendo ex caſuum præfata diſtinctione cla-
re reſultare de veritate principalis quęſtio-
nis noſtræ, an in huiuſmodi ſtipulationibus
fauore abſentium interpoſitis, & in dona-
tionibus ſit neceſſaria abſentium ratifica-
tio, ſeu acceptatio nec ne ad ſimilium actuũ
plenã perfectionẽ, vſq; ad irreuocabilitatẽ,
& an poſſint opiniones inter ſeſe contrariæ
concordari, & confuſiones tolli, & profun-
da materia, & ardua (ſecundum Docto. &
iuxta rei veritatem) penetrari, & ad certitu-
dinem reduci.
104 † Præcipuè verò illud (ex hac caſuum di-
ſtinctione) colligimus male eos cenſuiſſe,
qui dixerunt in term. formulę pro ſe & fi-
lijs, aut in feudis, vel emphyteoſi, filios veni
re iure proprio, ità quod tot cenſeantur In-
ueſtituræ, aut donationes, quot ſunt perſo-
næ nominatæ eis comprehenſæ, nam hoc
non procedit in primo caſu ſuprapoſito,
quicquid aliter atque aliter ſit determinarũ
in alijs caſibus de quibus ſupra, & tamen
plerique aliter ſcripſerunt *ex præcit ſub prin.*
105 *d. cap.* 23. † & *nouiſſimè etiã Regen. Lanar. in re*
pet. tit. de his qui feu. dar. poſſ. ſub n. 272. *& ſeq.*
vnde oriri (ſubijciés) quod tenetur ſucceſſor
infra annum petere inueſtituram, quod ne
quidem dictum conuenire, innoteſcat ex
ſup. not. cap. 47. *num.* 88. *et ſeqq.* vbi cauſæ
huiuſmodi inueſtituræ petendę enarrantur
cum quibus nil conuenit huiuſmodi: & ità
error ſecundus. Acceſſit & tertius, dum etiã
in feudo hæreditario per hanc rationem idẽ
voluit. (Accedat quod allegat *Affl. ad tit. de*
106 *ſucceſſ. feu. §. in alio verò feudo num.* 2. † vbi lo-
quitur in duobus fratribus de beneficio in-
ueſtitis, inter quos non mirum quod tot ſint
Inueſtituræ, quot perſonæ, quia alter alteri
non ſuccedit, adeo verùm eſt inueſtituras
haberi pro diuerſis: In caſu noſtro loqui-
mur de vnica prima Inueſtitura, ſẽper vna,
non diuerſa inter patrem & filium ęque
principaliter, cum ſolus pater ſuſcipiat in-
107 ueſtituram † Et quia cum eodem concordat
Fulu. nepoſ. ad tit. ſi vaſ. feu. prim. ſub num. 16.
aut loquitur, et hunc ipſum videamus, ponit
in feudo ex pacto & prouidentia duas con-
cluſiones tanquam veras, prima quod tale
feudum debeatur ex contractu omnibus il-
lis, qui ſunt comprehenſi in Inueſtitura gra
datim tamen, & ſucceſſiue, ità quod in quo-
libet ſit cõtractus dominij conditionalis de
per ſe Allegat. *Iſer. ad tit. de ſucceſſ. feu. nu.* 9.

vbi tamen loquitur in term. primogenituræ, & ſic in caſu diuerſo *ad ſupra hic verſ. ad Rolan. numer. 20. et ad verſ. ſecundum exemplum num. 3. par. 1. et ad verſ. demum num. 38. ead. part. 1. deinde allegat eund. Iſer. ad tit. de feu. al. per feder. §. praterea ducatus. ſub num. 38. ſed ibid. Iſern. alldgat tex. l. ſi arrogator. §. 1. ff. de adopt.* quem non conuenire formulę noſtræ docuimus *ſup. c. 13. verſ. in primis nu. 4. et c. 34. num. 50.*

Item dixit *ibid. Iſern.* factum patris non poſſe præiudicarę, ibi contrarius, cum alibi dixerit poſſe exhęredando, *vt infr. cap. 15. de exhæred. numer. 11.* Item *eund. Iſer. allegat ad tit. de Cap. Conrad. ſub nu. 5.*; vbi nihil aliud dicit, quam quod omnibus videtur datum, quod nos negamus, ſed patri principaliter filijs per ſucceſſionem, ſeù per ordinem, *vt ibi dicit Iſern.* Item allegat *eundem ad tit. de eo qui ſibi et hæred. ſuis etc. verſ. hoc eſt regulare*, ſed loquitur in caſu, vbi adiectus eſt modus, ſeù conditio: & præterea loquitur de agnatis, in quibus idem concedimus, noſtra formula eſt de filijs, nec de tot donationibus quot perſonę minimù verbum. Allegat adhuc *eund. Iſern. ad tit. de Inueſt. de re alien. facta, num. 7.* vbi quod feudum ſubiacet reſtitutioni, nec poteſt alienari, vel pręſcribi: & ſic non benè applicatur, & præterea eius dictum nō ſubſiſtit *contra tex. apertos, de quibus infra tit. de præſcrip. tit. de alien. etc.*; Allegat *eund. Iſern, ad tit. qual. olim pot feu. al. ſub num. 6. circa fin.* Vbi quod feudum non eſt patris, niſi dum viuit, poſt mortem eſt filij, non beneficio patris, ſed eius qui dedit, & nihil aliud *per l. eum patronus. de lega. 2. et per d. §. ſi arrogatur*, qui loci non conferunt cum ſtipulatione ſibi & filijs, & præterea Iſern. alibi ſe melius explicauit, dum vtrùnque adeſſe, & munificentiam concedentis, & prouiſionē patris admittit, *vt infr. c. de exhęred. 51. num. 11. ex ſupra cap. 23. numer. 61. et antecedd. ibi.*

108 † Et præterea ibi agit Iſern de dotario ſuper feudo conſtituto contra conſtitutiones Regni, & contra legem Fiderici *in tit. de feu. al per fed.* negari enim non poteſt quin ſit coarctata diſponendi facultas, ſed non totaliter, ita quod dici poſſit ius inſolidum, & totale taliter fuiſſe in filios tranſlatum, vt hinc inferri poſſet ad tot donationes, quot perſonę Ex quibus liceat concludere, quàm aliquando parum ſit fidēdum opinionibus doctorum in meris allegationibus fundatis. Cæterùm non arguendum quod tot donationes; quot perſonæ *adde ad ſup. cap. 13. nu. 73. 74. cum declarationibus, vt nu. 75. et ſeqq. vſq; in fin. cap.*

Supereſt alia oppoſitio ex conceſſione per priuilegium, ſeu ex ſtipulatione per Notarium. de his agemus ſigillatim particularibus capitibus inſtitutis, vt mox ſubſequitur, & primò de conceſſione patri & filio per viam priuilegij & de ſtipulatione patri & filio per Notarium in poſteriore loco.

CAP. VIGESSIMVM QVARTVM.

De Conceſſione patri & filio per priuilegium.

S V M M A R I V M.

1 *Per priuilegium etiam, et per viam gratiæ fiunt conceſſiones.*

2 *An eodem iure cenſendæ hæ conceſſiones, ac aliæ quæ per viam contractuum ſeù ſtipulationū. et ſeqq.*

3 *Feudum non poteſt reuocari ſine culpa, ſecus ſi per priuilegium ſit conceſſum. nu. 10. et 11. vbi etiam de alijs.*

4 *Quia quæſitum fuit ius ex prouidentia concedēris.*

5 *Iuriſdictio conceſſa à Principe per priuilegium, non cenſetur cumulatiue conceſſum.*

Princeps poteſt tollere priuilegium ſine cauſa. ſub eod.

6 *Et illud declarare ac reuocare.*

7 *Maximè conceſſum motu proprio, quod poteſt alterari, dummodo non in totum.*

8 *Capiunt enim filij immediatè à concedente, non autem ex prouiſione paterna.*

9 *Id quod maximè verificabile videur in caſu priuilegij.*

10 *Qui volunt ob delictum patris filium priuari, loquuntur quādo ex prouiſſione patris eis fuit quæſitum, ſecus quando ex libera et immediata Principis conceſſione.*

11 *Eſt enim merum beneficium concedentis, et habetur ex mortis cauſa capione per filios. num. 12. et 13.*

14 *Et ideo pater non poteſt præiudicare.*

15 *Concedens per priuilegium videtur ſponte concedere abſque vlla opera patris, quo caſu habent filij ex beneficio et liberalitatę concedentis, ſecus ſi à patre, quià caperent vt eius hęredes.*

Maximè ſi datum patri et filio nominatim. ſub eod.

16 *His non obſtantibus idem in priuilegijs, quod in ſtipulationibus ſtatuitur. et ſeqq.*

17 *Quocunque modo ſtatuat Imperator eſt lex. et num. 18.*

19 *Ex tituli diuerſitate rei natura non variatur.*

20 *Cauſa facti inſpicienda magis quam factum ipſum.*

21 *Ac-*

21 *Acquiſitio per priuilegium fuis modus inentus à Principibus.*

22 *Qui ſucceſſit in locum inueſtiſiturę, vt in Regno, vbi omnia feuda conceduntur per viam priuilegij.*

23 *Subrogatum ſapit naturam eius, cuius in locum ſubrogatur.*

24 *Quando Rex concedit feudum, et facit priuilegium, eo ipſo transfert dominium abſq; alia traditione poſſeſſionis.*

25 *Priuilegium rei naturam non immutat, Imò eãdem ſequitur.*

Priuilegium (vt in feudo) tranſit in contractum. ſub eod.

26 *Nec eſt propriè priuilegium, ſed contractus. et num. 27.*

Seu beneneficium. ſub. eod. 27.

28 *Et quia beneficium, ideò latè interpretandum.*

29 *Priuilegium tranferens ius formatum, dicitur contractus, et reuocari non poteſt.*

30 *Dicitur verò ius formatum, ſi tranferatur dominiũ, vſusfructus, aut adeſt alia cauſa oneroſa ſeù correſpectiua.*

31 *Præſertim priuilegia tranſeunt in contractum, vbi eſt conſuetudo, ex confirmatione in Curia cum ſtipulatione Notarij et iuramento.*

32 *Et apud nos, vt per interinationes.*

Reſponſiones ad contraria. ſub eod.

33 *Non eſt verùm poſſe Principem reuocare ſine cauſa.*

34 *Diſtinguitur de duplici perſona concedentis & acceptantis priuilegium.*

35 *Ex perſona concedentis cadit conſideratio, an prilegiũ conceſſerit cum cauſa vel ſine, & dicitur ſi ſine cauſa poſſe cum cauſa vel ſine reuocare & declarare, cum ampliationibus & limitationibus remiſſiuè.*

36 *At ſi cum cauſa, vt propter aliquod factum vel dationem non poſſit.*

37 *Non obſtante clauſula* motus proprij, *quia hæc nõ tollit, quin feudum ſit beneficium, licet largo modo etiam Priuilegium.*

38 *Nec poſſit quidem per ſucceſſorẽ principis reuocari.*

39 *Secus vbi datur poteſtas reuocandi in caſu priuilegij ſine cauſa conceſſi, quia etiam ſucceſſor poſſet reuocare.*

Hactenus inſpecta perſona concedente. ſub eod.

40 *Atqui, cum agitur de intereſſe accipientis, aliud eſt, vt circa modos acquirendi, ad hæc enim non animaduertit concedens.*

41 *Vel ſe tacitus remiſſit ad diſpoſitiones iuris circa huiuſmodi, prout præſumitur concedens id voluiſſe quod ius diſponit.*

42 *Nihil cum interſit ipſius, hoc vel illo modo intentio ſua compleatur.*

43 *Non curamus de modo, dummodo ſequatur effectus.*

44 *Dicta de priuilegijs quoad concedentem, non debent confundi quoad recipientem.*

45 *In feudo acquiſito per priuilegium etiam habet locum* tit. An agnat. & tit. de feu. cognit. *& idem (à fortiori) admittendum in alijs ſtipulationibus vel donationibus.*

46 *An ex priuilegio quæratur ius abſenti An ex contractu examinatur, & quo caſu locum habeat explicatur.*

47 *Et in priuilegijs & in ſtipulationibus ſemper requiritur ratificatio, et cõſenſus abſentis recipere debentis, aliàs poteſt interim reuocari.*

48 *Reſpondetur ad illud quod (maximè ſtante priuilegio) dicatur capi à concedente non à patre.*

Et dicitur etiam à patre haberi tanquam cauſa corperatiua. ſub eod.

49 *Quia pater primo contemplatus.*

Concedens eſt agens, pater eſt recipiens ſeù patiens, & cum pater primo loco, filius altero ſit vocatus, nec declaratũ fuit an filius ſucceſſiuè an per viam ſucceſſionis ſit admittendus, ſumus in dubio, in quo ad hærendum eſt regulę vt per viam ordinariam ſucceſſionis ſub eod.

50 *Naturæ duo ſunt authores, natura naturans & natura naturata, et qui.*

51 *Natura multas nouas ſemper de properat edere formas.*

52 *Natura eſt inſtinctus quidam etc.*

53 *Effectus naturales alij principales, alij acceſſorij.*

Hæc applicãtur ad propoſitũ, vt natura naturãs ſit Cõcedẽs. Natura naturata pater recipiẽs vt pater ſit prĩcipalis, filius acceſſorius ſub eod.

Et quod filij habeant à Concedente, ſed mediante patre, et ſic ab vtroque. ſub eod.

54 *Imò plus à patre, quia cauſa immediata eſt pater, quę fortius operatur quàm mediata.*

55 *Cauſa magis determinat ſubiectum proximum, in quod magis influit quàm remotum.*

56 *Reſpondetur quod filij habeant ex mortis cauſa capione, oſtendendo id eſſe contra veritatem et ſeqq.*

Mortis cauſa capio dici non poteſt, quod habet ſpeciale nomen contractus ſub eod.

59 *Quæ dicuntur de modis acquirendi in alijs, etiam vigent in priuilegijs.*

Etiam quod nihil fuerit per patrem erogatum. ſub eod.

60 *Notatur periculoſum eſſe ſolum referre, non examinando, declarato Fontan. diſtinguenti caſum formulæ pro ſe et filijs, à caſu vbi aut ſtipulatus eſt filio ſoli, aut nepotibus contemplatione matrimonij, vt primo caſu pater poſſit præiudicare, altero non poſſit. num. 61.*

62 Trentacinq. opinio erronea dicitur, *quod in feudo nouo pater non poſſit præiudicare, et quod feudũ habeatur ex ſola prouidentia cõcedentis.*

63 *Seù, quod in ſtipulatione pro ſe et filijs, pater*

dicatur præſtare nudum miniſterium.
64 *Et nulla vis facienda in allegato, nec allegante: cum ambo erronea aſſerunt.*

1 ETiam† per viam priuilegij poſſunt fie-
ri conceſſiones, ſeù per viam gratiæ,
*vt per Bald. de nou. form. fidelit. §. Inueſtitura
num. 2. et ſeqq.* Vbi in feudo *Mart. vot. 215.
vbi in donatione quorundam bonorum*, & per
alios,& infra in diſcurſu.
2 †Sed an eodem iure cenſendæ huiuſmo-
di cōceſſiones,ſeù acquiſitiones,vt reliquæ
per viam contractus,ſeu ſtipulationum? vi-
detur dicendum quod non per ea quæ dicit
3 *Boſſ.de principe num.14.*† vbi tametſi feudū
non poſſit reuocari ſine culpa ſeu ſine cau-
ſa aliqua,tamen ſecus vbi conceſſum ſit per
priuilegium, & pleniſſimè *D. Senat. Ferrar.
reſp.8.per tot. inter reſp. pro Illuſtriſſ.Domin.
4 Leinici.* † & quia quæſitum fuit ius filijs ex
prouidentia concedentis, & conceſſio(ita
facta)eſt diuerſa ab paterna,vnde nō poſſit
pater præiudicare, vt ſubijcit *ibid. num. 22.
Idem Boſſ.et per trad.à Crau.conſ.411.nu.31.
5 32. lib. 3.* † Vbi quando Princeps concedit
alicui iuriſdictionem per viam priuilegij,
eundem non cenſeri cōcedere cumulatiue
*ex Ang.conſ.275.prætenſis col. 2. circa med.et
num. 32.* quatenus ibidem dicit poſſe prin-
cipem tollere priuilegiū, etiam ſine cauſa,
*et idem dicit Gabriel.de iur. quæſ. non toll.concl.
7.num.1.lib.3. et* Menoch. *conſ. 331.num.93.
6 94.95.96.et 104.*† Vbi & reuocari,& decla-
rari poſſe priuilegium, cum non ſit per viā
contractus, & ſit ſine ſtipulatione nomine
abſentium, & ideò nullum ius quæſitum
*per l.abſenti.de donat. etc. vt ibid. ſub num.93.
verſ. primo ſic.*
7 † Eſt ergo priuilegium (*ſubijcit num. 94.*
cum præſertim ſit cōceſſum motu proprio)
ergo poteſt declarari, & alterari etiam; dū-
modo non in totum *vt ibid.et numer. 95.96.
8 refert* Mart.*d.vot.215.num.13.et 14.*† & (ſi
vnquam verificabile dictum illud, quod à
donante accipiatur immediate, non autem
ex prouiſione paterna *ad gloſ. Bart.et alios in
rubr.ff.de vulg. cum alijs per Polit. in tract. de
9 ſubſtit.in prælud.nu.17.*) † Profectò videtur
verificabiliſſimum in caſu priuilegij, *vt in
term.ad* Mart.*d. voto* 215. *ſub numer.3.Bero.
10 conſ.155.ſub nu.5.lib. 3.* † Vbi ita diſtinguit,
vt illi qui volunt ob delictum patris bene-
ficio priuari,loquuntur(& ita debent intel-
ligi) quando ex facto ſeù contractu patris,
ſeù Aui id fuiſſet quæſitum,ſecus verò quā-
do ex libera, & immediata conceſſione
Papæ, qui in hoc ſicut fuit gratus patri, ita
& filijs ipſius, vnde delictum patris eis no-
cere non debeat,*iunctio ibid. numer.6.7.et* 8.
11 † dum conſiderat ſemper, & inculcat merū
beneficium concedentis, ſubdendo quod
habent filij per mortis cauſa capionem nō
à patre,ſed à concedente, *vt ſub d.num. 6.ex
Bal.poſt Bart.in l.1.in fin. C.per quas perſonas
12 nob. acquir.* † Non ex donatione patris raci-
ta,ſeù expreſſa,ſed ex mortis cauſa capione,
*vt ſubijcit d.numer.8.in fin.allegati.per Surd.d.
dec 324.num.1.allegato Bero.num. 3. Quibus
accedat etiam Petr.de Grego.de conceſſ.feu.par.
13 3.q.7.num.30.* † Vbi ex quo filij capiunt ex
mortis cauſa capione, ita non capiunt em-
14 phyteuſim à patre ſed à domino,† ergo pa-
ter non debet poſſe præiudicare filijs ex do-
ctrina *Bart.in l.mortis cauſa capio.ff.de donat.
cau. mort.* & trahit *Petr. de Grego.* hoc dictū
de emphyteoſi ad feudum,& ita etiam paſ-
ſim docto.in termin. ſimplicis ſtipulationis
15 inter priuatos, *vt ibid. per eos* † Confirman-
tur prædicta,quia concedens per viam pri-
uilegij videtur ſpōte concedere, nulla ope-
ra patris, quo caſu filij dicuntur vocari non
vti hæredes,ſed habere ex beneficio,& libe-
ralitate concedentis, prout ſecus eſſet, ſi
opera patris præceſſiſſet, quia tunc vti hæ-
redes, *et hanc diſtinctionem facit Lanar.conſil.
89. num. 6. ſequi videtur Fontan. de pact. dot.
par.1.clau.4. gloſſ.9.poſt numer. 7.8.10.et 11.
Modern.Adden.ad Surd. dec.324. num.1.et 2.*
Vbi maxime ſi fuerit datum patri & filio
ſub nomine proprio *ex Alex. Trentac. lib.3.
var.reſol.tit.de feu. reſol.3. ſub num.* 5. Hiſce
adde eiuſdem ſententiæ virum eminentiſſ.
D.meum primum Præſid. Bellon. *conſ. 55.
ſub numer. 28.et ſeqq.* vbi non haberi à patre
ſed à principe.
His non obſtātibus,quę dicta ſunt in term.
conceſſionis per viam ſtipulationis pro ſe
& filijs,etiam ad terminos iſtos gratiæ, vel
16 priuilegij optime applicantur, † Differētia
eſt in nudo nomine, non in effectu, per di-
uerſas vias itur Romam, Roma ſemper ea-
dem. Modus iſte per viam priuilegij eſt
diuerſa ac alia via acquirendi, actus tamen
ipſi qui per hanc, aut aliam viam geruntur,
iidem ſunt ſemper, nec per hoc alterantur,
eorumuè natura immutatur, iura eadem,
17 iuris Regulæ eædem ſemper erunt,† Nam
& quodcunque Imperator per Epiſtolam,
& ſubſcriptionem ſtatuit, vel cognoſcens
decreuit, vel de plano interlocutus eſt, vel
edicto præcepit legem eſſe conſtat, *vt eſt in
18 l.1.ff.de conſt. princ.* † Vna lex eſt per varios
modos,& vias:
19 † Nec ex tituli diuerſitate rei naturam
variari probat *l. non vt ex pluribus. ff. de reg.
20 iur.Crau.conſ.1000.pro Gen. n. 409.*† & cau-
ſam facti magis inſpiciendam, quam factū
ipſum, *patet ex l.quod ergo.§.fin.l.Lucius.ff.de
infam.cum alijs adduct.per Crau. ibid.nu.415.*
21 † Acquiſitio verò ſeù conceſſio per viā
pri-

Digitized by Google

priuilegij, vt tandem dicam, fuit modus
adinuetus,& adhiberi ſolitus à Principibus
*iuxta not.in d.l.1. ff. de conſt. princip. & Mart.
d.voto 215. in princ.*at non alterans, vt dictũ
22 eſt, † Sed quod ſucceſſit in locum Inueſti-
turæ,vt in Regno Scicíliæ non fit cõceſſio
feudi per viam inueſtituræ, ſed per priui-
legium, quod naſcitur ex oraculo Regis,&
ſuccedit in locum Inueſtituræ *Intrigl. de feu.
q.9.num.296.q.23.num.39.& q.55.num.75.
Petr.de Grego.de conceſ.feu.par.2.q.4.num.2.*
23 † vnde intret regula,quod ſubrogatũ ſapit
naturam eius cuius in locum ſubrogatur *l.ſi
eum.10.§.ſi iniuriarum.& ibi Iaſ.& cæteri.ff.
ſi quis caut.l.1.§.hæc actio,& ibi Bart.ff.ſi quis
teſtam.lib.eſſe iuſſ.&c.l.ſolet.ff. de iuriſd. omn.
iud.ego dec.Flo.28.num.17.& dec.22.nu.12.*
24 †& fit,(quando Rex cõcedit feudum alicui,
cui deinde faciat priuilegium) quod eo ip-
ſo det, & tranferat dominium in accipien-
tem abſq; alia traditione poſſeſſionis, *vt ait
Iaſ.in prælud.feu.nu.72. Petr.de Grego. d.par.
2.q.4.ſub num.3.verſ. & in tantum,& in part.
1.q.8.vbi concord. iuncta ibid. plena add. Did.
Couar.variar.reſolut.lib.2.cap.19.ſub num.3.*
vbi hoc procedere in priuilegio non in cõ-
25 tractu. † Nec priuilegium rei naturam im-
mutare,ſed quinimò eam ſequi,& ſecundũ
eam debere intelligi & interpretari mani-
feſtè demonſtratur ex eo,quod priuilegium
non facit,quin feudum ſit feudum, & quin
ſit iuxta regulas feudales regulandum, ſeu
quin fiat irreuocabile ſine cauſa, quia trãſit
in contractum,ità vt nec ab Imperante qui-
dem ſubdito adimi poſſit, *vt ait Roſent. in
Synop.cap.x.conc.x1.in gloſ.A.verſ.ſed ſuper-
26 flua.* † Nec eſt proprie priuilegium ſed cõ-
tractus,*vt ait in term.feudi Menoch.d.cõſ.331.
27 num.96.verſ.reſpondetur. & num. 97.* † Nec
eſſe priuilegium etiam *Natt.conſ.163.Surd.
conſ.47.ſub num.33.* ſed eſſe beneficium *dicit
Malateſt.latè probant conſ.65.inter conſ. Sylu.
Surd.conſ.384.ſub num.46.48.49.& conſ.47.
28 ſub num.33.* † & quia beneficium, ideò latè
interpretandum *Menoch.d.conſ.331. à n.36.
29 ad 40. Surd. d. num. 49.* † Confert & hùc di-
ctum *Bero. in conſ.146. num. 23. lib. 3.Card.
Tuſc.in verbo onera concl. 141. numer. 5.quod
priuilegium tranſferens* Ius formatum dici-
tur contractus, & reuocari non poteſt.
30 † Dicitur verò ius formatum, quando trãſ-
fertur dominium,aut vſusfructus, aut adeſt
cauſa oneroſa,ſeù correſpectiua, *vt ait ibid.
31 Bero.num.28.& ſeqq.* † & hæc maximè vbi
priuilegia ſolent tranſire in contractum, vt
in Cathalonia, vbi omnia tranſeunt, cum
confirmentur in Curia cũ ſtipulatione No-
tarij,& Iuramento,*vt teſtatur doctiſſ.Fontan.
de pact.dotal.clauſ.4.glo.10.num.36.part.2.*
32 † Prout apud nos in Excellentiſſ. Senatu
per Interinationem,*de qua per D. Sol. in ant.
tit.de Indulg.&c.per tot.iuncto tit.dell'auttori-
tà,e giuriſdittione del Senato, verſ.appartenerà
al Senato, pag. mihi 337.* Ante interinationẽ
reſcripta non operantur *D.Præſ. Bello. conſ.
38.num.11.& ſeqq.*

Non obſtant contraria *& ad Boſſ. primo;
33 eius dicta non ſubſiſtere* dicimus,† Neq; enim
verum eſt poſſe dominũ reuocare ſine cau-
ſa,vel culpa, *vt patet ex Menoch. d. conſ.331.
num.83.& ſeqq.nu.100.& ſeqq.& num.105.
& ex Roſ.d.cap.10.concl.x1.nu.1.& gloſ. A*
vbi infiniti concord. & de communi.

Verùm (vt hoc ipſum pro ſolutione tàm
Doctrinæ Boſſ. quàm aliorum contrariorũ
allatorum ſub initiũ iſtiuſmet cap. faciliùs
34 intelligatur) † Conſidero duplicem perſo-
nam,alteram concedentis,& alteram priui-
legium acceptantis,ex quarum diuerſitate;
& diuerſos effectus fieri:ex perſona conce-
dentis cadit conſideratio an priuilegiũ con-
ceſſerit cum cauſa, vel ſine cauſa; & hinc
aliæ,& conſiderationes, & effectus; huiuſ-
35 modi ſcilicet, † quia ſi ſine cauſa poſſit pri-
uilegium pro arbitrio reuocare, multò ma-
gis, & declarare,etiam ſinè cauſa, quia hoc
ſpeciale eſt in principe, vt poſſit reuocare
ſuum priuilegium,quamuis ex eo iam alte-
ri ſit ius quæſitum,etiam ſine culpa,& nul-
li facit iniuriam, cũ nullo iure ſit obligatus
Rex concedens priuilegium hoc ſeruare
*Bal.ad l.qui ſe patris.num.34.C.vnde lib. Petr.
de Grego.de conc.feud.par.1.q.7.nu.1.& ſeqq.
vbi ampliat, & limitat, & alias rationes accu-
mulat ibid.add. prima lit. A. Itẽ hoc dicit Crau.
in conſ.421.num.32. lib.4.*

36 † Si cum cauſa, putà propter aliquod fa-
ctum vel ob aliquam dationẽ,ſubdiſtinguo;
aut res eſt adhuc integra, aut non ampliùs
integra: ſi res ſit adhuc integra, putà ſi nun-
dum acceptatio ſequuta, ſi non traditio, ſi
non inueſtitura,& alia ſimilia,& multò ma-
gis ſi intraret quod prima conceſſio facta
fuiſſet ad beneplacitum concedentis, vel ſi
eſſet contra ius; poſſit admitti reuocandi
poteſtas, vt plene in term. feudi & doctiſſi-
me *per D.Senat. Ferrar. Ab Anciſa Senatorem
(à me cognitum & integerrimum & doctiſſimũ)
in reſp.8.pro D.Leinici ſub num. 24. & per tot.*
Sin verò res non ſit ampliùs integra, regu-
lariter non poſſit *tex.ad literam tit.7.de nat.
feu.* vbi Principem nõ poſſe inueſtitum de-
inueſtire ſine culpa, *& tit. de feu. ſine culpa
non amitt.tit.Quo temp.mil. inueſt.pet. deb. §.
ſancimus.tex.etiam inſignis.in §.ſi facta.titu. ſi
de feu. def.* vbi dominum nec intereſſe præ-
ſtando liberari,quominus feudi poſſeſſionẽ
tradat,facta iã inueſtitura, tametſi pœniteat.
*Ad petrum de Grego. mox ſub num.35.præcit.
nu.10.et ſeqq.* (vbi de Comm.) adferentem
plures

plures rationes inter cęteras (*num.16.*) illā;
quia talis conceſſio feudi propter factum,
vel dationem, ſit contractus nominatus, in
quo non ſit locus pęnitētiæ ex magis Cōm.
opin. et ibid. ampliantem & limitantem hāc
concluſionem. *et ita etiam Menoch.conſ.531.*
37 *ſupracit.num.92. et ſeqq.* † Vbi ampliat pro-
cedere non obſtante clauſula *motus proprij,*
quia hæc clauſula non tollit, quin feudum
ſit beneficium, quamuis etiam priuilegium
(lago tamen modo) dici poſſit *et ad Gabr. de*
Iure quæſito non tollen.concl.7. num.2. et ſeqq.
Conferunt citati per Roſent. d.c.10.concluſ.11.
38 *lit.A.per tot.glo.et per totā eā concl.* † & quod
nec à ſucceſſione quidem Regis poſſit re-
uocari *vt ibid.Grego.nu. 17. et ſeqq.* vbi hanc
opinionē iuribus & rationibus fundat. Nō
intromodò materiam (quia extra particula-
re inſtitutam) An princeps poſſit ſua priui-
legia putà Immunitatem reuocare, ſaltem
mediante contracambio, ob nouas cauſas
ſuperuenientes, ob publicam aliquam vtili-
tatem aut neceſſitatem, remitto *ad Lancel.*
Corr.in templ.omn.Iud. lib.1. de Imperat. cap.
1.Cap.4.de præſtant.et poteſt.Imper. verſ. col-
lectas.et verſ.priuilegia poteſt reuocare.peregr.
de Iure Fiſci.lib.1.tit.3.per tot.Reſtau.de Imp.
q.55.97.98.114.et 115.latiſſimè et ex profeſſò
facundiſs. Dom. meus Præſ.Bene. in ſua patri-
monialis et Ciuitatis Taurini. allegat. 20. verſ.
non obſtat. et ſeq. vbi ſi pretium ſit commen-
ſuratum nō poſſe reuocari. Cęterùm quod
priuilegia ex cauſa onerosa conceſſa non
poſſint regulariter reuocari, ſecus quoad
gratioſa *adde gl.fin. Communiter receptam. in*
c.debet.de reg.iur.in 6.Couarr. var.reſol.lib.3.
c.6.num. 1. Mol. de iſp. primog.lib.3.c.3.n.6.
cum ſeqq.Luc.de pen.in l. fin. C. de locat. præd.
ciuil.lib.11.col.2. cū ſeqq. Garzias de explicat.
priuileg. numer. 174. vbi in mercede vel dona-
tione à principe facta.et nu. 583.et ſeqq. vbi de
39 *priuilegio ex cauſa onerosa vel gratioſo.* † Pro-
ut è contrà, vbi ſit locus reuocationi, quia
ſine cauſa fuerit conceſſum; etiam ſucceſſo-
rem poſſe reuocare *dicit add. ad eund. Grego.*
d.par.1. q. 7. ſub lit. A. verſ. quod procedit.
Hæc (inſpecta perſona principis concedē-
tis, ad quæ debent referri eius cogitationes,
ſeù præſumptiones pro eo, quia eiuſdem
40 intereſt. † Atqui cum agitur de eo quod poſ-
ſit concernere id quod intereſt ipſius primo
acquirentis, vel filiorum, putà circa mo-
dos acquirendi, aut alia ſimilia, de his
non cogitat concedens, exercuit libera-
litatem, contulit beneficium, id ſatis quoad
eum, de cætero aut nil aliud conſiderat;
41 † aut (ad ſummum) ſe ad Iuris diſpoſi-
tionem tacitus remiſit, prout illa eſt pręſū-
ptio Iuris quędā, quod id (ad ſummum) co-
gitaſſę, ſeù voluiſſe pręſumitur, quod de
Iure, & ſecundum regulas Iuris fieri ſolet,
vt latè per Iacob. in ſua Inueſt. verſ. Princeps
Pedemontium, ibi, ſed quæro ſub numer.1. et 2.
42 † ſufficit (vt repetam) quod ſua intentio im-
pleatur, an hoc vel illo modo, niſi aliter ex-
preſſim declaret, quid ad concedentem?
43 † Non curamus de modo, dūmodo ſequa-
tur effectus *l.cum in adoptiuis.§. quæ autem C.*
de adopt.Balzar.quæ fuit prin.cau.beneſ.amitt.
§.illud.ſub num.3.verſ. quarto ſtante.
44 † Quare (quæ dicta ſunt de priuilegijs)
habito reſpectu ad dominum concedentē,
non debent confundi, & immiſceri, cum ijs
quæ reſpiciunt accipientem, & ideò conſi-
derationes cum cauſa, vel ſine cauſa, cum
datione correſpectiua, vel ſine ea; ad id ha-
bitæ, et ponderatę, an poſſit pro arbitrio ꝑ
dominum concedentem priuilegium re-
uocari, non faciunt ad propoſitum caſum
accipientis, ſeu nō pertinent ad modos acci-
piēdi, cū ex diuerſis non inferatur, & cum
habeamus text. in termin. iam ampliùs non
erit hæſitandum.
45 † In feudo enim acquiſito per priuilegiū
non eſt dubium quin *procedat tit. An Agnat.*
et tit.de cognit.feu., vbi quod feudum acqui-
ritur ſucceſſione, quia nihil immutatur de
natura feudi, vt dictum eſt, quare ſi ita eſt in
feudo, idem (ad exemplum eius) erit & in
alijs vel ſtipulationibus, vel donationibus
pro ſe & filijs, & quidem à fortiori, quia ſi in
feudis, vbi qualitas ſanguinis pręponderat
hæreditariæ qualitati, vt alibi dictum eſt,
quantò magis in alijs ſui natura ad quoſli-
bet hæredes tranſitorijs, in quibus hæredi-
taria præponderat qualitas?
46 † Non obſtat quod ex priuilegio quęra-
tur Ius abſenti, ex contractu autem non
quæratur, *vt per Menoch. d. conſ. 331. ſub d.*
num.93.94.et num.99. vbi d.l. abſenti, & alia
quæ dicunt, donationem non valere, niſi
fuerit ab abſente acceptata, nō procedere,
nec locum habere in conceſſionibus priui-
legijs, et beneficijs Principum, quæ acqui-
runtur ſtatim habita notitia, & ſcientia eo-
rum, quibus ſunt conceſſa. Quia reſpōdetur
hoc pertinere ad poteſtatem, & voluntatem
donantis, ſcilicet an potuerit, & an voluerit
transferre ipſo iure, ſeù ſaltem poſt habitā
notitiam eorum, quibus conceſſum fuit, &
potuiſſe, & voluiſſe non ambigitur, ſed hęc
ſunt diuerſa à modis, quibus res acquiri poſ-
ſit, pendentibus à Iure communi, ad quod
cenſetur ſe conformaſſe concedens, *vt di-*
ctum eſt ſupra et fuſius explicatum cap. 18.
numer. 724. et ſeqq. & cap. 26. numer. 12.
47 † quinimò verius eſſe etiam in priuilegijs,
ęque ac in donationibus requiri accepta-
tionem, & conſenſum recipere debentis *D.*
Senat.Ferrar. In reſp. 8.numer.12.et ſeqq. int.
reſp.

reſp. pro domino Leinici vbi eleganter. Garzias in tract. de explic. priuil.num.133.et ſeqq. vbi latiſſime in ambobus & interim ante acceptationem poſſe reuocari *n.140.et ad Molin. de Hiſp.primog.lib.2.cap.7. num.68.* vbi nec gratiam, nec priuilegium ignoranti acquiri. *et ad ſupra cap. 23. part. 2. ſub numer. 60. et ſeqq.*

48 † Neque etiã obſtat quod dicebatur (maxime per viam priuilegij) illud verificari, quod capiant filij à concedente nõ à patre: quia fateor habere à concedente, & vtroſq; & patrem, & filium ab eo habere, nam profectò (ſi non donaſſet, non haberent, ſed an hinc inferẽdum, ergo habent eodem modo? ſi de modo nihil declarauit concedens? & ſi modus aliunde eſt petendus, vt ſupra dictũ eſt, vltrà quod, nõ eſt abſolute verum, quod filij habeant à ſolo concedente, nam & à patre etiam videntur aliquo modo habere: nam cum ante huiuſmodi priuilegia (à cõmuniter accedentibus) ſoleant præcedere ſeù tractatus, ſeù merita, & pacta cum patre ipſo fiant, etiam aliquid ei tribui neceſſe eſt ſaltem vt cauſę cooperatiuę, & ſine qua nõ ſequeretur conceſſio *Ad Fonton. de pact.do-*
49 *tal.clau.4.glo.9.nu.33.34.35.par.1.* † Is primò contemplatus, ſine quo Princeps alias forte priuilegium non fuiſſet conceſſurus *ad ibid.per eum num.35. verſ.ſi etiam,* & ſecũdum hæc, poteſt hæc res hoc modo melius demonſtrari, ſi dicamus in hac donatione duos concurrere agentem, & patientem, Agens eſt donator ipſe, patiens pater & filius, Atqui pater primo loco, filius altero; pater ex eo titulo immediate indubitanter acquirit, filius verò An ex eodem titulo, an verò ſucceſſiue, & ſi ſucceſſiuè, an per viam ſucceſſionis ordinarię, an per viam fideicõmiſſi, tanquam ſit filius vocatus nomine proprio, de hoc nihil expreſſe diſpoſitum vel declaratum, quare ſumus in dubio, In dubio verò ſtandum eſt regulæ quæ eſt vt per ſucceſſionem vt alibi ſæpe dictum, & oſtenſum *ſupra cap. 23.numer.37.*
50 † Sic dicimus duos eſſe auctores naturę, naturam naturantem, ideſt Deum ipſum, qui eſt auctor naturę, & naturam naturatam,
51 quæ dicitur auctor rerũ naturalium, † iuxta illud, natura multas nouas formas edere deproperat *l.2.§.ſed quia diuinæ.C.de vet.iur. enucl.Iſern.in prohæm.feu.in princ.* Concedẽtem ęquiparo naturę naturanti, qui eſt auctor donationis, vti Deus auctor naturę, patrem vti naturam naturatam, cum ſit cauſa
52 inſtinctus ad donandum, † vt natura eſt inſtinctus quidam ad producendos effectus naturales, *vt probatur ex Ang.et alijs ad prin. Inſt. de iur. nat. gen. et ciu. Alber. in dictio. in*
53 *verb. natura, vbi allegat plures tex.* † Atqui vti effectus naturales quidam ſunt primi, & principales, vt coniunctiò maris, & fęminę, alij ſecundarij, ex his fluentes, vt educatio partuum. Ita & in hoc caſu, vt pater ſit primus, & principalis, filius verò conſideretur vti in conſequentiam, & ſecundariò, & non per omnia, vt pater ipſe, & ita pater habere dicatur ex ea conceſſione immediate, & filius quoque, ſed non immediate omnino, ſed mediante patre, & ſic per ſucceſſionẽ ipſi patri, quæ conſiderationes tàm cadunt in caſum priuilegij, quàm in omnem alium patris, & filij prouiſionalem, & ſi mediante patre, ergo filij habent ab vtroque, à concedente mediante patre, & à patre immediate, Imò videtur quod non ſolum à patre capere, ſed magis ab eo capere quàm à concedente quodammodo dici poſſe videãtur
54 † iuxta illud quod cauſa immediata influẽs fortius operatur *l. ſocium qui in eo. ff.pro ſoc. l.ſi mulier ff.rer.amot.et dicit Paul.de Caſtr.in conſ.23.ſub num.2.col.2.verſ.primò quia ſem-*
55 *per et ſeqq. ibid.lib.1.* † & quod cauſa magis determinat ſubiectum proximum, in quod magis influit quàm remotum, quæ iura adfert.in term.priuilegij *Crau. d. conſ.313.nu. 31.32.et 34.*
56 † Ex hiſce excluditur illud adinuentum, quod habeant filij ex quadam mortis cauſa capione. Quia (ex quo iſta capio habet ſpeciale nomen contractus, ſcilicet donationis inter patrem & filium in poteſtate, quæ cõfirmatur morte patris, non poteſt propriè
57 dici mortis cauſa capio, † quæ habet nomẽ generale, & non habet locum vbi datur ſpeciale nomen contractus, *vt declarat. Caſtren. in l. mortis cauſa ff.de donat. cau.mort.et Petr. de Grego.* in term feudi, & emphyteoſis, ac donationis, *de conceſſ.feu.par.3.q.7.ſub num. 53.ſub verſ. eodem modo.* Reſpondendo ad oppoſitum factum prius per *eund. num. 30. ſupra pro contrario allegat:* ſed ego aliter adhuc reſpondeo, regulam eſſe quod in conceſſione facta patri & filijs, pater veniat immediatè ex eo titulo, filij verò quod per viam ſucceſſionis, *vt ſupra cap. 23. verſ. ſin vero radix num.28. et per tot.* Quare intrare
58 nõ poteſt mortis cauſa capio. † Certe enim, qui hæreditario aut legati, & fideicommiſſi iure capit, ex morte alterius nanciſcitur capiendi occaſionem, ſed quia proprio nomine hæ ſpecies capiendi appellantur, ideò ab hac definitione ſeparantur *verba tex.d.l. mortis cauſa capitur. 31. ff. de mort. cau. don.* hic iure ſucceſſionis, & hæreditario, quare obſtat cõtra *Bero. Mart.et alios, tex.rotundus,*
59 † & vigent, quod dicta de ſtipulatione patri & filijs, quoad modum acquirendi, vendicent hæc ipſa ſibi locum etiam in conceſſionibus per viam priuilegij, ni me fallunt

prin-

Digitized by Google

principia Iuris, etiam quod nihil fuerit à
patre erogatum, *vt per Surd. d. dec. 324. ſub
num.8.verſ.tertio reſpondetur, et per alia Iura
de quibus cap. 23. ſub verſ.ſin verò vti radix
ad fin. num.42.et eod.cap. partic. 2.num.2.*

Et plenius non intrare mortis cuſa capio-
nem *infra cap.33.numer.21.et ſeqq. vbi vide.*
60 † Non omittam quam periculoſum ſit ſolũ
referre(non Examinando quod reſultat mi-
hi *ex Fontan. in contrarium allegato*, nam di-
ctum eius facit pro ſententia noſtra, dum
ibi diſtinguit caſum formulæ pro ſe & filijs
a caſu formulę, vbi auus ſtipulatus eſt filio
ſoli aut nepotibus contemplatione matri-
monij, vt primo caſu pater poſſit prę iudica-
re, altero non poſſit, quia primo caſu filij
habeant à patre, altero non à patre, ſed to-
tum ab auo donãte, per cuius Iuramentum
in donatione appoſitum, & per ſtipulatio-
61 nem Notarij fuit eis ius quæſitum, † vnde
nil mirum ſi vno caſu pater poſſit præiudi-
care, altero verò non poſſit, *vt ibid. Fontan.
ſub num.* 10. Id vero non ne eſt quod cona-
mur oſtendere diuerſos eſſe caſus formulã
noſtram, & caſum contemplationis veræ,
& proprię? *vide de eod. Fontgn. vt ſupra c. 19.
num.61. et alia hoc eod.cap. numer.15.et ſeqq.*
62 † allegat, *idem Modern. Add. ad Surd. etiam
Alex. Trentae. vt ſup.d.num.15.* quem tamen
Alex in nonnullis erraſſe comperio, primo
ꝙ in feudo nouo pater nõ poſſit filio prę iu-
dicare contra com. opin. *de qua infr. tit. de
alienat.num.18.cap. 51. ſecundo quod feudum*
habeatur ex ſola prouidentia dantis, cuius
contrarium verius eſſe oſtendimus *cap. 19.
numer.63.cap.23.num.39.66.139.& ſeqq.&
ſupra hic. ſub num.53.& ſeqq.*
63 † Tertio quatenus ſtante formula pro ſe
& filijs, prę ſupponit patrem prę ſtare mini-
ſterium ſuum nudum, id quod iam refelli-
mus, & eſſe patrem vti radicem, & funda-
mentum alibi late probauimus, & tunc ſuũ
nudum miniſterium tantum dici præſta-
ri per eum, cum pater ſoli filio ſtipulatur,
non quando & ſibi & filio *ſup.c.19.nu.12.&
ſeqq.& cap.23.num.16.& ſeqq.* & demum ca-
ſus eſſe diuerſos, & diuerſimode iudicandos
64 nec confundendos † Quæ vis ergò facien-
da in allegante, & allegato? & quæ fi-
des ambobus? & ſtet concluſio idem
eſſe (in puncto de quo agimus)
in priuilegijs, ac in
alijs communiter
ſtipulationibus
aut Inueſti-
turis, ius
&
idem iudi-
cium.

CAP. VIGESSIMVM QVINTVM.

De ſtipulatione patri & filio per Notarium.

S V M M A R I V M.

1 *Natura ſtipulationis ſibi & filijs non alteratur ex ſtipulatione Notarij. & ſeqq. & prę ſertim num. 5.*
2 *Notarius eſt vti miniſter.*
3 *Seù vti negotiorum geſtor.*
Nulla eſt voluntas Notarij cum contrahente, nec contrahentis con Notario. eod.
4 *Notarius non aliud poteſt, quàm quod de iure, nec aliud ipſe præſumitur velle, quàm quod ius vult. vt in ſtipulatione pro ſe & filijs.*
6 *Stipulatio per Notarium eſt ſtipulatione per patrem debilior.*
7 *Filij ſuccedunt vti hæredes, non obſtante ſtipulatione per Notarium.*
8 *Reſpondetur ad contraria.*
9 *Notarij, Iudices & alij Officiales ſtipulantur pro abſentibus, ſed diuerſimodè.*
10 *Stipulatio pro abſente debet conferri in perſona Notarij. Vt promiſit mihi Notario, tãquam publicæ perſonę ſtipulanti pro Titio, vel pro omnibus quorum intereſt &c.*

1 HAnc † naturam iure ipſo cõmuni inſitã,
& à nobis defensã, quod ex ſtipulatio-
ne patri & filijs, acquiratur patri principali-
ter, filijs verò ſecundariò, & ſucceſſione
mediante, non immutat ſtipulatio eiſdem
verbis concepta per Notarium, vel ſolum
vel vnà cum patre (filio abſente) ſtipulan-
tem.
2 † Primò quia Notarius eſt tantum vti mini
ſter, qui facit pro alio, vnde intrat regula, q
facit per alium, per inde eſt ac ſi faceret per
ſemetipſum, *iam ſup.cap.19.numer.12.13.c.
23.nu. 26.& ſeqq.* ponderata, Seù eſt vti ne-
3 gociorum geſtor, † & propterea nulla eſt
voluntas Notarij cum contrahente, nec cõ-
trahentis cum Notario, quoad acquiſitio-
nem, *vt poſt Bart. Bal. Alber. & alios tradit
Tiraq. in tract. de conſtit. poſſ. lim.30.num.78.
Bero.conſ.4.num. 35. in fin. lib. 2. & nouiſſimè
Farin. dec. ſeu voto 12. par.1.tom.1.Rot.Rom.
num.6.in princ.& ad fin.*
4 † Item Notarius non aliud poteſt, quam
quod iura volunt, imò nec aliud ipſe velle
præſumitur, quàm quod Ius commune di-
ſponit, quippe qui ad iuris ipſius diſpoſitio-
nem cenſetur ſe conformare, vt in termi.
ſtipulationis pro ſe, & filijs ſuis *ita ſcripſit*

Rim.

Rim.iun.in conſ.295.num.42.48.v, qve ad 55.
lib.3.& conſ.569.num.37.& 38.ſub nu.161.
5 *& 183.lib.5.*† nec ex ſtipulatione Notarij,
rei ſeù actus natura immutatur, vnde ſi res
erat ad hæredes tranſitoria, ſtipulatio pro
ſe & hæredibus non operabitur quicquam,
quia expreſſio eorum quæ tacite inſunt ni-
hil operatur *Rip. lib.3. reſp.15. de donat.&*
grat. reuoc. & dicitur poſita ad cautelā Mazol.
6 *conſ.1.num.78.80.*† Accedat quod ſtipula-
tio per Notarium eſt ſtipulatione per patrē
longè debilior, quia ſtipulatio patris eſt ſta-
tim valida, ſtatim perfecta, & conſequenter
irreuocabilis, nulla egens ratificatione ad
eius perfectionem *ad ſup. cap.23. partic.2.*
num.37.& ſeqq. At ſtipulatio per Notarium
operatur quidem validitatem actus, ſeù cō-
tractus, ſed perfectionem, quæ gignitur ex
ſolo partium conſenſu, ſeù volūtate, ex qui-
bus contractus fit irreuocabilis, hoc non
operatur, vt oſtendimus *ſupra cap.23.par.2.*
num.62. quia deficiente conſenſu contra-
ctus non poteſt dici perfectus.

7 † Quare quod filij ſuccedant vti hære-
des, non obſtante ſtipulatione Notarij pro
eis, *adduco in term. Surd. in deciſ.322. ſub num.*
64.65. reſpondendo ad motiuum contrariū
per eum allatum in *ead. dec. ſub num.6. verſ.*
Nec obſtat, & ſupra iam per nos cap.23. nu.28.
& ſeqq.

8 † Non obſtat contraria ſupra allata *ad cap.*
23. ad fin. princ. num.15. ante verſ. contrariū
cenſuerunt, quia omnes doctores ibid. cit.
loquuntur in diuerſis term. prout caſus di-
ſtinximus, & hoc ipſum plenius enucleaui-
mus *ſup. d. cap.23. parti.1. per tot. par.2. n.52.*
et ſeqq. et etiam antecedd. ibi.

9 † Aduertas autem Notarium, Iudices, &
alios officiales pro abſentibus & ignoranti-
bus ſtipulari poſſe, ſed cū hiſce declarationi
bus, vt Notarius, vel Iudex in actu ſui offi-
cij pro abſente ſtipuletur, ſcilicet Notarius
in actu de, quo à partibus fuit rogatus: Iu-
dex in actu iudiciali, ſecus ſi extra officium
ſuum alteri ſtipuletur, nam vti à priuato
10 facta haberetur ſtipulatio huiuſmodi.† Se-
cundo, vbi verba promiſſiua ſunt collata in
perſonam Notarij, ſecus ſi ad abſentem re-
lata forent, nam ſtipulatio eſſet funditus
nulla, Ideoque Notarij dicere ſolent. *promi-*
ſit mihi Notario, tanquam publicæ perſonæ ſti-
pulanti pro Titio abſente vel pro omnibus, quo-
rum intereſt, aut in futurum intereſſe poſſit, vt
notat Peregr. de fideic. art.51. nu.13. poſt Bal.
Ang. Aret. et Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler.
ff. de verb. oblig. et alios (vt ibi per eum) citat.
Seraph. de priuil. iuram. priu.24. num.5. et 6.

CAP. VIGESSIMVMSEXTVM.

Quod filij non poſſint repudiata hæreditate feudum retinere.

SVMMARIVM.

1 *Si res ſit tranſitoria pater cenſetur filijs vt hæredibus ſtipulatus ſecus in non tranſitorijs,* & origo huius opinionis *ibid. et num.4.*
2 *In dubio pater cenſetur ſtipulari filijs vt hæredibus. quod refellitur. num.9.*
3 *Vnde non poſſunt conſequi niſi ſint hæredes.*
5 *Filij ſuccedunt æqualiter in operis declarato. §. ſi liberi.*
6 *Et declarata* l. ſi quis operas.
7 *Queſtio an filio vt filio etc. multarum confuſionum cauſa, examinato* Loffr. *et num.10.*
8 *Operæ officiales in ſolos filios tranſeūt, et an etiā repudiantes.*
11 *Iſern. ſibi contrarius animadnertitur*
12 *Cauſa à modo diſtinguenda.*
13 *Et vtrum filij conſequantur ex iure proprio an paterno.*
14 *Si paterno oportet eſſe hæredes.*
15 *Et ius paternum dicitur, quia pater fuit contemplatus, et ius in eo principaliter radicatum, et filij ſecundario conſiderati et ſeqq.*
18 *Emphyteoſis capitur à patre ſi pro ſe vxore et filijs.*
19 *Quare vitium patris nocet.*
20 *Et vnicus contractus et vnica ſtipulatio eſt, ex qua tàm pater quàm hæredes admittuntur.*
Exemplo tradito de radice ad truncum. ſub eod.
21 *Filij acceptò ferunt initium acquiſitionis patri, et ius ſuum.*
22 *Et pater poteſt ſe priuare, vnde non capient poſtea filij ex ſucceſſione.*
23 *Limita vt poſſit feudum retineri repudiata hæreditate.*

1 IAm† verò ad quintum accedamus; quid iuris ſit quando pater ſtipulatur ſibi & filijs, quantum ad effectum an poſſint filij delata hæreditate repudiata rem retinere: circa quod communiter diſtinguitur, vt ſi res ſui natura ſit tranſitoria ad quoſcunq; hæredes, pater cenſeatur filijs vt hæredibus ſtipulatus, ideò filij non poſſint hæreditatē repudiare, & rem conſequi in ſtipulatum deductam, ſi non ſit tranſitoria, pater cenſeatur filijs, vt filijs ſtipulatus, & ideò etiam vt ijdem met abſtinentes ab hæreditate paterna eam rem conſequi poſſint: hæc videtur

tur originaria opinio Bart. in l. vt iuriſiurãdi.
§. ſi liberi ff. de op. libert. in l. ſi tibi decem. §. ſi
pactus. ff. de pact. in l. quod dicitur. 130. num. 6.
de verb. oblig. Alex. in hiſmet locis, præſertim
in d. §. ſi pactus ſub num. 8. & alij quoque com-
muniter, & in l. ſi non ſortem. §. libertus. ibique
Iaſ. ſub num. 32. & ſeqq. ff. de cond. ind. plures
affero in dec. Flor. 51. num. 20. & ſeqq. & ſupra
cap. 18. in princ. & cap. anteced. vbi latè expli-
2 caui † licet in dubio (ſecundum docto. cõ-
muniter) pater cenſeatur ſtipulatus pro fi-
lijs vt hæredibus, vt per Alex. ſub d. num. 8.
& de communi Surd. dec. 322. nu. 32. & ſeqq.
3 † Ita quod non ſolùm abſtinere non poſ-
ſint ab hæreditate delata, ſed & ſi delata nõ
ſit; non aliter poſſint conſequi huiuſmodi
rem, niſi fuerint hæredes, inferat & probet
Surd. ead. dec. 322. num. 39. in fin. & num. 40.
& id multò magis accedẽtibus coniecturis,
de quibus ibi & nos in dic. dec. Flor. 51. num. 26.
4 † Sed addimus in præſentiarum originem
quod ſui natura non tranſitoria, hæc tran-
ſeant in filios etiam abſtinentes ab hæredi-
tate paterna, acceptó referri glo. magna ad l.
non ſortem. §. libertus. ſub 6. differ. verſ. Item
quia: ſeu Bart. in prædict. loc. quatenus in ma-
teria operatum volunt, quod ſi pater ſit ſibi
& liberis ſtipulatus, liberi, ſeu filij poſſint
abſtinentes conſequi operas à libertis per
d. l. vt iuriſiurandi: § ſi liberi, & l. ſi quis operas
ff. de oper. libert. l. quodcunq. §. ſi quis ita ff. de
verb. oblig. & quod ex hoc (de ſtipulatione
ſcilicet operarum argumentum ſit tractum
ad feuda, & emphyteoſim) patet ex cit. ſupra
mox, & in alijs loc. præſertim verò ex Iaſ. in d.
§. libertus num 33. ad quos remitto.
5 † Verùm hoc totum eſt erroneum, & ſub-
lato fundamento d. §. ſi liberi: corruet omne
ſuper ædificatum. In eo enim §. ſi liberis nil
aliud dicitur quã quod filij ęqualiter ſucce-
dunt in operis: ex hoc autem inferri. ergo
licere filio abſtinere hæreditate paterna,
minime poſſe ſatis colligitur ex dictis ſupra
cap. 22. & ad cap. 15. per tot. & nunc damus
inſtantiam de feudo, in quo viriliter ſucce-
ditur, vt in d. cap. 15. ſub princ. & tamen hæ-
reditate repudiata retineri non poſſe mani-
feſtum eſt nec dicamus cum Bart. in d. §. ſi li-
beri. ſub num. 4. hoc ita eſſe in feudo ex con-
ſuetudine, quia imò eſſe ius commune, &
communiſſimum, tàm in feudis, quàm in
alijs continue oſtendimus; & ſupra cap. 23.
num. 106. & infra (antequam hinc recedamus)
oculis ſubijciemus: dixerimusq; magis ex er-
roribus errores, & dato vno inconuenienti
alia multa ſubſequuta &c. vt dicebamus in
6 huiuſce tract. præfat. nu. 12. & ſeqq. † In l. verò:
ſi quis operat. de oper. libert. nil aliud dicitur
quam quod ſtipulatio operarum ſibi & li-
beris etiam ad poſthumos pertinet. in d. l.
quodcunq; §. ſi quis ita: de verb. oblig. non agi-
tur caſus noſter, in quo ſibi & filijs; ſed agi-
tur de ſtipulatione ſoli filio facta poſt mor-
tem filio ſuo dari, qui eſt alius, & diuerſus
caſus, & de quo ſupra cap. 19. per tot. præſer-
tim in princ. melius forte allegari potuiſſet
l. cum Patronus. §. cum libertur, & l. ſi operarũ.
ff. de op. libert. vt facit Iſern. ad tit. an agnat. vel
fil. ſub numer. 2. vbi per hanc l. operarum tenet
quod filius, etiam non hęres feudum habeat
iuxta prædictam opinionem; & ad tit. de al.
pat. fen. §. & ſi libellum, vt vtrobique allegans
etiam d. §. ſi quis ita, & add. ad Iſern. in titul. an
agnat. &c. num. 4. in verb. prouidentia col. 2.
ante fi. ſed de his mox aptiori loco dicemus.
7 † Verùm, ſi vis ampliùs deguſtare incon-
ſtantias, & vlterius confuſiones circa hæc
Doct. An filio, vt filio an verò vt hęredi, con-
ſidera aliam diſtinctionem Bart. in l. quod di-
citur de verb. oblig. iuncto Loff. in conſil. 1. vbi
num. 66. eam ponit inter rem quæ non po-
teſt transire ad filium, niſi vt hæredem,
& rem, quæ non poteſt tranſire ad illum,
niſi vt filium, poſtea (ſubdens) ſi ſit res quæ
poſſit tranſire ad filium, vt filium, & eadem
poteſt tranſire ad eum vt hæredem, tunc
in dubio tranſit ad eum, vt hæredem: hæc
verò an te reſoluãt, an poſſis repudiata hę-
reditate rem retinere quæ (dicam primo)
illa res eſt quę non poteſt tranſire ad filium
niſi vt filium? cũ ſimus in ſtipulatione, vbi
8 ſemper filio vt filio fit ſtipulatio † Atqui po-
teſt verificari de operis officialibus, quæ in
ſolos filios tranſeunt Goffred. in d. l. cum pa-
tronus. §. cum libertus. num. 4. in fin. iuncto nu.
5. col. fin. Hoc ita eſto; verificabitur ne tamẽ
quod ad ſolos filios vt filios ita pertineant,
vt etiam non hæredes ipſi conſequantur?
minime verò, cum ex d. §. cum libertus. nõ
poſſint filij conſequi opereas, niſi vt hære-
des, & quidem immediati, adeo quod quã-
uis hęredes (ſi ſint hęredes hęredum) non
9 admittantur † Sic fac eſſe tale quid, quod
poſſit tranſire ad filium vt filium, & idem
tranſire ad filium vt hæredem, vbi intrare
poteſt hoc dubium vt in dubio tranſeat ad
filium vt hæredem: cum omnimode & cer-
tudinarie hęredem eſſe oporteat? cum cer-
ta ſit circa hoc iuris diſpoſitio, vt ſi quid cõ-
petat iure proprio, non oporteat, ſi hæredi-
tario oporteat, ſi etiam alio titulo ſingulari,
non oporteat, prout facti ſpecies, occaſione
quo in caſu verſemur, demonſtrabit. quid
10 ergo in his immorari? † Quare ſequere le-
gere Loff. in d. conſ. 1. nam num. 99. titubat, &
ſub numer. 107. (naufragium faciens) ne-
ſcit quo ſe vertat, quinimo videtur recedere
à Bart. vt nomen filij intelligatur de eo, vt
hærede in tranſitorijs, vt ſic procedat etiã
in non tranſitorijs, vt in feudo, ex eo quod
fit

ſit poſſibile feudum eſſe tranſitorium ad fi-
lios, vt hæredes: quod nihil eſt, & ipſemet
non acquieſcit vt ibi. Sed nullus eſſet finis
11 (hac in re) confuſionum, † nec mirum ſi
Iſern. ipſe, ſibi fuit contrarius *vt d.num.* 107.
nec vllomodo ſaluabilis, *quicquid fruſtra pro
eo, et ad eum ſuſtinendum conetur Loffr. ibi*, &
12 paſſim *per conſ. tot.* † Quare alius exitus ex-
quirendus. Repeto cauſam à modo diſtin-
guendo *vt in cap.* 18. *ſupra num.* 17. *et ſeqq.*
13 Modum verò in duobus conſiſtere † an ex
perſona propria filij acquirant, an verò ex
aliena: & ex propria quidem perſona, qua-
tenus proprio iure nitātur *iuxta trad. cap.* 19.
per tot. At ſi ex aliena, dupliciter vel ex per-
ſona patris, vel alterius: ſi proprio iure nitā-
tur filij, vel alterius, quā patris poterunt re-
pudiare hæreditatem paterna remque reti-
14 nere † ſi iure patris, non poterunt, hic verò
eſt caſus quando pater ſibi & filijs ſtipula-
tus eſt, vt de hoc latiſſimè cap. 33. diſcuſſum
nec eſt repetere neceſſarium.

Hùc enim verè cadit, quod non poteſt
vnum ſine altero haberi: ratio eſt, quia vtrū-
que eſt quid hæreditarium, hæreditas autē
ſcindi non poteſt *vt ſupra cap.* 6. *num.* 22. 23.
& 25. *& cap.* 8. *num.* 1. *& ſeqq.* nec ſupereſt
15 alius titulus quàm ſucceſſionis † Quia titu-
lus principalis & immediatus, ſeù ius prin-
cipale, & immediatum & quod ſumpſit ori-
ginem, quod fuit formatum, radicatum, &
fundatum in ipſo patre acquirente, tranſit
in eius hęredem, vel ſucceſſorem, qui in eo
iure dicitur repreſentare defunctum, non in
alio, fortè poſtea ſuperuento, *vt per Aretin.
mox cit. & alios.* & dicitur ſucceſſor vti iure
defuncti, & eius acceſſione vti & inniti ſecō-
dariò, & acceſſoriè non principaliter *vt ſup.
d. cap.* 23. *num.* 125. *& ſeqq. & ad num.* 28. *&
ſeqq. vbi alia ad hoc ipſum, licet me referā ad*
16 *hunc locum*. † & in term. feudi noſtris eſt
doctrina *Loffred. in conſ.* 1. *num.* 132. *& melius
num.* 179. vbi quod dominus concedens cō-
ſiderat ſeruitium eius, cui concedit princi-
paliter, ſeruitium deſcendentium, ſecun-
dariò: *& ad tit. epiſc. vel Abb. ſub princ.*
17 † vbi eleganter, dum eum tex. defendit, cul-
pā patris filio nocere: quoniam (ait) dum
dominus conceſſit feudum Titio & filijs,
principaliter elegit, ac reſpexit patrē, *& idē
Mar. Fret. de ſuf. feu. lib.* 3. *ſub n.* 15. *col.* 2. *ſub
med. & col.* 3. *in princ.* & ideò cum ſpes filio-
rum eſſet (vt ſubijcit ibid. Loffr.) principa-
liter fundata in perſona patris, feudum re-
uertitur ad dominum: & dominus recupe-
rat hoc feudum quaſi cauſa, ob quam de-
dit, non ſecuta, & quod infeudatio eſt do-
natio ob cauſam: quod nota ad multa, in
quibus lapſum eſt, eo ipſo quod Doctores
idem in feudo ac emphyteoſi ſtabilierunt
non nocere factum patris filijs, ſicut non
noceret in term. vel donationis ſimplicis
vel fideicommiſſi, aut aliorum iurium pro-
prio iure ad filios ſpectantium: quia in feu-
18 dis, filij iure patris nituntur. † Confert quod
ait *Cald. de veno. emph. q.* 19. *ſub n.* 82. adducē-
do *l. ſi tibi. §. ſi pactus ff. de pact. l. iuriſiurandi.
§. ſi liberi. ff. de oper. liber.* in term. emphyteo-
ſis conceſſæ pro ſe vxore & filijs, quod ea
capiatur à patre eo mediante, & ſtipulante.
19 † Quapropter vt eius capacitas tanquam
in capite fundatur, ita & in membris vitiū
20 nocere neceſſe eſt † *& quod ait add. ad Ioan.
de Anan. conſ.* 10. *ſub num.* 6. vbi quod vnicus
eſt contractus, & vnica ſtipulatio, ex qua
tàm pater, quàm hæredes admittuntur, &
quę primò completur in patre, & ipſo mor-
tuo, renouatur in filio: ſic radix humorem
proprium diffundit ad truncum, & ad ra-
mos, & fit ex omnibus ſimul vna arbor: ſic
ſuper poſito fundamento fiunt parietes, &
hinc reliquę partes domus inſtituūtur, vt ta-
men, & arbor, & domus non ſolum originē
& principium recognoſcant à radice, ſeu
fundamento, ſed etiam eſſentiam & formā
ad Caſtr. conſ. 164. *ſub nu.* 3. *lib.* 2. *vbi pulchrè,
& Ang. conſ.* 110. *num.* 2. *& ſub* 3. *vbi etiam in*
21 *term.* feudi. † eadem ratione fit idem & in
patre prouidente ſibi & filijs, vt filij non ſo-
lum originem patri acceptò referant, & ini-
tium, *vt ait Menoch. in conſ.* 705. *nu.* 33. *lib.* 8.
ſed & ius ipſorum, ita quod non iure pro-
prio, ſed ex ſucceſſione dicantur habere,
22 ideſt ex iure paterno. † Vnde ſi non repe-
rirent in hęreditate ſeù in ſucceſſione, quia
pater ſe fortè priuaſſet, nō poſſent in eo ſuc-
cedere, *vt ait Caſtr. in l. idem Iulianus. §. ſi quis
alicui. ſub num.* 4. *ff. de leg.* 1. *cuius verba retuli*
ad quandam huius (quod dico) maiorem
explicationem, non quod in reliquis, quæ
ibi, dicit, ſequendum cenſeam: dum ait in
feudis (ſtante ſtipulatione pro ſe & liberis)
filios habituros, etiam ſi repudient hæredi-
ditatem paternam: cum hoc ſit manifeſtè
falſum, *tàm ex prædict. quàm ex alijs &c.* & eſt
à rationis naturalis dictamine longè alienū,
quod pater (huiuſmodi formula filios ſe-
cum vocans) vnquam eandem formulam
cogitauerit trahendā in conſequentiam cō-
tra ſe ipſum, *vt de hoc ſupra d. cap.* 3. *nu.* 138.
& ſeqq. vbi plenè.
23 † Hoc limita, vt poſſit repudiata hęredi-
tate feudum retineri per filium in caſu de
quo *ſupra cap.* 13. *num.* 20. 24. ibi recurre Et
interim conclude non poſſe filios repudia-
ta hæreditate feudum retinere, ſecundum
prædicta, & ſecundum *tex. tit. an agnat. &c.
& §. filius. de Capit. qui cur. vend.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. VIGESSIMVMSEPTIMVM.

Quod filius non delata hæreditate poſſit feudum retinere.

S V M M A R I V M.

1 *Quod filius non delata hæreditate poſſit feudum retinere.*

2 *Hic eſt effectus ſtipulationis pro ſe & filijs, vt filij omnino habeant, etiam hæredes non inſtituti.*

Fortè præteriti, & qui nolint nullum dicere teſtamentum. ſub eod.

Limita vt. ſub eod.

3 *Vel ſi relicta ſit legitima filio, alio hærede inſtituto.*

4 L. cum patronus. 22. §. cum libertus. l. ſi operarum. 29. de op. libert. declarátur. *& ſeqq.*

5 *Vnuſquiſque ſibi & hæredibus ſuis cenſetur ſtipulari, quod aliquando de ſolis liberis intelligitur.*

6 *Operę officiales tranſeunt in ſolos liberos & ratio.*

7 *Opera ſoli patrono promiſſæ non tranſeunt in filios, niſi fuerint hæredes ex eius iuditio.*

8 *Ex eo quia (non adiecta clauſula liberiſque eius, an ſi adiecta eſſet, poſſent filij non immediatè hæredes in operis ſuccedere. et num. 9.*

10 *Dicti textus ſupplent ſibi inuicem in eo quod alteri deficit & ſeqq.*

11 *Non hæres, idest cui non ſit delata hæreditas.*

12 L. quodcunque. §. ſi quis ita. de verb. oblig. citata per Iſern. *non facit ad propoſitum.*

13 *Si delata non ſit hæreditas, eſt verùm ſemper, & in omni materia, ſiuè tranſitoria ſiuè non tranſitoria, poſſe filios conſequi etiam non hęredes in ſtipulatione ſibi & filijs.*

14 *Vt in term. donationis rei tranſitoriæ ad omnes.*

15 *Reprobata diſtinctione de tranſitorijs vel non tranſitorijs.*

16 *Diſtinctiones operarum officiailum & artificialium, et quid ſint, et quomodo tranſeant ad hęredes vel filios. num.* 17. *et* 18.

19 *Filius non hæres, quia non delata hæreditas, non poteſt venire contra factum defuncti.*

20 *Ratio, cur non delata hæreditate, filij nihilominus conſequantur, admittenda etiam in feudo mixto.*

21 *Quæ ratio conuenit et tranſitorijs et non tranſitorijs.*

22 *Vbi eadem ratio, ibi idem ius.*

23 *Oportet eſſe capacẽ tempore delatæ hæreditatis, vt quod ſeruus tali tempore reperiatur liber.*

24 *Legitimè factum retractari non debet.*

25 *Locatio operarum in perpetuum an permiſſa.*

1 SVpereſt † ſexto, & vltimò, quid iuris ſit
(quando pater ſibi, & filijs ſtipulatur)
quantum ad effectum, an (ſi non ſit delata
filijs hæreditas) poſſint filij rem in ſtipulatũ
deductam retinere: hæc quæſtio in feudis,
& emphyteoſi eſt iam reſoluta, quod ſic; vt
2 *ſupra cap. 16. per tot.* † & hic (*vltra alium ſupra cap. 22. num. 137. et ſeqq. adnotatum*) eſt
verè effectus huiuſcemodi ſtipulationis, vt
omnimodo filij habeant ſiuè hæredes inſtituti,
ſiuè etiam præteriti, & nolint teſtamẽtum
de nullitate impugnare, prout non cogũtur
de nullitate dicere ſi nolint *iuxta Alber. Bart. et alios ad l. filio præterito. 17. ff. de Inius. rup. Mynſing. Inſtit. de exered. lib. lib6. etc. et in term. Iacob. de Ardiz. in ſua ſummà. de ſucceſſio: feu. verſ. Item quæritur, quem refert Add. ad Iſer. tit. An agnat. ſub numer. 4. lit. x. verb. prouidentia col. 2. ad princ. et per tot. col. et poſſint* approbare dummodo ex certa ſciẽtia *Brun. de pot. et eff. formę et ſolen. lim. 28.* licet
in præiudicium tertij non propterea
valeat teſtamentum, *vt ait Ceph. conſ. 133. numer. 121. lib. 1.* dummodo tamen non
ſint ex hærodati (*vt infra nu. 11. et c. 51. num.*
3 *7. et ſeqq.* † & ideo habebunt filij in caſu, ſi
pater eis reliquerit legitimam alio hærede
inſtituto, vt latè dictum eſt *cap. 23. num. 137. per tot. cui nouiſſimè addo Reg. Lanar. in rep. tit. de ſocc. feu. nu. 22. et probat tex. in iure, qui eſt ſingularis in materia) l. cum patronus. 22. §. cũ libertus iuncta l. ſi operarum 29. ff. de op. libert.*
4 † Nam hic tex. duos caſus cõtinet, primum
cum libertus promiſſit ſe daturum operas
patrono ſtipulanti, & acceptanti, non adiecta
formula ſibi liberiſq; eius quo, caſu videtur
quod ad ſolum Patronum pertineat
5 ſtipulatio. † Verùm quia vnuſquiſq; ſibi, &
hæredibus ſuis cenſetur ſtipulatus, id quod
ſecundum ſubiectam materiam, aliquando
de ſolis liberis intelligitur, & ideò ad ipſos
etiam extenditur ſtipulatio, *vt eſt in tex. cap. vn. de duobus fratribus à cap. inueſt.* ita eſt in
ſtipulatione patroni ſimpliciter concepta,
vt extendatur etiam, ſed tamen ad liberos
tantum *vt in d. §. cum libertus, et eſt in glo. magna in fin. ad l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de cond. inde. Goffred. in d. §. cum libertus. nu. 4. ad fin. et ſub num. 5. col. fin. ſub princ. verſ. et ſicut.*
quia ad extraneos non tranſeunt officiales,
ad quas ille tex. eſt reſtringendus, & de eis
intelligendus *vt per Goffred.*
6 † Quippè quę (cum cohærant perſonæ)
ſint intranſmiſſibiles, nec in alium, præterquam
in filium, tranſmittantur, ratione peculiari
ob identitatem perſonę cum patre
iuxta Goff. in d. verſ. et ſicut, et in l. ſeruus 10.

ſub

ſub prin. verſ. Item. licet, et in l. à duobus ſub nu. 2. circa med. col. verſ. vbi alibi, et in d. l. ſi operarum ſub num. 1. et nu. 6. ſub princ. verſ. aut non eſt, et num. 7. et ſub num. 5. col. 2. verſ. aliqui tamen, quicquid ſit de artificialibus vt in iiſd.
7 locis. † Ideò ad filium nõ tranſibunt operæ ſoli patrono promiſſæ, niſi fuerit hæres eius ex eius iudicio, ideſt hęres eius immediatus *l. ſciendum 70. §. idem dicitur de verb. ſign.* per quod confirmatur, quod dicimus aliquid poſſe ſpectare filio vt filio, quales ſunt operæ (vt diximus officiales) & tamen non poſſe eundem id conſequi, niſi demum ſit, & hæres, & quidem immediatus, & per directum, ita quod non ſufficiat hæredem eſſe per alium ſeu per indirectum, ſed hoc dictũ ſit obiter, dum tex. explicamus vt faciliùs ad intentum deueniamus.

8 † Alter verò caſus qui continetur eo tex. *§. cum libertus*, & qui inſeruit materiæ præſenti, eſt quatenus ex eo quia non adiecerit (liberiſq; eius. An per hoc) ſi adieciſſet liberiſq; eius (à contrario ſenſu) inferri poſſit filium etiam hæredem non immediatum, ideſt per alium hæredẽ exiſtentem, in operis ſuccedere. Hanc quæſtionem non reſoluit *d. §. cum libertus* ſed reſoluit tamen *tex. l.*
9 *ſi operarum.* † vbi clare his verb. *filio autem, et ſi hæres non extat, omnimodo competit dum-*
10 *modo non exhæredatus.* † Ac vt *d. §. cum libertus* hoc mutuat *ex l. ſi operarum* & ex ea ſuppletur: ita e conuerſo, etiam *d. l. operarum* (ne ſit ingrata) aliquid mutuat *à d. §. cũ liber*tus, & capit ab eodẽ ſupplementũ quoddã: nam dum ſupponit filio competere operarum iudicum, etiam non hæredi, extraneo verò non competere, neceſſariò ſupplendũ eſt, quod ſimus in caſu vbi adiecta fuit formula (ſibi liberiſque eius *de qua in d. §. cum libertus*, vt de qua etiam ſtipulatione *eſt tex. in l. ſi quis operarum. §. eod. tit.* vt propterea ex his duob. locis ſimul iunctis optimè probetur filium huiuſmodi ſtipulatione ſibi & liberis ſeu filijs comprehenſum etiam non hæredem conſequi rem in ſtipulatum de-
11 ductam, † Non hæredem, inquam, non ideò, quia poſſit hæreditatem delatam repudiare, ſed non hæredem, quia non ſit ei delata, alio putà inſtituto, vt in his termin. loquuntur ambo tex. dum (ad oppoſitum filij non hæredis) ponitur exemplum de ſeruo inſtituto *vt in d. §. cum libertus*, & dum ad oppoſitum filij non hæredis, ponitur hęres extraneus, imò verò ſuppouitur filius dummodò non exhæredatus *in d. l. ſi operarum*: ibi niſi exhæredatus ſit; quaſi inferri voluerit quod filius quoquomodo intellectus vel inſtitutus, vel pręteritus, dummodo expreſſim non exhæredatus conſequatur operas à patre ſibi & filijs ſeu liberis ſtipulatas *ſicut in ſpecie ad Goffr. in d. §. cum libertus. numer. 5. col. fin. in princ.* & ita locos contrarios paſſim tales reputatos, quam bellè conuenientes inuicemq; ſibi ipſi adminiculãtes ex hac interpretatione aduerte, quam quidem interpretationẽ in ſola illa *l. ſi operarum*, quod non hæres intelligendus ſit, quia non poſſit, quia delata non ſit, non quia delata poſſit repudiari, fũdatam *in d. l. ſi operarũ*, corroborat & ſequitur etiam *add. ad Iſern. tit. An agnat. &c. ſub num. 2. lit. L. verſ. in hoc ſuccedit etiam qui non eſt hæres: in fi. addit. vbi pariter ſe refert ad aliã addit. in verſ. quanquam ſit ex pacto & prouidentia, quę eſt ibid. ſub num. 4. lit. X vbi latiſſimè col. fin. per tot. & nouiſſimè Reg. Lanar. in rep. tit. de ſucc. feu. ſub num. 26. & ſeqq. vltra citatos pleniùs dict. cap. 16. ad eos remitto.* † eo nõ
12 omiſſo, quod citatur *ibid. per Iſern. & add. ad eum d. l. quodcunq. §. ſi quis ita. de verb. oblig.* re vera non faciens ad caſum noſtrum, cum ibi principaliter ſoli filio ſtipulatus ſit Pater; At in noſtro, patri principaliter & primo loco: filio verò ſecundariò, quæ inter ſe
13 differunt *ex latè poſitis ſub cap. 18.* † Ac ne illud quidem ſilentio inuoluendum? iſta nos intelligere in omni materia, in qua pater ſibi & filijs prouidendo ſtipulatus ſit, ſiue ea ſit ſui natura tranſitoria ad hæredes, ſiue non tranſitoria, vt ſi non delata ſit hæreditas, res in ſtipulatum deducta nihilominus
14 à filio capi poſſit, † vt in term. donationis, & rei ſui natura ad extraneos tranſmiſſibilis donatæ, dicit, *Cauagnol. in obſeru. ad Menoch. conſ. 40. ſub nu. 49. vbi eleganter (meo iudicio) & per Bertr. in conſ. 235. ſub nu. 11. ſub princ.*
15 *vol. 2. par. 1.* † vbi in ſpecie reprobat diſtinctionem *Bart.* de rebus tranſitorijs, vel non tranſitorijs: Circa quòd viden. etiã *Cauagn.* ad interpretandum, & euitandum ipſum *Bart.* hic mox citatum.

16 † Ceterùm diſtinctionem, & optimam declarationem operarum ſi vis percipere, vide omninò *Alciat. [egregiè] ad l. ſciendum.*
17 *77. num. 5. lit. d. ff. de verb. ſign.* † vbi operarũ duplicem eſſe ſpeciem, quæ officiales dicũtur, ideſt perſonam patroni reſpicientes: & quæ artificiales, quæ ad artificium; quæ autem exercitium aliquod, ſeu aſſiduitatẽ nõ complectuntur, ad obſequium attinẽt, nec
18 operarum nomen habent, † & ibi latiùs, quemadmodum tranſeant vel ad filios tantum, vel ad hæredem primum tantum, vel ad hæredes hæredum atque etiam ad filios etiam ſi non ſint hæredes. In quo tamen ego latior fui, vt ſupra; vbi eſt alia remiſſio *vt in cap. 13. ſub num. 32.* pro hac materia.

19 † Adde his, quod licet filius in caſu non delatæ hæreditatis non cogatur eſſe hęres, non poterit tamen eo prætextu, quod non

ſit hæres, venire contra factum defuncti *vt*
per Piſtor. q. 1. n. 70. verſ. ecce quã doctè par. 2.
30 *poſt Camer. per eum allegat.* † & adde ratio-
nem cur non delata hæreditate filius nihi-
lominus admittendus ſit ad feudum, quia
quoties non ſtat per eum, qui ad feudum
vocatur, quin adeat hæreditatem defuncti,
debet admitti etiam in feudo [quod aiunt]
mixto, ſcilicet pro ſe & hæredibus, quia illa
conditio, ſub qua illud defertur, pro imple-
ta habetur *Alu. & Bal. ad tit. An agnat. vel*
fel. Ioann. Bapt. Ferret. conſ. 178. num. 7. & 8.
vbi pulchrè. cum alij citatis per *Phanuc. hãc*
ipſam rationem ſeu motiuum nominatim affe-
rentem in tract. diu. de Inuentar. cap. 243. n. 29.
Rol. conſ. 53. nu. 25. vol. 3. conſ. 48. nu. 50. vol.
4. Theſ. dec. 99. num. 24. Clar. §. feudum q. 9.
Peregr. conſ. 11. n. 4. & volum. 1. Menoch. conſ.
31 *816. num. 24. conſ. 1033. num. 18.* † quæ qui-
dem ratio tam conuenit alijs rebus ſui na-
tura tranſitorijs quàm feudis; & ideo corro-
boratur veritas eorum quæ diximus *ſup. hic*
32 *num. 13. 14. 15.* † quia vbi eadem ratio ibi
idem ius *l. illud. ff. ad leg. aquil.*

33 † Intellige prædicta in eo, qui tempore
delatę hæreditatis fuit capax, nam ſeruus
reſtitutus ad libertatem, poſtquam alijs ſuis
forte fratribus iam erat hęreditas delata, &
acquiſita, non admittetur ampliùs ad feudi
34 ſucceſſionem, † ne (quod legitime factum
eſt) ſuperuenienti facto poſtea retractetur,
qui ſi re integra ideſt nundum delata & ac-
quiſita manumiſſus fuerit, in feudum rectè
ſuccedere poterit, *vt eſt in tex. tit. ſeruus poſt*
delat. ſucceſ. manumiſſ. in feu. non ſuccedere.
106. inter fragm. feud. apud. Cuiac. & hic etiã
nota hunc locum, quatenus de cohæredi-
bus loquitur, & de ſucceſſione delata con-
iunctim, & per modum acquiſitionis feudi:
per quæ ad rem noſtram ſeu rationem pro-
ximè accedi patet.

35 † Adde ad materiam operarum profun-
dæ memoriæ & eruditionis legalis virum
D. Nouar. nouiſſimè in perleganti ſua pra-
xi dationis in ſolutũ *poſt Collectan. dec. Neap.*
par. 2. q. 14. per tot. vbi locare operas in per-
petuum eſſe ſpeciem ſeruitutis, an admittẽ-
di huiuſmodi locatio, vbi poſſe, ſed cũ hoc
quod locator non cogatur præciſe ſeruire,
& poſſit ſoluendo intereſſe ſe liberare: ſub-
limitando vt fauore eccleſiæ licita ſit loca-
tio, nec intret ſolutio intereſſe, ſed omninò
operę ſint preſtandę &c. vt ibi plenius cum
pluribus iudicatis.

CAP. VIGESSIMVM OCTAVVM.

De vltima oppoſitione contra nouam rationem tit. An agnat.

S V M M A R I V M.

1 *Conceſſa ratione noua* ad tit. An agnat. *multa ſubuertentur. & præſertim diſtinctio feudorũ ex pacto & prouidentia, hæreditarij mixti & hæreditarij ſimplicis.*
2 *Quæ non videtur innouanda aut abolenda vt* late eod.
3 Ex l. non omnium. & l. ſeq.
4 *Non debemus eſſe nouarum opinionum inuentores.*
Licet noua inducere nomina. ſub eod.
5 *Subuerſio manifeſta oſtenditur.*
6 *Contrarium, quia diſtinctiones illæ ſint inutiles & pernicioſæ.*
7 *Intentio authoris non eſt eas omnino conuellere.*
8 *Sed de veritate inquirenda & quidem etiam cũ effectu.*

1 HActenus † de octaua oppoſitione con-
tra nouam rationem *tit. an agnat. &c.*
à cap. 18. vſque ad antecedens 27. ſed ſupereſt,
quod nonò & vltimò videtur omnibus an-
tedictis vehementer reſiſtere, quod ex dicta
(ſic poſita ratione) ſubuerterentur omnino
multa paſſim in feudis tradita, & inter cęte-
ra illa potiſſimum, adeò decantata doctri-
na, & nunc paſſim recepta diſtinctio feudi
ex pacto & prouidentia, & hæreditarij: ſi
quidem omnia feuda ſecundum prædicta
eſſent quid hæreditarium, ſeù hæreditaria,
& nullum ex pacto, & prouidentia, & quic-
quid ſit, omnia pariformiter cenſerentur.
2 † Quam tamen diſtinctionem nullo modo
abolendam ſubuertendamue dicunt. *Vult. de*
feu. cap. 8. num. 25. & ne plures, vbi neceſſe
non eſſe conſidero, recenſeam videatur
Roſent. in Synop. cap. 2. concl. 53. & in add. 1.
ibid. vbi, infinitis comulatis (more ſuo) tandem
dicit hanc diſtinctionem conſulendo, & de-
cidendo obſeruandam & eã à maiore om-
nium parte eſſe approbatam, & nouiſſimè
(vnico circa hoc ſolum ex profeſsò tracta-
tu) enixe eam defendere conatur *Carolus à*
Kirchberg. in lib. inſcripto. diſcurſus de feudo
ex pacto, & prouidentia, vt appellant, & feu-
do hæreditario *vbi cap. 1. num. 1. & ſeqq.* re-
latis etiam cõtra eam ſentientibus, & ad ſin-
gula accomodata reſponſione, *vt num. 32.*
& ſeqq. ipſe tenet communem diſtinctionẽ

à num.

Digitized by Google

à num.16.& ſeqq.vbi ſub num.26.amplius di-
cit hanc diuiſionẽ non modo iuri feudi nõ
repugnare,ſed eidem etiam vel maxime cõ-
ſentaneam eſſe: vt hinc (ſubijciendo *n.28.*)
non iniuria vehementer indignari videatur
Ioan. Aiſot. in diſp. feu. 2. num. 11. quod non-
nulli ex interpretibus noſtris hanc diuiſio-
nem adeo improbandam, & velut omni ra-
tione deſtitutam ex ſincera iuris feudalis
prudentia penitus exterminandã eſſe exi-
ſtiment, cum tamen non ſolum nihil in ea
reperiatur, quod tanta reprehẽſione dignũ
videri queat, ſed inſuper etiam bonis nita-
tur rationibus, quibus authoritatem ſuam
ab aliorum calumnijs tueri, ac vindicare
poſſit: & hinc etiam fiat, vt manere debeat
ſalua huiuſmodi diuiſio, *vt ſubijcit num. 30.*
tanquam iamdudum communi vſu rece-
pta, ita vt oleum atque operam ſit perdere
aliter eam tentare à foro relegare, ac reijce-
re *vt num. 29.* propter authoritatem com-
munis opinionis *propter quàm Hartm. Piſtor.
cum eandem diuiſionem multis argumentis im-
probaſſet in q. 1. num. 99. et ſeqq.* ſubijcit tan-
dem nolle ſe propterea cuiquam authorẽ
eſſe, vt vel cautas agendo hanc ſuam ſibi
ducem proponat ſententiam, idq; propter
auctoritatẽ doctorumqua, diſtinctio illhęc
nititur, *et alij vt apud eund. Carol. d. cap. 1. nu.*
3 10. † & eſt trita *reg. l. non omniũ ſũ l. ſeq. ff. de
legib.* non eſſe, quæ à maioribus noſtris con-
4 ſtituta ſunt facilè reijcienda: † At nouarum
opinionum *ne ſimus inuentores monet. Natt.
conſ. 149 ſub num. 7. Ozaſc. conſ. 60. num. 4.*

Etait Horatius.
Licuit ſemperque licebit.
Signatum præſenti nota producere nomen.

5 † Subuerſio reſultat manifeſta; quia ſi
feudum ſit ex pacto & prouidentia, ergo ex
prouidentia legis, vel conſuetudinis ſecun-
dũ vnos, aut ex prouidẽtia ipſius conceden-
tis ſecundum alios, *vt recenſet Carol. in d. di-
ſcurſu feu. sap. 3. num. 3. et ſeqq. vbi num. 5. ap-
probat primum ſenſum:* ergo nec quod feudũ
ſit quid hæreditariũ, nec quid aliud de alijs,
quæ diximus, & firmauimus poterit intrare
Imò vero intrabunt contraria vt puta om-
nia iura allata ad cap. 13. ſupra; quæ tamen
negabamus feudo poſſe applicari: aut alia
ad cap. 18. vel 19. per tot. demum, ſi feu-
dum ſit quid hæreditarium ſimpliciter, non
ne hoc ipſo, altera, (q̃ effingitur ſpecies) ex
pacto & prouidentia, tanquam contraria,
manebit ſublata in totum, extincta, & extra
rerum naturã? hoc patet ad ſenſum, & pate-
bit adhuc magis ex infra mox dicendis.

6 † At hiſce aut ſimilibus, quæ afferri poſ-
ſent, non obſtantibus, nec mouentibus, ea
ſum in ſententia huiuſmodi diſtinctionem
fuiſſe, non dicam inutilem, aut ſuperfluam,
ſed iniurioſã, ſed pernicioſam, ac vt, libere
dicam, peſtem, quæ vniuerſam feudorum
materiam infecit: an verò abolenda ea ſit,
aut an poſſit aboleri, hoc aliud eſt.

7 † Nec intentio noſtra huc tendit ad eam
radicitus euellendam contra prædicta, qui-
bus addo ſequutam hanc diſtributionem
etiam in ſummo Sacroque Rotę Romanæ
Tribunali *vt in dec. 375. numer. 7. in des. 404.
par. 1. tom. 11. apud Far.*

8 † De veritate (in pręſentiarum contendi-
mus exhauriienda) alia mox ſequentur ſua
ſponte, ſi non per omnia, omninò, aliqua
ſaltem pro parte, & cum aliquo effectu etiã
notabili non ſolum ſpeculatiuis, & veritatis
ac certitudinis amatoribus proficuo ſed &
conſulentibus etiam ac iudicantibus ipſis in
pleriſque: *V*erùm vt aliquo ordine, ne & ipſi
cum alijs confundamus, vel confundamur
in hiſce explicandis procedentes. Hanc per-
niciem, & iniuriam in tribus diſtinctim di-
ſquiremus, & examinabimus, quoad iniuriã
ipſimet illatam *tit. an agnat. vel fil. etc. ſeù §.
filius. de sapit. qui sur. vend. primo loso:* deinde
quoad illatam in fõte ipſo feudorum mate-
rię, ſcilicet ipſiſmet alijs contextibus conſti-
tutionibus concluſionibuſue feudalibus &
3. ac vltimò, quoad illatam ipſiſmet feudo-
rum interpretibus.

CAP. VIGESSIMI OCTAVI.
Partic. 1.

De Iniuria contra tit. An agnat. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Iniuria et pernicies contra* tit. An agnat. &c. *proponitur.*
2 *Feudi diſtinctiones non textuales ſed magiſtrales*
3 *Feudum mixtum non repertum apud Iſern.*
4 *Verba ad quid reperta.*
5 *Vox* hæredis *poſita in inveſtitura fasit quod oporteat eſſe haredem ex opinione* pyleanorum.
6 *Et etiam de iure communi.*
Sesus ſi pro ſe et filijs abſq, voce hæredis. ſub eod.
7 *Qui,* tit. an agnat. &c. *de feuda ex pacto et prouidentia ſolum intellexerunt et non de hareditario. et num.* 10.
8 *Cur introducta dicta diſtinctio.*
9 *Varia de ſuſſeſſioue iure ſanguinis vel hereditario remiſſiuè.*
10 *Cantra tamen.*
11 *Lumen non quarendum vbi claritas ſolis apparet.*

I An

An oporteat eſſe hæredem primi vel vltimi ſub eod.

12 *Diſtinctiones cur et quo caſu fiant in diuerſitate ſcilicet ſpecierum.*

13 *Seù ad conciliandas diſcrepantes diſpoſitiones.*

14 *Diſtinctiones prædictas non bene fuiſſe compoſitas probatur auctoritate.*

15 *Et inuoluiſſe materiam feudalem.*

16 *Quod liceat noua inducere nomina quomodo permiſſum.*

17 *Filij nomen expreſſum ab homine facere quod etiam non hæres acquiat reprobatur.*

18 *Reiectis fundamentis opinionis contrariæ.*

19 *Nec referre an vox hæredis proferatur à lege vel ab homine.et num.20.*

21 *Ad illud quod deterior fiat conditio filij reſpondetur remiſſiuè.*

ET primò de iniuria illa textibus *tit. An agnat. vel fil.etc.et tit.de c.qui cur.vend.§. filius.vt part.ſeq.*

1 † Vt iniuriam, & perniciem illatam ipſi *tit. An agnat. vel fil. &c.* iuxta propoſitum ordinem manu palpemus, dicemus duas de intellectu tit. An agnat. vel fil. &c. extitiſſe opiniones inuicem pugnantes: altera vt ille tex. ſolũ intelligi poſſit de feudo ex pacto & prouidentia, & non de hæreditario: alia verò vt de hæreditario tantùm, & non de ex pacto & prouidentia, vt videri poteſt inter cęteros *Hartm. Piſtor. de feu. q. 2. per tot. & alij cit. cap. 1.*

2 † Ex hac diſcordia parta hęc vocabula, prout huiuſmodi diuiſiones non eſſe textuales imò textibus ipſis, & naturæ feudali repugnare, & eſſe terminos magiſtrales à Pileo maximè & Bulgaro adinuentos, omnes vno ore concedunt *Iſern. ad tit. An agnat. &c. in princ. verſ. Hac autem verba. Camerar. in §. præterea ducatus. in princ. de prob. feu. al. per fed. fo. 762. Hartm. piſt. quæſt. iunc. cap. 1. ſub princ. & nu. 2. & 9. & n. 99. & c. 2. ſub princ. Carol. à Kirch. in diſcur. de feu. c. 1. nu. 4. 5. & 15. Intrig. de feu. quæſt. 48. in princ. ſubdens quæſt. 49. n. 3.*

3 † feudum verò mixtum nõ repertum apud Iſern. quia in ſuis comment. feudalibus nulla de eo fit mentio patet *ex Tom. de Mar. de feu. mixto num. 1.*

Illi qui cenſuerunt tex. non procedere in feudo conceſſo pro ſe & filijs, ſeu pro ſe & liberis poſteris &c. ita quod non ſit immixta (hæredis) vox: ideò moti ſunt, quia rigoroſum nimis videretur, quod filij non poſſent retinere feudũ repudiata hęreditate, Agnati autem poſſent; Vnde filij deterioris conditionis exiſterent quam agnati, cõtra omnia iura, & *de his dictum eſt ſupra cap.* 2. ideò & euitare hunc contextum, & ſaluare ſimul dum voluerũt, ſedere diſtinctionis iſtius huiuſmodi ſibi ſatis conſultum putarunt, vt de feudo pro ſe & hæredibus, quod hæreditarium mixtum, non de feudo pro ſe & filijs &c. quod ex pacto & prouidentia appellarunt, context. ille foret intelligendus.

4 † Cum enim teſtibus philoſophis, & refert in indiuiduo ad defenſionem huiuſce diuiſionis *Carol. in d. diſcur. cap. 1. ſub nu. 32.* verba ideò ſint reperta, vt res ſignificent, & ſint eorum quæ ſunt in anima paſſionum notæ, *vt aiunt Ariſtol. ac. I.C. in l. Labeo. ff. de ſupell. leg.* certè ſi hunc ipſum finem aſſequantur, & nos in cognitionem eius, cuius ſigna ſunt deducant, nihil eſt quod in eis tantoperè immoremur,; nihil eſt quod tam ſolicitè de verbis curemus, *niſi (& monet Quintil.)* maxima rerum verſentur momẽta, *& refert idem Carol. c. 3. ſub n. 7. & ad Hartm. Piſtor. pariter in propoſito de feu. cap. 1. ſub num. 9.*

Hæc verò cum manifeſta ſint, reſtat vt ſuppoſitum illud comprobetur; probatur autem *ex Roſent. in Syn. feu. cap. 2. conclu. 33.*
5 *per tot.* † Vbi vocem. *hæredis*, expreſſam in inueſtitura facere quod oporteat eſſe hęredem ex opinione Piſleanorum *vt ſub nu. 5. & ſeqq. iuncto num. 50. & ſeqq.* dum ibi facit differentiam an, filij, vox ſubintelligatur tacitè an verò exprimatur, quia primo caſu dicit feudum informe vel ſimplex, & procedere d. tit. An agnat. &c. in poſteriore verò dicit feudum ex pacto & prouidẽtia, quo caſu, filij, expreſſiorem reliquit diſpoſitioni
6 iuris communis. † De iure autem communi nos habere *tex. in l. cum Patronus. §. cum libertus. ff. de op. libert.* vbi (vt ait, ſi pater ſtipuletur liberis operas, eaſdem ijs acquiri poſſe, etiam ſi non ſint hęredes; ſecus ſi ſibi, & hęredib. vt verè ad eos non pertineant operæ, niſi ſint & hæredes ſicut & de feudo informi dicitur ergo (ſubdens) expreſſio illius vocis (liberis) plus energiæ, & efficaciæ habet, quam ſi tacitè actum inſit, *addẽdo ſub num. 55. 56.* vbi feudum datum ſit pro ſe, & filijs, fuiſſe receſſum ab illa diſpoſitione dicti tituli vt continuando eandem materiã, vt ibi, ex eius dictis pręcipue reſultet neceſſitas quædam præfatæ diſtinctionis introducendæ, vt quod ſub formulis varijs longiori ſermone eſſet vtendum id vna, aut altera voce, aut perpaucis ſane vocibus nominari poſſe: hæreditarium ſimpliciter, hęreditarium ſecundum quid, ex pacto, & prouidentia &c. *vt ibid. per tot. concl. 33. 34. 35.*

7 † Et idem omninò contingeret quoad eos, qui (totum è conuerſo cenſuerunt de feudo ſolo ex pacto, & prouidentia tex. an agnat. &c. eſſe intelligendum de quib. *Piſt. d. q. 2.*
8 *per par. 1.* quia eadem eſt ratio &c. † Quare omnem iſtam diſtinctionem videri in feudis introductam propter ſucceſſores, & ex diuer-

diuerſo ſucceſſionis iure, & alia ad rem iſtã
latius extendi *Vult.de feu. cap.8.num.25.per*
tot.& att Carol in diſc.feud.cap.1.num. 13.40.
9 *50.& ſeqq.* † vbi varia de ſucceſſione iure
ſanguinis, quæ in feudo ex pacto & proui-
dentia, & de ſucceſſione iure hęreditario,
10 quæ in feudo hæreditario verificetur. † In
tantum quod *Nicol. bader. diſp.4 numer.3.*
feudum ex pacto, & prouidentia eſſe deffi-
nierit, in quo tit. *An agnat. &c.* locum non
habeat.; Hęreditarium verò in quo locum
habeat, *vt refert Carol. in diſc feu.cap.3.n.27.*
Atqui (ſecũdum nos) & contra prędicta ob-
loqui incipiam in hunc modum, ſcilicet,
Qui ſoli lucem meliorem opponere vellet
nonne ſoli iniuriam quandam inferre di-
ceretur? Qui loco lucis addendæ tenebras
iniiceret, non ne damnum ſibi ipſi, & per-
niciem? & ſane ita contingit in pręſentiarũ:
Nam tex. noſter An agnat. vel fil. (vt limpi-
diſſimus ſol) ipſe per ſe ſe ſplendeſcit: hu-
iuſmodi vero interpretationes Cimerias,
tenebras, iniiciunt, vt patet ex prooem. ſu-
pra: Quare &c. Nam quiduis? quid deſide-
ras, quod ex tex. clariſſime iſto nõ emergat?
ſi cupis ſcire an feudum pro ſe ſimpliciter
conceſſum repudiata hæređiate poſſit reti-
neri; An ſub alia formula puta, pro ſe, & ſuis.
An ſub alia puta pro ſe & filijs, An ſub alia
puta pro ſe & hæredib. An ſub alia putà pro
ſe & filijs hæredib. ſeu pro ſe filijs & hære-
dib. quid ad imaginarias diſtinctiones re-
curris? quid [vt aiunt] ad gloſſas vbi tex. ha-
betur? nam dum tex vno verbo dicit feudũ
retineri non poſſe hæreditate repudiata;
nonne omnia dicit? nonne ſingula prædicta
amplectitur? ſecundum notiſſimum axioma
quod tex. indiſtincte & indefinite loquens
indiſtincte, & indefinite eſt intelligendus.
Atq, vtinam cęteri textum fuiſſent imitati.
11 † Lumine non mendicato quæſitoue, vbi
apparet ſplendor ſolis *vt att Mar.frec.de ſub*
feu.lib 3 form.2.ſub nu.2.ad fin.fo. 306.

Iterum ſi vis ſcire an oporteat eſſe hære-
dẽ primi vel vltimi defuncti? ecce eũdẽ tex.
te reſoluentem, vt filium oporteat eſſe hæ-
redem ſui patris vltimò defuncti, nam lo-
quitur de feudo paterno, quod non poteſt
verificari de primo quæſitore, ſed de alio
poſt eum: Agnatum autem non oportere:
quod ſufficit, abſque eo quod inquiras an
agnatum oporteat (ſaltem primi quæſitoris)
eſſe hæredem, quia de hoc non erat quęſtio
in hoc tex. ſed tantum de vltimò defuncto:
nec erat neceſſarium de hoc inquirere ob
aliam rationẽ diuerſam ſuccedendi *ad cap.*
10.per tot. ſupra.

Adhuc ſi vis ſcire an ſ[r]etentis eiſdem ter-
minis feudi ſic ſimpliciter, & indefinitè in
textu prolati] adeò oporteat filium eſſe hę-
redem, vt etiam teneatur ad onera hæredi-
taria; & hoc quam luculéter reſoluitur, qui-
nimò quam habet tex. hoc ipſum pro indu-
bitato? dum ad euitandum hoc onus datur
remedium in fine: vt filius nouam inueſti-
turam ſibi à domino procuret. & dũ agna-
tus immunis dicitur, niſi quoad fructus:
quaſi cum hoc ſuppoſito certo, iuncto ar-
gumento à contrario ſenſu, idipſum indu-
bitatum eſſe in filio intelligeremus, vt ſi re-
tineret hæreditatem ad debita paterna te-
neretur Hæc autem cum ita ſint, inutiles, &
ſuperfluas euadere huiuſcemodi diſtinctio-
12 nes neceſſe eſt: † Nam diſtinctiones fiunt
in diuerſitate ſpecierum: vel effectuum vel
totius in partes ſecundum logicos, *& apud*
Roſent.in Synop. cap.2. concluſ.65.ſub num.5.
13 † Seu ad conciliandas diſpoſitiones, quæ
inter ſe ſe aliquo pacto diſcrepantes videã-
tur *ad c.ſuper litteris. vbi Imol. de reſcr. Crauet.*
conſ.985.nu.68. Cephal.conſ. 208.nu. 2.lib.2.
Mant.de coniect. vlt. vol.lib.11.tit. 3.numer.4.
Nulla ex ſupradictis aderat occaſio ita di-
ſtinguendi, ſecundum mox delineata, ergo
ſuperflua omninò huiuſmodi diſtinctio.
14 † Prout non bene eſſe compoſitam, neque
neceſſariam *dixerit rectè Bald. quem retulit*
Hartm. Piſt quæſt.iur.q.1.ſub num 111.ad fin.
part.2. vbi vlterius dicit Hartman. & neceſ-
ſariam prorſus non eſſe, & inſuper inter-
pretationi huius iuris plurimum officere:
15 † & Paulò ante *ſub eod.nu.* 118. hanc diſtin-
ctionem multas materias iuris feudalis mi-
rum in modum inuoluiſſe, obſcuras, & in-
tricatas reddidiſſe, quæ ſine illa ex ipſis ver-
bis huius iuris longe faciliùs explicari poſ-
ſent. *Hæc Hartm. Viden. quoque num. 99. &*
ſeqq. ibid.
16 Non obſtant exaduerſo allegata, † Quia
quod liceat noua inducere nomina, conce-
ditur dummodo in caſu neceſſario, at non
vbi minime neceſſarium eſt, & multò mi-
nus, vbi nouitas eſt damnoſa *ad dicta mox n.*
12.et ſeqq.
17 † Neque verò coadiuuat quod dicebatur
filij nomẽ & in inueſtitura expreſſum & ab
homine, parere eum effectum, vt etiam ſi nõ
ſit hæres poſſit acquirere feudum *iuxta op-*
poſita ſub num. 6. & e contra vocem, *hæredis*
expreſſam operari quod eſſe oporteat hæ-
redem *vt ibid.num.5.* quia hoc erroneum eſt
omninò, cum expreſſio eius, quod tacite in-
eſt nihil operetur & tum demum verba cũ
aliquo effectu operandi accipienda ſint, ſi
negocium, de quo agitur aliàs non ſubſiſte-
ret, vt in term. vocis *hæredis*, his, & alijs, &
adductis. *dicit Vult.de feu.cap. 8.ſub num.25.*
18 *verſ.nec eſt quod vereamur.* † Tex. autem al-
legatus à *Roſ. l. cum patronus: §.cum libertus.*
ff.de op.libert. non probat id ad quod addu-

I 2 citur,

citur, vt ſcilicet expreſſa vox filij, vel liberorum ob maiorem energiam operetur quod filij poſſint conſequi operas, etiam ſi hęredes non exiſtant, nam ad cap. anteced. ſupra, hunc locum explicantes, diximus poſſe quidem (ſi non ſint hęredes, quia hæreditas non ſit delata) non tamen repudiare, ſi delatæ & cõmunis opinio, quę eſt *vt procedat. tit. an agnat. etc. etiã in feudo pro ſe et filijs de qua ſupra c. 1. nu. 22. et ſeqq. et cap. 28. par. 3. num. 39.* ponit rem extra difficultatem, & ita ceſſante vi aut energia allegata quoad effectum poteſtatis repudiandi, qui ſunt termi-
19 hi noſtri, fuit applicatio mala † *et de voce hæredis*, vt nihil referat, ſi tacite vel expreſſe, ſi ab homine vel à lege *vltra Vul. mox cit. dicunt alij ſupra cap. 23. ſub num. 70. citati* & eſt magis communiter ita receptum, vt quoquomodo pronuncietur pro filijs tantum maſculis ea vox accipiatur *iuxta tit. de al pat. feu. verſ. & ſi clientulus ex tit. de lege Cõr. verſ. profecto. ex tit. in quibus cau. feu. amitt. ad fin. ex tit. hic fin. lex. §. ſi Vaſſallus. ex Pinel. ad L. 1. par. 3. n. 88. & ſeqq. C. de bon. mat. Mynſing. obſ. 72. numer. fin. Cent. 5. Ioan. Sthon. lib. 1. diſp. 6. theſe. 33. & 34. vbi dictam diſtinctionem reijcit & idem fac. Tiraq. de iure primog. q. 40. n. 192. idem Conar. pract. 99. cap. 38. ſub num. 4. verſ. ex quib. infertur Melan. loco Com. feu. 13.*
20 † Nulloq; iure probari hanc diſtinctionẽ eamq; commentitiam, & falſam eſſe *poſt Vult. ſub d. num. 25. 30. 31. & à veritate iuris alieniſſimam poſt Henr. Boer. dicit Canol. an d. diſc. feud. cap. 4. num. 31. vbi latè à num. 29. & multis ſeqq. infra*, ita quod nulla ſit facienda vis in ea voce (*hæredis*) ad conſtituendum, an hæredem eſſe oporteat nec ne, ibidem latiſſime oſtendat, & recte ſi (vt decet) à tex. tit. An agnat, vel fil. non recedamus, ſecundum quem delatam hæreditatem repudiare non licet, & conſequi feudum: & vltra prædicta, ex quib. apparet omnium formularum, quoad hoc, vnicam eſſe rationem, vnicum effectum, vnicum finem iuxta intẽtum & diſpoſita in d. tit. An agnat. quare nõ erat quod in dictarum diſtinctionum ſtudijs & elucubrationibus adeo elaboraretur.
21 † Ad ea verò quæ de deteriore conditione filij, quàm agnati opponebantur, ſufficiant, quæ dicta ſunt ſupra cap. 2. vbi nec bene applicari, & contrarium verius eſſe ſatis luculenter (ni fallor) oſtendimus.

†

CAP. VIGESSIMI OCTAVI Partic. 2.

De Iniuria contra feuda in fonte.

S V M M A R I V M.

1 *Subuerſio feudorum oſtenditur, quæ naſcitur ex huiuſmodi diſtinctione feudorum ex pacto & prouidentia, &c.*

2 *An iure ſanguinis an verò iure hęreditario ſuccedatur non bona quæſtio, cum vtrũque ſimul concurrere poſſit.*

3 *In nomine, vbi ſolũ eſt differentia, ſi in re ipſa nõ ſit, non curandum de huiuſmodi differentia.*

4 *Huiuſmodi diſtinctiones feces feudorum dixerũt aliqui Docto.*

5 *Et chimeram & monſtrum eſſe feudum mixtum.*

6 *Et nullius auctoritatis.*

7 *Et diſtinctionem erroneam.*

1 NVnc † aliquid de ſecundo damno, ſeu iniuria attingamus: hoc autem conſiſtit in varia variorum textuum (in terminis terminantibus loquentium) ſubuerſione, nam cum ex hoc titulo bene intellecto (tanquam ex equo Troiano) varię ſolidęque & inuicem ſibi concordes, certęque euaderent ex textuum feudalium fontibus concluſiones, has fere omnes in dubio poſuit, imò verò etiã ſubuertit peſſima iſta diſtinctio feudi ex pacto & prouidentia, hæreditarij ſimpliciter, vel mixti: certum eſt enim (vt vnum hoc mihi nũc exemplum proponam, quod delictũ patris noceat & filijs, vt tit. de culpa infra late, At quãto in conflictu poſita eſt iſta certitudo non magiſtralis, ſed textualis? videatur infra d. tit. de culpa) videantur & tituli ibidem ſequentes. Accedat & aliud, quod generaliter traditur, in feudo ex pacto & prouidentia, proprio iure, proprio nomine ſuccedi, vnde fit quod pater filijs præiudicare non poſſit *vt Hartm. piſt. de feud. q. 1. numer. 30. & ſeqq.* vbi etiam eſſe tot conceſſiones quot perſonæ In feudo verò hæreditario ex perſona defuncti, & ideo ad factum eiuſdem & filius tanquam hæres teneatur, hæc verò quantum à veritate principiorum feudalium diſtent. *ſupra Cap. 13. num. 73. & ſeqq. cap. 23. par. 2. n. 23. & ſeqq. & 104. & ſeqq.* late fuit demonſtra-
2 tum † quid de illo? in *quo Carol. à Kicherb. in ſuo diſcurſu tàm latè ſe difundit*, referre an iure ſãguinis, an iure hęreditario ſuccedatur, defen-

defendens quod iure ſanguinis *vt cap. 2. nu. 13. 20. 50. & ſeqq.* vbi varij verius q; ſucceſſionis effectus: non ne hæc non officere ſed quinimò ſe compati cauſam ſanguinis & modos acquirendi edoctum fuit *ſupra cap. 18. et cap. 23. ſub num. 68. et infra cap. 35. nu. 36. ſub 43. 49. et ſeqq.*

Sed vellem præterea ſcirè an textuum Cõpoſitores hoc principium, vnde cæteræ emanant concluſiones, ſciuerint, An verò ignorauerint; ſcilicet, an ita feudum deriuet à ſolo concedente, aut à conſuetudinis lege, vt in nihilo ſit habenda parentibus per filios gratia An vero e contra ità dependere poſſit etiam à parentibus, vt etiam eiſdem eſſet per eoſdem commodum accepto ferendũ? ſi quidem, in primo caſu, cederemus parẽtes non poſſe præiudicare, nnn tamen in poſteriore, vbi poſſe, vt plenius d. cap. 23. per tot. enucleamus: ergo ſi dixerimus ignoraſſe, eam pedibus irem in ſententiam, quod Interpretes ſuperuenιẽtes aliquid amplius addidiſſent, quàm in ipſis contextibus contineretur, & ideò in feudo ex pacto & prouidentia, non poſſe præiudicari, quia ex ſolo concedente recognoſcantur huiuſmodi feuda, ad quod textus, & eorum ſcriptores nõ animaduerterint, & ideò quid mirum ſi ſupplẽdo ſupueniſſet huiuſmodi & opinio & doctrina? Atqui toto cęlo erraret, qui in eo perſiſteret feudales ſcriptores hæc principia ignoraſſe, ergo ſciuerunt, atque vtinã & nos tãtũ aut paulominus quoq; ſciremus aut ſciuiſſent alij poſt eos, & tamen indiſtinctè dixerunt (etiam applicatiue ad inueſtituras ipſas actualiter *ad Piſtor. quæ eſt cum q. 1. ſub num. 101.*) alienationes, culpas, repudiationes, renunciationes ſubinfeudationes parẽtum nocere filijs, non nocere agnatis, nec domino *vt infra fuit titulis*. Id cur ità? niſi vno illo principio ducti, quod filij ſuccedunt in feudum, vt in ius patris, *& not id ipſũ latè cum textibus præ manibus iam probauimus ſupra cap. 9. per tot.* niſi vnam illam telam ſequuti? vt ex ſimplici feudi nomine, & appellatione, de eo vere feudo intellexerint ſemper, quod adinuentores ex pacto, &
3 prouidentia dictitarunt. † Ita quod in nomine ſola ſit differentia in re ipſa verò nulla *Hartm. Piſt. de feu. q. 1. ſub. nu. 15.* vbi feudum proprium, & in propria natura eſſe, & dici ait feudum ex pacto, & prouidentia *ſub nu. 99.* vbi huic diſtinctioni aſſentiri periculoſum eſſe ait, & longe ſecurius diſpoſitioni iuris feudalis adhęrere &c. *Carol. latè in diſc. feu. cap. 1. num. 32. & ſeqq.* vbi etiam latè defendit, *& cap. 3 ſub. num. 46. et 47.* vbi etiam benè quoad hoc: nec nos in nominis ſcrupulo inſiſteremus, ſi cum nomine rerum inſita natura faceſq; prima non fuiſſet immutata. atqui cũ omnia ſurſum deorſumq; fuerint verſa, & contra intentionem optimarum conſuetudinum, & ad earum perniciem manifeſtam retorta, id eſt quod audire nõ poſſumus, nec ſequi; nec ſoli ſumus
4 † cum huiuſmodi diſtinctiones feces feudorum, appellauerint magni viri inter cæteros *Ioan. Conſalu. de feu. cap. 2. num. 3. Carol.*
5 *à Kich. in diſc. feud. cap. 1. num. 8.* † & chimerã vel monſtrum feudum mixtum, ex eo, quod priori parte vnam, & poſteriore aliam formam repreſentet *Ioan. Vagnor. diſp. feu. 4. theſi. 9. Carol. d. diſcept. cap. 2 ſub numer. 20.*
6 † & nullius apud ſe authoritatis eſſe dictũ feudum mixtum. *idem cap. 3. numer. 84. in fi.*
7 † & diſtinctionem eſſe erroneam *idem cap. 4. num. 56.* alia ad idem, ſequentia & dicenda ad proximam particulam ſubſequentem in dicabunt, quæ cum his accumulata, hanc veritatem etiam atque etiam corroborabunt.

CAP. VIGESSIMIOCTAVI. partic. 3.

De Iniuria contra feudorum profeſſores.

SVMMARIVM.

1 *Diſtinctio feudorum ex pacto et prouidentia, hereditarij mixti, et ſimplicis nil aliud peperit quàm diſurdias.*
2 *Adeò quod quæratur ab omnibus, certi nihil dicatur.*
3 *Alia de varijs diſceptationibus et diuerſis opinionibus.*
4 Iſern. *princeps Feudiſtarum.*
5 *Concedit primò dictam diſtinctionem et alibi negat.*
Feudum ex pacto eſt prouidentia eſſe feudum ſibi et liberis conceſſum, vno loco dixit, et alibi hæreditarium. ſub eod.
6 *Vt maior in hoc quàm in alio fuerit contradictio teſte ipſa add.*
7 Loffredus *valde laborauit inconciliando Iſerniam ſibi ipſi, ſed fruſtrà.*
8 *Feudum informe alij ex pacto &c. hæreditariũ alij.*
9 *Feudum ſibi liberis vel hæredibus ex ſuo corpore deſcendentibus hæreditarium quidam dixerunt, contrarium alij.*
10 *Vocem hæredis neceſſitate ad hæreditatẽ adeundam vni, contra alij.*
12 *Reijciunt alij feudum mixtum, Alij ex pacto & prouidentia dicendum putant ſeu familiare. & num. 13.*

14 *Omnia feuda eſſe ex pacto & prouidentia alij.*
15 *Contra omnia feuda eſſe hæreditaria alij.*
16 *Ius feudorum nullo modo agnouiſſe feudum hæreditarium alij nō obſtante voce (hæredis) adiecta.*
17 *Effectus ſunt diuerſi quia (aiunt) ſi, ex pacto &c. filius non cogitur eſſe hæres, ſecus ſi hæreditarium.*
In mixto ſufficere eſſe primi acquirentis hæredem, licet non ſit vltimi, è contra oportere eſſe vtriuſque ſecundum alios ſub eod.
18 *Quia aliàs non inſtituti non, ſuccederent, alij cōtra.*
19 *Ex vacillationibus & repugnantijs arguitur ad erores incurſos.*
20 *Martin. ſcutum ſuum albo nerògque variabat, quo telorum omnium amaritudines deuitaret.*
21 *Dicta differentia fuit ductrix tot varietatum.*
22 *Eius quod non eſt, nulla poteſt eſſe certa definitio aut ſcientia.*
23 *Ex huiuſmodi vaſillationibus arguitur etiam deſperata veri certique cognitio.*
23 *Segnities & credulitas* docto. *qui aues imitati ſunt.*
24 *Fxemplo diſcipulorum Pytagoræ ipſe dixit.*
25 *A* Cic. *et alijs irriſorum.*
26 *Vel leuiſſimus error in initio omnem aditum claudit ad veritatem.*
27 *Circa principia vt benè iacta ſint ſolicitudo adhibenda.*
28 *Error fundamenti totum maſſam corrumpit, ex quo omnis proceſſio eſt ex principio.*
29 *Arguitur apud Roſenth. ſecta illa Pileanorum et Neapolitanorum.*
30 *Ad rectam ſemitam dicitur redeundum eſſe inſpect.s principijs feudalibus.*
31 *Quæ tamen natura poteſt variè alterari.*
32 *Non tamen hinc varia feudorum ſpecies conſtituendæ.*
Plus valet veritas et rei ſubſtantia, quàm ludibrium verborum ſub eod.
Vbi alteratur natura feudi, illud dicitur improprium. ſub eod.
33 *In alijs remanet proprium et in propria natura.*
Vbi animus eſt alterandi feudū, id expreſſim fieri debet, aliàs feudum erit ſemper proprium. ſub eod.
Vnuſquiſque cenſetur cōtrahere ſecundum naturam actus, de quo agitur, et ſe aſtringere iuri et legibus de eo actu loquentibus. ſub eod.
34 *Non eſt eredendum quod vnò aut altero verbo (fortè ad maiorem expreſſionem poſito) voluerit natura actus alterari.*
Dicta diſtinctio non erat neceſſaria ſub eod.
35 *Non datur accidens ſine ſubiecto.*
Dicta diſtinctio non erat neceſſaria quoad qualitatem hæreditariam includendam vel excludendam. ſub eod.
Ex hæreditaria qualitate feudum non alteratur. ſub eod.
36 *Conceſſio (cui in feudum dederis) propriam feudi naturā habet, et tamen qualitas intrat hæreditaria.*
Feudum non alteratur ex obligatione ætis alieni defuncti ſoluendi. ſub eod.
37 *Vnica feudorum diuiſio, vt aliud proprium ſit, aliud improprium.*
38 *Sub qua diuiſione omnes feudorum ſpecies continentur.*
Et proprium manet, etiam cum qualitate hæreditaria intellectum. ſub eod.
Dictæ diſtinctiones ex hoc prætextu male introductæ. ſub eod.
39 Tit. an agnat &c. *non intelligendus de feudo improprio hæreditario abſolutè, ſeù ad omnes tranſmiſſibili, quia eſſet lex de indubitabili.*
40 *Sic inanis euadit inueſtigato, an feudum præſumatur ex pacto etc. an hæreditarium.*
41 *Quia feudorum natura eſt certa pro qua præſumitur.*
42 *Differentiæ inter feudum mixtum et ex pacto euaneſcunt.*
44 *Reſpondetur ad contraria, et ad primū non eſſe curandum de communi quæ euidenti ratione falſa conuincitur.*
45 *Receptæ opinioni non omnino adherendum, vt plenius ibid. opini.*
46 *Noui authoris poteſt contra commonem opionio teneri, quæ melioribus rationibus inſtructa ſit.*
Et ibidem dictum Senecæ. ſub eod.
47 *Et poteſt contra communem tali caſu iudicari.*
48 *Quando ſit ſequenda communis opinio.*
49 *Non præſumitur pro communi opinione, quando falſitas illius coruſcāti veritatis luce detegitur.*
50 *Narrantur Docto. qui ita ſenſerūt et eradicādas dictas diſtinctiones dixerunt.*
51 *Roſenth. deſiderauit Principum ſimul conuentum cum Imperatore ad remedium imponendum.*
52 *Opus eſſe Oedipo aliquo vel Alexandri gladio ad diſſoluendos gordios nodos.*
53 *Fauorabilis eſt interpretatio, quæ reducit ad ius priſtinum.*
54 *Seù ad ius Commune generale.*
55 *Qualibet res facile ad naturam ſuā reuertitur.*
56 *Reficere facilius quàm de nouo facere.*
57 *Nomina tamen omnino non abhorrenda cenſet hic author.*
57 *Leges non ſunt impoſitæ verbis, ſed rebus.*
59 *Dummodo rei natura non violetur nec res ipſa.*
60 *Concluditur hoc firmandum feudum, patri accepto ferendum à quolibet ab eo ſucceſſore. Agnatum verò alio iurè inniti atque ad ſucceſſionem admitti.*

Age

AGE verò ad ruinam vltimam ſupra
propoſitam, in reliquos Iuris feu-
diſtici profeſſores ſummos & minimos re-
dundantem, accedamus, non ſine nauſea;
ſed inſpiciendum tractandumque eſt vul-
nus, vt eo cognito ac ei⁹ cauſa, remediũ poſ-
1 ſit conueniens applicari † Quid enim aliud
peperit dicta diſtinctio quam cõtentiones,
& cõtrouerſias? In hac (ait Vult.de feu.cap.
8.num.23. in fin.) feudi diſtributione, quæ
hodie forenſis magis eſt, quam Scholaſtica,
vix quicquam eſt, quod non ſit controuer-
ſum, quam varietates, fluctuationes, repu-
gnantesq; non ſolum alij alijs, ſed etiam
plerunque ſibimetipſis opiniones. Piſtor.q.
iur.q.1.ſub princ.& nu.2. & 9. & 81. & c.2.
ſub princ. quàm tenebræ, Chaos, nodi Gor-
diani, deſtructiones. vt in præfat.ſupra num
1.& ſeqq. quã omnimoda incertitudo, & ve-
2 ritatis oppreſſio totalis † Adeò, ꝙ vt de phi-
loſophis (ait Cicero) ab omnibus quęratur,
certi nihil dicatur, vt in indiuiduo hoc ipſũ
dicit Piſt.d.q.1.ſub princ. verſ.ex quo tam
diuerſæ, refert Carol.à Kircherb.in diſcep.feu.
3 in præm.nu.3. † Sed enim verò ait ibid.Carol.
num.2. ſi vnquam aliàs interpretes noſtri
varias atque diſcrepantes habuerunt opi-
niones, quibus nullum ad ſcientiam aditum
eſſe rectiſſime Cebetes Philoſophus affir-
mauit, tum vel maxime in euoluenda in-
dole horum feudorum ita contrarijs opi-
nionum fluctibus inter ſe, votiſque ſunt di-
ſtracti, vt totam hãc materiam non tam ex-
plicaſſe diſputando, quam iuxta veteris
Comœdi ſententiam, nimium altercando
etiam atque etiam implicaſſe videantur.
4 † Paucula quædam, exempli gratia, ad no-
temus: Ipſe in primis Feudiſtarum (quem
aiunt, Princeps & Auriga, Iſern.vt per.Piſt.
q.iur.q.1.ſub.num.83. Vbi hoc, & alia plura
5 de hoc v.ro) accedat. † Is ad tit.an agnat.vel.fil.
ſub.num.2.ad fin.de ſucceſſ.feu. dictam diſtin-
ctionem concedit: contra in tit.de al.pat.feu.num
10.& ſub num.13. Idem in d.tit. An agnat &c.
feudum ſibi & liberis conceſſum ex pa-
cto & prouidentia eſſe dixit, ad princ.verſ.
hæc ſunt verba, aſt eſſe hęreditarium dixit
ad tit. In quib.cau.feu.amitt.. num 11. verſ.
6 quando verò ſub fin. † Vt maiorem hac in re
quam in alia Iſern. fuiſſe contradictionem non
ſubtieuerit add.ipſa ad eund. Iſern.
7 † Et, valde laborans in eo ſibi ipſi concili-
ando, Loffr.conſ.1. ſub.nu.98. & ſeqq. vbi nu.
143. eò recurrit, vt (ne tantũ virum aberaſ-
ſe dicamus) rectius putet ſi impreſſoribus,
& ſcriptoribus error adſcribatur, & num.
142.ad fin. miratur, vt ibi, ſed omnia fru-
ſtrà, Videatur Carol. à Kricberber. in diſcur.
feu.cap.1. num.76.& ſeqq.& per tot.
8 † Ad alia, feudum in forme alij ex pacto,
& prouidentia cenſuerunt, Clar.in §.feudũ
q.9. verſ. ſed quid dicendum. Tom.de.Mar.de
feu.iure fin.num.10. hæreditarium alij Rol.
conſ.97.num.39.vol.1. Intrigl.q.feu.47.num.
fin.& q.49.num.11.& ſeqq.& num.153.cum
ſeqq.num.158.cum ſeqq.num.176.179. Craſſ.
in §.hæreditas q.12.num.29. Affl.dec.195.nu.
9 7. † Sic feudum pro ſe liberis vel hęredibus
ex ſuo corpore deſcendentibus hęreditariũ
dixerunt. Tom.de Mar.de feu.hæred. ſub num.
20. Intrigl.q.47. num.33.37. & 57. Contra-
rium Affl. de eo qui ſibi &c. num.3. circa fin
10 Gabr.lib.6. de verb.ſign.concl.3.nu.22. † Sic
vocẽ (hæredis) neceſſitare nõnulli ad hęredi-
tatem adeundã, et nõ neceſſitare volunt alij,
vt conſtat ex Rol.conſ.69.nu.19.vol.1. Intrigl.
11 de feu.q.47.num.8.41.53. 59.& ſeqq. † Alij
conſtitui feudum mixtum, At ex pacto, &
prouidentia alij, Intrigl.q.50.num.204.cum
ſeqq.& num.210. Vult.lib.1.c.8.ſub num.30.
12 Ozas.dec.139.nu.14.dec.161.per tot. † Reij-
ciunt & alij feudum mixtum, vt Roſent.c.2.
concl.49. Natt.conſ.681. num.2. nouiſſimè, &
pleniſſimè Carol.à Kircherb. in diſcur.feu.cap.
13 3.p tot. † Prout & alij ex pacto, & prouiden-
tia, & familiare dicendum putant, vt Arius.
Pinel.ad l.1.par.3.ſub num.84. C.de bon.mat.
Contra Tom.de Mar. in tit.1. à num.6. ad 10.
qui inter hæc differentiam conſtituit, Totũ
contrarium Camer.in §.præterea ducatus de
14 prob.feu.al.per fed. † Vbi omnia feuda eſſe
ex pacto & prouidentia, pro quo etiam
Hartm.Piſto.q.1.ſub.num.11.& ſeqq. Burſat.
15 in conſ.148. num.28. lib.2. † Contra, omnia
feuda eſſe hæreditaria, reiecta diſtinctione
feudi hæreditarij, aut non hæreditarij dicit
Silua.conſ.30.num.13. 14. declarat quo reſpe-
ctu Hartm.Piſt.d.q.1. num. 33. & ſeqq. noui-
ſſimè Lanar.in rep.tit.qui feu.da.ten. num.37.
16 † Vbi quod ius feudorũ nullo modo agno-
uit feudum hæreditarium, prout Docto.
intelligunt ex inuentione Iſern. & num.35.
notat abſurdum ſi ille tex. propter verbũ (hære-
dis) veniat intelligẽdus in feudo hæreditario,
ſequeretur quod omnia iura feudalia in
quibus ſit mentio de hærede loquerentur
de feudo hæreditario, vbi varios enumerat,
qui tamen intelliguntur de filio ergo falsũ
&c.
17 Sed mihi nominum diuerſitas moleſtiã
non ingeſſiſſet, Ingeſſit ſubſtantiæ rerum
& effectuum alteratio, & diſcordiæ incon-
ciliabiles inde irreptæ & varię per errorem
traditiones, nempe in feudo ex pacto & pro-
uidentia non cogi eſſe hæredem, in hære-
ditario cogi ad Mantic. de tac. & ambig. lib.
23.tit.3. numer.61. iam alibi citat. In mixto
verò oportere omnino hæredem eſſe iuxta
Clar.in d.§. feudum q.9. verſ. nunc proſequẽdo,
cui obſtat ꝙ mixtũ hoc feudũ excludũt, Itẽ
ſuffi-

Digitized by Google

ſufficere primi acquiſitoris eſſe hæredem
(etiã ſi non vltimi) ſecundum vnos, e cõtra
verò oportere & vltimi eſſe ſecũdum alios,
*ad Carol. à Kircherb. in diſc. feu. cap. 3. nu. 85.
& ſeqq. Roſ. in c. 2. concl. 33. per tot. Surd. conſ.
317. num. 36. Meno. conſ. 498. nu. 8. lib. 5.* vbi
oportere eſſe vtriuſque, & de magis com-
muni, contra quod ſufficiat primi tantum
*in conſ. 977. ſub nu. 14. & ſeqq. & ad conſ. 987.
ſub num. 24. lib. 10. Harm. Piſto. q. iur. q. 2. nu.
16. & q. 14. per tot. Carol. in diſc. feu. cap. 3. nu.*
18 *85. & ſeqq. vidend.* † Aliàs verò (quod ſanè
peius eſſet) quod filij vel agnati (forte hȩre-
des non inſtituti) ideo, quia hac qualitate hȩ-
reditaria deſtituti ſint, excludantur à ſucce-
ſſione feudi, e contra tenentes alij , vt non
excludantur, *vt infra ad cap. 35. num. 34. &
ſeqq. 44. & 45. 69. 70. & per tot. & ſupra cap.
27. nu. 20. explicauimus* Nullus horũ, & ſimi-
lium vacillationum vnquam eſſet aut diſſi-
diorum, & errorũ finis; occaſio in diſcurſu
materiam ſubm. iniſtrabit. Iſta pro nunc ſuf-
ficiant, vt ruinam intelligas, oculis cernas,
proh dolor, euidentem, damnum ipſis feu-
dorum profeſſoribus ingens doleas, verita-
19 tem oppreſſam omnino fatearis † Nam ex
tanta vacillatione, & repugnantia , quid
aliud inferas aut arguas, quam huiuſmodi
adinuentionum errores, & falſitatem *iuxta
l. qui falsò. ff. de teſtib. Crau. conſ. 992. ſub. num.
14. verſ. non obſtat. cõiectura lib. 6. & conſ. 993.*
20 *ſub nu. 28. ad. fin. verſ. tertio. reſpõdetur* † Quo
nomine male audiuiſſe Mart. aiunt, ſcutum
eius albo nigroque ab eo variatum, quo te-
lorum omnium amaritudinem deuitaret:
21 †Hanc verò differentiam tot varietatum
fuiſſe ductricem *ſcribit And. Knichen. in tract.*
22 *de pact. Veſtitur. par. 1. cap. 5. num. 1.* † &, vt,
ego arbitror, ideo quod eius quod non eſt
nulla quoque poſſit eſſe certa definitio, nul-
laque ſcientia, *vt ait Carol. in diſcur. feu. cap.
3. ſub. numer. 74.* Item quid arguas aliud quã
deſperatam veri certique cognitionem? *ad
eund. in cap. 4. ſub. nu. 1.* quam ſegnitiem, aut
23 credulitatem quãdam doctorum † qui Pala-
medis aues immitati ſint, quarũ vna volan-
te, & aliæ volant authoritatem dicentium,
24 non rationum momẽta inſequuti, † & exem
plo diſcipulorum Pythagoræ, qui ſecuri,
& contenti authoritate præceptoris ſui,
etiam ſine ratione quid affirmantis, errores
ſuos vulgato illo, ipſe dixit, tanquam tutiſ-
ſimo quodam authoritatis clypeo defende-
25 bant † à Cicerone tamen , & alijs eruditis
iam olim irriſi, *vt p Kircherb. in. d. diſc. feu. c.*
26 *1. ſub. num. 11.* † Cum certum ſit vel leuiſ-
ſimum errorem in principio omnem aditũ
27 intercludere ſolere ad veritatẽ. † Pro inde-
que circa principia (qualia hæc eſſent ſi
benè iacta fuiſſent) magnam ſolicitudinẽ
adhibendam benè moneat *Neuiz. in ſylu.
nupt. lib. 5. num. 80. circa fin. refert. in propoſito
Kircherb. ſub d. num. 11. ad fin. & ad cap. 2. ſub*
28 *num. 15.* † Vbi errorem fundamenti totam
maſſam corrũpere, ac vitiũ principij totius
eſſe corruptiuum, ex quo omnis proceſſio
eſt ex principio, Hæc verò facto ipſo con-
firmant quod antea verbo, & voce faſſi sũt,
vt ſupra part. 2. (ipſimet feudorum Interprȩ
tes) de damno ac de ruina ſupradictis, vt iã
nullus remoneat dubitandi de hac re locus.
29 † Nec ſit quiſquam, cui iam tandem nau-
ſeam non faciat ardua illa diſſenſio & ſecta
Pyleanorum & Neapolitanorũ *apud Roſẽt.
in Synop. cap. 2. concl. 33. per tot. præſertim ſub.
num. 5. qui has inſtituit ſectas, & cap. 7. concl.
21. etiam per tot. præſertim verò in princ. vbi
idem.*
30 †Haſce quæſo dirimamus tandẽ; id quod
facile euenturum ſperamus, ſi ab obliqua,
quam hactenus tenuerunt alij, ad rectam ſe-
mitam redeuntes, remque omnem ab vera,
primordiali, propriaque origine, & natura
cum textib. ipſis, & eorũ Inſignibus Com-
pilatoribus libere, id quod re vera eſt, &
nos profiteamur. Feudi naturam vnicã eſſe
eam quã ab initio ſemel imbibit & induit,
cum natura dicatur qualitas data ab initio
generationis, ex qua virtus actus vel contra
ctus proficiſcitur , & ſemper regulari-
ter ineſt , niſi per aliquod accidens altere-
tur, putà, per pactum vel contrariam con-
ſuetudinem *ad tit. de feu. non hab. propr. feu.
& ibi not. Doct. Bald. rectè naturam deſcribens,
ad l. vn. §. libertatibus. C. de Cad. tollen. & ad
tit. 89. Conditio. tacitè feu. ſequi apud Cuiac. in
fragm. feu. Bec. conſ.* 101. *num. 16. & 35.* putà
quod in feudis filij nepotes & omnes à
primo deſcendentes maſculi vſque in infi-
nitum ſuccedant, & ſub conditione fideli-
tatis &c. vt in vulgatis. loc. & nos paſſim in
hiſce libris.
31 † Verũ vt vt hȩc natura poſſit ex cõuẽtione
varie alterari, putà, ſi concedatur feudum
etiam fœminis, vel ſi etiam vt extranei poſ-
ſint ſuccedere, aut aliter modis mille, ac vt-
vt varius ſit alterandi modus , & varia ſint
nomina alterationi huiuſmodi congruẽtia
indita & coparata.
32 Non tamen per hoc diuerſas eſſe feudo-
rum ſpecies ſtatim dixerimus , *vt admittit
Roſent. in ſynop. cap. 2. concl. 65. num. 5.* Cȩte-
rum, quicquid ſit de hoc, quod nos non fa-
ſtidit, dum à veritate & ab ipſa rerum eſ-
ſentia non aberretur, quia plus valet veritas
& rei ſubſtantia, quam ludibrium verborũ
*l. 1. C. de nudo iure quæſit. tollen. Garcia. de expli
catione priuileg. q. 155. num.* 845. quatenus &
tantiſper, dum non conſtat de aliqua alte-
ratione in contrarium, ſemper feudum nil
aliud

Digitized by Google

aliud erit quam proprium, & in propria natura, conſiderandum & habendum, quod ſi conſtet de aliqua alteratione iam propriũ amplius dici non poſſe, ſed propter alterationem tranſeat in impropriũ, adeo quod in qualitate alterata ſit quidem impropriũ & ſortiatur, breuis demonſtrationis cauſa, nomen illius alterationis, non tamen quod
33 diuerſa ſpecies ſit cõſtituta, † Vnde in alijs & proprium, & natura propria maneat, nec ab ea aliquo pacto receſſum cenſeatur, aut aliquid commutatum, *vt ait Sonsbec. de feu. par. 4. ſub nu. 32. 35. & 37. Schrad. de feu. par. 8. c. 1. nu. 9 exemplis illuſtrat Garzon. de fœm. ad feu. recip. num. 92. 97. 107. 118. 125. 132. 155. & 137. Crau. conſ. 984. num. 38. Rol. conſ. 2. num. 135. lib. 1. Siluan. conſ. 42. num. 5.* vnde (ad ſummum) feudũ poſſit ad eam diuiſionem reduci, vt aliud ſit proprium aliud improprium, vt mox dicemus; Improprij varia ſint nomina, non variæ ſpecies tamen.

Hæc cum ita ſint, conſtituamus vnum hac in re vniuerſa fundamentum, vbicunq; eſt animus alterandi inſitam feudi naturã, de hoc oportere quod, expreſſis & enixis verbis conſtet, vnde expreſſam, enixam, & deliberatam voluntatem ſic concedentis inesse appareat. Nam in dubio ſunt iura in contrarium, vt verba ſint ſecundum ſubiectam materiam intelligenda, vnde ſi ſubiectã materia habeat certam naturam, vt in feudis, ſecundum eandem veniant interpretãda *ad citat. ſup. hoc cap. part. 1. num. 17.* An itaque erit concedendum, quod vbi feudum ſine aliqua formula concedatur, alterari voluerit aliquo pacto? minimè, quia vnuſquiſque cenſetur contrahere ſecundum naturã actus, de quo agitur, & ſe aſtringere iuri, & legibus de eo actu, vel contractu loquẽtibus *Crau. conſ. 86. num. 9. Surd. per plura exempla dec. 13. num. 5. & ſeqq. dec. 60. num. 2. conſ. 198. num. 10. & ſeqq. conſ. 164. num. 47. & ſeqq & de hoc infra in formula propria cap. 31. num. 10. & ſeqq. & ad ſupra cap. 23. num. 98. c. 2. num. 4.* Idem planè erit, vbi dictum ſit *pro ſe & ſuis, pro ſe & filijs, pro ſe & hæredibus, & conſimilibus formulis*, de quibus
34 ſuis peculiariter locis † neque enim credendum, quod vno aut altero verbo (forte ad maiorem expreſſionem poſito) voluerint partes rei naturam alterare ſine maiori aut euidentiori expreſſione *ad Hartm. Piſtor. in ſpecie q. iur. q. 1. num. 111. per tot. & a num. 99. & ſeqq. uidend. in propoſito iunctis cap. 38. num. 67. et ſeqq. infra, et cap. 77. nu. 31. iunctis antecedd. ibid.* Quare hactenus hiſce diſtinctionibus non egemus, quia ſumus ſemper in vna eademque feudi natura ex formulis prædictis, non variata, non alterata, vt dictum eſt, vnde non eſſet ſubiectum de quo
35 prædicari, in quo verificari poſſent. † Cum non detur accidens ſine ſubiecto *l. 2. ff. de vſufr. l. cuius qui verſ. quas vero. ff. ſi cert. pet. deciſ. noſtra flor. 20. nu. 30. 31.* & in propoſito feudi mixti dicit *Catol. & Kircherb. in diſc. feu. cap. 2. num. 10. verſ. reſpondetur.*

At ne quidem, quod pertinebat ad qualitatem hæreditariam includendam, vel excludendam, erat neceſſaria dicta diſtinctio, quia hoc ipſum quod feudum non poſſet retineri repudiatã hæreditate, ſed quod aut vtrunque relinquere aut vtrunque retinere oporteat, in nullo violat naturam feudi, vel alterat; ecce ergo quomodo ſemper in eodẽ rei ſtatu verſemur, vnde diuerſificationi, quæ ſit ex conſtitutione diuerſarum ſpecierum; ſeu ex partitionibus, nullus, nec hac occaſione quidem, patebat locus.

Quod autem illud feudum non alteret, patet, quia extat diſpoſitio de ea particularis in term. feudi proprij, vt intelligunt omnes cum tex. *ad ſupr. cap. 1. num. 21. et ſeqq. et ita dicit Diduc. var. reſol. lib. 2. cap. 18. num. 4. in feu. ſenat. Ferrar. in reſp. pro Dom. Leinici: 6. num. 4.* eſt inquam *tit. an Agnat etc. et §. filius de Capit. qui cur. vend.* & probat etiam *tex. in*
36 *tit. de feu. non haben. prop. nat. feu.* † Vbi conceſſio, cui in feudum dederis, propriã feudi naturam habet, & tamen hæreditaria intrat qualitas *vt infr. ad form. ipſã, et ita per Piſtor. q. iur. q. 1. num. 92. et conferant dicta ſupra cap. 18. numer. 24.* dum cauſam ſuccedendi, quæ conſiſtit in filiatione, vel ſanguine à modo diſtinguimus, ita tamen quod ambo cõcurrere poſſint, iuncta ratione quod feudum quid ſit hæreditarium cenſendum, vnde incongrua ſit vnius ab altero diuiſio, tantum abeſt vt hæreditaria qualitas aliquid mutet, vel alteret.

Sed nec in effectibus, quos parit titulus hæreditarius, (id eſt quod hæres teneatur ex facto defuncti, quod ad debita ſoluenda, & ſimilia) alterata cẽſetur feudi natura, ideo que obuia paſſim ſunt iura feudalia hoc ipſum comprobantia, & nos ſuis peculiaribus locis omnia animaduerſa recẽſebimus, quæ vniformitas contextuum de feudo, vt in propria natura ſemper loquentium, hoc magis magiſque ſuadet, atque confirmat.

37 Concluſio itaque omnium ſit ſinceram feudorũ diuiſionẽ vnicã dari, vt aliud ſit ꝓ-
38 priũ aliud impropriũ feudũ, † prout ſub hac diuiſione comprehendi omnes feudorum ſpecies, affero *Intrigl. de feu. q. 38. nu. 71. 72.* & proprium quidem manere etiamſi filium oporteat delatam hæreditatem accipere, ſi feudum velit, nec vllo ex capite ab hoc, & ab oneribus hereditarijs excuſari poſſe, niſi

reme-

Digitized by Google

remedio nouę Inueſtiturę *vt in fin. tex. An*
Agnat.etc. in improprio verò, dictam con-
cluſionem quod oporteat delatam hæredi-
tatem capere, multò magis & abſque vllo
39 omnino dubio intrare. † Ideoque bene, qui
cenſuerunt de hoc genere feudi ad extra-
neos tranſmiſſibili tex. non loqui, tanquam
de re indubitabili, & quia re vera tanquam
hæres ſuccedit, aliàs non ſucceſſurus *ad*
Hartm. Piſt. queſt.iur.q.2.num.33.34.cum ſi-
milibus, et ad ſupra cap. 2. numer. 21. et ſeqq.
40 † Sic inanis euaderet inueſtigatio, an feudũ
præſumatur ex pacto & prouidentia, an hę-
reditarium, de quo tanta cõgeſſerunt *Ozaſ.*
dec.161. Mant.de tac.et ambig. lib.23.tit.9.per
tot. Intigl.q.50. Menoch. lib.3.præſ. 94.Sol.in
ant.decret. Sabaud.de feu.decret.quia in pleriſ-
que.ad rubr. glo.vn.ſub num.11.Tom.de Mar.
tit.1.num.46.cum ſeqq.Vult.lib.1.cap.8.num.
41 *32.cum.ſeqq.* † Cum natura ſit certa, proqua
Hactenus rationem tit. An agnat. vel fil. &c. poſuimus, obicibus ſublatis firmauimus, nec non & ex cauſis (quaſi à priori) demonſtrauimus: ſupereſt, vt ab effectu, ſeu à poſteriori demonſtratione vtamur, & eam indiuidualiter practicemus, ac de eius congruitate, veritate, ac firmitate per applicationes ad latam feudorum ma-
1 teriam experimenta faciamus, † Si quidem, vt dicebamus in præfatione *vel Quint. teſt. ibi 12. ſuarum inſtit. cap. 6.* quādo congruunt inter ſe præcepta, & experimenta, firma rerum proficiſcitur cognitio: *& Ariſt. in. 1.*
2 *methā. ait* † Expertos rem magis attingere, & efficaciores eſſe, quam eos, qui rationem
3 artis ſine experientia habent, † *Et ex noſtris Bald. l. 1. num. 9. C. de ſeru. fugit* experimentū veri ſermonis eſſe, quod concordat cum rebus ſenſatis: *cum quo & Surd. conſ. 135. nu. 15. Mantic. conſ. 4. num. 25. lib. 1. & Idem Bal.*

ad

Digitized by Google

17 † Nos ex pluribus hiſce modis aliquot ſelegemus, magis pręcipuos, ac neceſſarios occaſioni magis opportunos, & in pręſentiarum ſatis pro reliquis, ſuffecturos, & erũt inueſtitura, ſucceſſio, priuilegium, præſcri-
18 ptio, & ſententia, ſeù res iudicata, † Nam tractatus de iure accreſcẽdit cadit ſub materiam ſucceſſionis, & aliqua iam trecta sũt ſupra *cap.11.num.38.& ſeqq.* & alia per occaſiones ſuis opportunè locis applicabuntur.

CAP. TRIGESSIMVM.

De Inueſtitura.

SVMMARIVM.

1 *Plura ſignificata vocis Inueſtitura proponuntur.*
Agendum proponitur de Inueſtitura ſimpliciter primo loco: & de formulis in ea contentis in poſteriore. ſub eod.
Inueſtitura ſimpliciter conſiderata habet tres inſpectiones vt. ſub eod.
2 *Feudum, prout eſt eccleſiaſticum, non eſt quid hæreditarium, & effectus.*
3 *Secus ſi ſeculare, & effectus, quia tenetur ſucceſſor adimplere inueſtituram à prædeceſſore factam,*
4 *Succeſſio triplex vniuerſalis, generalis, & ſingularis, ex qua diſtinctione infertur ratione diuerſitatis inter eccleſiaſtiũ & ſeculare. & ſeqq.*
5 *In eccleſiaſtico hæreditaria qualitas locum non habet.*
6 *Error eſſe detegitur, quod ſucceſſor in feudo laico ex pacto & prouidentia nõ teneatur implere inueſtituram à defuncto promiſſam.*
7 *Et probatur contrarium eſſe verius ex* Piſto.
8 *Quicquid eum non probauerit Roſent. qui reprobatur malè intellecto per eum tex. tit. An agnat. &c.*
9 *Et opinio cõtrà eum, & prima ſupradicta adhuc probatur.*
Limita in agnato, vt non teneatur adimplere dictam inueſtituram promiſſam ab agnato defuncto. ſub eod.
Quid in fiſco ſucceſſore remiſſiuè. ſub eod.
Etiam inſpecta perſona recipientis, quatenus filius ex eo recipit per ſucceſſionem, ſed præuia inueſtitura, in qua conſiſtis beneficium & ius patris in filium ex perſona ſua deſcendens, & quæ continet correſpectiuitatem, per quã intrat promiſio paterna. ſub eod.
10 *Non obſtat quod feudum ſit donatio, liberalitas aut beneficiũ, quia hæc nõ ſint merè talia, ſed correſpectiua ad merita, ſeù fidelitatem et eſſe quandam donationem ob cauſam.*
Et competit condictio cauſa data etc. ſub eod.
Quæ differunt, quia donatio continet merum lucrum. ſub eod.
11 *Item reſpondetur, aliud eſſe danare rem, aliud ius in re. In danatione rei procedit, quod titulus ſit mera donatio, et quod eius naturam ſequatur In donatione iuris ad rem procedit rei ipſius naturam non mutari, vt ſe danetur feudum, ſit et natura feudi nihilominus attendẽda.*
12 *Mediante donatione feudi, ius in re donari intelligitur.*
13 *Item inſpecto animo concedentis, feudum poteſt dici donotio et liberalitas, At inſpecta natura feudi, non poteſt dici mera liberalitas propter correſpectiuitatem.*
14 *Et dicitur ius in re ſeu vniuerſitas facti vel iuris.*
Et feudum eſt magit facti quàm iuris. ſub eod.
15 *At cum nihilominus ſit iuris, ius iſtud eſt regulans, non nudus titulus donationis, ita quod ſi nihil in eo iure inſit, euaneſcat donatio.*
16 *Aliud eſt vendere rem aliud ius in re.*
17 *Aliud venditionem eſſe liberam, aliud rem ipſã liberam eſſe.*
18 *Non obſtat quod poſſit dari feudum liberè, ſicut et iuriſdictio.*
19 *Quia diſtinguitur de caſtro conceſſo per viam ſimplicis donationis, et conceſſio non erit feudalis, aut per viam donationis non ſimplicis ſed qualitatiuè, putà donamus in feudum, et erit feudum non mera donatio.*
20 *Quanda conceſſio ſapit meram donationẽ aut allodium, an verò feudum remiſſiuè.*
21 *Feudum eſſe non donationem etiam ex ſignis ſeù coniecturis colligi poteſt.*
22 *Donationem eſſe non feudum. et num.* 28.
23 *Donatum fuiſſe caſtrum et dominium tranſlatũ quomodo dignoſcatur.*
24 *Feudum eſſe non donationem.*
25 *Aliud feudum aliud donationem in conceſſione caſtri.*
26 *Pleniorem eſſe donationem quàm feudum, et differre donationem ab infeudatione.*
27 *Aliud exemplum donationis libera.*
29 *Vbi verba multum in donationem violentarent.*
30 *Argumentum malè deductũ à donatione ad feudum vel emphyteoſim.*
31 *Et ad alia, in quibus non cadit ſimilis correſpectiuitas.*
32 *Opponitur rationi auctoris ad tit. an agnat. etc. cõmunis opinio, quod in feudo ex pacto etc. nõ nocet alteratio poſterioris inueſtitura contraria prima.*
33 *Niſi ſit primus Acquiſitor, quem admittunt poſſe altarare.*
34 *Etiam ſi agatur de maioratu ſeù primogenitura,*

35 *Reſpõdetur Comm.de qua ſupra n.22.nõ eſſe veram quoad filios, eſſe tantum veram, quoad agnatos et ſeqq.et num.63.et ſeqq.*

36 *Argumentum procedit ab alienatione ad alterationem.*

37 *A fortiori, quia ſi alienari poteſt multò magis in aliquo alterari.*

38 *Alienatio paterni feudi nocet deſcendentibus, at non agnatis.*

39 *Paternum feudum quid, et eſſe idem quod antiquum.*

40 *Qui totum dicit nihil excludit.*

41 *Ita quod nulla perſona excipiatur.*

42 *Et eſt contra tex.ipſum dicta opinio.*

43 *Et conycitur etiam ex loquacitate Iſer.in hac re.*

44 *Alteratio inueſtituræ accedente omnium conſenſu in eorum præiudicium tenet.*

45 *Etiam per ratihabitionem ſubſequutam.*

46 *Nec ſolum ſi expreſsè, ſed etiam ſi tacitè conſenſum ſit.*

47 *Putà ſi agnati paſſi ſint fæminam inueſtiri.*

48 *Aut ſi haredes fuerint defuncti, qui conſenſit alterationi.*

49 *An confecto inuentario, remiſſiuè.*

Et ſi omnes conſentiendo ſibi præiudicarunt, ergo et ſucceſſoribus, aliàs actus euaderet illuſorius. ſub eod.

50 *Domino et arbitro licet pro arbitrio diſponere.*

51 *Res à ſe acquiſita poteſt alteri refutari.*

52 *Argumentum à fideicommiſſis ad feuda in propoſito non benè applicatum oſtenditur.*

53 *Alterationem inueſtituræ in præiudicium agnati non tenere probatur.*

54 *In pręiudicium filÿ tenere probatur ex tit. An agnat.&c.*

At non agnatorum, niſi conſenſerint vt ibid.

55 *At ſi conſenſerint adeo præiudicãt ſibi et poſteris agnati, vt fiat nouum feudum, ita quod in caſum caducitatis non poſſint amplius ad illud aſpirare, et dominus præferatur.*

Parentes omnes proprÿs filÿs præiudicant. ſub eod.

56 *Contra Roſ.qui reprobatur.*

57 *Et quicquid etiam dixerit Manti. qui pariter reÿcitur.*

58 *Si non ſuſtinerentur alienationes, conſenſus, vel alterationes in præiudicium etiam ſucceſſorũ eorum qui conſenſerunt, iam feudalia omni commercio priuarentur.*

59 *Nec vllus eſſet vnquam cum feudatarÿs contracturus, ſicut dicimus de minoribus, ſi omnia quæ cum eis geruntur, ſemper poſſent reſcindi.*

60 *Oppoſita iuxta ſe poſita magis elucescunt, et mẽs ex eis declaratur.*

1 INueſtitura † (vt hoc pręmitamus) multipliciter ſumitur, vel pro ipſo inueſtiendi actu, ſiuè contractu, vel pro ipſa poſſeſſione, quę contractus illius conſequens eſt, vel pro ſcriptura illa, quæ ad memoriam feudi conceſſa, cõfecta eſt: vel pro toto illo actu, quo hoc agitur, vt feudum conſtituatur *vt explicat Vult. de feu.cap.7.num.6.* quilibet ex ſignificatis intentioni noſtræ de ratione experienda poterit inſeruire. Accipiẽdo tamen potiſſimum ſignificatum, quatenus pro inueſtitura intelligimus actũ illum in vniuerſum, ſcriptura mediante, repreſentatum, duplici pacto inducemus ex perimẽtum, ſcilicet, vel cõſiderando inueſtituram ſimpliciter ac vt in ſe, vel conſiderando inueſtituram, prout in formulis varÿs, quas poteſt continere. & erunt huiſce cap. de inueſtitura, duæ inſpectiones. Prima de inueſtitura ſimpliciter, ac vt in ſe: Altera verò de formulis varÿs, de quibus propterea ſigillatim, & vtiliter ſecundo loco tractabitur.

Inueſtitura ſimpliciter, ac vt in ſe, poteſt conſiderari triplici reſpectu, vel reſpectu concedentis tantum, vel recipientis tãtum, vel vtriuſque ſimul: vt ſingulis hiſce caſibus veſtigia rationis nouæ, qualitatiſque hęreditariæ in feudis animaduerti poſſint. Quoad concedentem ſeù inueſtientem cadit cõſideratio prout feudum eſt, vel eccleſiaſticum, vel ſeculare, per quam ex diuerſitate inter hęc ipſa diſtinitionũ nam quaſi ab oppoſitis rationis præfatæ veritas magis ac
2 magis ſplendeſcet † Nam prout feudum
eſt Eccleſiaſticũ, quia nõ cenſetur quid hęreditarium. ideò ſucceſſor pręlat: non tenetur adimplere inueſtituram promiſſam ab
eodem pręlato prædefuncto poſt mortem
3 moderni poſſidentis: † e contrà verò, prout
eſt laicum ſeù ſeculare, quia eſt quid hæreditarium, ideò tenetur adimplere, *vt eſt in tit.3.qui ſucc.feu.da.ten.lib.1.in tit.qui ſucceſſ. ten.9. eod. lib. in tit.25.quibus.mod.feu.conſt. pot.in fi.in tit.27.de feu.dato in Vic. leg.Cõmiſ. reprob.verſ.hoc autem d.lib.1.in tit.35.de Cler. qui inueſt.fac.lib.2.in tit.58.de not.feud.§.item*
4 *ſciendum verſ. item haredis eius* † Ratio diuerſitatis eſt, quia ille non ſuccedit iure hęreditario, vt ſecularis cum ſit ſucceſſio triplex vniuerſalis, generalis, & ſingularis, ſucceſſor autem Eccleſiaſticus ſit tantum generalis, nõ vniuerſalis ſeù hæreditarius, ſi quidẽ pręlati nõ ſuccedũt ex nuouo titulo ſucceſſionis hæreditariæ nec iure defuncti, ſed ſuccedunt ex titulo, & iure conceſſionis per Papam, aut Epiſcopum, & ideò non tenentur ſeruare omnes contractus prędeceſſoris, quia ſunt diuerſæ perſonæ ex diuerſo iure &c. *vt eleganter per Calcan. in conſ.125. num.13. præcipuè num.14. per tot. et etiam nu. 16. viden. in propoſito, et ad cap. de præbend. C. apoſtolica. 8.q.1.c. ex tranſmiſſa de fil.preſbit.*

dum

5 † dũ definiũt in eccleſiaſtica hæreditariam
ſucceſſionem locum non habere, *& in term.
præcisè noſtris eſt glo. fin. in dict. tit. qui ſucceſſ.
& c.3.lib.1.in vſib.feu. & Iſern. & alij ad hũc
tit. Roſent. in Syn.feu.cap.6.concl.16.ſub num.
13.; & ibi per tot. de materia, & in concl. ſeqq.*
ſucceſſor verò laicus eſt etiam vniuerſalis,
6 hęreditarius † vt hinc incipiamus dignoſce-
re errorem eorum, qui hanc concluſionem
(quod filius, teneatur inueſtituram in casũ à
mortis patre factã ratã habere) nõ ꝓcedere
dixerunt in feudo ex pacto & prouidentia,
*vt per Iſern. in d.tit.3. ſub num. 18. ad fin. lib.
1. in vſib. feu. Loffred. eum referens ad eund. tit.
verſ. fin. in paraph. feu. Affl. num. 52. eod. loco.*
Primo enim obſtat textus pręfatus indiſtin-
ctè loquens. Secundo imò verò eoſdem tex
tus loqui ſimpliciter de feudo, ergo de pro-
prio, & recto feudo conuenientius quàm de
improprio. Tertio quia verum eſt in hoc
feudo filios accipere à patre, & recognoſce-
re ius paternum, Vnde confunditur & falſa
detegitur ratio *Affl. ibi allegata* dicentis
quod feudi ius, & cauſa à patre nõ pendeat:
vt alibi iam plenius hunc errorem detexi-
7 mus & ſuſtulimus † Ergo ita tenendum (ex
veritate) quod etiam hoc ipſum procedat in
feudo ex pacto & pruuidentia, prout in
term. terminan. hiſce fundamentis, ita di-
ſcurrit, & tenuit, *Hartm. Piſtor. quæſt. iur. lib.
8 2.q.25.num.19. & 20.* † Quicquid in ſpecie
eum non probauerit *Roſent. in Synop. feu. c.
6. concluſ 15. ſub numer. 8. in gl. H.* & quidem
male, tum quia contra rationem euidentē,
tum quia ipſe ſe refert ad per eum dicta *in
cap.2.q.33. & q.7.q.21.* Vbi peſſime cẽſuit,
reſtringendo diſpoſitionem tit. An agnat.
&c. vt intelligatur quoad effectum ſimpli-
cem, quod filius teneatur eſſe hæres, & nõ
vlterius, ideſt quoad effectus, qui promanãt
ex eo quod quis ſit hæres, vt quod teneatur
oneribus hæreditarijs, quod defuncti factũ
approbare, & hoc quando in Inueſtitura eſt
clauſula pro ſe & hæredibus, & non tenea-
tur eſſe hæres quando pro ſe & filijs, ideſt
in feudo ex pacto &c. Hęc enim omnia fal-
ſa, & erronea iam oſtendimus, vnde deſtru-
cto fundamento &c. alia ad idem habebi-
9 mus; infr. tit. de ſubinfeu. † Confirmatur
principalis opinio *quod tex. qui ſucceſſ. feu.
dar. ten.* intelligatur de filio, ità quod tenea-
tur ſtare Inueſtituræ factæ per patrem, non
autem agnatus, *vt doctè per Lanar. in rep.
eiuſd. tit. ſub num. 58. iunctis pluribus auto. ibid.
relatis vt nu. 35. 36. & ſub nu. 43.* & idem de
agnato quod non teneatur adimplere Inue
ſtituram huiuſmodi *optimè Piſtor. d. quæſt.
25. nu. 21.* allegans rationem, qua nos con-
tinuè vtimur quod Agnatus proprio Iure
feudum conſequatur, nec alius Agnatus ab
alio cauſam dicatur habere.

Quid autem iuris ſit in fiſco, vt in eo qui
non per viam tranſmiſſionis, ſed per viam
priuationis ſuccedit *ibid. Piſtor. num. 22.* po-
nit vt non teneatur *ex Aluar. Afflict. &
Rauen. in d. tit. 3. lib. 1. in vſib. feu.* ad eos re-
curre, neque enim omnia plenius diſcur-
rere ſubiecta permittit materia.

Hæc quoad concedentem. Nunc quoad
recipiẽtem. Huius ratione deducũtur quę-
dam argumenta, ſeù fundamenta, Primùm
videtur afferri poſſe quod Inueſtituræ ti-
tulus non eſt, nec eſſe poteſt ſucceſſoribus
prima, & immediata cauſa acquirendi feu-
di, ſed eſt ipſamet ſucceſſio, qua Iuris prę-
defuncti exiſtentia iudicatur, & de hoc di-
ximus ſupra *cap. 23. per tot.* & ideò hære-
ditaria qualitas, quę facit vt ſucceſſor tenea
tur factum defuncti adimplere.

Secundum quatenus inueſtitura cõtinet
correſpectiuitatem, per quam intrat proui-
ſio paterna, & ità ius patris in filios, vt de
hoc pariter dictum eſt ſupra *eod. cap. 23.* qui
propterea complere teneantur.

10 † Nec obſtat (ſi obijcias) quod feudum
ſit donatio, liberalitas ſeù beneficium *§. fin.
In quib. cau. feu. amitt. lib. 2.* Ergo ſine corre-
ſpectiuitate Quia reſpondetur non eſſe me-
ram liberalitatem, ſed eſſe correſpectiuam
ad merita, ſeù ad fidelitatem, & quandam
donationē ob cauſam, vnde competat con-
dictio cauſa data in ſpecie *tit. de feu. ſinè
culpa non amitt. & ad tit. qual. Dom. propr. feu.
priu. Mangil. de imput. q. 30. ſub num. 7. Roſen.
cap. 1. q. 4. cap. 9. q. ſeù concl. 66. nu. 34. Bero.
conſ. 66. num. 7. 10. lib. 1. & conſ. 121. ſub. num.
20. lib. 2.* Vbi differre, quia donatio continet
merum lucrum *Balzar. de feu. in prælud. q.
5. ſub numer. 1. & ibid. per tot.* vbi etiam eſſe
contractum, & quidem ſtricti iuris: Vide
differentias *vt per Senat. Ferrar. reſp. 10. ſub
11 num. 464. & ſeqq. pro dom. Leynici.* † Item re-
ſpõdetur aliud eſſe donare rem, vt fundum,
aliud ius in re aut vniuerſitate facti vel iuris
ſimplex donatio (in qua diuerſum conſti-
tuitur, eſt donatio rei, vt fundi, & in huiuſ-
modi procedunt, ibi dicta; Donatio Iuris in
re, aut vniuerſitatis regulanda venit ex natu
ra illius iuris, vel vniuerſitatis, vnde ſi in
eo iure, vel in ea vniuerſitate adſit corre-
ſpectiuitas, donatio, ſeù actus ille per viam
donationis eam non impedit, ità quod do-
natio quidem ſit, inſpecta origine, & moti-
uo ipſius donantis, ſed in reliquo ius illud
quod donatur, retineat naturam ſuam, Et
12 ità eſt in feudo. † Quo mediante ius in re
donari ait *Vult. lib. 1. de feu. cap. 2. ſub num. 6.*
13 † Et inſpecto animo concedentis poſſit di-
ci donatio, & liberalitas, quia feudum amo-
re conceditur *cap. vn. de pign. dat. feu.* & eſt
actus beneuolentię *vt in d. §. fin. in quib. cau.*

amitt.etiamſi emptum fuiſſet vt infr.cap.57.
par.8.num.59.& ſeqq.

At inſpecta ſui ipſius natura, ex hoc ipſo
euitetur ne ſit, nec cenſeri debeat mera li-
beralitas, aut mera donatio, quia continet
14 correſpectiuitatem † Et dicitur Ius in re ſeu
vniuerſitas facti, vel Iuris vt per Balzar. in
præl.d.q.5.n.fin. an ſit magis facti an Iuris V.
Camil.de Curt. in diuerſ. par.1. verſ.reliquum
15 num.36.& ſeqq.fo. 81. † Quo caſu ius illud
eſt regulans, non titulus donationis nudus,
ità quod ſi nihil in eo iure inſit euaneſcat
donatio Menoch.conſ.658.num.1.& ſeqq.lib.
16 7.Surd.conſ.127.num.29. † Et aliud eſſe ven-
dere rem, aliud ius in re eſt apud Afflic. de
feu.non haben.&c.in fin.Vult.d.cap.2.d.num.
6.Caſtren.in l.ſi ſic.98.§.1.in fin.de leg.1.cum
alijs vt per me in dec. Bonon.54.nu.36. & con-
fert. quod ait Alex.in conſ. 44. numer.7.lib.7.
17 † Aliud vẽditionem eſſe liberam, aliud rem
liberam eſſe.

18 † Nec etiam obſtat, quod poſſit donari
feudum liberè, ſicut & Iuriſdictio Menoch.
19 conſ.202.ſub num.21.lib.3. † Quia aut quid
putà Caſtrum, conceditur per viam ſimpli-
cis donationis, & conceſſio non erit feuda-
lis, nec feudum cẽſebitur, aut per viã quidẽ
donationis, ſed non ſimplicis, at cum decla-
ratione donationis in feudum, & erit feudũ
non mera donatio, nec libera erit res, ſed
feudalis, ita diſtinguit Pariſ.per eum allegat.in
conſ.23.num.15.iuncto num. 16.lib.1.& ipſe-
met Menoch. ibid. numer. 21.in fin. & ſeq. ita
rem hanc intelligit, & declarat. et ibid. per
20 tot.latè videndus. † Quando conceſſio ſapit
meram donationem, aut allodium, an verò
ſapiat feudum, & ad idem Crau. conſ. 293.
per tot.Ozaſc. conſ. 38. num. 7.et ſeqq. Burſat.
conſ.46.num.13.qui conſuluit in eodem caſu, ac
Menoch.conſ. 191. lib.2. Cephal.conſ.369.lib.
3. Rol. conſ. 50. lib. 3.repetito in conſ.1.lib.4.
Albenſ. conſ.64. num.64. et conſ.568. num.4.
poſt Oldrad.in conſ.159.Bero.eum concilians in
conſ.65. num.25. et per tot. et conſ.6.num.6.et
ſeqq.lib.1.Soac.in præl. feu.cap.20.nu.10.cum
21 ſeqq. † Et feudum eſſe non donationem ex
ſignis adhuc per Menoch.conſ.378.num.67.et
22 ſeqq. lib.4. † Donationem eſſe non feudum
23 in conſ.808. lib. 4. † Donatum fuiſſe Caſtrũ
& dominium fuiſſe translatum, quibus ex
verbis colligatur, idem Menoch.conſ.606.nu.
24 6. et ſeqq. lib. 7. † Imò feudum eſſe non do-
nationem in præſ.104.num.26.præſ.91.lib.3.
25 † Aliud eſſe feudum aliud donationem in
conceſſione Caſtri, Bero. conſ. 152. lib. 2.
26 † Pleniorem eſſe donationem, quam feudũ,
& differre donationem ab in feudatione
27 Menoch.conſ.307.num.34.lib.4. † Aliud exẽ-
plum donationis liberæ ex verbis, & clau-
28 ſulis &c. Menoch. conſ. 255.lib.3. † Et aliud
donationem eſſe non feudum in conſ. 1. nu.
29 6.et ſeqq.conſ.2. num.253. lib. 1. † vbi verba
nimis in donationem penderent, ad eamq;
violentarent, vltra Crau.& Ozaſc.cum alijs
ſupra cit. videri etiam poſſet Petr. de Grego.
de conceſſ.feu.par.2.q.1.et 2.per tot.et ibid.add.
ſub numer. 10. in fin. iuncto etiam numer. 9.
ante.

30 † Vnde ex prædictis, & alia errorum
detectio in promptu fiat, male ſi quidem
fuiſſe deductum a ſimili argumentum, vi-
delicet a donatione ſimplici ad feudum, vel
emphyteoſim, quaſi hæc eſſent ſimilia, cum
tamen diſtent toto Cœlo, et tamen ita argu-
mentatus eſt poſt Bart. et aliòs quos citat. Dec.in
conſ. 238. ſub num. 6. ſub verſ. venio ad 6. poſt
princ.d.num.6. Menoch.in conſ.309.num.1.&
et 2.iuncto num.27.lib.4.in conſ.155.num.27.
28.29.lib.2.clarius à ſimili precisè in cõſ.1153.
num.2.in fin.numer.3.et 4.lib.12.in conſ.489.
ſub nu. 22. libr. 5. et alij multi vt per prædict.
31 † Alter & ſecundus error eſt, quia ſi feudũ
acquiritur Inueſtitura, & ſic ex actu duorũ
in idem conſentientium, & vnde correſpe-
ctiuitas, ac viciſſitudinaria obligatio, vel ex-
preſſe, vel tacite, ergò male, & erronee ple-
raque iura fuerunt paſſim accommodata,
quaſi ſimilia huic materiæ feudali, & inter
quæ argumentum conſiſtere non poterat
vt de his dictum eſt ſuperiore cap. 13. quo
recurras, ne ſæpius idem repetatur. Sufficit
meminiſſe, vt ibi dicta etiam hac occaſione
magis confirmentur.

Hęc quoad recipientẽ; ſed quod pertinet
ad vtrũq; ad Inueſtiẽtẽ ſimul, & Inueſtitũ in
32 ſurgit difficultas cõtra rationẽ noſtrã, † ꝙ
magis communiter tenent Docto.in feudo
ex pacto. (& de quo nos ſupra, & ſemper
loquimur, dum feudum ſimpliciter nomi-
namus) non nocere alterationem niſi ad
præiudicium alterantis, non autem filiorũ
vel agnatorum Menoch.in addit.ad præſump.
92.in tertio caſu poſt med.et in quarto caſu in
fin.Petr.de Grego.de conceſſ.feu.par.3.q.5.nu.
3.et ſeqq.in q.6.n.8.et ſeqq.Roſent.in c.6. cõcl.
69.num. 3.et in glo. ibi, et num.14.et num.27.
33 et 28. † Niſi ſit primus acquiſitor, quem ſo-
lum poſſe alterare cum domino directo,
omnes admittunt, Grego.d.q. 6.in fin.& q.7.
verſ. ergo autem num. 37.& ad q. 5.num. 10.
11. Intrigl. de feu. q.10.num.75.alij vt infr.c.
52.de alienat.num.18.& ſeqq. Roſent.d.concl.
69.num.24.& ſeqq.Menoch.conſ.1.num.125.
34 lib.1. † Id quod procederet etiam in primo-
genitura, vel maioratu, vt plene Id. Menoch.
in conſ.993.d.nu.1.ad 22.lib.10.Grego.d.q.7.
per tot.& iterum in materia feudi Schrad. de
feu.par.5.cap.2.numer.42. Surd.conſ.573.ſub
num.26.27.lib.4.

35 † Verùm nec hæc communis opinio in
puncto

punĉto iuris videtur vera in filijs, licet verã
admittamus in agnatis.
36 † Primò omnes admittunt argumentum
ab alienatione ad alterationem *Iſern.in con-
ſtit. conſtitutionem in 1. col. in princ. Petr. de
Grego.d.q.7.num.1.& ſeqq.præſertim nu.52.
53. Abb. Mandel.in conſ.568.num.9.in fin.&
num.10. Menoch. d.conſ. 993. ſub num.16.&*
37. *ſeqq.lib.10.*† Et admittunt à fortiori, quia ſi
alienare, multò magis alterare licebit, ſeù
mutare Inueſtituram, *Menoch. in conſ.635.
num.10. in fi. & num.11. lib.7.Roſen.d.concl.
69.ſub.numer. 28. Petr.de Grego.d.par.3.q.6,
num.13.& q.7.num.52.*
38 † Atqui habemus quod alienatio pater-
ni feudi nocet deſcendentibus alienantis,
licet non agnatis, & idem in term. refuta-
tionis, vt infra hiſce titulis docebitur, *&
conuincit tit. de al. pat. feu.* qui loquitur de
feudo proculdubio antiquo, quod aliter pa-
ternum vocatur, & quo nomine excluditur
primus acquiſitor proculdubio, & nouum
feudum, vt admittit de feudo paterno eum
tex.loqui, ipſe *Grego.d.q.7.ſub numer.2* nec
eſt de hoc dubitandum cum ſimus in claris
ex definitione paterni feudi clara de qua
39 in *tit.de nat.ſucceſſ.feu.*† Vbi paternum feu-
dũ vocatur quicũq; ex ſuperioribus adquiſi
uit, ergo omnis à primò vſq; ad vltimũ vſq;
in infinitũ ſucceſſor, ergò de feudo antiquo,
& quantumuis antiquiſſimo propter di-
40 ĉtionem vniuerſalem, quicũnque. † iuxta
illud quod qui totum dicit nihil excludit *l.
ſi cui in principio.de leg. 1.l. Iulianus de legat.*
41 *3.dec.noſtr.flor.70.numer.5.*† Ità quod nulla
perſona excipiatur *vt ibid. num. 18.ex Crau.
qui latè in conſ.294.num.1.& ſeqq.*
Ergò (& multò magis) alteratio nocebit
42 deſcendẽtibus licet non agnatis.† Augeat-
que tibi huiuſce erroris indiciũ nõ ſolũ di-
ſtinĉtio feudi ex paĉto & ꝓuidẽtia male vſur
pata, & introducta, ſed eti error manifeſtus
cõtra tex.ipſũ, quatenus ipſe tex. reſtringi-
tur ad excluſionem feudi ex paĉto, de quo
tamen proprie eſt ſermo in eo tex.ad ſupr.
proxime.
43 † Et quatenus ipſe Iſern. excluſor, *vt
apud Grego.ſub d.num.2.* adeò eſt ea in relo-
quax, vt quo ſe vertat neſciat, demum verò
cadat in d.excluſionem ad ipſius verè con-
tex.deſtruĉtionem. Quare ſi ardua, ſi diffici
lis quæſtio, ſi diuerſimodus ſermo propo-
nitur ab eo, *Grego. in princ. d.q.7.* ne mireris,
ſignum hoc tibi ſit abſconditę adhuc veri-
tatis, ignoratique eius, à quo ea deduci poſ-
ſet, veri principij.
44 † Secundò omnes admittunt, quod vbi
eſt omnium conſenſus, tunc alteratio pri-
mæ inueſtituræ teneat in pręiudicium om-
nium conſentientium *Surd.conſ.384.nu.28.
29.lib.3.conſ.510.ſub.num.5. in conſ.317.nu.
11.lib.3.in conſ.440.ſub. num.46. Ozaſ.dec.
23.ſub num.28.Caſtr.conſ.48.circa præſentem
numer. 1.lib.2. Crau. conſ, 995. per tot. lib.6.*
45 † etiam per ratihabitionem ſubſequutam,
*vt ibid.num.26. Roſent.in cap. 6. d.concl.69.in
glo.A.Petr. de Grego. d. par.3.q.6.numer.10.
Menoch. conſ. 103.num.57.lib.1.in conſ.722.
numer.65.lib.8.Decian.conſ.73.num.50.lib.1.
Intrigl.cent.2.art.2.num.269.Magon.dec.luc.
14.num.40.Alex.in l.ſi mihi & Titio.num.17.
de verb.oblig.Ruin.conſ.20. num.17.lib.1.Iaſ.
conſ.24.num.4.lib.3. Bero.conſ.55.nu. 16.lib.
2. Gabriel. de dilat.concl. 2. num.25.Surd.conſ.*
46 *317. num. 11.*† Nec ſolum ſi expreſsè, ſed
etiam ſi tacitè conſenſum ſit, *Gregor. d.par.
3.q.5.in princ. Surd. conſ.440.ſub.numer.46.*
47 † putà ſi agnati (ad quos feudum pertine-
bat) paſſi ſint fœminam inueſtiri, ipſi am-
plius non admittentur, *Menoch.conſ.160.nu.*
48 *6.lib. 2.*† Vel ſi hæredes fuerint defuncti,
quia eius factum impugnare non poſſunt
49 *Schrad.de feu.par.5.cap.2.num.43.*† Vbi ſi
non ſcripto Inuentario hęres ſit, *Id.Menoch.
in addit. ad præſ. 92. in 1. caſu in fin. lib. 3. in
conſ.722.num.65.lib.8.Roſent.d.cap.6.concl.
69.in fine*, & ecce caſum noſtrum deciſum,
ſi quidem filij, & deſcendẽtes ſunt hęredes,
nec poſſunt feudum retinere, & repudiare
hæreditatem, ex tit. an agnat. &c. quod in
feudo recto, quod ex paĉto & prouidentia
dicunt, procedere toties diĉtum fuit.
Tertiò dixero (ſi agnatis conſentientibus
tacite, vel expreſsè, alteratio in eorum prę-
iudicium ſuſtinetur, ergo cum effeĉtu, &
irreuocabiliter, ne fiat aĉtus illuſorius quod
eſſet inconueniens *vt alibi diximus vt in cap.
35.num.66.in cap.23.par.2.num.77.*
Et cum feudum ſucceſſione acquiratur,
per quam omne ius aĉtiue; & paſſiue tranſ-
fertur, vt diximus, nulla poteſt eſſe differen-
50 tia inter defunĉtum, & ſucceſſorẽ † & quod
defunĉto licebat, ex eo quia eſſet domina-
tor, & arbiter, *vt per Roſent.d.concl.69. num.*
25.non ne eadem ratio viget in ſucceſſore?
51 † & ſi tanquam rem à ſe acquiſitam poſſit
acquiſitor alteri de conſenſu eius, à quo ac-
quiſiuit refutare, *vt id. Roſent.cap.2.concl.15.
& in gl. 6. cur* non poterit idem facere &
hæres? ex eo forſan quod à ſe acquiſita non
52 ſit? † At hæc non eſt neceſſaria ratio, cum
paſſim habeamus in iure noſtro, acquiſitio-
nes factas ab alijs, ab eorum ſucceſſoribus
transferri in alios, rationem autem neceſſa-
riam eſſe oportere *ſupra cap. 4. num. 30.* 3 t.
dixerimus. Alia ergo ratio erat inquirenda;
quæ nam? quod feudum ſit ex paĉto & pro-
uidentia, & ita ad inſtar fideicommiſſi, vel
primogeniturę, quę non poſſint alienari,
aut alterari; Atqui nec dari feudum ex pa-

ĉto

ćto defenſum eſt, ſed & ſi illud demus, tamē
non intrare æquiparationem vidimus eo
ipſo, ꝙ etiā feudū ex pacto & ꝓuidētia ſuc
ceſſione acquiratur, non fideicōmiſſa, aut
primogenia, in quibus non ex ſucceſſione
ſit acquiſitio, ſed eſt ordo ſucceſſorius tan-
tum, & acquiritur ex primo titulo non per
viam ſucceſſionis, vt pariter dictum eſt ſu-
pra *cap. 23. verſ. ad Rol. nu. 20. par. 2.* Quare.
libere dicamus doctores hiſce & ſimilibus
rationibus vti cum ſemel imbuta oſcitanter
opinione exiſtentię, & differentię dicti feu-
di ex pacto &c. ab alijs: ad cuius tamen de-
fenſam cum rationes verè non peruenirēt,
& quando peruenissent? iuxta illud.

Collapſaq; ruunt ſubductis tecta columnis.

In haſce certè nugas coloreſuè quęſitos
neceſſariò incidendum erat, *nam vt ait
Terent.*

*Cum in dubio eſt animus facili momento
huc atque illuc compellitur.*

53 †Quarto (quod quidem pertinet ad agna-
tum) habemus rationem noſtram in term.
confirmatam *per Signorol. de Homod. in conſ.
20. ſub numer. 4. verſ. item non obſtat tertium*,
vbi alterationem inueſtituræ ob id agnatis
non præiudicare, quia à genere habent, &
ex alio Iure, quàm à defūcto patre eius filię,
qui ad fauorem filiæ alterauerat Inueſtitu-
ram, & hoc vltra adducta *ſupra cap. 13. per
tot.*

54 † Quintò, & vltimò, quod pertinet ad fi-
lium ſeu filios, habemus textum ipſum in
term. *ideſt tit. an agnat. &c.* dum agnatis con-
ſentientibus feudum aliàs paternum fieri
poteſt nouum, ſi nouum, & cum effectu tali,
vt omnis ſit præcluſa via agnatis ad illud
aſpirandi, vt filius adeò teneat, vt nouum,
vt non teneatur oneribus hæreditarijs de-
functi, vt non ſit hæres, vt iure proprio te-
neat, iuxta ſupra *c. 1. ad fin.* Dixerit ne men-
dacium tex: quod eſſet feudum nouum, ſi
propter filios agnatorum conſentientium
quibus cōſēſus iſte nō pręiudicaſſet, remāſiſ-
ſet antiquū, ſeu paternū? profectò hoc mini
me dicendum, nec contra tex. nec contra rei
naturam, quia ſi nouum, ergo nullo pacto
antiquum, & ſi antiquum, ergo non nouum,
cum hæc ſint contraria inuicem ſe expel-
lentia *ad latè Ozaſc. dec. 23. num. 20. & ſeqq.*
55 *pręſertim numer. 28.* † *vbi ex Bal. ad tit. an.
agnat. &c.* ſcribit dominum agnatis præfer-
ri, qui nouæ Inueſtituræ conſentiendo, Ius
veteris Inueſtiturę perdiderunt, & perinde
eſt, ac ſi feudum eſſet finitum &c. *vt ſup.
d. cap. 1. ante fin.* & optimè pleniſſimè, &
eleganter *ad Piſtor. quaeſt. iur. lib. 2. cap. 7. nu.
54. & plurib. ſeqq. & q. 13. etiam per tot.* vbi
parentes proprijs filijs omnes præiudicare,
cuius opinio cum ſit hoc inſigni tex. muni-
ta, vltra mille alios, vt apud eum, & cum
ſumma, quam nos adduximus, ratione,
56 †Cedere neceſſe erit ipſi Roſent. qui cōtra
eum inuexit *in cap. 9. concl. 79. num. 14. & ad
cap. 2. concl. 16. num. 4.* vbi pariter excipit ne
conſenſus agnatorum in mutanda inueſti-
57 tura præiudicet eorum filijs. † Et quicquid
dixerit etiam *Mantic. de tac. & ambig. lib. 23.
tit. 20. numer. 22.* vbi quod poſteris, qui non
poſſunt conſentire, nullum fieri præiudiciū
poſſit, cuius dictum non ſolum ex iam di-
ctis, ſed & ex alio ſubuertitur, quatenus vti-
tur comparatione fideicommiſſi, & primo-
geniture, à quibus feudum diſtat toto cęlo,
Vide tu Piſtor. plenius in ſupra cit. locis, & verò
niſi conſenſus parentum filijs pręiudicarēt,
nūquam feuda etiam omnibus conſentien-
tibus, tam firmiter alienarentur, aut alterari
poſſent, quin altero ex conſentientibus de-
functo, liberi ex eo alienationes, & alteratione
58 huiuſmodi in irritū poſſēt vocare † atq; adeò
omnia bona feudalia omni pene comercio
priuarētur, *vt egregiè. Piſtor. notat in d. q. 7. n.*
59 †61. ſimile eſt quod dicitur de minoribus
vt non ſemper, quæ cum eis geruntur ſint
reſcindenda, ne quodammodo commercio
eis interdicetur, nemine cum his alias con-
tracturus *vt eſt in l. quod ſi minor. 24. §. nō ſę-
per. ff. de minorib.*

Inter hæc tamen continuè mirare, quā
ſibi ipſi ſemper conſtans fuerit textuum feu
dalium compilator ad hoc, quod in feudo
ſit hæreditaria ſucceſſio, Vnde ſucceſſor te-
neatur vel ad debita vel ad facta defuncti
Anteceſſoris præſtanda *cum præter tit. an
agnat. &c. & tit. de Capit. qui cur. vend. §. filius*
confluant in idem & conſpirent varij alij
tituli *ſupra num. 3. relati*, ex quibus de hære-
de in feudis, & de neceſſitate adimplendi
per eum, quę fecerat defunctus laicus, quic-
qd eſſet in feudo eccleſiaſtico, in quo ſecus,
ex eo quippe, quia hæreditaria qualitas in
eum non cadat; ex qua textuū in idem con-
cordantiū, tantò magis oporteat in dicta ra-
tione inſiſtere, eiq; adhærere, & inuicibili-
tatem eiuſdem concedere & fateri, etiam ab
oppoſitis inter feudum eccleſiaſticum &
60 ſeculare, † cum oppoſita inter ſe poſita ma-
gis eluceſcāt et mens magis declaretur ego
*dec. luc. 25. num. 45. flo. 51. num. 28. & dec. 71.
num. 44. lucens, 56. num. 28. bonon, 40. par. 3.
num. 45.*

CAP.

CAP. TRIGESSIMVM PRIMVM.

De formula pro ſe.

S V M M A R I V M.

1 *Dij boni, quanta occaſione huius formulæ dicuntur.*
2 *Alij feudum ſub hac formula conceſſum vocant ſimplex Alij informe quaſi ſine forma.*
3 *Rarò reperitur inueſtitura ſic concepta ſimpliciter, quin faciat mentionem de filio, hærede, aut alio ſucceſſore.*
4 *Filij in feudo informi ſuccedunt.*
5 *An tãquam hæredes videtur quod nõ quia, habẽt à lege. num. 8.*
6 *Et per alia vt exemplo feudi ex pacto & prouidentia.*
7 *Hoc feudum cum hac formula feudum ex pacto &c. dixerunt.*
8 *Et qui conſtituerunt differentiam notantur ſub num. 9.*
10 *Contrarium defenditur filios non poſſe repudiare hæreditatem. & ſeqq. num. 13.*
11 *Feudum cum hac formula eſt rectum & proprium.*
12 *Vnuſquiſque ſibi & hæredibus ſuis cenſetur ſtipulari, feudi tamen capacibus ſecundum ſubiectam materiam.*
13 *Reſpondetur ad contraria.*
14 *In feudo ex pacto & prouidentia etiam procedit tit. An agnat.*
15 *Feudum non ità habetur à lege, quin etiam habeatur ex prouiſione paterna.*
16 *Legitima habetur à lege, & tamen eſt de iure paterno, & de eius bonis detrahenda.*
17 *An feudum cum dicta formula ſit ex pacto an hæreditarium.*
18 *Euitantur ineuitabiles contrarietates Iſern.*
19 *An hoc feudum æquiparetur pactionato, remiſſiuè.*
20 *An præſumatur ex pacto &c. an hæreditarium.*
21 *De controuerſia inter Neapolitanos, & Pyleanos apud Roſ.*
22 *Contra Roſent. & pro Piſto.*
23 *Et contra Mantic. cuius dicta reprobantur.*
24 *Feudum informe in locis, vbi feuda eſſent hæreditaria etiam pro hæreditario eſſet habendum.*
25 *Item aliud eſſet adiecto pacto alienandi ex Natt.*
26 *Qui Natt. ponit. quidam, quod pactum ſit perſonale, & ponitur contra eum Surd.*
27 *Pro cuius opinione fuit iudicatum.*
28 *Limitatio Natt. dicitur vera, ſed non benè applicata.*
29 *In emphyteoſi procedit regula quod quiſq; ſibi &c. & ſeqq.*
31 *Eadem regula procedit ſecundum ſubiectam materiam, & de ea cum ſuis ampliationibus & limitationibus.*
32 *Etiam ſi dictum ſit pro ſe tantum & ſub num. 35.*
33 *Quid in ciuilitate ſibi acquiſita ſine mentione filiorum.*
Et alia de eadem & incolatu ibid. *num. 36.*
34 *Quid ſi dictum pro ſe ſolo, ſeù pro ſe ipſo, ſeorſo.*
35 *Quid ſi per ſe & hæredes aut per ſucceſſores ſuos.*

HActen⁹ de inueſtitura vt ſimpliciter ſequitur de ea videre vt in cõpoſito, ideſt
1 in ſuis formulis, & primò dij † boni, quanta
occaſione huius formulę pro ſe dicuntur,
ſed nos in primis, & ante omnia rem ſincerè
declaremus.
2 † Feudum, ſub hac formula conceſſum,
modo ſimplex appellant, quod quàm ſimplicisſima appareat formula iſta: modò informe, quaſi ſine forma, ſeù ſine certa forma
D. Ant. Sol. ad Ant. ſub decr. de feu. ad rubr. decr. quia in pleriſque glo. vn. num. 11. Roſent. in Synop. cap. 2. concl. 33. numer. 27. 53. vbi, & informe, & ſimplex, *& in concl. 50. in princ. Ozaſc. dec. 162. ſub numer. 9. Cabal. reſol. crim. caſu. 182. num. 16.* vbi quando datur alicui
nulla facta mentione filiorum neque hæ-
3 redum. † rarò tamen reperiri hanc ſimplicem formulam (adeò quod non ſit inueſtitura, quæ non de filio hærede aut alio ſucceſſore mentionem faciat) *dicat Loffr. conſ. 1. ſub num. 128.*
4 † Videtur ergo dicendum quod, tametſi
filij ſuccedãt in feudo informi *Arnon. epito. 93. Tom. de mar. tit. 1. num. 51. 56. 57. in tract. de gen. & qual. feu. Mol. de Hyſp. Primog. lib. 1. cap. 3. num. 4. Clar. in §. feudum. quæſt. 9. verſ. ſed quid dicendum, & quæſt. 83. ſub princ. verſ. ſi verò feudum. Did. var. reſol. lib. 2. cap. 18. numer. 3. in fin. Valaſc. de iure emph. q. 39. num. 11.*
Tamen videtur dicendum quod ſuccedere non habeant filij, vti hæredes, nec iure
tituloué hæreditario, ſed iure proprio.
5 † quia (cum pater eis minime ſtipulatus
fuerit) non à Patre, ſed à lege, ſeù à conſuetudine, à legis, vel conſuetudinis prouidentia habere dicuntur *iuxta §. cum verò Conra-*
6 *dus. de his qui feu. da. poſſ.* † Quia ſolet tranſire ad eos, ad quos ex natura feudi regulariter tranſit, nec perſonale cenſetur, *vt ait Cabal. d. caſ. 182. ſub nu. 16.* A fortiori quam in feudo ex pacto, & prouidentia, nam in feudo ex pacto &c. eſt ſaltem pactum, & ſtipulatio patris erga filios, hic verò nulla.

corum mentio, at datum etiam filijs(prout
ius intelligit)cenſetur, *vt ait Iſern. in §. huius
autem. col. 4. quibus ex cau. feu. amitt. Loffred.
conſ. 46. ſub num.* 11. ergo, vt in feudo ex pa-
cto filius ſuccedit etiam nõ hęres necquoad
eum procedit tit. an agnat. &c. *teſte Ozaſ.
& alijs de quibus per Roſent. d. cap. 2. concl. 50.
ſub num. 6. & in glo.* à; multò minus in iſto.
7 † Quod quidem ex pacto & prouidentia
eſſe exiſtimarunt doctor *vt Piſtor. quæſt. iuris
quæſt. 1. num. 16. vbi etiam nihil differre à recto*
8 *vt patet ex eod. Roſ.* † & ita ęquiparando
hanc informem formulam formulæ *pro ſe
& filijs*, iure proprio filios ſuccedere, ità
quod pater eis non poſſit præiudicare eſt
apud *Menoch. in conſ* 158. *num.* 60. 61. *lib.* 2.
in conſ. 378. *ſub num.* 52. *lib.* 4. & verè huc tẽ-
dere videtur totus conatus eorum, qui de-
fendunt tale feudum præſumi ex pacto, &
prouidentia, adeò quod quaſi à lege vel cõ-
ſuetudine habẽtes filij, non autem à Patre)
intret, diſpoſitio *l. 3. ff. de interd. & releg.* quę
habentur à lege, à genere, à rerum natura
manere filijs incolumia, tanquam iure
proprio, non paterno ad ſe ſpectantia *ad
Ozaſc in dec. 161. ſub num. 7. verſ. & ratio eſt
& n. 12. & ſub fin. dec.* quanquam hoc ipſum
in dec. 162. ſub nu. 9. mox deſtruat, dum vult
in informi habere locum *tit. an agnat. &c.*
in formi verò ex pacto &c. non habere lo-
cum, eo clypeo innixus, quod expreſſio filij,
in inueſtitura, hanc vim habeat, quam non
habeat tacita eiuſdem vocis ſubintellectio;
ſed id nos ſupra iam refellimus *cap. 28. par.*
9 *1. num. 17. & ſeqq.* † non ineleganter itaque
dixit *Piſtor. quæſt. iur. q. 2. ſub num. 29. in fin.*
Ipſum Cacheran. vel non ſatis ſibi cõſtare,
vel proprietatem feudi ex pacto & proui-
dentia minus rectè percepiſſe, dum inter
feudum ſimpliciter a feudo ex pacto & pro-
uidentia diſtinxit in *ea dec.* 162. Cum prius
in dec. 161. eadem cenſuiſſet: *ibid.* Piſto. *per n.*
ſeqq. ſingula refellendo.
10 † Quibus tamen non facientibus tex. tit.
an agnat. &c. procedere in feudo iſto in for-
mi verius eſt, non ſolum, quia tex. indefinitè
loquitur, quæ ratio communis eſt & alijs
11 formulis: † ſed etiam quia feudum ſub hac
informi formula conceſſum dicitur rectum
ſeu proprium, vt idem ita vocat *Roſent. d.
cap. 2. concl. 33. ſub d. num. 53. in concl. 50. ſub
numer. 5. ſub princ. & concl. 21. ſub num. 1. vbi
optimè Surd. ad tit. An Agnat. ſub num. 19. ſub
verſ. eſt verùm: à Kircherb. teſtans de comm. in
in diſcur. feu. cap. 4. num. 14. de feudo* autem,
prout eſt rectum, & ſtat proprie, intelligen-
dum eſſe cõ tex. illum iam alibi probauimus
ſupra cap. 1.
12 † Et demum etiam quia huc intrat regu-
la quod vnuſquiſque ſibi & hæredibus ſuis
cenſetur ſtipulatus, ſi non hęredibus omni-
bus extraneis, ſaltem hæredibus feudi capa-
cibus, ſecundum ſubiectam materiam, vt in
term. feudi ſimplicis allegatur *d. reg. per
Loff. conſ. 1. num. 127. Natt. conſ. 164. nu. 16.
Piſtor. quæſt. iuris. q. 1, num. 34. & nos quoque
alibi c. 23. n. 74.* & hoc ꝓbauimus etiã in feu
dis, procedere *c. 27. n. 5.* & (allegato *in term.
tit. an agnat.*) *Greg. de Conc. feu. lib. 6. q. 1. n. 4.*
13 † Quapropter (hanc eſſe magis commu-
niter receptam opinionem, teſtes ſint innu-
meri citati per *Roſent. in cap. 7. concl. 20. glo.
b. & in concl. 21. In glo. A. et in cap. 2. concl. 33.
d. nu. 53. et concl. 50. per tot. et in dict. glo. refert*
ita iudicatum, & alia ad ſaturitatem.
14 † Ad contraria reſponderi poteſt multi-
pliciter, primo deſtructo fundamento in
contrarium quod ſcilicet in feudo ex pa-
cto & prouidentia non procedat d. tit. An
Agnat. ſiquidem imò verò procedere eſt
magis communis opinio vt ſupra *cap. 1. nu.
22. et ſeqq.* ergo retorquebitur argumentũ,
vt ſicuti in hoc euitari non poteſt huiuſmo
di diſpoſitio, tit. An Agnat. ità nec in eo in
formi. & multò magis in hoc ꝓcedat quã in
altero ex pacto & prouidentia ad ſupra hic
ſub num. 6. licet dictum ibi non admittamus
in fonte veritatis: retorqueamus tamen & in
ducimus in argumentum hac occaſione.
15 † Item reſpondetur non ità haberi feudũ
à ſola lege vel conſuetudine, quin etiam ha-
beatur a patre, & ex iure paterno, *vt ſupra
cap. 13. per tot.* Hoc autem vel conſimili in
caſu, ſucceſſio non excluditur hæreditaria:
16 † Exemplum de legitima, quę habetur à le-
ge, & tamen, quia eſt de iure paterno, & de
eius bonis detrahenda, ità non excludit ius
hæreditarium *Old. in conſ. 94. numer. 16. et ad
ſupra cap. 14. num. 26. & ſeqq.*
Quod ſi replicetur, feudum informe non
tranſire ad extraneos, ſed ad feudi capaces
tantum, ex docto. ſub initium citat. verſ. vi-
detur ergo, quare non poſſe dici quid hæ-
reditarium, ad hoc iam ſatisfactum eſt ſu-
pra cap. 14. ſub princ. eò redeas.
17 † Et ex his quidem ita poſitis, à multis li-
berabimur allucinationibus, in primis ab
ea quæſtione an feudum informe ſit ex pa-
cto & prouidentia an hæreditarium: nam
veritas eſt vnum ita ineſſe, vt ex natura inſit
ſcilicet quod ſit ex pacto & prouidentia
ſeu rectum feudum ad deſcendentes tranſi-
torium quia eiuſdem sãguinis ex inſita feu-
do natura; Alterum vero ità ineſſe, vt non
ſit contra, vel præter naturam quod inſit
nec de natura proprie, ſed ſecundum natu-
ram, poſteaquam ei naturæ non inconue-
niat adheſio iſta iuris hæreditarij, imò verò
appprime congruat ad ſupra *cap. 28 par. 3.
num. 35. et ſeqq. et ad cap. 2. ad fin. verſ. ex qui-*
bus

Digitized by Google

bus per tot. ergo (ſi ſenſum inſpiciamus) dicemus eſſe ex pacto & prouidētia & hęreditarium ſimul, ſi corticem verborum ſequamur, dicemus nec ex pacto, nec hęreditariū, ſi veritatem ſecundum veros & proprios terminos textuum feudalium, eſſe feudum rectum, & proprium, quod repudiata hæreditate retineri non poteſt, vt in tit. noſtro.

18 † Ita ſi conſtituerimus, *Iſer. nec aliorum* nos faſtidient, contrarietates, aliàs ſine hiſce ineuitabiles, & de quibus etiam *apud Petr. de Grego. de conceſſ. feu. par 3. num. 1. & ſeqq. & ad ſupra cap. 28. par. 3. per tot.*

19 † Prout nec faſtidiet An feudum in forme magis pactionato, quàm hæreditario ęquiparetur *de quo Roſ. cap. 7. concl. 20. ſub num. 29. & cap. 2. concl. 33. ſub num. 5. ad fin. num. 10. ad in fi. num. 27. 46. vbi præciſe.* quia hæc poſſunt eſſe ſimul & ſe inuicem compati, vt ſupra de feudo ex pacto & prouidētia dictum eſt, quod poteſt ſimul & quid hæreditarium eſſe & dici.

20 † Nec diſputatio illa, aut tàm ſedula inquiſitio, an feudum præſumatur ex pacto &c. vel hæreditarium, quia vtrumq; ſimul eſt, & eſt abſque corruptione, aut in aliquo alteratione ſubſtantiæ feudalis: & error eorum deprehenditur, qui non eſſe ex pacto cenſuerunt, *vt apud Mant. de tac. & ambig. lib. 24. tit. 9. num. fin.* quàm tamen acrem cōtrouerſiam appellat *Roſ. cap. 2. d. concl. 50. ſub num. 1.* quam acritudinem, per huiuſmodi principiorum feudalium rite deductorū veritatem, facilè eludes.

21 Sed (quod in primis facit) illud ſit, quod *Roſen. in d. concl. 50. ſub nu. 5. & 6.* dum contendit prætenditque in eandem ſententia opiones Neapolitanorum & Pileanorum diuerſas vnire dicit Neapolitanos bene dicere, quia feudum informe ſit feudum ex pacto & prouidentia, in quo procedat tit. an agnat. Pyleanos verò & ipſos bene, quatenus hæreditarium eſſe quantum ad effectum tantùm & ſimpliciter ad hoc vt tit. an agnat. habeat etiam in hoc feudo in formi locum, non tamen quod ſit quid hæreditariū abſolute, id quod & prius dixerat ęquiparando feudum pro ſe & hæredibus feudo informi *in concl. 33. ſub nu. 5. ante fin. & alijs locis vt ſupra hic ſub numer. 19. nam ſi petitio* eidem diſplicet principij *vt in d. cap. 2. concl. 33. numer. 59.* an non ſit petitio principij, & nodum magis connectere, quàm ſoluere: dū ait quod quantum ad effectum tit. an agnat. &c. feudum ſit hæreditariū, & poſtea quod non ſit hæreditarium, hoc certe tollere
22 non poterat Roſent. † ergo benè, & melius eo Piſto. ab eo refutatus eod. num. 59. & alibi iam fuit: *vt infra cap. 35. numer. 12. & ſeqq & nu. 30. & ſeqq* nam cur. tit. An agnat. vult. filiorū non poſſe repudiata hęreditate feudum retinere niſi ob rationem, quia feudum ſit quid hæreditarium & quidē cū effectu, puta ſoluendi es alienum defuncti vt eſt in textu ipſo.

23 † Sic fruſtra etiam illud (quod quiſque ſibi & hæredibus ſuis proſpixiſſe cenſeatur) euitare contendit *Mant. de tac. & amb. lib. 23. tit. 9. num. 12. et ſeqq.* aut ſanę ab re omnino, dum vult, id et non obſtare, quominus feudum ex pacto & prouidentia magis quā hæreditarium cenſeri debeat: quia hoc eſt laterem lauare propter prædicta, & pręterea tex. feudales ab eo adducti, clare nimis id ipſum probant, nec reſponſiones ad eos ſunt ſolidę vt patebit intuenti, nam *ad num.* 14. quod verbum (*videtur*) exprimat veritatem, quid refert? nam ſi quiſque cenſetur ſtipulari præſumptiue, hoc ſatis eſt ad intentum, ſi ex rei veritate, & certitudinariè multò magis, ecce effectum eundem & multò magis &c. ad *num. 15.* quatenus intelligitur. *an agnat.* de feudo hæreditario ſolo eſt contra comm. omnium ſententias &c. *vt cap. 1. numer. 22. & ſeqq. & cap. 28 par. 3. num. 39.* Mitto alia eiuſdem Mantic. ex his tanquam ex vnque leonem.

24 † Cæterùm, quia poſſunt eſſe conſuetudines vel conſtitutiones particulares, in quibus feuda ſint hæreditaria ſimpliciter, hoc caſu feudum informe, quod rectum, & ad deſcendentes tantum tranſiret ex regulis iuris feudalis communis; eſſet & ipſum hęreditarium ſimpliciter reputandum in locis, vbi tales conſuetudines, aut conſtitutiones vigerent *Petr. de Grego. de conceſ feu. par. 6. q. 1. num. 18. et ſeqq. et plenius par. 3. q. 3. per tot in eod. tract.*

25 † Limitat *Natt. in conſ. 164. ſub num. 16. vt licet* in ipſo principali contractu feudi informis, intelligatur prouiſio, etiam hæredibus facta, tamen ſecus in pacto adiectọ contractui cum poteſtate alienandi, per ea, quæ ipſe ibid. & conſ. anteced. in eadem cauſa, vbi latè circa hoc, & maxime quod
26 ibi priuilegium eſſet perſonale, † ſed contrà (eo in ſpecie reiecto) tàm in dd. conſſ. quam in *conſ. 511. cenſuit. Surd. in conſ. 419 nu. 59. in fin. et ſeqq.* vbi ait priuilegium ob merita, aut quod tranſiuit in contractum eſſe reale, cōtinere cauſam oneroſam *iuncta num. 51. et ſeqq. lib. 3.* vnde intret ſubiectæ materię ratio, quæ ſuadeat, quod pactū illud informe etiam de hæredibus intelligatur, ſecundum quam huiuſmodi actum informen regulari ipſe *Natt. admittebat ſub d. num. 16.* ſed cum ſuppoſito quod ibi priuilegium eſſe perſonale & ità, pactum nec poſſet intelligi cum tacito ſubintellectu hæredis, quod ſup-

ſuppoſitum erroneum eſſet ſecundũ Surd.
37 † & ita contrà Natt. fuiſſe ea in cauſa iudi-
catum teſtatur id *Surd.dec.322.ſub.num.70.*
ex Siluan.conſ.65. in fin.et de viſu proprio ſen-
28 *tentiæ.* † Quare dictum Natt. in ſe verum
erit,& limitatio vera,ſed applicatio ſola eſt
erronea, quicquid pro parte eum ſequi vi-
deatur *Petr.de Grego.de conc.feu.par.6.q.1.in*
add.in fine.
29 † Idem etiam in emphyteoſi priuatorũ,
quia procedit dicta regula,quod vnus quiſ-
que ſibi& hæredibus &c. & idem in eccle-
ſiaſtica , quoad eos, qui ſunt eius capaces,
ideſt filios, & nepotes *vt Mantic. ex profeſſò*
de tac.et amb. lib. 22. tit.9. per tot. ad Cald.de
renou. emph. q.24.ſub num.82. Valaſc.de iure
emph. q.39.numer.11.q.50.num.23.Menoch.
30 *conſ. 989. nu.*|*39. lib. 10.* †& ibib. per tot. in
term. coloniæ: vbi iuxta ſubiectam materiã
31 intelligit dictam propoſitionẽ,*et in præſ.47.*
*p tot.lib. 3.*vbi ampliationes,& limitationes,
32 & q.d in priuilegio& alijs. † Ac etiã ſi dictũ ſit
pro ſe tantum *etiam in conſ.290.in term.feudi*
contra Decian. in conſ.29.lib.2.quem allegat n.
8.tenens,quod hęredi cenſeatur proſpectũ,
*et adhuc in conſ. 705.num.5.et ſeqq. lib.*8. vbi
pluribus iurib⁹,& exẽplis exornat hoc dictũ,
33 & contrarijs reſpondet per tot. † Sic etiam
Ciuilitas à patre ſibi , ſeù pro ſe acquiſita
nulla filiorum facta mentione intelligitur
etiam pro filijs , & deſcendentibus *Menoch.*
conſ. 165.num.6.lib.2.conſ.1088.num.42.lib.
11. & ita ſecũdum ſubiectam materiã,quod
ſemper notandum.
34 † Declara tamen prędicta niſi verba ſint
adeo prægnantia & manifeſta , vt non niſi
perſonam vnã includant,vt ſi ceſſio ſeù con
ceſſio ſit facta ꝑ ſe ſolo, multò magis ſi pro
ſe ipſo ſolo vt in caſu *Decian.d.reſp.29.n.45.*
35 *et plurib.ſeqq.lib.2.vbi vide.* † Item ſi dictum
per ſe et ſucceſſores ſuos , Aut per ſe et hæredes
ſuos,vt traſuerſales per hoc non cenſeantur
comprehenſi Inueſtitura,quamuis habente
clauſulam *In antiquum etc. vt per Inſignem*
virum D. Prim. Præſid.Bellon.conſ.45.nu.72.
73.74.num.79.et ſeqq. vbi vocem (ſuos) eſſe
perſonaliſſimam,nec poſſe verificari niſi in
in hæredibus loquentium ſiue nominatorũ
ſed ad Decian. mox. cit. iunge Menoch. præcit.
hic ſupra nu.32. vbi videtur arguere *Decian.*
Tu dic. bene *Decian.* circa dictum ipſum in
ſe verùm, ſed male quoad applicationem,
vt patet ex dictis *per eund. Menoch. d. conſ.*
290.n.8.in fin.prin.ante verſ.quoad verba: &
pro confirmatione *dicti Decian.* (quod in
ſe verùm ſit, ſcilicet) vt taxatiua vox taxet,
& excludat aliàs perſonas pręter nominatas
& Omne aliud non poſitum, & eius naturã
eſſe omnia alia negare *adde tex. in l.3.§.cum*
Titio ibique Bart.in ſum.ff.de adim.lega.cap.2.
et cap.paſtoralis.de cau. poſſ.;et propr.cap.1.de
ſequeſt.poſſ.clem.exiui de paradiſo. §.cum autẽ
de verb. ſign. quem tex. meliorem de iure trad.
Iaſ.ad l.iam hoc iure. num.4. in fin. ff.de Vulg.
Caſſad. dec. 1.de teſtam. num.3. Sen. Ferr.reſp.
13.pro dom.Leinici. vbi pleniſſimè.
36 † Item adde ad ciuilitatis materiã quod
tranſit in filios etiã alibi natos , & plura alia
de ea & de incolatu cum pulchris quę-
ſtionibus deciſis *vt per D. Nouar. Collect.ſu-*
per pragm. Neap.115.et in eligantiſſ; ſuo tract.
de elect.et variat. for.ſectio. 4.quęſt.63. vbi co-
pioſe quomodo acquiratur,& An quis poſ-
ſit appellari Ciuis quibuſdam caſibus *vt ibi*
per eum.

CAP. TRIGESSIMVM SECVNDVM.

De formula pro ſe & ſuis.

SVMMARIVM.

1 *An feudum cenſeatur ex pacto et prouidentia, an hæreditarium ſub hac formula conceſſum. et ſeqq.*

2 *Eſt rectũ,et proprium,non tamen excluſiuũ qualitatis hæreditariæ.*

3 Si ſibi & maſculis ſub eod.

4 Si ſibi & illis de domo.

5 *Quidam hæreditarium ſecundum quid.*

Sed motiuum fruſtratorium oſtenditur. ſub eod.

6 *Varia ſignificata vocis* (ſuum) *putà,ſi inſtituã-tur frater et ſui.*

7 *Si ſubſtituantur* Titius & ſui.

Si et ſui hæredes ſub eod.

Sunt qui ſuperflue poni dicant. ſub eod.

Suorum appellatione in ſubſtitutione etiam venire collaterales. ſub eod.

8 *In dubio hæc dictio (ſuis) magis referenda ad teſtatorem quàm ad hæredem fallit. et num. 11.*

Subſtitutio de genere meo , et ſuos, ideſt eiuſdem generis, vnde filij ſororum non admittentur. ſub eod.

9 *Precario conceſſum alicui ſi non dictum ſibi et ſuis, omnes de familia comprehenſi cenſentur.*

10 *Nec reſtringitur ad ſolos filios, licet ſui dicantur ipſi tantum filij.*

12 *Veniunt etiam nepotes in ſubſtitutione.*

13 *Verbum (ſuus) verificatur etiam in muliere licet filios non habeat in poteſtate.*

14 *Vſq, ad quartum gradum et ordine ſucceſſiuo ſui intelliguntur.et num.15.*

15 *De effectu ſi*|*de teſtatore vel ſubſtituto.*

16 *Declarato aliquo*|Rebelle & ſuis, *fœminas non comprehendi.*

17 Pro ſe ſuis & de domo *quæ comprehendantur.*
18 Pro ſe & ſuis liberis aut filijs *non intelligitur de nepotibus.*
19 *Alia, appellatione ſuorũ qui veniant remiſſiuè et num.19.*
20 *Quod ordine ſucceſſiuo et per viam fideicommiſſi.*
21 *Declara vt non ordine ſucceſſiuo ſed ſimul remiſiuè.*
22 *Vox (ſuus) in feudis an excludat emancipatos* ſub eod.
23 *An nepotes etiam in emphyteosi.et num.24.*
25 *Vox ſuis, reſtringit vt adiecta voci filijs etiam voce ſuis.& num.26.*
Contrarium in emphyteoſi ſub eod.
*Diſtinguitur priuata emphyteoſis ab eccleſiaſtica.*ſub eod.
27 *Et ratio differentiæ.*
28 *Quia emphyteoſis eccleſiaſtica habet certã naturam, vt feuda, in quibus Vox (ſuus) non reſtringit. et num. 29.*
30 *In contractibus filiorum appellatio ſtat ſtrictè et conciliantur opiniones.*
31 *In contractibus verba ſtrictè accipienda.*
32 *Mens talis præſumitur, qualem verba ſecundum ſubiectam materiam intellecta, præſe ferunt.*
33 *Itæ quod perſona, de qua agitur, conueniant.*
34 *Secundum naturam actus, cui interponuntur. Vnde in emphyteoſi priuata mens eſt vna, in eccleſiaſtica alia* ſub eod.
35 *Alex. auctoritate non attenta.*
36 *Qui tamen alibi contra dixiße refertur. Non tamen receditur à Mantic. ſaltem in eccleſiaſtica, quod nepotes veniant.* ſub eod.
37 *Referuntur tamen plures* Alex. ſequentes. *num.37. fortè ſequendus num.40. maximè ſi adiecta aliqua taxatiua. et num.41.*
38 *At pronepotes nunquam venirent.*
39 Quid ſi pro ſe filijs, & nepotibus. *In donationibus et feudis vox filij ad nepotes extenditur.* ſub eod.
42 *Quid in fideicommiſſis et primogenijs.*

1 ET † in hanc formulam cecidit malleus
queſtionis, an feudũ cẽſeatur ex pacto
& prouidẽtia, Alijs ex pacto alijs hereditariũ
ſentientibus, *vt ex profeſsò Tom. de Marin.
de Gen. et qual feud. tit.1.num.73. vbi in verſ.
quid ergo.* tenet eſſe ex pacto & prouidentia
& cõtra rationem, quę ei videbatur obſtare,
& fauere alteri parti tenẽti eſſe quid heredi-
tariũ, ſcilicet quod vnuſquiſq; cenſeatur ſi-
bi, & heredibus ſuis proſpexiſſe, conatur re-
ſpondere, ſed omnia inutiliter, & fruſtrà, ſi
quidem ſtat firmum, quod etiam in feudo
ex pacto & prouidentia procedit d. ratio, &
dicta diſpoſitio tit. An agnat. & præterea
cum vtrumque concurere poſſit, & ratio
ſanguinis, & qualitas hæreditaria omnia
hęc euaneſcunt, ſed ad hęc ſufficiat applica-
tio eorum, quæ precedentis formulæ occa-
ſione dicta iam ſunt: dicemus itaq. etiã hoc
feudum ſub hac formula conceſſum eſſe &
rectum, & proprium, nec tamen hæredita-
2 rię qualitatis excluſiuũ, † & ita omnes bene
dixerint, tàm qui filium non poſſe hæredi-
tatem repudiare, & eſſe hæreditarium, ſeù
ęquiparari formulæ pro ſe & hæredibus
dixerũt *vt Sol. ad noniſs. cõſtit de alien. bon. feu.
in princ. numer.3. Alex. conſ.26. vol.5. Petr. de
Grego. de conceſſ. feu. par.6. q. 12. in prin. et per
tot. Caputaq. dec. 302. par. 1. Valaſc. de iure
emph. q.44. num. 15. Pinel. de bon. mat. par.3.
ſub num.90. ſub princ. verſ. ex eiſdem Mant. de
tac. et amb. lib.23. tit.3. n.37. Capyc. in inueſtit.
in tit. feudorum clauſula: col. 1. in fin. pag.96.
3 et Grego. mox. citãd.* † Quã qui eſſe ex pacto
& ꝓuidẽtia idest rectũ, ſeù ꝓpriũ *vt Marin.
d. verſ. ego autẽ ad Marſ. Sing.160. col.2. ad fi.
intelligi* pro ſe, & maſculis conceſſum ait, &
ità etiam *tenuit addit. ad Iſern. de ſucceſs. feu.
§. hoc quoque ſub num. 3. lit. R. ante fin. ipſius
4 addit.* vbi alios refert. † *et ibi ſi ſibi, et ipſis de
domo. Bertaz. conſ. ciu. 90. numer.4. verſ. et cum
nulla allegat. Ozaſc. dec. 161. in fin. Iſern. cit. à
Loff. in conſ. primo num.113. et ſub num. 121.
et 127. et Mar. Frec. ex profeſsò ſequitur ac tue-
tur Piſto. quæſt. iur. q.1. num. 22. par.2.* Intel-
ligendo tamen verba ex pacto & prouiden-
tia, non vt conſtituentia aliquam propriam
ſpeciem, ſed prout indicant feudum pro-
prium ſeù rectum cum eo ſe compatientia,
per toties replicata.

Nec qui volunt eſſe hæreditarium, ſcili-
cet ſecũdum quid (*vt ait Mantic. in loco mox.
cit*) amplius extimeſcant rationẽ, qua moti
ſunt ad ità dicendum (quaſi quod hic intel-
lectus magis conſonet menti recipientis
5 feudum, † ex quo per eum facilius habebit
hęredem, & inuitabuntur deſcendentes ad
agnoſcendum eius hæreditatem, vt feudũ
conſequi poſſint, vt diſcurrit *Petr. de Grego.
de conceſ. feu. par.6. q.1. ſub numer.15. et 16.*)
Quia etiam quod feudum eſſet ex pacto &
prouidentia, quod nos rectum, & proprium
interpretamur, habebunt intentum per ſu-
pradicta, & alia inteced. & paſſim in tracta-
tu iſto: benè in eo quod hęc formula, prout
& formula *pro ſe, et hæredibus*, ſit ſecundum
ſubiectam materiam intelligenda: & opti-
mè quidem, propter varias acceptiones hu-
6 ius vocis ſuum † *Putà ſi inſtituat teſtator
fratrem, et ſuos Dec. conſ.252. ſub num.1. et 2.*
7 vbi dat tres intellectus. † Si ſubſtituas *Titiũ,
et ſuos Mãtic. de cõiect. etc. lib.8. tit.14. nu.19.
et ſuos hæredes. numer. 20. Fontan. defendens
Mant. de pact. dot. par.3. clau.4. num.30. 31.
Maynard. verò dec.9. lib. 5.* docet ſecundum
communem vſum loquendi in Francia eam
vocu-

voculam, et ſuis, ſuperfluò adijci, tàm in cõ-
tractibus quàm in vltimis volũtatibus, quia
nullam importet vocationem vel ſubſtitu-
tionem: & ità fuiſſe multis arreſtis declara-
tum; & alia vt ibi: Atqui ſuorũ appellatione
in ſubſtitutione etiam collaterales venire
refert. id Mant. ità iudicatum ſub d. num. 19. in
8 noua addit. † Et in dubio eſſe referendum
magis ad perſonam teſtatoris, quam hære-
dis ibid. in addit. ſub d. num. 20. teſtatur ſic indi-
catũ. Si ſubſtituam proximiores de genere meo
& ſuos ideſt eiuſdem generis, vnde filij ſo-
rorum non admittentur Menoch. conſ. 329.
num. 23. lib. 4.
9 †Et ſi precariò cõcedatur alicui nec adij-
ciatur ſibi & ſuis, ſui nihilominus (qui ſint
de familia, cenſebuntur comprehenſi, non
filij tantum l. cum precario. 21. la ſecunda ff.
10 de precar. † non ità ſtrictè accipienda huiuſ-
modi vox, vt tantum ad filios, licet hi ſoli
propriè dicantur ſui, reſtringatur Bertr. cõſ.
180. lib. 1. par. 1. in conſ. 61. par. 2. & conſ. 104.
11 ibid. † quibus locis attenta propoſiti natura
parum refert an intelligeretur de ſuis teſta-
toris vel hæredis in conſ. 196. num. fin. lib. 2.
12 par. 1. † Vbi venire etiam nepotes in ſubſti-
13 tutione in conſ. 101. vol. 3. par. 2. † vbi verbũ
(ſuos) quamuis patriam inferat poteſtatem,
verificari tamen in muliere, quæ liberos in
poteſtate non habet in conſ. 138. num. 5. 6. 7.
14 ead. par. & lib. † Vbi vſque ad quartum gra-
dum, & ordine ſucceſſiuo in conſ. 186. num.
3. eod. vbi idem per omnia in conſ. 38. ſub nu.
15 16. lib. 4. † Vbi de effectu, ſi de teſtatore vel
ſubſtituto. Aretin. in conſ. 39. numer. 2. & per
16 tot. † Vbi declarato rebelle aliquo, & ſuis fę-
minas non comprehendi Menoch. eum refe-
rens, & alios in conſ. 928. numer. 66. lib. 10.
17 † Quod ſi non per ſe ſtet ea vox. ſed cum
alia iuncta, aliud importabit, putà ſi inueſti-
tura contineat pro ſe ſuis, & de domo, quia nõ
ſolum deſcendentes, ſed omnes de caſata
18 complectetur Mantua conſ. 93. lib. 1. † Si pro
ſe & ſuis liberis vel filijs intelligetur de filijs
ipſis non de nepotibus Menoch. conſ. 328.
19 num. 14. 15. lib. 4. † & alia, vt qui appellatio-
ne ſuorum contineantur & ad materiam iſtã
recurrere ad Barbat. in repet. l. cum acutiſſimi.
numer. 110. & ſeqq. C. de fideic. Valaſ. de iure
emph. q. 44. num. 15. Meneb. de ſucceſ. progreſ.
§. 26. num. 12. Cal. de nomin. emph. q. 24. num.
40. vbi remiſſiuè referens ſimpliciter prædictos.
Ozaſc. conſ. 58. Crau. conſ. 22. numer. 1. & 2.
20 † vbi ordine ſucceſſiuo aut per viam fidei-
commiſſi, de quo etiam Mantic. de tacit. &
21 amb. lib. 22. tit. 9. num. 10. † quod tamen de-
claratur vt non ordine ſucceſſiuo ſed ſimul
per eund. Crau. conſ. 67. ſub numer. 5. ſub verſ.
ſecundo reſpondeo, & de quo etiam Bertrand.
d. conſ. 180. num. 6. & ſeq. lib. 1. Dec. in d. conſ.
152. quem impugnat Crau. d. conſ. 22. ſub nu.
22 6. † & latè Teſſ. q. foren. 95. par. 2. vbi quid iuris
ſiuè in teſtamẽtis ſiue in cõtractibus Subij-
ciamus & illud verùm non eſſe, quod vox
illa (ſuis) adiecta filijs in feudis excludat
emancipatos, quaſi ſui non ſint, nec in po-
teſtate, quia ea vox (ſuis) ibi ſtat magis de-
monſtratiuè, vel ex vſu quodam, quam vt
cenſeri debeat appoſita ad reſtringendum
feudum ad filios in poteſtate, cum ſit ſub-
lata differentia emancipationis, & patriæ
poteſtatis, & etiam quia vox illa ſuis eſt No-
tarij, non Concedentis, nec Recipientis, ex
quo dans vtitur verbo (ſuis) & recipiens
vtitur verbo (meis) & ità ſe habet communis
vſus Petr. de Grego. de Conc. feu. par. 6. q. 11. nu.
23 8. 9. & 10. † Nec nepotes Petr. de Grego. ead.
par. 6. q. 14. numer. 16. & ſeqq. & ibi per tot. de
24 hac formula pro ſe, & filijs ſuis: † Secus in
emphyteoſi nam vox. filij in ea ſtat ſtri-
ctè excluſiuè ad nepotes Salyc. ad l. 2. num.
32. & ibid. Iaſ. num. 191. C. de Iu. emph. Alex.
in conſ. 61. num. 2. lib. 1. Imol. in l. cum vir. in
fi. ff. de cond. & dem. & de magis comm. Mantic.
25 de tac. & ambig. lib. 22. tit. 12. in prin. † Tantò
magis ergo vbi voci filijs adiecta ſit vox ſuis
quatenus videtur adijcere reſtrictionem
26 † Prout vox (ſuis) etiam reſtringit Natt. cõſ.
164. num. 31. Menoch. in conſ. mox allegando
vbi ſub n. 13. ad fi. et in his term. allegato Salyc.
& Iaſ. dixit Petr. de Grego. d. par. 6. d. q. 14. nu.
18. & Menoch. in conſ. 328. num. 14. 15. lib. 4.
verùm contrarium in emphytheoſi priuata
pro ſe, & filijs, & à com. receſſit Mantic. d.
tit. 12. num. 6. & ſeqq. Ego diſtinguerem de
emphyteoſim priuatã ab eccleſiaſtica, vt in
priuata procederent antedicta quod in-
telligatur reſtrictio, in eccleſiaſtica nequa-
quam.
27 † Ratio differentiæ ſit, quia in eccleſia-
ſtica certa eſt eius natura, pro nepotes vſq;
admittens. §. emphyteoſim. Auth. de non alien.
rebus Eccle. Mantic. d. lib. 22. tit. 9. ſub num. 5.
28 & 6. † Vnde ſicuti in feudis (quia certa eſt
eorum natura, quod ad omnes deſcenden-
tes tranſeant) vox illa filijs non reſtringit,
ſed nihilominus eoſdem dicitur ſignificare
ſecũdum ſubiectam materiam, §. fin. in qui-
bus cau. feu. amitt. §. cum. viro Conradus. de his,
qui feu. dare poſſ. Schrad. de feu. par. 7. cap. 44.
numer. 44. & cap. 5. num. 3. Iaſ. in d. l. 2. ſub d.
num. 191. in fin. C. de iur. emph. Galin. de verb.
ſign. lib. 8. cap. 25. num. 13. Raud. de anal. cap.
12. numer. 2. & 6. lib. 1. Surd. dec. 73. num. 16.
ità eſſe etiam in Eccleſiaſtica facile admitti
29 poſſe videtur † tam quia materia eſt indife-
rens quoad gradus, quo caſu filius ample-
ctitur omnes ſucceſſores capaces ad Alex.
conſ. 17. num. 12. lib. 5.
Quàm quia hæc certitudo naturæ ope-
ratur

ratur ne videatur ſub ꝑtextu vnius, aut alte-
rius verbi ab ea receſſum, ſed maior vis req
ritur & maior expreſſio & veriſimile eſt ꝙ ſi
cõtraheтes voluiſſent emphyteuſim huiuſ-
modi ad filios tantum reſtringere contra
naturam ipſius propriam, aliquid amplius
dixiſſent, vnde talis eorum voluntas melius
appareret : ſecus in emphyteoſi priuata,
cuius cum natura maxime pendeat ex con-
uentione partium, partes autem dixerint de
30 filijs, † Et de iure *filiorum* appellatio ſtrictè
ſe habeat in contractibus, vt dicunt pręfati
docto, qui dixerunt quod ad nepotes non
tranſeant) ideò benè ſtat hæc ipſa eorum
opinio, quia voluntas contrahentium prę-
ſumitur eſſe ea, quæ de iure, & conformis
iuri cõmuni, vt ſupra & ità non obſtat quod
ait. Mantic. in d. tit. 12. *n.* 7. eſſe magis inſpi-
ciendum mentem contrahentium, quam
verborum propriam ſignificationem, quia
an hæc ſit mens, hoc eſt de quo diſputatur,
& præterea imò in contrarium eſſe mentẽ
colligimus ex proprio verborum ſignifica-
31 tu, iunctis regulis communibus † Quod in
contractibus verba ſtrictè accipienda, pro-
ut etiam in inueſtituris *Rol. conſ.* 79. *nu.* 38.
vol. 2. *Vult. de feud. lib.* 1. *cap.* 7. *nu.* 56. *Roſent.
in ſyn. feu. cap.* 6. *concl.* 28. *& ibi in glo.* 1. *cum
ſeqq. et cap.* 2. *concl.* 5. *per tot et in term. vt per
docto. pręcit. vt ſupra*, e contra verò in eccle-
ſiaſtica eadem conſideratio benè intret, nã
(vt verba ſunt ſecundum ſubiectam mate-
32 riam accipienda) † Ità mens talis eſſe præ-
ſumitur, qualem verba, ſecundum ſubiectã
materiam accepta, indicant, tametſi ea im-
propriari contingat l. *inſulam. ff. de praeſc.
verb. l. ſi vno. in prin. ff. locati. Iaſo. in prael. feu.
num.* 13. *Menoch. conſ.* 116. *numer.* 21. *lib.* 2.
33 † ità quod perſonæ, qua de agitur, conue-
niant *Surd. conſ.* 453. *num.* 52. 53. *lib.* 3.
34 † Secundum naturam actus, cui interpo-
nuntur, *vt late exornans in conſ.* 460. *num.* 15.
et ſeqq. mens ergo contrahentium in priua-
ta eſt vna, quam proprietas vocis demon-
ſtrat: In eccleſiaſtica alia, quam verbi ſigni
ficatio ſecundum ſubiectam materiam in-
tellecta admittit: vnde ex diuerſis non infer-
tur: & ſedere diſtrinctionis vtraq; opinio
maneat conciliata, & re vera omnes docto.
pro alia parte contra Mantic. loquuntur in
eccleſia ſt.ca. *Alex. excepto in d. conſ.* 61. *n.* 72.
35 *lib.* 1. † ſed cum non ex profeſsò, ſed obiter
loquatur aliud agens: & docto. per eum cit.
(viſi per me diligenter) loquantur vel in
contractibus ſimpliciter, vel in emphyteo-
ſi etiam ſimpliciter, parum de hac auctori-
tate curandum. Neq, verò obſtat quod etiã
priuata habeat certam naturam, quod tran-
ſeat ad quoſcunque vt alibi diximus.

Quia id procedit, & verùm eſt ſimpliciter
ſeù vbi ſimpliciter fuit conceſſa: Aſt vbi in-
trat conuentio *pro ſe et filijs*, iam non agitur
de emphyteoſi prout in ſui natura, quia *filij*
adiectio eam alterat, & alterando reſtringit
ad filios, & ſic *filius* hic ſtat de neceſſitate
reſtrictiuè. At in eccleſiaſtica ſecus, quia cũ
filij ipſi veniant ex natura eiuſdem, ipſorum
comprehenſio, ſeù expreſſio poteſt intelli-
gi etiã demõſtratiue. Quare illud huc intrat
quod verba demonſtratiuè in dubio ſtare
pręſumuntur *vt ſupra cap.* 23. *nu.* 33. *et ſeqq.*
vbi de hoc latè. Id quod in priuata intrare
non poteſt in qua non demonſtratiue ſed
magis limitationis ſtati *filiorum* adiectio.

36 † Veruntamen alio loco Alex. *nempè in
conſ.* 128. *num* 6. *lib.* 1. loquitur ex profeſsò,
& tenet nepotes non venire, ſed non allegat
alia iura, quam ſupradicta, auctoritas tanti
viri me terret, ratio me conuincit, vt non
diſpliceat opinio Mantic. ſaltem quoad ec-
37 cleſiaſticam. † At *Alex. refert. Gabr. de verb.
ſign. concl.* 1. *num.* 61. *et in eccleſiaſtica*, licet *obi-
ter loquatur Hond. conſ.* 54. *num.* 41. *lib.* 1. *item
ipſum Alex. in d. conſ.* 61. *etiam refert. Rim.
iun. conſ.* 440. *num.* 66. *lib.* 3. *relatus ab Hond.
mox cit. qui etiã citat Alex. d. conſ.* 61. *Gabriel.
et in term. eccleſiaſtica conſ.* 69. *n.* 22. *lib.* 2. *iũct.
nu.* 17. *et ſeqq. et nu.* 23. 24. vbi multò' magis
ſi expreſſi filij nomine proprio: Addi poſ-
ſent alij plures, citat *per D. meum Pręſ. Benc.
alleg.* 13. *verſ. quarta coniectura. pro. D. patrim.
Cons. dom. Comit. ſancti Secundi.*

38 † Cęterùm quicquid ſit de dicta quęſtio-
ne, & eius veritate, certe pro nepotes nun-
quam comprehendi; ſub; ea formula *pro ſe
et filijs* dicit *Menoch. conſ.* 321. *num.* 40. *lib.* 4.
39 † quid *ſi pro ſe filijs, et nepotibus*, & alia *V.
Mantic. d. lib.* 22. *tit.* 13. *Bero. conſ.* 97. *num.*
10. 11. *lib.* 1.

Et dictam regulam quod in contractibus
verba ſtrictè accipiantur, limita ne proce-
dat in donationibus, aut feudis vt in term.
vocis *(filijs)* ad nepotes extẽdi ſic dicta reg.
declarata *dicit Bero. conſ.* 121. *numer.* 15. *et
ſeqq.*

40 † Et dicta opinio Alex. fortè tenẽda quia
cũ eo trãſeunt cõmuniter docto. nec ad eſt
41 contradictor excepto Mantic. † & eò magis
ſi aliq̃d amplius vrgeat, quia fortè ſit dictio
aliqua taxatiua, puta *(tantum)* vel ſi dictum
ſit *pro ſe filijſq; ſuis*, quæ eſt, formule noſtra,
& ita in term. emphyteoſis Eccleſiaſticę
Calder. dec. 11. *tit. de loca. quem retulit Alex. in
conſ.* 17. *ſub num.* 4. *lib.* 5. *et Gabr. de verb. ſign.
d. concl.* 1. *num.* 65.

CAP.

Digitized by Google

CAP. TRIGESSIMVM TERTIVM.

De formula pro ſe & filijs.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum ſub hac formula conceßum ex pacto, & prouidentia appellatum, in quo non ſit neceſſe eſſe hæredem.*
Verùm contra. ſub eod.
2 *Verba dictæ clauſulæ ſtant demonſtratiuè.*
3 *In dubio demonſtratio non præſumitur cauſa diſpoſitionis.*
4 *Cauendum à Docto. qui confundunt materias diuerſas ab hac feudi in term. huius formulæ.*
5 *Huic formulæ reſpondere videtur vnus iuris locus l. cum patronus. §. cum libertus de oper. libert. & tamen non per omnia ſunt ſimilia, & in quibus ſint, & in quibus non, cũ ſuis diuerſitatum rationibus. & ſeqq.*
8 *Operæ tranſeunt ad filios, ſi conuenta.*
9 *Conuentio alia expreſſa, alia tacita, et tacita qua dicimus vnunquenque præſumi ſibi & hæredibus ſtipulari.*
10 *Ex duabus cauſis non deficit effectus, ſi vna earũ tantum ceßet.*
Si expreßa ſit conuentio cum clauſula pro ſe et liberis, in hoc operæ et feudũ conueniunt, vt filius conſequatur ſi non hæres ſit, quia hæreditas non delata. ſub eod.
11 *An filio liceat repudiata hæreditate operas conſequi, lex non definit, feudorum conſuetudines definiunt, et ſic non licebit. et num. 12.*
13 *Error aduertitur eorum qui ſpeciali conſuetudinis iure fuiſſe introductum, ne liceat repudiata hæreditate feudum retinere, quaſi ſit in contrarium ius commune in alijs, et reijcitur.*
14 *Quod cautum in iure non reperitur, non eſt ſuperſtitioſis adinuentionibus præſumendum.*
15 *Illud dicitur expreſſum, in quo eſt eadem ratio, vel legiſlator interrogatus ſic veriſimiliter reſpondiſſet.*
16 *Allegans ſpecialitatem debet afferre rationem.*
17 *Alius error notatur eorum, qui feudum aut emphyteoſim dicunt capi ex titulo mortis cauſa capionis, et reijcitur. & num. 18.*
19 *Actio et paſſio non poſſunt ſimul eſſe in eodem ſubiecto.*
20 *Declaratur hoc axioma remiſſiuè.*
21 *Vt quid ſit mortis cauſa capio, requiſita, et exempla.*
Putà ſi pretio accepto hæreditatem omiſiſti. ſub eod.
Putà ſi è contra vt pretio accepto hæreditatẽ adires. ibid.
Putà vt ſi conualueris, *reddatur tibi* ibid.
Putà ſi hæres inſtitutus ſit, ſi mihi decem dederis, *quia datum cauſa conditionis implendæ* ibid.
22 *A patre acquiſita ſuo titulo in filios trãſeũt mediante titulo ſucceſſionis.*
23 *Omniaquæ mortis occaſione capiuntur, ſaltem impropriè, dicũtur mortis cauſa capi.*
24 *Dictus error ab alijs Docto. animaduerſus.*
25 *Bart. titubauit, ſub odorauit tamen et inclinauit in idem.*
26 *Et probatur eius dictum quoad ius accreſcendi.*
27 *Voces nonnullæ filij dictioni æquiparatæ, in quibus idem ſit ius, enumerãtur,* poſteri, liberi, deſcendentes, *etc.*
28 *Innumeræ id genus formulæ, remiſſiuè.*

1 FVit etiam in feudo (ſub hac formula conceſſo) dubitatum an procederet cõſtitutio tit. An agnat. &c. rationes dubitandi fuerunt: Prima quod feudum hoc competeret ex vi legis, ſeu conſuetudinis, itẽ quod feudum cenſeretur acquiſitum filijs vt filijs non autem filijs, vt hæredibus, item quod filij haberent ex pacto & prouidentia concedentis, prout ex pacto & prouidentia appellant huiuſmodi cum hac formula feudũ conceſſum *Roſ. cap. 2. concl. 33. nu. 1. Vult. de feu. cap. 8. nu. 27. verſ. dictum eſt ſupra.* Mãtic. *de tac. & ambig. lib. 23. tit. 3. num. 29. Clar. in §. feudum q. 9. verſ. quãdoque verò Tom. de* Mar. *de gen. & qual. feu. tit. 1. num. 75.* Menocb. *pręſ. 130. num. 12. lib. 4.* Verùm hæc, & alia iam diſcuſſa ſunt ſupra pluribus capitibus *cap. 1. numer. 12. & ſeqq. cap. 9. per tot. cap. 13. per tot. cap. 18. per tot. cap. 23. per tot. præſertim num. 111. & ſeqq. & num. 152. & ſeqq. adduis num. 73. & ſeqq.*
2 † Vbi quod verba *pro ſe & filijs* ſtant demonſtratiuè, ideò eorum expreſſio, quæ tacitè inerant, non limitat diſpoſitionẽ *Natt. cont. 34. numer. 4. 5. Crau. conſ. 227. num. 4. 8. conſ. 245. ſub num. 9. conſ. 273. ſub num. 9. conſ. 297. ſub num. 6. conſ. 301. nu. 5. Pariſ. conſ. 92.*
3 *num. 42. lib. 1.* † Nec in dubio demonſtratio pręſumitur cauſa diſpoſitionis *Surd. dec.* 104
4 *num. 36.* † Quare ſolum cauendum eſſe ab erroribus meminerimus eorum, qui cõfundunt materias, iura applicãdo huic formulæ, quæ ab eadem valde diſtant, *vt notatum*
5 *eſt ſupra cap. 19. ad fin. iuncto tot. cap.* † Non poſſum tamen tacere nullum huic formulę *pro ſe, & filis* iuris locum magis reſpondere (quod viderim in toto corpore iuris) quàm vnum in ſpecie operarum *patrono & liberis ſuis* promiſſarum *in l. cum Patronus. § cum*
6 *libertus. ff. de oper. libert.* † quo loco adeò

vtuntur

vtuntur feudiſtici Interp. vt nihil ſupra:
videas *cap. 27. & Loſſr. conſ. 1. num. 6. & 15.*
7 *Roſ. cap. 2. concl. 33. ſub num.* 28. † & tamen
(ſi bene perpendatur) nec per omnia poteſt
cum feudis conuenire: diſponit tex. primo
loco, quod vbi libertus promiſit operas, nec
adiecit *liberiſq; ſuis*, quod idem eſt ac ſi di-
ctum eſſet, ſi patronus ſtipulatus fuiſſet ope
ras ſimpliciter non adiecto liberiſque ſuis,
liberi non habebunt operas, ſi non ſunt hę-
redes? An idem in feudo: minimè, quia ſu-
pra *d. c. 27.* eos probauimus habituros: ergo
non conueniunt, ſed quia non ſufficit hoc
dicere, quæ nam erit diuerſitatis ratio? illa
8 (vt puto) † quia licet operæ non tranſeant
niſi ad filios, non tranſeunt tamen per ſe, &
ſui natura, ſed ità demum ſi fuerint conuen-
tę *l. operis. 31. de oper. libert. Zaſ. ſing. reſp. lib.*
9 *1. cap. 3. num. 27. & ſub num.* 88. † conuentio
autem vel eſt tacita, vel expreſſa, tacita eſt
cum pater ſimpliciter ſtipulatur, quia vir-
tualiter hæc ſtipulatio continet quod vnuſ
quiſque ſibi, & hęredibus ſuis cenſetur pro-
ſpexiſſe, ſi hæredibus, ergo hæredibus pro-
prie, ſcilicet, qui adiuerunt per tex *l. ſi pactũ*
ff. de probat. filij ergo non hęredes immedia-
tè patri non ſuccedent, quia vox illa in eis
(quatenus hęredes non ſunt, nõ verificatur;
& ità nec intrat diſpoſitio, ſecus ac ſi filij
poſſent venire ex alio, nempè ſi citra con-
uentionem expreſſam ex ipſa rei natura ſuc
cederent, vt in feudis, in quibus ex natura
feudali ſuccedunt, quia, vtcunque verifica-
ri non poſſit in eis vox illa *hæredis* actu: aliũ-
de ſuppletur ideſt ex natura rei quod ſuffi-
10 cit eis, vt admitti poſſint, † Ex duabus enim
cauſis, ſi vna deficiat, at ſuperſit altera, non
deficit vel ceſſat effectus *§. adfinitatis: inſt.*
de nupt. Ozaſc. dec. 118. *num. 6.* Sin verò ex-
preſſa ſit conuentio, ideſt *pro ſe, et liberis*, in
hoc ambo conueniunt, quod vbi delata nõ
ſit hæreditas, liceat tamen operas, aut feudũ
prętendere, quia in caſu operarum verifica-
tur vox, ſi extant, liberi, etiam ſi hæredes nõ
exiſtãt, ergo intrabit diſpoſitio: In caſu verò
feudali diſpoſitio de liberis admittendis,
ſiue ſit tacita ex conſuetudine, & rei natura,
ſiue expreſſa, ex conuentione, ſemper ineſt
quare hæreditarię qualitatis defectus effe-
ctum huiuſce diſpoſitionis remorari non
11 debebit† hoc ergo feudum mutuaſſe dice-
mus ab hoc iure cõmuni in operis, vt ſi de-
lata non ſit hęreditas, feudo filius non pri-
uetur, ſicut nec operis priuaretur. Atqui cũ
hac differentia, quia hoc eſt generale in feu
dis, non eſt generale in operis, ſed in hoc tã-
tum caſu, vbi ſcilicet *pater ſibi, et liberis* fuit
nominatim ſtipulaus.
12 † Atqui ne iuri cõmuni, à quo hoc mutua-
uit, ingratum ſit feudum, ecce aliud quod
mutuat à feudo ius operarum, nam caſum,
an filio liceat repudiata hæreditate operas
prætendere ſeù retinere nullus tex. pręcise
definit in toto corpore iuris communis: de
feudo verò habemus tex. toties nominatos,
ſcilicet *tit. An agnat. etc. et §. filiur. de Capitan.*
qui cur. vend. vbi non licere, hinc ergo ad
operas liceat arguere, vtrobique enim ea-
dem viget ratio, quia vtrobiq; pater fuit ſti-
pulator principaliter, & fundamentaliter,
& fuit prouiſor, & magis in operis, in quibus
citra prouiſionem paternam nullus erat ſuc
ceſſioni filiorum locus, quàm in feudis, in
quibus aliquid etiam defertur conſuetudi-
ni ac naturæ feudorum, ita quod citra con-
uenientionem ſeù prouiſionem illam ex-
preſſam, filij admittãtur, vt dictum eſt, ergo
à fortiori procedit argumetum à feudo ad
operas *vt hac ex dictis cap. 13. nu. 51. et ſeqq.*
vbi valere argumentum inter hęc, quatenus
ſit eadẽ ratio, licet alioqui regulariter ſecus
iunctis *dictis cap. 27. per tot.*
13 † Et hac quidem occaſione, duo alij er-
rores & deteguntur & tolluntur: primus
eorum, qui hoc ipſum, quod in feudo non
poſſit hæreditas repudiari, & feudum reti-
neri, tribuerunt cõſuetudini ſpeciali in hac
materia, quaſi in contrarium ſit ius commu
ne in alijs *l. 1. ad municip.* & ſunt in hoc nu-
mero *Bart. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ſub*
numer. 4. ff. de op. libert. Imol. in cap. potuit. ſub
num. 61. vbi hoc eſſe ſpeciale et contra iur com-
mune expreſſim dixit ext. de loca. Mantic. de
tac. et ambig. lib. 22. tit. 17. num. 3. et alij com-
muniter. Vbi propterea non debere ad cõ-
ſequentiam trahi: nam primò nullus locus
eſt in iure communi, quo tale quid vnquam
14 affirmetur† vnde intrat, quod cautum iure
non reperitur non eſt ſuperſtitioſis adin-
uentionibus pręſumendum *Crau. conſ. 90.*
num. 2. cum alijs adducit. per Surd. in dec. 255.
ſub n. 2. in fi. ſecũdò imò ius eſt in cõtrarium
15 expreſſe, † quia illud dicitur expreſſum, de
quo vel I. C. interrogatus, ſic veriſimiter
reſpondiſſet, vel in quo eſt eadem ratio
vt dicit ibid. Surd. numer. 23. quàm ſubeſſe
mox diximus, argumentando à feudis ad
operas, & e contra, vt dictum eſt, & in caſu
præſenti non ſolum legislator de hoc caſu
interrogatus idem diſpoſuiſſet, quinimo in
indiuiduo diſpoſuit per d. tit. an agnat. &c.
16 & alibi, quo ſtante† qui allegat ſpecialitatẽ
debet afferre rationem, aliàs ſtat ius commu
ne diſponens, & refugium manet miſerorũ
allegare ius ſpeciale iuxta *ſupra iam dicta c.*
23. num. 110.
17 † Alter, & ſecundus eſt error eorum, qui
filios capere à patre feudum vel emphyteo
ſim titulo donationis cauſa mortis, ſeù mor-
tis cauſa capionis *Imol. in cap. potuit ſub n. 68.*
ext.

Digitized by Google

ext.de loca.Bart.in l.mortis cauſa capitur. ff.de
donat.cau.mort. cum alijs citand. Nam dona-
18 tio † cauſa mortis certe non eſt,non ex par-
te donantis,quia dominus qui cōceſſit feu-
dum donauit inter viuos , & ſtatim habuit
effectum donatio ſeu conceſſio irreuocabi-
liter *ad tit.de feu.ſine culp.non amitt.* Quæ nō
conueniunt donationi cauſa mortis, non
ſtatim effectum habenti,& vſq; ad mortem
regulariter reuocabilis. *l. 3. l. 6. et ibi Bart.*
ff.de don.cau.mort. ex parte vero patris acci-
pientis , non poteſt intrare donatio erga fi-
lios, quia ſi eſt donatarius non poteſt eſſe
19 donator; † cum actio, & paſſio non poſſint
ſimul eſſe in eodem ſubiecto, nec quis poſ-
ſit eſſe ſimul agens, & patiens *l. Vranius. in*
princ.ff.de fideiuſſ.et mand.l.frater à fratre. in
princ. ff.de cond. ind. Surd. dec. 109. numer.5.
20 †declara tu hoc axioma,*vt per Maluaſ.conſ.*
41.*num.19 vol.1.*quæ tamen declaratio hic
21 non obeſſet, nec ad rem faceret: † Sed nec
mortis cauſa capio eſſe poteſt , quia vt ſit
eidem locus, duo requiruntur,quod nullus
ſit titulus ſpecialis , & quod nullus titulus
antecedens ſed ipſa per ſeſe , & immediatè
ſtet , vt modus acquirendi perſonæ,in quā
quid confertur mortis cauſa *l. mortis cauſa*
capitur.31. ff. de don.cau. mort. Puta ſi pretio
accepto hæreditatē prætermiſiſti *vt in l.qui*
pretio. 8.ff.eod. tit. aut e contrà, ſi vt pretio
accepto hæreditatem adites iuxta *l.cum qui*
*21.ff.eod.*mortis cauſa cepiſti,q; a ex hoc mo-
dò immediate,& etiam quia hic modus pro
prio titulo caret , ſic ſi quis propter alterius
mortem donet, *putà ſi quis filio vel fratre ſuo*
moriente donet Meuio ea conditione,vt ſi conua
luerit alteruter eorum reddatur ſibi res,ſi deceſ
ſerit maneat apud Meuium, *vt in l. mortis*
cauſa. 18. eod. hic intrat mortis cauſa capio,
& Meuius ex hoc modò immediate acqui-
rere:ſic veniet caſus ſi fac quem teſtamento
hæredem inſtitutum ſub conditione, ſi mi-
hi decem dederit ab hoc ſi accipiam hæc
decem cauſa conditionis implendæ data,
erit mortis cauſa capio *vt in l. inter. 38. ff.de*
don. cau. mort. & ecce hæc ex hoc modò
immediatè , ſed titulo carente mihi acqui-
ri.

22 †Cæterùm vbi titulo feudi vel emphyteo
ſis antecedente hæc eadem patri acquirun-
tur,iam incipit ceſſare acquiſitio immedia-
ta in filio, de quo in præſentiarum quæſtio
eſt: &id eſt quod cauſat ſucceſſionem,& ſic
ius hæreditarium vnde per hoc ceſſet mor-
tis cauſa capio *vt eſt in d.l. mortis cauſa capi-*
tur ſaltem mortis cauſa capio propriè cap-
23 ta , † nam ſi impropriè , certum eſt omnia
quæ occaſione mortis capiuntur mortis
cauſa capi , & ideò etiam ea quæ habent ti-
tulum particularem *vt ex cad. l. infertur. &*
per ibi docto.& ad ſupra cap. 24.numer. 11.&
ſeqq.num.56. & ſeqq. ex quo tutò poſſimus
24 concludere ad dictum errorem † prout ita
eſſe, licet non ſic explicantes, dicunt alij *vt*
Did.Couar.ad rubr.ext.de teſtam.par.3.nu.26.
quem retulit,& ſequutus eſt,*Menoch.in cōſ.*
161.ſub num.49.verſ. ſextò ſuffragari,& nu.
50.lib.2. Petr.de Grego. de feu. conceſſ. par.3.
quæſt.7.ſub num. 53.ſub verſ. eodem modo.ad
fin. col. ex quibus alios pro vtraque ſenten-
25 tia habebis.† Et Bart.ipſe (vt animaduertit
ex alio per eum citato Did.) non firmauit
pedes in hoc,ſed in alio viſus eſt acquieſce-
re , nempè non eſſe locum iuri accreſcendi
vt fuiſſet,ſi mortis cauſa capio extitiſſet,ſed
eſſe locum ſucceſſioni ex natura contractus
emphyteotici , vno ex fratribus decedente
ſine hæredibus ad fauorem alterius fratris
ſuperſtitis alteram partem poſſidentis *in l.*
ſi mihi & Titio.110.numer.6.ibi præterea &c.
vt ibi iuncto num.5. ff.de verb.oblig. & in conſ.
58.num.2. verſ.præterea poſito iuncto num.1.
lib. 1. vbi ſub verſ. concluditur ergo : nota
verba,vel iure ſucceſſionis &c. & licet titu-
bet in modis refer tu ad cauſam, quia hacte
nus omnes hæſitarunt in materia vniuerſa
26 (certo duce eis deficiente) †ad dictum autē
Bart.non ex iure accreſcendi ſed aliter ſuc-
cedi *adde eleganter vt per Corn. conſ. 122.nu.*
pen. et fin.lib.2.

27 † Amplia autem prędicta omnia, vt pro-
cedant etiam in alijs quibuſdam vocibus in
hac materia voci filij æquiparatis , & per
quas ęquè feudum ex pacto , & prouiden-
tia,vel (ſecundum nos) feudum rectum,ſeù
proprium conſtituitur ſunt autem hæ *po-*
ſteri, liberi , deſcendentes, hæredes ſanguinis,ex
corpore, iure francorum , ſucceſſores feudales,
maſcul.,legitimi,proles,ſoboles,genus,generatio
poſteritas, familia,de domo, agnatio,parentela,
conſanguinei, linea, proximitas, gentilitas,pro-
ſapia,propinquus,coniunctus,de Cippo, de ſtir-
pe,& aliæ de quibus *per Carol. à Kicherb.in*
ſuo diſcur.feud.cap.4.num. 4.& ſeqq. & num.
50.& ſeqq. Tom.de Mar.de Gen.& qual. feu.
tit.1.num.67.& ſeqq.pleniſſimè Intrigl.de feu.
quæſt. 47.per tot.Petr.de Grego.de conceſ. feu.
par.6.à q.10.vſque in fin.per qq. ſeqq.Roſent.
in ſynop.feu.cap.2.concl.38.& per plures ſeqq.
vſque ad concl.49.Piſto.quæſt.iur.q.1.n.17.&
ſeqq.par.2. Schrad.de feu. par.2.c.3.nu.23.&
ſeqq.Capyc.in ſua inueſt.verſ.feudorū clauſulæ
fo.95.col.1.& ſeqq. Tiraq.in 1.retr.§.1.glo.9.
num.1.& ſeqq.nu.193.& pluribus ſeqq.Mol.
de Hyſp.primog.lib.3.cap.4.nu.9.11.Menoch.
præſ.88.per tot.lib.4.Cald.de nom.emph.lib.2.
28 *quæſt. vlt. per tot.* † vbi innumeras id genus
recenſet formulas *& ad ſupra cap. 13. num.*
82. & ſeqq.

CAP.

CAP. TRIGESSIMVM QVARTVM.

De formula pro ſe & Titio filio.

SVMMARIVM.

1 *In hac formula multæ et contrariæ notantur opinionet, an habeat locũ tit.* An agnat. *ſeù quod non liceat repudiata hæreditate feudum retinere.*

2 *Contra comm. opinio quod liceat. et num.7.*

3 *Et ſuccedit filius etiam exhæredatus. ſub nu.7.*

4 *Ex ratione quia etiam filiorum contemplatione cenſeatur feudum datum æquè principaliter, adeò vt filius habeat ſimul cum patre vino.*

5 *Idem in donatione.*

6 *Eſt differentia* an Titio filio nominatim, an filijs *in genere.*

7 *Imo etiam ſi dictum ſit* pro ſe & liberis.

Contrarium non licere repudiare et retinere defenditur. ſub eod *et ſeqq.*

8 *Non referre an nomine proprio, an appellatiuo probatur et ſeqq.*

9 *Vt in ſtipulatione* ſibi & filio, *qui erat amicus. et ratio. et num.14.*

10 *Demonſtratio vice nominis fungitur.*

11 *Exhæredatio dicitur nominatim facta etiam cũ nomine appellatiuo.*

Idem eſt exheredo filios ac filium meum Titium ſub eod.

12 *Nominatio per circunſcriptionem eadem ac facta nomine proprio.*

13 *Pronomen,* ipſius, *perſonaliſſimum ad oculum demonſtratiuum.*

15 *Cauſa vbi ſub nomine propriò, eadem ac vbi ſub appellatiuo.*

16 *Nominatio habet effectum reſtringendi.*

*Ad inconcluſionem nominatorũ et excluſionem aliorum..*ſub eod.

Vt in emphyteoſi. ſub eod.

17 Vel ſi vni ex filijs *ſtipuletur.*

18 *Non eſt neceſſe nominare nomine propriò niſi ad tollendam ambiguitatem, cui ex pluribus legari voluit.*

Aut quod vni ſoli tantum dare, quantum omnibus alijs ſimul in diuiſione hæreditatis. ſub eod.

19 *An nomine propriò an appellatiua effectus eſt idem, quia omnes ſuccedunt in infinitum.*

20 *Is ſenſus eligendus, qui vitio caret.*

21 *Feudum ſub hac formula cònceſſum etiam dicitur per Iſern. ex pacto et prouidẽtia, vt filius ſuccedat, ſi non hæres. quia non delata hæreditas, ſecus ſe delata.*

22 *Differentiam dari, quia vbi nomine propriò, ſucceſſio fit per capita.*

23 *Nec eſt locus repreſentationi vel tranſmiſsioni in hæredem.*

Niſi ex coniecturis aliter inferatur ſub eod.

24 *Sed reſpondetur hæc procedere in alia materia diuerſa.*

25 *Ex nominatione nulla fit alteratio, nec in natura rei, nec in natura actus (nec in ipſo actu) quod latè exponitur. et ſeqq.*

26 *Non in natura rei, quia eſt de natura feudi, vt non poſſit ſimul repudiari et retineri propter text. expreſſos.*

27 *Vnde ſtandum eſt regulæ, quandiu de exceptione non docetur.*

28 *Nullus locus in iure aut feudis, quod nominatus nomine proprio fuerit principaliter contemplatus.*

A ſimili iuris communis an liceat argumentari, et nõ licere vbi eſt tex. expreſſus in feudis. ſub eod. *num.29. et* 30.

31 *Non in natura actus, quia ſiuè propriò ſiuè appellatiuo nomine vocentur filij ad feudum, ſemper viget viciſſitudinaria obligatio, quæ eſt cauſa prouiſionis paternæ.*

32 *Non in actu ipſo, quia ſolus pater perficit actũ maximè fidelitatis, vnde impoſibile dicere quod filio ſit acquiſitum ſimul cum patre, cũ eodem non interuenienti ad eam præſtandam.*

33 *Actus perſonaliſſimus qui.*

34 *Conſideratur etiam fidelitas, quæ non permittit alium quàm verè interuenientem ad eũ actũ et iurantem.*

35 *In obligatione viciſitudinaria ſucceſſione ſucceditur.*

36 *Cur non poſſit filius repudiare et retinere ſecundum Docto.*

37 Docto. *huius opinionis, quod in hac formula non liceat repudiare, recenſentur et ſeqq.*

37 *Regula eſt quod in contractibus* pro ſe & filijs *pater cenſeatur ſtipulari prius ſibi, et poſt mortem ſuam filijs: Cui acquieſcendum etc.*

40 *Non negatur tamen reſpectus quidam maior habitus ad nominatos, ſed plus et minus non faciunt differe ſpecie.*

41 *Pater poteſt præiudicare filijs in feudo ſub d. formula.*

42 *In dubio nulla eſt differẽtia inter dictas formulas, et quod ordine ſucceſſiuo, et quod licita ſit alienatio patris.*

43 *Diſtinctio quod contemplatione filij propriò nomine, alias ſi appellatiuo reijcitur.*

44 *Qui tamen Iſern. ſenſit filio nomine proprio eẽſeri ſtipulatum vti hæredi.*

45 *Hic filiorum nominatio non tollit quin ſucceſſiuè capiant, et patriam contemplationem. et num.46. vbi examinatur add. ad eund.*

Ratio contraria opinionis de contemplatione principaliter perſonæ filij ponderatur et

reijcitur ſub eod. *num.46.et ſeqq.*

47 *Terminos contemplationis non benè applicari ad hanc formulam oſtenditur.*

48 *Contemplatio vbi verè et benè procedat.*

49 L.vſusfructus.C.de vſufr. *perpenditur et declaratur.*

50 *Item* l.profectitia §. 1. ff. de Iure dot.l.aditio.§.1. de acqu. hæred. l. ſed ſi plures.§. in arrogato. de vulg.l. dedit. ff. de ſolut. Docto. in l.cum oportet. C. de bon.quæ lib.*procedere dicuntur in term.vera contemplationis.*

51 *Datum alicui contemplatione alterius, perſona contemplata acquiritur.et num.56.*

52 *Id quod non poteſt verificari niſi in perſona in aliena poteſtate conſtituta et alia ad idem.*

53 *Argumentum à contemplatione procedit, vbi actus ſtatim et immediatè fit in fauorem alterius, vt ſtatim illi acquiratur.*

54 *Fidelitas eſt de ſubſtantia feudi.*

56 *Vtilitas ſpectat ad eum, cuius contemplatione aliquid fit.et ratio.et vbi procedat.et num.70. et 71.*

57 *De feudo filio conceſſo non debetur patri vſusfructus,et cur.*

58 *Contemplatio non operatur de neceſſitate vtilitatem in perſona contemplata.et num. 59. et 60.*

61 *Cauſa proxima attendenda.*

Ex contemplatione filij, etiam ea data; non infertur ad ſimultaneã acquiſitionem ſub eod. *et num.62.*

63 *Filius acquirit ſibi feudum ſibi conceßum, aut à patre eius nomine ſtipulatum, tanquam peculium caſtrenſe vel quaſi. et nu.64.et 79.*

65 *Emancipatus viuo patre non acquirit feudum patri et filio conceſſum, niſi inueſtitura ſit ſimultanea.*

66 *Quid iuris vbi principaliter fuit quæſitum filio.*

67 *Vnico modo filius ſimul cum patre acquirit per ſimultaneam inueſtituram.*

68 *De ſimultanea inueſtitura remiſſiuè.*

69 *Poteſt acquiri vel totum vel pars, dum de hoc reſultet.*

70 *Poteſt pater filio ſoli acquirere.*

72 *Ad eum beneficium non pertinet, qui non debet gerere officium.*

73 *In correlatiuis vno deficiente deficit et alterum.*

74 *Voluntas domini nolentis habere alium Vaſallum, quam inueſtitum attendenda.*

75 *Et vbi ab initio vnum, vt patrem, ſemel elegit, quia vt magis dilectũ principaliter conſiderauit.*

76 *Conſiderauit patrem principaliter, & eius ſeruitium, alios ſecundario.*

77 *Is ſenſus accipiendus, per quem vtrique conſulitur.*

78 *Vt patri dicenti de pecunia filij acquiſiuiſſe, non crederetur, ſic nec filio.*

Merita non ſunt cauſa finalis, ſed impulſiua cõceſſionis. ſub eod.

79 *Ex ſolis coniecturis meritorum filij non poteſt inferri ad acquiſitionem pro filio, niſi nomine eius fuerit ſtipulatum.*

Varietates adnotantur. ſub eod.

80 *Error Docto: quod non poſſint parentes filijs præiudicare.et num.82.*

81 *Non poteſt fieri quin aliqua etiam filiorum inſit contemplatio.*

83 *In feudo filio conceſſo contemplatione patris, pater ſuccedit contra regulas ordinarias feudorum, & hoc habet æquitatem.*

84 *Filia, cui datum feudum contemplatione patris, non damnanda ad intellectum nouum tex.* tit.quemadmo. feu.ad fil. pertin. *et ſeqq. nec inquietanda.et num.91.*

86 *Filia non retrahenda ab hoc feudo ob ſuſpicionem turpis quæſtus.*

87 *Parentes vulgò appellamus etiam omnes agnatos et cognatos.*

88 *Filia inhoneſta poteſt exhæredari etiam à matre.et num.89.*

90 *Mulier luxurians dedecori eſt parentelę.*

92 *Dominus caducato feudo non tenetur alios inueſtire.*

93 Damnetur, *ideſt non culpetur.*

94 *Condemnare pertinet ad Iuſdicentes.*

95 D.tex. *intelligitur etiam de feudo antiquo, contra errorem multorum, qui tantum de nouo.*

96 *An dominus cogi poſſit ad renouandum. et num.97.*

An in feudis aut emphyteoſi fiat renouatio in alios, quàm in vocatos.ibid.

99 *Renuntiatione facta fauore filiorum in manibus domini, vt filij inueſtiantur, feudum manebit antiquum.*

98 *Filiæ magis concedenda renouatio, quàm agnatis.*

100 *Ità poteſt feudum patri concedi nomine filij, vt fiat filij ſi pater promiſerit aut iurauerit fidelitatem pro eo.*

101 *A me factum dicitur, ab alio factum, ſed meį contemplatione.*

102 *Inſpicitur ille, cuius contemplatione fit actus.*

103 *Illi cuius contemplatione fit competit actio.*

104 *Filio nominato nomine proprio, an nepos comprehendatur, et quid in feudo, & num. 109.*

105 *Contrà, ex opinione auctoris in materia feudi.*

106 *Qui reſpondet ad contrarios.*

107 *Niſi adiecta ſit vox,* hæredis, putà Titio & Lelio eius hæredi, *quia de ſolo hærede fuit cogitatum non de alio, niſi de nominato.*

108 *Ratio adijcitur, quodquãdo filij nominãtur cum aliqua qualitate, quæ non inſit, nec verificari poſſit in nepote, filiorum appellatione non veniunt nepotes.*

109 *Prout in his term. loquũtur citati pro contraria opinione ſupra num.104. maximè in glo. c.*

Non

110 *Non attenditur expreſſio nominis proprij. Vbi poſſit conſtare, quod diſponens ſenſerit etiam de nepotibus.*

111 *An nomine filiorum veniant nepotes plura remiſſiuè.*

Non venire in odioſis dato exemplo vt. ſub eod.

112 *An nepos præferatur patruo remiſſiuè.*

1 APeriet † hæc formula campum ad no-
tabiles difficultates in tàm variata,
quàm intricata contemplationis materia
teſte Roſent.in ſynop.feu.cap 9.concl.66.nu.7.
& eſſe in multis varias eaſque contrarias,&
diſſentientes opiniones *dicit numer.9.ad fin.*
& ità eſſe experti iam fuimus *ſupra cap. 23.*
num.107.& ſeqq. 123.& ſeqq. ſed non prop-
tereà duximus, quæ ad eadem materiã per-
tinent, peropportuna huiuſce capitis oc-
caſione, fore prætermittenda.

2 † Quęramus itaque, an in feudo conceſſo
ſub formula *Patri, & Titio filio*,& vbicunq;
ſit conceſſio patri & filio, nomine proprio
adiecto, habeat locum tit. An Agnat. &c.
ita quod ei liceat repudiata hæreditate feu-
dum retinere? Et quidem communis opinio
eſt, vt poſſit adeò quod *tit. An agnat. &c.* nul
lum in eo ſibi vindicet locum *Petr.de Grego.*
de conceſſ.feu.par. 6.q.14.num.15.ad fin.Roſ.
in ſynop.feu.cap.9.concl.66.ſub nu.35.Intrigl.
de feu.q.47.num.20. Balzar.de ſucceſſ. feu.ad
princ.ſub num.9.col. poſt eund.num.3. in vlti-
3 *ma linea fo.68.in col.eiuſd.fo.1.in fin.* † & ſuc-
cedet filius etiam exhæredatus, vt dicunt
omnes præfati *& Iſern. ad tit. de ſucceſſ. feu.*
ad princ.ſub numer.1.verſ. ſi autem eſt datum.
4 *Roſent. d. concl. 66. num.26.* † Ratio eſt (vt
aiunt prædicti in *dict. loc.* & adhuc in alijs
vt Grego.in d.par.6.q.14.ſub.numer.21.verſ.
ſubintelligit, & q.2.ſub.num.9.ad fin.) quia fi-
liorum etiam contemplatione cenſetur ta-
le feudum cōceſſum, & ità ęquè principali-
ter, vnde omnes, & pater & filius inſimul,
& pro indiuiſo poſſideant, & teneant feu-
dum, ſeù medietas patri, & medietas fi-
lio cenſeatur acquiſita, *vt ait Roſent.d.concl.*
66.nu.25.ex Iſern. & Affl. iam in tit. de ſucc.
feu.quàm in tit.de alien.pat. feu.& ad Petr.de
Grego.in precit.locis,& ad Affl.dec.393.num.
3. & ſeqq. & ibid. Vrſil. numer. 2. & ſeqq.
5 † Vbi in donatione, † & conſtituit differen-
6 tiam *an ſi patri et Titio filio.an ſi patri et filijs,*
ſeù liberis fuerit ſtipulatum. *Menoch. con-*
7 *ſil.394. numer. 25. 26.lib.4.* † Vbi in feudo
Lanar.in repet. feud.cum hac per tranſit pluri-
bus in locis *ad tit.de ſucceſſ. feu.num.71.in fi.*
ex Iſern.per l. quodcunque §.ſi quis ita de verb.
oblig.ex l.fin.C.de vſufr. Vbi ampliat etiamſi
dictum ſit tantum *pro ſe et liberis,et num.74.*
in princ, et ad fin. quibus in locis non tenere
exhęredationem patris,*et ad tit.ſi Vaſal.feu.*
prive:etc.ſub num.44.paulò ante fin. et in add.
ad eun. tit. ſub num.14. in fin princ. quibus in
locis ait ob id delictum patris filio non no-
cere.

His non mouentibus, cenſeo in puncto
Iuris,& ſecundum rei veritatem, idem om-
nino eſſe, ſi dictum *ſit ſibi et Titio filio,ac ſi ſi-*
bi et filio,ſeù filijs, adeò quod filius & ordine ſuc
ceſſiuo ęque admittatur, & repudiare hę-
reditatem non poſſit, & feudum retinere,
ex identitate rationis demonſtrata *ſupra d.*
cap.23.num. 123. et ſeqq. quibus addo Affl. de
alienat.pat.feu.ſub num.10.verſ.ſecundo verò
caſu;& quod Iura indiſtinctè de filio loquũ-
tur, ergo nominis proprij adiectio non di-
uerſificabit, quia expreſſio hæc non facit
quin filius filius non ſit, & in cuius perſona
conſiſtere acquiſitio obligatione nō poſſit,
8 Vnde ſi non ceſſat cauſa nec effectus: † &
ità nihil referre an præceſſerit nomen pro-
prium an appellatiuum, & quod ordine
ſucceſſiuo ſit locus, tenet *Caſſane. in conſ. 6.*
ſub num.1. ad fin. princ.et per tot. conſ. Vbi, vt
videre eſt apud eum, conſuluit in caſu ſti-
pulationis *patris ſibi et filio* ipſius patris, qui
9 vnicus ei erat. † Id quod æquiparatur ex-
preſſioni nominatim factæ, prout ibid. Caſ-
ſan. nominationem hanc continue profite-
10 tur, & rectè † ſiquidem demonſtratio vice
nominis fungitur *l.certum. ff. ſi cert. pet.l.*
11 *nominatim ff. de cond.et demonſt.* † & exhæ-
redatio dicitur nominatim facta, quæ ap-
pellatiuo nomine, quo perſona ſignificatur
fit *Rvin. conſ.134.nu.24.lib.2. Menoch.conſ.*
3.num.28.lib.1.et egregiè Alex.conſ.134.ſub
numer. 2. lib.1. vbi idem eſſe *exhæredo filios*
meos,et filium meum Titium,& etiam iterum
12 *Menoch.conſ.825.nu.15.et ſeqq.lib. 9.* † Vbi
nominationem per circūſcriptionem, quo-
ad comprehenſionem, ſicque quoad ſigni-
ficationem, & effectum, nihil differe à no-
minatione facta nomine proprio,& ibi alia
13 ad idem. † Coadiuuat pronomen, *ipſius*, nō
tantum ad oculos demonſtratiuum ſed etiā
perſonaliſſimum *Mar. frec. de ſub feu. lib.3.*
verſ.ſecunda formula.num.11.fo.398.Decian.
14 *reſp.29.num.47. libr. 2. Berre. conſ. 24.* † Et
quod nullus alius aderat filius, cui poſſent
verba adaptari, nam hoc caſu expreſſio cē-
ſetur ſingularis, & in indiuiduo *Alex.conſ.*
134.ſub num.3.lib.1.

15 † Cauſa quoque eadem videtur ineſſe in
vna atque in altera formula, quia vtrobiq;
nominationem cauſa reſtringendi fuiſſe
factam, & propterea nullam conſtitui poſſe
differentiam etiam *ſup. d. cap.23.d.num.74.*
16 *et ſeqq.* oſtendimus † Quod verò nomina-
tio reſtringendi vim habeat *vltra d.cap.23.*
d.num.74.dicta,facit Surd.conſ.559.num. 12.

13.*Loffred.conſ.1.ſub num.73.* vbi ad incluſionem nominatorum,& excluſionem aliorum,*Gabr.conſ.69.ſub num.20. et ſeqq. lib.2.* Vbi per hoc emphyteoſim reſtringit ad nominatos nomine proprio,*Balzar.de ſucc.*
17 *feu.ſub num.10.fo.68.col.3.ſub princ.*† Vbi ſi pater paciſcitur *pro ſe, et vnò ex filijs*, non comprehenduntur alij fratres *Magon. dec.*
18 *floren. 13.ſub num. 16* † Vbi ad tollendam ambiguitatem neceſſe fuiſſe nominare per nomen proprium,cui plurium legare intẽderit Auus *per l.ſi communis ſeruus. ff.de ſtip. ſeruo.* quid preterea ;ſi inter plures velit dominus vnum habere dimidium in diuiſione alios verò (licet plures) alterum dimidium non ne nominibus eorum proprijs erunt nominandi *Videatur Roſent. cap.9.concl.66. num.36.37.vltra ſupr.cap 14.vbi vide.*
19 † Reſpondent quoque effectus, quia etiã liberi nominati nomine proprio in infinitũ vſque ſuccedent in feudo *Intrigl.d.q.47.nu. 21.ex Petr.de Grego.de conceſ.feu.par.6.q.14. vbi id dicit nu.16.& ſeqq.licet Intrigl.non alleget ſub his num.* In quibus tamen loquitur Grego.de formula in genere, ideſt de ea de qua ibi eſt ſermo, *pro ſe , & filijs.* ergo aut quod de illa formula generali dixerat idem tribui voluit formulæ *pro ſe & Titio filio*, & habemus intentum,quia vel ex ore ipſorum hæ formulæ æquiparantur, aut non, & tũc
20 falsò allegatus fuiſſet Grego. † Atqui primus ſenſus eſt magis eligendus , tanquam vitio carens *l.quoties in ſtipulationibus.80.ff. de verbor. obligat. l. quoties. 12. ff. de reb. dub.*
21 † & eſſe ex pacto & prouidentia feudum (ſub quauis harum formularum) conceſſũ, tenuit *Iſern.ad tit.an agnat.&c. ſub nu. 2.iuncta ibi addit. in verſ. in hoc ſuccedit. lit. L.* quæ intelligit Iſer.quod filius ſuccedat etiam nõ hæres,ideſt ſi non poſſit,quia delata non ſit hæreditas,ſecus ſi delata,*Iuncto eodem Iſern. & add.in verſ.l.3. lit. A.* vbi videtur & Iſern. & add.nolle adhærere illi opinioni Modernorum diſtinguentium formulam *pro ſe,& liberis,& pro ſe,& filio Titio*, dum aiũt, quod ſi ea quæ ſunt a genere remanẽt in columja, ad quid expreſſio nominum ? cum etiam ſine ea feuda (ſecundum Modernos illos) eſſent omninò incolumia remãſura apud omnes indiſtinctè? & deſtrueret alioquin feudum ex pacto,& prouidentia,cui nunquam locus eſſet ſecundum Iſern. ibid. ex quibus haurias clare in his formulis nihil diuerſi conſtitui, & omnes eſſe ex pacto , & prouidentia,& ideò omnes vt eiuſdem ſpeciei,ſic & eiuſdem naturæ, ac ſicut in vna , ſic & in alia oporteat eſſe hæredem, ſi hæreditas ſit delata,& ideò inſtant ijdem effectus in ambabus,etiam quoad qualitatem hereditariã.

Non obſtat dari alias differentias inter
22 has formulas. † Quia (aiunt) vbi filij ſunt nomine proprio nominati ſuccedatur in ca
23 pita, non in ſtirpes ; † Nec etiam ſit locus repreſentationi nec tranſmiſſioni ad hæredem,*Menoch.conſ.124.num.88. et ſeqq. conſ. 200.num.5.et ſeqq.nu.96.et ſeqq. lib.2.in conſ. 209.num.27. et ſeqq.lib. 3.* Vbi contra videtur ſentire , ſed id propter coniecturas &c. *in conſ.220.num.19.20.eod.lib.3.in conſ.417.*
24 *num.4. et ſeqq. lib. 5.*† Siquidem iſta procedunt in alia materia , vt fideicommiſſi , aut ſubſtitutionis , quàm pro diuerſa habẽdam, & diſtinguendam ab materia ſtipulationũ & contractuum poſuimus ſupra *cap.18.nu. 32. et ſeqq.*
25 † Præterea nulla ex hac nominatione fit alteratio (reſtrictione excepta , & diuiſione de qua ſupra.*nu.16.&* 18.) non in natura rei,non in natura actus, non in ipſo actu.
26 † Non in natura rei,quia agitur de feudo, cuius ea eſt regula , vt feudum retineri non poſſit repudiata hęreditate in *d. tit.an agnat.*
27 *in d. §. filius. de Cap. qui cur. vend.*† Regulæ verò ſtandum eſt , quatenus de exceptione doceatur *D. Morot. protopr. Reſp. 1.num.21. et ſeqq.et ſupra c.17.num.29. c.23.ſub nu.37. et ſeqq.et num.144. et hic infra nu.39.* nec eſt ab ea recedendum , niſi in ſpecie probetur exceptio,*vt in dec.noſtr.Flor.24.num.17. 18.19.et ad Bonon.dec.14.num. 24. Bonon.40.*
28 *punct.4.nu. 37.* † Quod verò filius quaſi ſui ipſius contemplatione vocatus principaliter cenſeatur,ſi nomine proprio ad feudum vocetur,hoc nullo iuris feudalis loco reperitur , nec hac de re quicquam in textibus vſuum feudalium exponitur , *vt fatetur ipſe Roſ.in d.c.7.concl. 66.nu.* 8. Nos verò vnum infra reperiemus locum , ſed non faciet ad Rhumbum, Atqui(replicabis) à ſimili iuris communis,poterit ità res diffiniri , vt profitetur *eod.loc.Roſent.* ſed vel nullum reperies ſimile, vt in reſponſione ad contraria expe-
29 riemur , † vel non eſt ad ſimile iuris communis recurrendum , vbi habemus deciſionem feudalem expreſſam , & indefinite loquentem *ex tex.tit.1.lib.2. de feu. cognit. et ad eund.Roſent.cap.1.concluſ.15. per tot. Soac.in prælud.feu.cap.7.nu.3.et 4.Schrad.de feu.par.*
30 *1.q.6.per tot.* † Vbi deficiente tex.feudali ꝑ Ius ſequendum,an ciuile an Canonicum,& hæc magis, vbi agitur de alteratione ad alibi dicta *cap.30.num.32.et ſeqq.*
31 † Non in natura actus ipſius, qui geritur, quia ſumus ſemper in obligatione reciproca; & viciſſitudinaria , & in quam maximè cadit , quod pater fuit prouiſor , & reliqua de quibus *ſupra cap.23.numer.26. et ſeqq.* ex quibus fit, vt is ſit recognoſcendus, vt ab eo ius in filium deriuare dicatur, vnde nõ poſſit tale ius diuidi ab alijs &c. vt ibid. & alibi

ſupra

ſupra, & in hoc fuit magna alluſio, dum cenſuerunt Docto. feudum tale immediate à Concedente recognoſcendum per filium, vt dictis locis fuit late oſtenſum.

32 † Non in actu ipſo, quia pater ſtipulans *ſibi, et Titio filio*, ſolus eſt qui interuenit, ſolus qui ſtipulatur, ſolus qui inueſtitur, ſolus qui fidelitatem iurat, ſolus qui paciſcitur, qui promittit: In his enim term. & cum hoc ſuppoſito ſemper loquimur, in quo verè ſumus in dubio, prout in dubio dicunt docto. cenſeri filij contemplatione feudum conceſſum, & ideo principaliter vocatum, nam de alijs caſibus, qui contingere poſſunt, infra aliquid videbimus, ſed nihil ad quęſtionem præſentem, in qua verò, & propriè verſamur. Itaq. ex quo in actu ipſo nulla ineſt, vel detegitur mutatio, ſeù alteratio, duo hinc eliciuntur argumenta dictam cõtemplationem principalem, & ius principale in filio nomine proprio nominato excludentia: primum argumentum in ipſa rei euidentia conſiſtit, quia ſi ſolus pater eſt in prædictis, & circa prædicta, impoſſibile eſt, per rerum naturam, filium ſimul ęque principaliter ſubintelligi, nam (vt reliqua omit-

33 tam.) accipiamus fidelitatem, † Hæc autem cum perſonaliſſima ſit, quomodo tranſlata à perſona patris etiam in perſonam filij cumulatiue fingere poterimus? *ad §. omnes filij ſi de feu. defu. fuer. contr. cum alijs vt infra cap. 34. num. 34. et cap. 47. num. 88. et ſeqq.* dicemus magis opportuno loco: *cap. 51. nu. 48. et ſeqq. infra. de exhered.* conuincit tex. hanc in re (meo iudicio) mirabilis *in tit. de Inueſt. facta marito in fragm. feud. apud Cuiac.* vbi ſi maritus ſolus de feudo ſuæ vxoris inueſtiatur ea abſente, niſi nominatim inueſtiatur quaſi negotium eius gerens, nil agit pro ea, ſed ſibi acquirit, ſin verò in ſimul inueſtiantur, ſimul pro parte acquirunt: ecce neceſſariam ſimultaneam inueſtituram, etiã quod agatur de re ipſa vxoris, vnde intrare poſſit quod eius contemplatione fieret inueſtitura, & tamen hoc non attenditur, ſed tãtum merum ipſum factum, ſcilicet quiſnam actualiter fuerit inueſtitus.

34 † Nec alterum argumentum minus conuincit, nam ſi fidelitas à quolibet feudi acquiſitore ſiue ex inueſtitura prima, ſiue ex ſucceſſione aliorum poſt eam præſtãda eſt, & eadem iuranda *vt cap. 47. num. 87. et ſeqq.* ſi hoc ipſo tempore, cum fit inueſtitura, filius nõ interuenit, filius fidelitatem non iurauit, in neceſſariam conſequentiam filij eiuſdem de feudo acquiſitio debet de alio tempore, de alio actu aut medio apto ad acquirendum verificari. Hoc verò tempus, hoc medium aptum non poteſt aliud conſiderari, quàm ſolitum & ordinariũ in alijs, ideſt per ſucceſſionem, & ſic poſt mortem patris, quo tempore demũ verificari poteſt terminus ſucceſſionis, & peti à filio feudum, & intra annum & diem renouationem conſequi, ſuum fidelitatis iuramentum præſtare *vt plenè d. tit. 47.* & conferant ac intrent axiomata, vel verba eſſe ſecundum ſubiectã materiam capienda interpretandaue, vel de habilitate, ſeù de tempore habili intelligenda, vel vnius incluſionem, eſſe alterius excluſionem; & è contra, vel cenſeri contrahentes ſeſe ad iuris communis diſpoſitionem conformaſſe, Quæ quidem iuris diſpoſitio, quando maximè ſtipulatio initiũ ſuſcepit à perſona patris, ea eſt, vt ordine ſucceſſiuo intelligantur filij comprehenſi

35 † & in hac quidem materia obligationis viciſcitudinarię, non ſolum ordine ſucceſſiuo, ſed etiam ſucceſſione ipſa, ex qua ad hæreditariam infertur qualitatem, vt hæc toties dicta ſunt; & in propoſito *ad Roſent. in cap. 9 concl. 66. num. 13.* vbi conſiderat in contractibus oneroſis patrem prius ſibi, deinde ordine ſucceſſiuo filijs acquiſiuiſſe cẽſeri.

36 † Adde tu quod diſpoſitum eſt, (& admittunt Docto.) in formula *pro ſe et filijs* habere locum tit. An Agnat. &c. vt non liceat repudiata hæreditate feudũ retinere, idque inter cętera, quæ afferuntur, ne aperiatur via filijs repudiandi hæreditates paternas, ne in odium patrum acquirentium feuda redundent eorum bona in filios vota, & prouiſiones ad dicta iam ſuperiore *cap. alibi cap. 18. ſub num. 27. et ſeqq.*

Hæc & ſimilia inconuenientia ſuccèderent etiam cum filio ſic nominato; Quarè minimè admittenda hęc opinio, vel quia in dicta inconuenientia incidere faciat, vel quia eò minus vera appareat, quod repugnantias detegat Docto. dummodò nolunt inuitari filios ad huiuſmodi repudiationes, modò permittunt ſaltem in filio proprio nomine vocato, & demum ſtantibus fundamentis contra hanc ſententiam allegatis.

37 † Atqui nec ſolus ſum in hac ſententia,

38 ſunt & alij Eminentiſſimi Viri. † *Roſent. in d. cap. 9. concl. 66. n. 57. et ſeqq. ait in hæc verba*

39 *ſed mihi hæc res non ita expedita eſt* † *Regula enim vel axioma receptum, et approbatum eſſe dict. c. 7. q. 16. n. 15. et hac quęſt. antea tradidi, quod in contractibus Pater pro ſe et filijs ſtipulãs videatur prius ſibi et poſt mortem ſuam filijs ſuis quæſiuiſſe: huic igitur tandiù acquieſcendũ videtur donec contrarium probetur Iam verò in legibus non videtur huius doctrinæ prodita exceptio in caſu, quo filij nominibus proprijs fuerint nominati, et ibid. numer. 58.* reſpõdet *ad l. fin. C. de vſufr.* allegatã pro ea opinione,

& ità pro dimidia non acquiri filio *ait num.*
59.cum citat.in glo.H. & ſub numer. 60.in fin.
40 † *licet eod.num.60.dicat.certè negari non poſſe*
quin ad filios ita expreſſos magnus habitus re-
ſpectus videatur, & in hoc benè, nam ex plu-
ribus forte vnum eligere cui beneficium
conferas, hoc ipſum per ſeſe indicat prędi-
lectionem. Atqui quod pater non poſſit
præiudicare non admitterem, quia ſi con-
cedamus poſſe præiudicare *ſtante formula*
pro ſe & filijs, ergo & ſtante alia, quia plus,
& minus non faciunt differre ſpecie, *ſupra*
cap. 17.num. 61. cap. 23. num. 50. & 62. nec
ex eo quod plus dilectus fuit hic filius, in-
fertur quod ob id natura rei maneat immu-
41 tata ad pręiudicium patris, † & ità in term.
patrem poſſe pręiudicare filijs nomine pro-
prio vocatis alienando adduco *Iſern. de al.*
pat.feu.num.19. ſub princ. vbi in feudo anti-
quo, quem retulit, & ſequutus eſt *Afflic.mox.*
citand.Gozad.conſ.4.num.30.
Ad idem adduco *Afflic.in tit.de alien.pat.*
feu.ſub.num.10. ſub verſ. pro ſolutione, & ſub
42 *num.11. verſ. ſi autem nulla.* † Vbi quod in
dubio nulla eſt differentia inter dictas for-
mulas: & quod ordine ſucceſſiuo, & quod
licita ſit alienatio patris in feudo nouo, &
antiquo, *Sonsbec. de feu.par.13.ſub num.6.fo.*
43 *294.ſub princ.* † Vbi diſtinctionem *Iſern.ad*
tit.ſi Vaſ.feu. priuet. præſumi quod contem-
platione filij ſi nomine proprio, & è contra
ſi appellatiuo reijcit in ſpecie, & ait nihil
eſſe, & Sonsbec. ſequutus eſt *Piſto. queſt.iur.*
16.ſub numer.31.in q.4.numer.89.& q.1.ſub
44 *num.24.*† *Qui tamen Iſern. in eod.tit.de alien.*
pat.feu. verſ.& ſi libellum ſub nu. 17. expreſ-
ſim tenet quod filio etiam nomine proprio
nominato pater ſtipuletur vt hæredi, ideſt
vt ſucceſſori, *vt refert. Loffred.conſ.1.numer.*
106.107.& 58.ante.Capyc.in Inueſt.feu.tit.
feudorum clauſula col.8. poſt med. verſ. pro ſe
45 *ſiphace., & Iuba filijs ſuis fo. 96.* † Vbi hanc
nominationem non tollere, quin filij ordine
ſucceſſiuo veniant, & quin patris contem-
platione habeant, allegato tamen Iſern. in
hanc ſententiam *ad tit.de ſucceſſ. feu. ſub nu.*
46 *1.ante fin* † ſed male dicit *add.ad ipſum Iſer.*
tit.de ſucceſſ.feu.ſub nu.1.lit.Q. verſ. ſi autem
ſed iſte addēs nō animaduertit quod Iſern.
benè, indubitanter tamen allegato *Iſern.*
ad tit.de alien.pat.feu. etiā voluiſſe hoc quod
dicimus ex verſ. poſſe tamen probari con-
trarium, vbi hoc expreſſim dixit, dictum
quidem ex noſtri ſententia in ſe verūm ſe-
cundū prædicta, & prout adhuc ex ſolutio-
ne contrariorum forte clarius eluceſcet:
Iſerniæ multum deferendum. puto in dictis
ſub d.nu. 17. quia ibi agit ex profeſsò & per
legitima fundamenta *à numer. 10. vſque ad*
num.19.

Neq; enim obſtat quod pro ratione con-
trariæ opinionis adducitur de contemplatione,
& de (ob eam) principali feudi acqui-
ſitione in perſona filij nominati proprio
nomine, iuxta ſupra ſub princ. huius cap.
verſ. ratio eſt num. 4. quia ad hoc multipli-
pliciter videtur reſponderi poſſe.
47 † Prima reſponſio illa ſit, terminos con-
templationis non bene applicari, nam ſu-
mus in formula, qua *pater ſibi, & filio* ſtipu-
latur, & ſic vbi duplex nominatur perſona
48 † at contemplatio ibi eſt, vbi in vnam per-
ſonam concipitur ſtipulatio, in aliam vtili-
tas confertur principaliter, & redundat,
Ruin. conſ.30.ſub numer. 6. lib.2. & in term.
formulæ pro ſe & filijs: Mart. nouiſſimè voto.
215.ſub num. 34. vbi in quibus terminis in-
telligi debeat contemplatio, *Cephal. conſ.*
617.num.172.Magon dec.florent.13.num.20.
& ità eſt in omnibus Iuribus, quæ allegan-
48 tur † *vt in l.fin.C.de vſufr.* vbi ratio dubitan-
di erat, quod vſusfructus videretur conceſ-
ſus filio, aut ſeruo contemplatione patris
vel domini, & ideo vel non poſſet in filio
manere, niſi herede patris, vel ipſe, eo pri-
uaretur, eo amiſſo in perſona patris ex ali-
qua cauſarum *de quib.in textu*, & tamen Im-
perator contrarium definit, quod filius etiā
non hæres habeat vſumfructum, & quod
eo non priuetur, ſequuta priuatione in pa-
tre, Ratio decidendi eſt, cum, *vt ſubdit in fin.*
ibid.textus, plerumque veriſimile ſit teſta-
torem contemplatione magis filij, quam
patris, vſumfructum ei reliquiſſe, ecce quod
verba relicti in ſolum filium ſonant, dubi-
tatio verò erat an contemplatione patris,
ità quod in eum vtilitas collata cenſeretur
& ità in term. cenſet ac intelligit, (licet non
hac pauló latiori explicatione) *Roſen. in d.*
cap.9.concl.66.num. 58. et ad plura exempla
Surd.dec.118 per tot.
50 † Allegātur *& l.profectitia.§.1.ff.de iur.dot.*
l.adito.§.1.ff.de acquir.hæred.l.ſed ſi plures.§.
in arrogato, & ibi Doct. ff.de vulg. l. dedit. ff.
de collat.Doct.in l.cum oportet. Vbi ſub prin.
ſunt hæc verba, *Patri quæri ſiuè à patre pro-*
fectum dici, quod eius contemplatione filio datur
C.de bon. quæ lib. & alia id genus *vt per Ro-*
ſent.in d. cap. 9. concl. 66.num.9. Curt.de feu.
par.5.num.4. Iſern.inſr ad fin.citan.& paſſim
Doct.
Sed his Iuribus nihil magis probari, quā
quod diximus filio acquiri, ſcilicet eū qui-
dem nominari, ſed in patrem commodum
tranſire, hocque caſu cōtemplationem in-
trare euidenter conſtat, *& ità Roſent.præſen-*
ſit ſub d. num. 9. verſ. quoniam, & ratio ipſa
51 conuincit † Quia axioma eſt ità conceptū
quod datum alicui cōtemplatione alterius
acquiritur perſonæ contemplatæ *l. ſi filius*
fami-

familias, et ibi Bart. ff. de donat.cau.mort. Bal. in l.cum oportet. num. 3.C. de bon.quælib.cum alijs cit.per Seraph.dec.1108.nu.4.& in term. per Roſent. d. cap. 9.concl.66.numer.11.12.et
52 *ſub num.* 30. † Id quod non poteſt verificari niſi quando agitur de perſona in aliena poteſtate conſtituta, vti filio, & quando agitur an ſint computanda inter profectitia, vt optime totam hanc rem explicat melius quàm alius (quod viderim) *Seraph.d.dec.1108. ſub d. num. 4. et ſeqq.* quibus adde tu *Menoch. in conſ.81.num.53.54.lib.1.* & licet non audeat decidere *Roſ. in d. cap.9 concl.66.numer.33.* an hoc ſit verùm ſolum, niſi quando agitur de perſona in poteſtate, propter aliàs quæſtiones, An datum mulieri cẽſeatur mariti, An Ambaſciatoribus cenſeatur Principum, cum tamen nec mulier, nec Ambaſciatores ſint in poteſtate mariti, vel Principis, Tamẽ ex quo *extat. d. dec. Seraph. vbi num. 6.* dicit eſſe rationabilius, quod non acquiratur marito, aut Principi, ſicque ceſſet contemplatio, iuncta etiam decis. Biſign. & alia Iſpalen. ibid. allegatis, cum regula quod alteri per alterum non acquiratur, niſi per eos qui ſunt in poteſtate, & per auctoritates ac de comm. (vt ibi) conquieſcere poterit circa hæc intellectus, aduertas tamen ibi allegari *Rom. ſub conſ. 174.cum ſit conſ.172.*
53 *errore fortè impreſſorum.* † His adde *Crau.in conſ.279.ſub num. 2. verſ. ſecundò reſpondeo,* dum ait argumentum procedere, quando actus ſtatim, & immediate, & principaliter fit in fauorem alterius, vt ſtatim illi acqui-
54 ratur &c. vt ibi per eũ. † Vnde bene Mart. & Ceph. ſupracit. ceſſare contemplationẽ, vbi relinquitur filio non patri, ſed malè in eo, vbi patri, & poſt eum filio clarè conſtare quod non contemplatione patris ſed ipſius filij, & ideò patrem non poſſe præiudicare, quia fundamentum præiudicij non ſtat in hoc, ſed in radice, & iure paterno, vt alibi diximus, maximè cap.23. vbi multa alia ad eandem materiam, eò denuò recurre, vt quæ hic deſunt, ex eo ſuppleãtur, & e contrà; materia tota ſurſum deorſumque verſa ad has cõpulit inculcationes, & maiores elucubrationes.

Item & ſecundo conſiderandum, quod nos ſumus in conceſſione, quæ habet immixtam exaduersò promiſſionẽ fidelitatis, & aliorum, prout continere poteſt Inueſtitura, deme fidelitatem, demis actum, demis
55 feudum ipſum † Quia fidelitas eſt de ſubſtantia feudi, & ſine qua non conſtituitur feudum, nec in eſſe deduci poteſt *Curt. de feu. par. 1. q.7.num.3.Scharad.par.2.q.2.nu. 28.Vult.lib.1.cap.7. ſub nu.55. verſ. eſt etiam in fin.* ergo qui legetur in inueſtitura fidelitatem expromiſiſſe, cum quo fuerit conſtitutum feudum, is habebit feudum, cum alioqui non expromiſit, non fuit conſtitutum, non fuit ei ſimultanee datum, nec præſumptiue, nec contemplatiue, nec vllo modò quia deficit actus neceſſarius ad illius acquiſitionem quomodo ergo habebit aut habere poterit dictum feudum niſi ſubordinate?
56 Et hinc illud eſt quod aiunt, & rectè, vtilitatem ſpectare ad illum, cuius contemplatione aliq̃d fit, ſeù vbi expreſsè cauetur, vt ad illũ ſpectet vtilitas prout in caſu *l.ſi legatum.quib.mod. vſufr.amitt.et in l. ſi quis vſũfructum. ff. de vſufr. leg. Seraph. d.dec.1108. ſub d. nu.4.* Hic ceſſat expreſſio, quia ſimul ſtant beneficium feudi, & onus fidelitatis, & ſi vis dignoſcere in quem beneficiũ feudi fuit collatum, vide in quem & onus fidelitatis, ſtatimque intelliges hanc perſonã, in qua vtraque coniuncta ſunt, fuiſſe contemplatam, & quicquid alia etiam poſſit cenſeri contemplata, non tamen principaliter, ſed alio modo, ideſt per viam ſucceſſionis ſeù ſubordinate *vt infra num. 62. 76. 77.*
57 † Et hęc quidem adeò vera ſunt, vt etiãſi filio ipſi datum ſit feudum, cuius ratione cadere poſſet materia de contemplatione, adhuc tamen verùm ſit vſumfroctum feudi patri non acquiri, ratione illa, quia cum pater eius feudi non ſit capax, & dominus filium elegerit fidelem, ab eòque ſeruitia militaria, & fidelitatis ſibi præſtari velit, tacitè actum videatur, vt commoditates feudi nõ ad patrem, ſed ad filium pertineant *arg.C. vn. §. fin. in quib. cau. feu. amitt. iunct. auth. excipitur, et ibi not. C. de bon.quæ lib.et ita Roſent.d.cap.9.concl.66.num.15. et ſeqq.et à nu. 13. et ſeqq.cum glo. O. P. Q. vbi latius vide* & dicitur peculiũ caſtrenſe, prout & quodlibet donatum à Principe, in quo pater nõ habet vſumfructum *Surd. dec. 39. num. 67.* vbi ſublimitat ſi res donata poſſit tranſire ad deſcendentes.
58 † Et idem omnino eandem ob cauſam intelligerem in feudo ipſi filio ob merita patris conceſſo, vt vidi ego patres de Principe valdè benemeritos procuraſſe, vt filius de feudo aliquo Inueſtiretur, licet adhuç ſine merito apud Principem, nam quomodo hęc concordari poterunt, quod filius fidelitatem iurauerit Principi, & quod pater habiturus ſit feudum, licet eius contemplatione, & ob merita eius filio conceſſum? non habet illud feudum niſi ille fidelis, nec alius poteſt habere, niſi cum hoc ſuppoſito fidelitatis pro eo expromiſſę, nec fidelitas vnius eſt fidelitas alterius, vt dictum iam eſt profectò nõ video cuius effectus poſſit hoç caſu eſſe, vel deſeruire contemplatio hu-

Digitized by Google

iuſmodi, quantumuis ex parte Principis
ſumma fuerit erga patrem, & cum potiſſi-
mum fuiſſet Principis patrem contempla-
59 tus, ab eoq; ad concedendũ motus† poſſunt
enim hęc ſimul ſe habere, & quod contem-
platus fuerit vnus, vt hic pater, & quod
nihil eidem acquiſitum quis voluerit,
60 *Menoc. præſ. 26. num. 19. in fin. lib. 3.* † Nam
& quatenus quis donauerit contemplatio-
ne alterius, non tamen ob id ſequitur, quod
ei acquiri debeat, *ad Cranet. conſ. 288. ſub nu.
5. verſ. quinto verò, et ait ibid. Menoch. ſub nu.
23. verſ. nec obſtat vxori, vel reſtitui, vt ait
Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſ. 18. ſub nu. 2.
verſ. Tertio ego, ibi, vnde dato.* Quare cum vl-
terius huic conſequentiæ repugnet natura
rei, qua de agitur, multò minus effectũ hu-
iuſmodi admittemus feudo conceſſo filio
contẽplatione patris, per prędicta, & faciet
quod de effectibus quibuſdã *n. 83. et ſeqq. in-
fra* dicemus, & qđ fidelitatis expromiſſio,
quæ prætenditur à domino ex hac ipſa in-
diuidualiter perſona, eſt cauſa proxima, er-
go alia cauſa erit remota in patris contem-
61 platione conſiſtens. † Cauſam autem pro-
ximam attendi in hac materia eſt doctrina
*Bart. et aliorum in l. ſed ſi plures, §. in arrogato.
ff. de vulg. etc. et ad ſupra cap. 24. nu. 54. 55. et
infra cap. 47. num. 104.*

Sed & ſi (vt tertiam reſponſionem adda-
mus) demus aliquid, ſeu deferamus huiuſ-
modi contemplationi, occurrit quod non
propterea de neceſſitate inferri poſſit, ergò
pater principaliter ſibi vnam dimidiam, &
aliam partem filio ſimultanee acquiſiuit, nã
62 conſequentia hęc mox fuit ſublata† & prę-
terea contemplatio ſe habere poteſt dupli-
ci modo, vel per modum intentionis prin-
cipalis, vel per modum intentionis ſubor-
dinatę: quare non poteſt firmiter alteram
earum ſtabiliri, ſed vnamquanque in caſu
ſuo ſubintelligi neceſſe eſt, & ita male infe-
res ſimpliciter ad ſimultaneã acquiſitionẽ,
cum poſſit non eſſe ſimultanea, ſed ſubor-
nata. quid ergo? ex alio diſcuſſio hæc repe-
tenda, nam ſi prouiſor erit pater fundamẽ-
talis intrabit ſubordinata, ſi vt miniſter, in-
trabit principalis, & ſimultanea. Ac prout
in feudis intrat pater, vt prouiſor fundamẽ-
talis, ita intrabit ſubordinata, vt de his om-
nibus latius iam fuit diſcuſſum *d. cap. 23.*

Reiecta (ex his) contemplatione in term.
noſtris, ad plura licebit inferre, vltra ea, quę
identidem mox tacta ſunt.

63 † Inferemus primo, quod eo demum in
caſu filius ſibi acquiret feudum, cum vel
ipſemet fuerit inueſtitus abſque patre vel
pater eius nomine, ità quod ſucceſſione
opus non habeat, nec qualitas intret hære-
64 ditaria: † Idque quia feudum eſt quid ac-
quiſibile filio, vt quid caſtrenſe, vel quaſi
*Roſent. in ſynop. feu. cap. 9. concl. 66. num. 31.
ad fin.* vbi in perſona ſtipulante pro mini-
ſterio ſeu inſtrumento adhibita *et num. 35.
41. et ſeqq. et cap. 7. concl. 14. num. 16.*

65 † Inferemus ſecundò, quæ dicta ſunt de
acquiſitione, non ſimultanea, ſed ſubordi-
nata poſt mortem, etiam in filio emancipa-
to procedere, quia ſemper verum eſt patrẽ
ſibi ipſi principaliter acquiſiuiſſe, filijs verò
ſubordinate, & maxime ſtante correlatiuo
fidelitatis promiſſę in patre ſolo, abſque ip-
ſo filio emancipato, & ità idem in emanci-
pato tenendum *dixit Roſen. d. cap. 9. concl. 66.
numer. 14. & ſeqq. vſque ad nu. 20. incluſiuè,*
licet non bene firmus, nec mirùm, cum ca-
reret duce ab vna parte, ab alia tamen inge-
nij vis duceret ad veritatem.

66 † Inferemus tertio, vbi principaliter fuit
quæſitum filio, id eſt ſub formulis de quibus
ſupra cap. 19. poſſe quidem filium etiam nõ
hæredem feudum conſequi, non tamen vt
ſimultaneæ acquiſitioni ſit locus, ſed ſuc-
ceſſiuæ, & poſt mortem, & probatur ex
*Roſent. d. c. 7. concl. 14. num. 18. iuncta ibi glo.
r. & in locis citatis ſupra d. c. 3.*

67 † Inferemus quarto, vnicum eſſe modum,
quo filius ſimultanee cum patre feudum
acquirat, nempe ſi ipſe inueſtiatur, aut pater
tam pro ſe, quam nomine filij, iurando etiã
eius nomine fidelitatem *iuxta infra c. 34. nu.
100. dicenda, iuncto Roſent. in d. cap. 9. concluſ.*
68 *65. num. 11.* † Vbi de ſimultanea patris, &
filij Inueſtitura, *& nu. 13. & concl. 66. nu. 6.*
69 *& num. 20. & ſeqq.* † Vbi poſſe acquiri vel
totum, vel partem dummodò expreſſe vel
70 tacite agatur, *& num. 35.* † Vbi poſſe filio
ſoli acquirere, Ratio ſit, quia regulariter
71 † Quod vtilitas ſpectet ad eum, cuius con-
templatione aliquid fit, procedit ſi expreſſè
caueatur, alias ſecus. Cautum verò dici non
poteſt, ſi deficiat ſubſtantiale fidelitatis ex
parte filij. In tantum quod tametſi nomi-
narentur pecuniæ filij datę, aut eius merita,
nec per hoc ad feudi ſimultaneam acquiſi-
tionem aliquid inferri poſſe dicerem ex de-
fectu ſigni principalis, quo princeps facto
ipſo declarat talem ſibi eligere fidelem, &
non talem nec alium, qui non interueniat
72 ad complendum actum talem, † nec enim
pertinet ad eum beneficium, qui non debet
gerere officium, *vt in tit. de mil. vaſ. qui bell.
arma depoſ. & ad Ang. Peruſ. cõſ. 110. ſub n. 3.*
73 † Vbi quod in correlatiuis altero extremo-
rũ deficiente deficit vtrunq; in ſpecie feudi;
74 † & voluntas domini, ne habeat alium Va-
ſallum, quam ſenſerit, attenditur *tit. de fratr.
de no. benef. inueſt. Bald. conſil. 41. ad fin. lib. 1.*
75 † Cui facile fuiſſet, ſi voluiſſet iam tum ab
initio filium vna cum patre inueſtire, hoc
faoe-

facere, & ſi non fecit, ſignum eſt quod ſolũ
patrem pro tunc principaliter, ac vt magis
dilectum voluit *ad Crau. conſ. 289. ſub nu. 2.*
ſub verſ. ſecundò reſpõdeo, filium verò poſtea,
& ordine ſucceſſiuo *ad Roſen. ferè idem dicẽ-*
76 *tem d.cap.9.concl.66.num.13.* † conſiderauit
enim patrem principaliter, & eius ſeruitiũ,
aliorum vero ſecundariò, *vt ſupra d. cap. 23.*
num.40.& nu.106.& ſeqq.num. 123.& ſeqq.
77 † Sensus ſane eò magis amplectẽdus, quod
vnum facit alterum non omittit, ſeu quod
vtriq; caſui conſultum maneat *ad dec. noſtr.*
Lucen.21.nu.19.Flor.1.n.81.& bon.19.n.20.
78 † eo etiam non prætermiſſo, quod filius ip-
ſe non dicatur acquiſiuiſſe, ſed præſumatur
pater de ſua pecunia, In tantum vt nec patri
dicenti ſe de pecunia filij acquiſiuiſſe cre-
deretur, *iuxta Caſſane.in conſ.6.num. 6.in fin.*
& num.7. ſed tutior eſt reſponſio antedicta,
quæ videtur falcem mittere ad radicem, be-
ne conſiderata; Cui accedat quod pecunia
aut meritum poſſunt quidem eſſe cauſę im-
pulſiuæ, ſed non finales, ita quod horum
contemplatione Dominus moueatur, Cum
feudi datio fiet in beneuolẽtia domini &c.
vt pleniùs *infr. patebit cap. 57. partic.* 8. & ali-
bi etiam iam tetigimus. Vnde per hoc non
videantur intrare dicta *Roſent.d.cap.9.conc.*
79 *66.ſub num.28.* † Quod ex ſolis coniecturis
obſequiorum, aut meritorum filij reſultare
poſſit vel præſumi dicta acquiſitio imme-
diata, & ſimultanea, ergo filios niſi eo caſu
quo pater nomine etiam filij acquiſiuiſſet;
quem ibid. ponit, & rectè, in eo aut ſimili,
non in alijs. quare ad varietates aduerte, *vt*
ſub num. 29. ibid.& num.ſeqq. vtrum nomina-
tio ſola ſufficiat vt filio pars acquiratur: Ex-
trica te hiſce difficultatibus per prædicta.
80 † Inferemus quinto, errari dum putant
Docto. non poſſe parentes filijs præiudica-
re exhæredando, delinquendo, alienando
&c. *vt per Roſent.d. cap.9. concl.66. num.26.*
& ſeqq. nam cum eadem ſit ratio harum for-
mularum, & nulla etiam diſtinctio penes
tex. feudales, dum omnes indefinitè loquũ-
tur, habebunt locum præiudicia, de quibus
infra ſuis locis *ad tit. peculiares de culpa, ex-*
hæredat. alienat. &c.
81 † Et cum fieri non poſſit quin ſit ſemper
aliqua contemplatio etiam in filios *ad Caua-*
gno.in conſ.40.num.43.lib.1. apud Menoch.&
ad eund. Menoch.conſil.151.ſub nu.23.& ſeqq.
82 † ſequeretur abſurdum, quod nunquam
culpæ, vel alienationes ſucceſſoribus noce-
rent, vt & ſenſit hoc abſurdum *ipſe Roſent.*
d.cap.9.concl.66. ſub num. 51.
83 † Infertur ſextò, alios huiuſce nomina-
tionis filij ꝓprio nomine eſſe effectus, duos
iam factos, ſcilicet quod huiuſmodi nomi-
natio facta cẽſeatur ad effectum vel reſtrin-
gendi vel etiam rationũ indiuidẽdo *vt ſupr.*
nu.16. & ſub 18. Hiſce addatur, & tertius vt
ſi conceſſum ſit feudum filio cõtemplatio-
ne patris, & ob eius merita, poſſit pater ei
ſuccedere in tali feudo, quicquid aliter eſſet
de iure regulari feudorum quo aſcendentes
non ſuccedunt deſcendentibus *vt ſup. cap.*
1.num.13. & ſeqq. nam hoc caſu ſuccedunt
& per *Roſent.d.cap.7.cap.14.numer.19. & in*
glo.5. Vult. de feu. cap.9. ſub num.101. ante fin.
Borcholt.cap.7. part.2. de ſucceſſ. ſub numer.9.
Schrad.de feu.par.7.cap.6.ſub num.4.verſicul.
tertio hæc. Aluar. præpo. Afflic.& alij commu-
niter ad tit. de nat. ſucc. feu. quæ concluſio vi-
detur inniti magna æquitate, vt poſtea quã
pater non poteſt habere viuo filio vſumfru-
ctum in feudo ad iura cit. *ſupra num.63.64.*
verſ. inferemus primo. iuncta *l. fin.C.de vſufr.*
ſaltem ſentiat commodum ſucceſſionis ex
vi promeritorum ſuorum.
84 † Addi poteſt & quartus effectus, quia fi-
lia cui datum fuit feudum propter ſeruitiũ,
& amorem patris, & ſic patris contempla-
tione, non eſt damnanda à parentibus nec
reuocanda, *vt eſt in tex. tit. Quemadm. feud. ad*
85 *fil. pertin.* † Cuius contextus multi allegãtur
intellectus vt ibid. *Aluar. præpoſ. & alij latè*
Sonsbec. de feu. par.9. num.124. Soac. in prælud.
feu. cap.31. num.12.13. Aiunt hi inter cętera,
dũ dominus dat filiæ poſſe inſurgere agna-
tos, & quærelari quaſi ipſi non fuerint in-
ueſtiti, Verùm nec hũc nec alium hactenus
allatum eſſe poſſe germanum eius tex. ſenſũ
colligetur ex verbis ipſis, dum alium & nos
ſenſum accomodamus; vt filia cui datum
fuit feudum patris contemplatione, non
reuocetur ab vllo ex parentibus ſuis, nec
damnetur, vt eſt formaliter in tex. Non re-
uocetur, ideſt non retrahatur ab huiuſmodi
86 receptione beneficij. † Quaſi timore incur-
rendi ſuſpicionem turpis quęſtus, *ad l. quin-*
tus Mutius. ff. de donat. int. uir. & vxo. Ozaſc.
dec.140.num.9. Menoch. præſ.51. per tot. lib.3.
nam prętextus iſte excluditur eo ipſo, quod
conſtat de cauſa antecedente, ideſt amoris
domini erga patrẽ ſeu eiuſdẽ promeritorũ,
quæ debent credi fuiſſe cauſa feudi etiam
in filiam transferendi tanquam licitę, non
autem illicitus ille prętextus: *Ab vllo ex pa-*
rentibus, ſiuè propriè de aſcendentibus tex. intel-
ligas, ideſt de auo, auia, aut matre intelligas, ſiuè
87 *impropriè etiam de alijs* † Quos vulgò *parẽtes*
vocamus, ſcilicet de agnatis, vel cognatis, *vt*
aiunt Præpoſ. Aluar. Cuiac. & alij ad hunc tex.
Tiraq.in 1.retract.§.1.gl.8.n.1.Gozad.cõſ.79.
n.4.5. Menoch. præſumpt. 84.n.18.lib.4. Nota
88 *à parentibus,* † vt a quibus (ſi propriè intel-
ligas) filia hæc vel deleri, vel exhæredari
poſſet ſub prætextu, putà, vitæ inhoneſtæ,
iuxta auth. vt cum de appellat. cognoſ. §. aliud
89 quo-

89 quoque capitulum. † Et ſi à parentibus, er-
go etiam à matre, forte ſuperſtite, *Tiraq. in*
1.leg.connub.ſub numer.45.col. 1.ſub princ.&
ita male reſtringeretur textus ad agnatos
quærelantes ex intentione doctorum, vt
ſupra citatorum. *Damnetur:* quomodo poſ-
ſunt parentes damnare cum careant iuriſ-
dictione? *damnetur* ergo, ideſt nō deſeratur,
ſeorſum non ponatur, nō iudicetur vt mu-
lier inhoneſta, non aliqua nota afficiatur ab
eis, qui de eadem ſunt parentela, quaſi de-
90 decori eidem fuerit, † prout eſſe ſolet mu-
lier luxurians *Spec.tit.de actore §. 1. verſ. ſed*
vtrum maſculo, & ibi add. Tiraqu. d. num.45.
poſt princ. verſ. & ſimile, & col.2. verſ. item, &
91 *tutor, & num.46. in princ.* † & ita non inquie-
taretur ab vllo ex ſuis parentibus, vt elegan-
ter *per glo. in titul. t. qui feu. dar. poſſ. in §. 1. in*
verſ. frater in fin. Hic mihi viſus eſt intelle-
ctus verus huius tex. poſteàquā verba om-
nia apprimè videntur congruere, cum alijs
intellectibus verba reſiſtant; nā vbi feudum
eſt reuerſum ad dominum, non eſt locus
92 quærelis, cur non inueſtiat agnatos † cum
non cogatur alios inueſtire, & ſit in eius po-
teſtate dare vel non dare, *vt dicunt eod. titul.*
quemadmod. feu. ad fęm. pertin. ipſi ſcrib. & inf.
num. 96. 97. & fin. Iterum quæ nam poteſt
in agnatis reuocandi poteſtas effingi? &
93 quæ damnandi? † niſi *damnetur*, pro culpe-
tur, accipias, non autem *pro condemnetur*, cū
condemnandi ius ipſis parentibus minimè
congruat aut competat, de quibus loqui-
94 tur præciſe tex. † ſed iuſdicentibus ſolis per
ſententiam ferendam *ad Surd. dec 327. num.*
95 *15. & 16.* † Accedat error quatenus intelli-
gunt *Docto. ibid. & Natt. conſ.414. ſub num.*
3. textum procedere tantum in feudo nouo:
Cum tamen nihil vetet quin & de antiquo
intelligi poſſit, *vt optimè per Sonsbec. de feu.*
cap.9. num.124. & 125. & manifeſte conuin-
citur, quia ſi de nouo intelligatur, in eo nō
ſunt agnati feudi capaces, quare manent
alij, q. ex, ęq̄tate pręſuppoſita, vt infra mox
dicemus, peteret admitti: ſi de antiquo, idē,
quià poſſunt eſſe finitę lineæ omnium vo-
catorum, ſeù Agnatorum feudi capacium,
quo caſu alij Agnati poſſent ſubintrare ad
petendam renouationem ex eadem æqui-
tate: hæc nonne ſunt palpabilia, ità quod
maiori demonſtratione non egeant?

Supereſt nunc in eo inſiſtere, an filia (quę
aliàs feudi non capax) fuit de hoc feudo pa-
terno vel nouo inueſtita, rectè fuerit inue-
ſtita, ità quod alij agnati nullam conquæ-
rendi habeant occaſionem ex eo quod filia
fuerit eis prælata; & dicimus eos carere
96 omni cauſa conquęrendi: † Ad cuius rei
vberiorem cognitionem aduertendum ad
cōtrouerſias Doctor. alijs dicētibus Agna-
tos non eſſe admittendos, ſi dominus nolit,
alijs verò eſſe, etiam ſi nolit. Et quia difficilis
eſt quęſtio. Ego deciſiue procedendo, ſic
pro eius determinatione diſtinguendum
puto; Aut ſumus in quęſtione retentionis
ſimpliciter, aut in quæſtione prælationis,
ſi ſumus in quæſtione retētionis, ideſt ſi do-
minus feudum vel emphyteoſim pro ſe re-
tinere velit, faciliùs intrat, quod non poſſit
cogi ad renouandum: quia prima charitas
incipit à ſe ipſo, & nemini iniuriam facit,
qui iure ſuo vtitur, *& ità cenſuit in his term.*
Clar. in §. feudum. q.87. in fin. vbi teſtatur nū-
quam vidiſſe ſeruari contrarium, & quod
fortè durum eſſet obtinere *Ruin. conſ. 152.*
num.5. ad fin. & num.6. lib. 1. vbi dictos ca-
ſus retentionis à prælatione diſtinguit *Me-*
noch. conſ.400. ſub num.31. in fin. lib.4. Gozad.
conſ.39. ſub num.21. & 24. verſ.30. reſpondeo
vbi in his term. dicit non eſſe communem
(ab Dec. ſic dictam) in contrarium, & hoc
falſum eſſe. vnde non obſtat *Ceph. in conſ.*
173. num.17. in fin. lib. 1. quià allegat Dec. &
loquitur per tranſennam, quemadmodum
eund. Ceph. obiter ad idem allegauerat &
Gayl. obſ.108. ſub num.3. lib. 2. & tamen ve-
riorem cōtrariam dixit in fortioribus term:
prælationis vt ibid. verſ. ſed verior opinio
eſt. Hæc in terminis ſimplicis retentionis:
Quid ſi dominus pro ſe retinere nolit feu-
dum vel emphyteoſim, ſed velit alios in-
ueſtire, tunc intrat quæſtio perdifficilis de
prælatione, An poſſit pro arbitrio quem
velit inueſtire, an verò teneatur conſangui-
neos vel proximiores præferre remotiori-
bus aut extraneis; Hic dicimus magis com-
munem eſſe teneri præferre conſanguineos
intra annum petentes & re integra ſe inue-
ſtiri *Clar. in §. emphyteoſis q.43. nu. 1. & ſeqq.*
vbi id procedere tàm in deſcēdētibus, quam
in agnatis, non in cognatis, & quod aliàs, ſi
non fieret renouatio, fieret eis iniuria, & poſ
ſent appellare *Gabr. lib.3. com. concl. tit. de Iu-*
re emphyt. concl. 1. Trentaciuq. var. reſol. lib.3.
reſol.5. de Iure. emphyt. nu.1. & ſeq. cum alijs
poſt hac ſcripta viſis & cit. per add. ad Clar. d.
q.43. in princ. & in §. feudum. q.86. vbi hanc
frequentiori Doctorum calculo fuiſſe re-
ceptam opinionem. Sed contrarium & ve-
riorem eſſe aliam alij tuentur, & forte me-
lius in punctò iuris *vt Gayl. d. obſ. 148. ſub*
num.3. lib.2. vbi verius eſſe; quod dominus
non teneatur conſanguineos præferre ex-
traneis, & ità in practica ſeruari, niſi aliter
conſuetudine receptum ſit. *Facbine. lib. 1.*
Contr. iur. cap. 100. vbi ex eo quod quiſque
ſuæ rei eſt dominator & arbiter, & quod
nemini iniuriam facit, qui iure ſuo vtitur.
& per alia iura reſpondendo *ad Bart. in l. 1.*
§. permittitur. ff. de acq. quot. & eſt. & ad alia
omnia

Digitized by Google

omnia ſigillatim iura, in quibus feudata apparet opinio prælationis proximiorum ex quadã æquitate. *& ad Clar. in d. §. emphyteoſis. q. 43.* vbi eadem repetit. & in *d. §. feudum. d. q. 87.* vbi hanc, quod dominus cogatur præferre, feudorum placitis minus conſentaneam videri teſtatur *per tex. in tit. de allod. in fin. in illis verbis & dominus in ſuos vſus illud habeat redigendi liberam facultatem & in tit. de prob. feu. al. per ſed. §. callidis. in il-*
97 *lis, & ad dominum liberè reuertatur:* † ſed quia difficile eſſet à magis comm. opin. recedere, recedo tamen, & non aliter eidem adhærebo, quàm cum requiſitis ex ſententia Dominorũ Cameralium *apud Myſing. obſ. 16. Cent. 5. obſ. 78. cent. 6.* primò quod conſanguinei intra annum petant renouationem. Secundò quod re integra alio nundum inueſtito. tertio quod ſint hæredes.

98 † Secundum quæ omnis erit præcluſa via conquerendi, ſi filia eis præferatur, quia & conſanguinea, & proximior, & hæres proprij patris, & cum motiuo meritorũ patris, quare debuiſſe præferri & debere ſunt Interp. doctrinæ *apud Pariſ. conſ. 22. nu. 36. & ſeqq. conſ. ſeq. num. 244. & ſeqq. conſ. 28. nu. 4. & ſeqq. conſ. 101. col. fin. lib. 1. Soc. iun. conſ. 76. num. 121. & ſeqq. lib. 1. conſ. 104. in fin. lib. 2. Soac. in præl. feu. cap. 31. nu. 19. Sonsbec. d. c. 9. num. 124. et ſeqq. et nemini fit iniuria. Pariſ. conſ. 28. num. 250. Roſent. c. 7. concl. 74. in glo. y.* vt quoquo te vertas intret intellectus noſter *ad d. tex. quemadm. feu. etc.* nec poſſit intelligi procedere in caſibus à doct. communiter traditis: facilè verò à communi poſſe recedi, eam limitando fac. quod in termin. prælaturis emphyteoſis eccleſię *dicit Grat. reſp. 110. ſub num. 34. quem ad hoc vide, vbi in puncto iuris dominum non poſſe cogi ad præferendum lib. 2.*

99 † Addamus, & effectum quintum, quia ſi contemplatione filiorum facta ſit renũciatio feudi in manibus domini, vt ſcilicet filij Inueſtirentur, non per hoc feudum fiet nouum, ſed remanebit, prout erat, paternũ, in eoq; ſucceſſores à primo acquiſitore deſcendentes ſuccedent, *vt eſt in tit. de Vaſ. decrep. ætat. et infra ad tit. de refut. agemus vndè malè Roſent. in cap. 9. conclu. 66. ſub numer. 8.* dum dixit nullum eſſe tex. feudalem hac de re loquentem. adſunt in his term. non adsũt in alijs, quia adeſſe nõ poſſent, vt viſum eſt.

100 † Addamus & ſextum, quatenus ita poteſt feudum patri nomine filij concedi, vt eiuſdem nomine, & pro eo promiſſa vel iurata per patrem fidelitate, fiat filij cuius contem-
101 platione actualiter conceſſum fuit † per regulas communes à me factum dici, quod mei contemplatione ab alio factũ eſt *l. idẽq; in fi. et l. ſeq. ff. manda. l. ſi dici ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulg. Rol. conſ. 10. num. 9. 10. lib. 1.*
102 *Menoch. de recup. rem. 15. nu. 510.* † & quãdo aliquid fit contemplatione alterius inſpici illum cuius contemplatione fit actus, *Crau. conſ. 231. nu. 16. conſ. 288 ſub princ. conſ. 304.*
103 *ſub num. 4.* † & quod illi cuius contemplatione fit competat actio *Surd. dec. 118. nu. 2. vbi alia, de quo tamen vide Crau. conſ. 288. ſub num. 5. et ad Roſent. cit. in term. feudi ſupra hic ſub verſ. Infercmus quarto.*

104 † Addamus & ſeptimum, quod dubitari poteſt, an feudum tranſeat ad nepotem filij nomine proprio nominati, nam videretur dicendum, quod non, quia filij appellatio hoc caſu non extẽditur ad nepotem *Natt. conſ. 164. num. 9. conſ. 163. nu. 1. et ſeqq. Surd. conſ. 123. num. 14. conſ. 559. num. 13.* & ita in term. feudi, quod non pertineat ad ſucceſſorem filij dixit *Curt. de feu. part. 3. in princ. num. 2. Laud. ad tit. 1. §. et quia vidimus. nu. 26. et de com. Roſent. cap. 7. concl. 15. num. 12. et ibi glo. N. et concl. 42. num. 21. et ibi glo. O.*

105 † Ego verò aliter dicerem, quia eſt de natura feudi, vt tranſeat ad ſucceſſores maſculos, Et ita quod conceſſio ſit realis, vnde eo ipſo quod conſtituitur maioratus, omnes tamen admittũtur eius maioratus capaces, licet aliquorum proprio nomine facta ſit nominatio *Molin. de Hiſp. primog. lib. 1. cap. 4. num. 52. et ſeqq.* Ita eo ipſo quod conceditur feudum, ex quo eſt eius naturæ vt tranſeat ad deſcendentes maſculos, & nominationis alij poſſunt eſſe effectus, ita quod ſuperflua non iaceat, idem & in eodem feudo omninò dicerem nepotes venire.

106 † Non obſtant contraria, nã *Natt. et Surd.* loquũtur in priuilegijs, aut in materia odioſa, aut in materia non reali ſed perſonali, vt per eos ita diſtinguentes; *Roſent.* autem qui dicit de communi, non video vbi hanc cõm. fundet, ex quo citat *Curt. et Laud.* ſolum, qui loquuntur in conceſſione feudi facta Titio patri & Margaritæ filiæ, & ſic extra term. feudi proprij, quia fœmina vocatur in quibus cedimus *ad Vult. cap. 9. ſub num. 47. fo. 398. ſub princ. cum concord.* & licet citet *Roſent.* plures alios, tamen ipſi loquuntur in fideicõmmiſſo aut ſubſtitutione, quos caſus ſimiles dicit, ſed decipitur, quia aliud in vltimis voluntatibus, aliud in lege, aliud in cõtractu, *vt diſtinguit Bart. in l. liberorũ de verb.*
107 *ſigniſi.* † Nec opponatur *Mar. frec. de ſub feu. diff. 2. numer. 15. lib. 3. fo. 399.* quia loquitur quando conceditur Titio & Lelio eius hæredi, nam nominationi nominis proprij adiectio hæredis facit videri contrahentes non de alio hærede, vel ſucceſſore ſentiſſe, quàm de vnico illo nominato, contra regulam ipſam, quam ibidem poſuerat, vt de omnibus ſucceſſiuè hæredibus eſſet intelli-

108 genda

108 genda diſpoſitio;† & habet rationem, quia
quando filij vocantur cum aliqua qualitate,
quæ non ineſt, nec verificari poteſt in ne-
pote, filiorum appellatione non veniunt
nepotes *D.Fontan.de pact.nuptial.clau.4.glo.*
109 *9.nu.44.par.1.*† & ita omnes cit. per *Roſent.*
in ambabus dictis glo.maxime in glo.O.lo-
quuntur in fęmina, & tertia perſona nomi-
nata, quæ non ſit de deſcendętibus, & maſ-
culis acquirentis.*et in d.concl.15.nu.12.alle-*
110 *gat Bal.Curt.Iun.Gabr.*† ex quibus non attę-
ditur nominatio nominis proprij, vbi po-
teſt conſtare quod diſponęs ſenſerit de ne-
potibus, ſed quæ maior eſt coniectura quā
natura feudi, quæ admittit deſcendentes
maſculos? & ideo retorqueo in propoſito
allegatos per eum.

111 † Cęterùm an nomine filiorum veniant
nepotes plures conſiderationes facit *Fōtan.
mox allegat. Caſanat. conſil. 58.per tot.excell.
D.Præſ.Bellon.conſ.2. per tot.* in *conſ.* 11. in fi-
deicommiſſis & primogenijs: aliqua per nos
*ſupra cap.32. num.30.et ſeqq. Gabr.in Comm.
concl.de verb.ſign.concl.1.per tot.* Non venire
in odioſis *Dom.Ricc.par.4.dec. Cur. Archiep.
Neap.64.viden.in pulchro caſu.vbi ſi pater poſ
ſit filium carcerare non tamē patruuc nepotem;
et ita iudicatum vt ibi.*

112 † Et an nepos pręferatur patruuo in ſuc-
ceſſione Regni vel feudi refert diuerſimo-
de iudicatum in diuerſis Tribunalibus, ſed
plura iudicata ſtare pro nepote egregiè *D.
Nouar. Collect. ſuper pragm. Regni Neap.*
100. & quia eſt altiſſima queſtio, vt ait addi
ad *Gam.dec.Luſit.307.in prin.*) ideò ad eand.
& Doctores alios remitto lectorem, *& ad
Myſing.obſ.25.Cent.3. Teſſ. quæſt.for.35.lib.
1. Bellam. dec. 724. Vigel.dec. 33.Cent.1. poſt
Tiraq.de Iure primog. quæſt.* 40. tantò magis,
quia huc opportune non cadit, ſed hæc
pauca relata voluimus remiſſiue, & perfun-
ctoriè quidem.

CAP. TRIGESSIMVMQVINTVM.

De formula pro ſe & hęredibus.

SVMMARIVM.

1 *Vox* hæredis *accipitur pro filio in feudic.*
2 *Similium ſeù æquiparatorum idem eſt iudicium.*
3 *Maior virtus expreſſi quàm taciti.*
4 *Regula hac eſt Brocardica.*
5 *Magic afficit obligatio expreſſa quàm tacita.*
6 *Et expreſſus conſenſus quàm tacituc.*
7 *Magis aduerti ſolet quod ſpecialiter exprimitur.*
8 *Omnem dubitationem abigit expreſſio.*
9 Hæredis, *vox infert ad hæreditariam qualitatem.*
10 *Propter hanc vocem & concedenc & recipiens ad eam qualitatem reſpexiſſe cenſeatur.*
11 *Text.feudalec modò hæredem ſimpliciter, modo filium nominant.*
12 *Feudum ſub hac formula conceſſum non poteſt abſque hæreditaria qualitate retineri.*
Duæ opiniones contrariæ referuntur, ſed tamen vnanimec in vno, quod habeat locum tit. An agnat.&c. *ibi de feudo mixto, vel hæreditario duplex opinio propter hanc formulā Pileanorum et aliorum.* ſub eod.
13 Mixtum *dicitur feudum ſub hac formula datum.*
Seù hæreditarium ſecundum quid. ſub eod.
14 *In feudo ſub hac formula conceſſo habere locū tit.an Agnat. etc. vt non poſſit repudiata hæreditate feudum retinere eſt comm.opin.*
Vox hæredis *eneruata in feudis, quomodo, et qua ratione.* ſub eod.
15 *Concedens reſtrixit hanc vocem, ne videretur omnec fortaſſe perſonac vocaſſe, ad modum acquirendi nō aduertit, ſed ſolus recipiens cuius hoc intereſt.et num. 16.*
17 *Recipienc non cogitauit de eneruanda voce hę*redis.
18 *Sua cuique illibata iura conſeruari debent.*
19 *Facilè permittendum quod tibi non nocet et Lateri prodeſt.*
20 *Ea interpretatio recipienda, per quam minus iuri communi, derogatur, aut correctio inducatur.*
21 *Sublata eſt quæſtio an feudum ſit ex pacto, an hæreditarium.*
22 *Et ceſſat feudum mixtum (quod eſt monſtrum vel chimera, et erroneum. et num. 23.*
24 *Mixti feudi inuentio in aliquo defenditur.*
25 *Merum imperium eſt et mixtum.*
26 *M*era *conditio vel mixta.*
27 *Feudum hoc dicitur etiam ex pacto et prouidētia.et num.42.*
28 *Sublata etiam quæſtio an feudum ſit pręſumendum ex pacto etc.an hęreditarium.*
29 *Non entis nullæ ſunt qualitatec.*
30 *Sublata etiam quæſtio Pyleanorum et Neapolitanorum.et num.31.et ſeqq.*
34 *Sublata et alia, an de neceſſitate oporteat eſſe hęredem, ita quod non poſſis feudum conſequi etiam ſi per te non ſtet quominuc ſis et hærec. ſub eod.et nu.35.et ſeqq. ſub nu.44.et 45.*
36 *Ita quod ſāguinic ratio reguletur ab hęreditaria qualitate.contra ſub nu.43.*
37 *Sed diſtinguitur de agnato, in quo non eſt neceſſaria dicta qualitas, ac de filio, in quo diſtinguitur an ſit delata hæreditas vel non delata. et num.38.*
39 *Non eſſe de neceſſitate ſimpliciter, quod quis ſit hærec.*
40 *Sufficere primi vel vltimi eſſe hæredem.*

41 Non

41 *Non curandum de Doct. alibi contrarium dicente, cauſæ inſeruiendo.*

42 *Non eſſe neceſſe primo vel vltimo eſſe hæredẽ ſub num.44.et 45.*

43 *Vbi hæreditas non eſt delata, non eſt neceſſaria qualitas hæreditaria.*

In deſcendentibus non poteſt dari caſus, quod quis fiat hæres primi acquiſitoris, niſi etiam vltimi fiat hæres, ſecus in tranſuerſalibus ſub eo. et num 49. et ſeqq..

Qualitas ſanguinis eſt regulatrix, non hæreditaria. ſub eod.

44 *Contrahentium mens imprimis inſpicienda, et ex veroſimili colligenda.*

46 *Non erat neceſſaria diſtinctio de hærede ſanguinis, hæreditatis, feudi.*

47 *Et ratio introductionis huiuiſce diſtinctionis reprobata.*

48 *Vox* hæredis *qualitatem ſucceſſoris deſignat.*

49 *In agnato an oporteat eſſe hæredem primi vel vltimi ſunt controuerſia, et num.50.*

Auctor diſtinguit inter verba oporteat, *et* ſufficiat, ſub eod. *num.* 50. 51. *et ſeqq.*

53 *An teneatur eſſe hæres agnati defuncti. et num.56.*

Qualitas hęreditaria non eſt medium abſolutum conſequendi feuda. ſub eod.

54 *Non intrat regula quod oporteat, quando quid non eſt neceſſarium vſui de quo agitur.*

55 *Sanguis ſolus continuatus eſt medium etc.*

Niſi interrumpatur hoc medium, putà ex delicto patris. ſub eod.

56 *Agnatus ſuccedet, ſi hæres vel ſi non hęres vt. et num.57.58.*

59 *Quid ſi repudiaſſet hęreditatem ſui Anteceſſoris.*

Et opinio auctoris ibid.

60 *Quid de agnato, qui non repudiauit.*

61 *Quid de agnato, cui non fuit delata hæreditas.*

62 *Quid de agnato proximiori non inſtituto, an excludatur à remotiore inſtituto. et num.63.*

64 *An ex defectu qualitatis hæreditarię, agnati vel fœmina excludantur à feudo, & dominus admittatur, opiniones contrariæ. et num. 55. et ſeqq.*

65 *Magna captio eſſet ſi excluderentur.*

66 *Et illuſio.*

67 *Et occaſio interuertendi feudi.*

68 Impugnatur Curt.

69 *Ex priuatione ab hæreditate poteſt inferri ad priuationem feudi vel emphyteoſi & alia abſurda. & inconuenientia. & num.70.*

71 *Quid ſi ſaltem in re certa fuerint inſtituti.*

72 *Non obſtante quod non ſit hæres vniuerſalis.*

73 *Secus in emphyteoſi priuata, vbi quod oportent eſſe vniuerſalem & ratio.*

74 *Quid in eccleſiaſtica.*

75 *Quid ſi dictum* pro filijs & hæredibus.

76 *Quid ſi* pro hæredibus etiam extraneis aut quibuſcumque. *& num.77.*

78 *Conſanguineus cum vtroque coniuncto ſuccedit.*

79 *Quid ſtante ſtatuto in contrarium.*

80 *Quid ſi agatur de hæreditate communis parentis; & quid ſi de alterius.*

Et quid de agnato vltra decimum gradum. ſub eod.

81 *Alia de dicta formula, remiſſiuè.*

82 *Idem eſt dicere* tibi & hæredibus tuis, ac tibi vel hæredibus tuis.

1 NEC † deerunt difficultates in hac formula: videbatur dicendum in feudo ſub hac formula conceſſo non habere locũ tit. An agnat. &c. & ideò licere filio repudiata hæreditate feudum retinere, ſi quidẽ hæredis vox in materia feudali valde fuit eneruata, & valde de viribus proprijs ei detractum, ex quo merum filium maſculum indicat, ſiuè ea vox prolata ſit ab homine, ſiue à lege, *vt ſupra cap.28.partic.1.numer.* 19.

Sed contrarium eſt verius, quod habeat locum d. tit. an agnat, &c. in feudo *ſub hac formula* conceſſo, & ratio eſt duplex, vna à ſimili ſeù à comparatione, quandoquidem, ſi in alijs formulis ita fuit dictum ex rationibus de quibus ibi; idem & in hac dicen-
2 dum, † Quia ſimilium, ſeù, ęquiparatorum idem eſt iudicium: *l.1.ff.de leg.1.Bart,in l.2. circa fin. de leg.2.* Altera verò à maiori, ſeù a fortiori, quia ſi (vbi nulla mentio hęredum fit) eſt tamen locus tit. An agnat. &c. multò fortiùs idipſum concedendum, vbi ipſamet vox ſui natura id indicat & ſuadet, energiã enim habet maiorem ipſa nominis expreſſio, quantumuis non mutet effectum, nec rei conditionem alteret ad ſupra. *d. cap. 28. partic.1. verſ. hæc verò numer.6. iuncto tamen*
3 *verſ. neq. verò coadiuuat nu. 14.* † & facit cõmune axioma quod maior eſt virtus expreſſi, quam taciti *l. precibus. C. de Impub. &c.*
4 † quæ reg. licet ſit brocardica *ad Azon. in*
5 *brocard. rubr. 51. de tac. & expreſſ.* † tamen negari non poteſt, quin magis afficiat expreſſa obligatio, quam tacita *Surd. conſ.441.*
6 *num. 18.* † Expreſſus conſenſus quam tacitus *Loffred. in conſ. 7. ſub numer. 30. & ſeqq.*
7 *Menoch. conſ.143.num. 22. lib. 21.* † & quia magis aduerti ſolet quod ſpecialiter expri-
8 mitur *Natt. conſ.186. ſub num.8.* † & quia omnem dubitationẽ abigit expreſſio *Crau. conſ.1000. pro gen. in carol. ſub nu. 29. & conſ.*
9 *70. numer. 29. & 30. vbi exornat.* † Hæredis autem vocem ad hæreditariã inferre qualitatem liquet ex *l. hæredis appellatione l. hædis appellatio, & l. hæredis ff. de verb. ſign. & l. hæreditas ff. de reg. iur. & ità in term. Siluan.*
10 *conſ. 30. num.19. & 20. in fin.* † & hac voce tàm concedentẽ, quàm accipientem ad ius

quod-

Digitized by Google

quoddam hæreditarium reſpexiſſe cenſeri dicit *Nicol.euer.iun.in conſ.50.num. 31. vol. 2.à Kirch. in diſc. feu. cap. 4.numer. 19.ad fin.* Accedat tertia ratio, quæ ex viciſſitudinaria deſumi poteſt denominatione.

11 † Nam tex. feudales modò nominant filium ſimpliciter, modo hęredem ſimpliciter *in §. ſimpliciter de lege Conr. in tit. de eo apud quem vel quos &c.in tit.de benef.fratr.in tit.de eo, qui ſibi vel hæred.in tit.de duob. fratr. à cap. inueſt. in tit. de ſucc. feu.§.hoc quoque.in tit.quib.mod.feu.amitt.§. præterea. in tit.de his qui feu. dar. poſſ. §. & quia vidimus. in tit. de ſucceſſ.fratr.in tit.ſi de feu. def.r.§.fin.* ità quod appareat iſta nomina fuiſſe habita pro ſynonimis, vnde quod de vno dictum eſſet, etiã,& de altero dictum voluiſſe ſatis oſtenderint dicti context. Dicamus amplius, ſi dubites, an (vbi ſunt filij ſimpliciter nominati) intret hæreditaria qualitas, ecce in promptu reſponſionem affirmatiuam intrare: cur? quia, & hæredes ijdem ſunt, & dicũtur: Sic e contra (ſi dubites) an vbi non ſit delata hęreditas, retineri poſſit feudum datum cum clauſula *pro ſe & hæredib.* ecce, & ſimilé reſpectiuè reſponſionem æque affirmatiuam: Cur? quia, & filij ijdem ſunt, & dicuntur, ſecundum prædicta, & per alia, ſecundum quæ iam alibi idem fuit admiſſum.

12 † Et ita ſe habet communis opinio, vt feudum ſub hac formula conceſſum, retineri non poſſit repudiata hæreditate, nam duæ inter ſeſe contrariæ opiniones traditę *à Piſto.quæſt.iur.q.1.num.49. Roſ. in Syn.feu. cap.2.conclu.33.per tot.* in hoc ambæ conueniunt, quod habeat locum tit. An.Agn.&c. prima ſcilicet eorum, qui exiſtimarunt feudum hoc mixtum eatenus ſolum æſtimari hæreditarium, vt quis non tàm in feudo, quàm in cęteris bonis allodialib. hæres eſſe cogatur, ſic tamen, vt qualitas illa hæreditaria feudum ipſum nihil omninò afficiat, neque in eo iure hæreditario ſuccedatur, ſed feudum propriam ſuam retineat naturam & ſecundum eam ſolum iudicetur. In qua opinione, *quam Pileanam vocat Roſ.d.conclu. 33.num.* 5. ipſe extitit, & pluribus iudicatis confirmauit *num.37.& ſeqq.Vult.de feu.c.3. num. 78. iuncto num.* 82. Altera verò eorum qui exiſtimarunt hoc feudum eatenus effici hæreditarium, vt immutata prima natura feudi non hæreditaria, quantum ad ſucceſſionem, & eius effectum attinet, incipiat eſſe, & reputari pro hæreditaria, adeò vt ſuccedens defuncto vaſallo iure hęreditario in ipſo feudo ſuccedat, nec alio quam hæreditario iure, & titulo id capere cenſeatur &c. vt plenius *per Piſto. & Roſ. in præcit. hoc. & à Kirch. num. 79.* Nam (qui, quid in alijs diſcordent) in hoc vnanimiter conueniunt, quod habeat locum tit. An Agnat.&c. *vt latè Roſ.ſub d.nu.5.& per tot.concl.33.d. cap. 2.*

13 † Nam mixtũ dici feudum ſub hac formula datum, eſt pariter certum *Piſto.quæſt.iur.q.3. Borchol.c. 3.nu.18.Clar.in §.feudum q.9.nu.4. Roſ.cap.2.concl.49. Vult.de feu. cap. 8.nu.23. in fin.* ſeu hæreditarium ſecundum quid vt per *Ozaſ.dec.161.num.1.Roſ. in d.concl.49.in glo.fin.Graſſus in §.hęreditas.q.12.nu.29.verſ. aut loquimur.Burſat.de comm. conſ.91.nu.13. lib.1.A Kirch.in diſc feu.cap.4.ſub numer.17.*

14 † & hanc ſententiam quod feudum hæreditarium conſtituatur, & ita intrare tit. An agnat, &c. communi docto.calculo receptã eſſe, & ab hac opinione temere non recedẽdum *dicit à Kirch.d.cap.4.num.24.& ſeqq.* vbi innumeros recenſet: *ita quod ticulũ. An agn. &c.* proprie intelligendum de formula iſta pro ſe & hæredib.cenſeat *Roſ.cap.2.conclu. 33.ſub num.38.39.* licet id non ſit concedẽdum: prout nec illa conciliatio complectẽda inter Pileanos & Neapolitanos *ad ſupra c.31.num.21. 22.*

Ad contrarium reſpondetur, vocem (*hæredis*) in materia feudali, quoad hoc vnum fuiſſe eneruatam, ne ſcilicet omnis generis hæredes, quos iſtiuſmodi vox ambitu ſuo complectitur, intelligãtur fieri vel eſſe feudi capaces; Cęterũ data capacitate aliquorum, putà deſcendẽtium maſculorum à primo acquirente, quin ij debeant modos regulares ſuccedendi ſeruare, & ita hæreditatem non ſcindere, & delatam ſimul cũ feudo acceptare, non fuit quoad hoc eneruata dicta vox hæredis, ſed ſuæ naturali vi, ac
15 virtuti omninò relicta: † quia Concedens, dum non omnis farinæ homines ſibi vaſallos eſſe vellet, (qui tam laro ambitu continerentur *ad tit.de fratr.de no. ben.inueſt.Curt. de feud.par.3.ſub num.20.* vocem huiuſmodi ad qualdam tantum voluit fuiſſe coanguſtatam: Ad modum verò quod pertineret acquirendi, hoc cum non tam ſuam tangeret perſonam, quam perſonam Recipientis, vt cuius valde intererit ſine hærede decedere, vt diximus ſupra, *cap.4.num.5.* ideò quicquid concedens nó aduerterit de dicto modo acquirendi.

16 † Acceptor tamen de eodem cogitauit *ad Loffr.conſ.1.ſub num.130.* quia eius (vt dictũ eſt) intererat cogitaſſe ad hoc vt ſibi de hærede prouiſum eſſet, aut eo non careret niſi ex propri forte voluntate.

17 † Et ita nulla fuit occaſio eneruandæ huiuſmodi vocis in hoc quoad Acceptorem.

18 † Debent enim ſua cuiq; iura illibata cõſeruari *l. fin. C.de Præpoſ.Sacr.Scrin. lib.12.in fi.l.ſeruus dotalis. 58.in fi. ff.ſol.matr. l. ſi quis à liberis.§.votum. ff.de lib. agnoſc. l. & ſi alienare.*

*nare.32.poſt med. ff.de fideic. liber.l.ſtatu libe-
ros.§.ſtichus annua: ff. de ſtatulib.*

19 † Et facilè permittendum quod tibi non
nocet,&alteri prodeſt *vt in l.2.§.item varus.
ff.de aq.plu.arcen.Menoch. de arbitr. iud. Caſ.
168.num.13.& caſu 237.num.19. Surd.deciſ.
236.num.12.*& in materia feudi vel emphy-
teoſis *idem in conſ.208.num.10.lib.2.* Hęc eò
magis, quia non diminuendo de viribus di-
ctæ vocis, id fieri contingit etiam cum mi-
nore lęſione iuris communis, prout hoc qđ
hæreditariam qualitatẽ ea vox ſibi ex pro-
pria natura conſeruet, eſt de iure communi
feudali ex tit.expreſsò An agnat.&alijs alibi
citat.

20 † Et ea interpretatio eſt libenter ſuſcipiẽ-
da, per quam quantò minus fieri poſſit iuri
cõmuni derogetur aut correctio inducatur
*l.præcipimus.32.§.fin.& ibi Bart. C.de appell.
l.ſancimus 27.C.de teſtam. Alex.conſ.7.nu.9.
lib.1.Dec.conſ.444.nu.15.Schrad. de feu. par.
10.ſect.7.num.52.53.*

Hoc fundamento itaq; poſito, quod nul-
la ſit differentia inter hanc,&alias formulas
antecedentes, ita quod in omnibus proce-
dat diſpoſitio tit. An agnat.&c. vt non poſ-
ſit hęreditate repudiata feudum retineri: Per
hoc multæ quæſtiones, atque inconciliabi-
les controuerſiæ prorſus conquieſcent, &
ſedabuntur.

21 † Erit primo loco deciſa ſublataq; quæ-
ſtio an feudum pro ſe & hæredibus ſit ex
pacto & prouidentia, an verò hęreditarium
de qua ſupra *ad cap.31.num.17.& ſeqq.*

Quia nullum feudum, ſecundum hanc
formulam, & alias prædictas, ne tantillum
quidem deuiat à recta, & regulari feudi na-
tura. quare vel ſecundum nos, vnà cum tex-
tib. feudalib. etiam hoc feudum ſub tali for-
mula conceſſum erit proprium: ſeù (ſecun-
dum alios) erit ex pacto & prouidentia, qđ
idem eſt: prima verba ſunt textuum. Alia
doctorum. Ceſſabitque mixtum aut ſecun-
22 dum quid hæreditarij nomen. † Prout eſſe
chimęram & monſtrum, & erroneam di-
ſtinctionem probatum eſt ſupra *c.28.partic.
23 2.nu.4.& 5.* † & ibidẽ etiã hanc eſſe erroneam
24 diſtinctionem, † quod ſi nihilhominus vel-
lis feudi mixti verba vſurpare, non curabo,
ſi in alio ſenſu, ſcilicet ex eo quod duo mix-
tim concurrant, & quod quis ſit de deſcen-
dentibus à primo ſtipite, & quod idem ſit
& hæres, à *Kicherb.cap.3.ſub num.74.in fin.*
vbi eſſe vt participium in grãmatica, quod
25 naturam ſapiat vtriuſque † prout & merum
imperium dicimus & mixtum *l. imperium.
26 ff. de iuriſd. om. iud.* † Meram conditionem,
vel mixtam *l.cum ſeruus.81.ff.de cond.& dem.*
Hoc non curarem, dummodo rerum veri
ſenſus non ſubijciterũtur, vt alibi iam dixi.

ſed arguo inuentionem huiuſmodi vocum
ad conſtituendas differentias, vbi non ſunt,
27 ſeu ſpecies, vbi non eſt neceſſarium † Porrò
feudum hoc dici ex pacto, & prouidentia
omnium latiſſimè *Kirch. in diſc.feu.cap.4. à
num.29.ad 49.incluſiuè.* ergo differentia non
eſt inter iſta.

28 † Erit & ſecunda quæſtio deciſa, an ſit in
eo diutiùs (elaborandum) an feudum ſit ex
pacto & prouidentia præſumendum, an
verò hæreditarium ſecundum quid, de quo
dictum eſt ſupra *c.28.partic.3. & nunc adde*
quia cum hoc feudum mixtum nõ ſit in re-
29 rum natura: † ideò non entis nulli ſunt qua-
litates *l.eius qui in prouincia ff. de reb. cred.&
in term.vid.cap.28.partic.3.nu.22.* & idem
de differentijs *vt d.partic.4. ad fin.*

30 † Erit & tertia quæſtio deciſa opinionũ
Pileanorum & Neapolitanorum *de quibus
ſupra numer.12.& cap.31.numer.17.& ſeqq.*
inter ſe ſe pugnantium amba ſcilicet in ali-
31 quibus peccare, † *P*ileanorũ vnà cum Roſ.
in eo, quatenus ità indefinitè ponunt feudũ
proprium ità (vt aiunt) ſuam naturam reti-
nere, vt nihil ex hæreditaria qualitate im-
mutet, ſed tantum quoad effectum, vt ſit lo-
cus tit. an agnat.&c. rẽ iſtam intelligunt: Er-
gone (interrogabo.) Si Pater feudum alie-
nauerit, poterit reuocari alienatio à filio hę-
rede? poterit (ſecundum eos) ſaltem cõ-
fecto inuentario, quia eo excepto, quod ad
ſatisfaciendum titulo an agnat. &c. oportet
eſſe hæredes, in reliquis hoc ipſum quod
ſint hæredes non officit, redicula ſane ex-
poſitio: Nã qui effectus reſultat ex eo quod
quis ſit hæres? ille ſanè, vt non poſſit reuo-
care factum defuncti, & alia vt alibi: Tex.
ergo ille *An agnat. &c.* debet intelligi cum
conſequentia iſtius, & omnium effectuum,
quos hæredis exiſtentia, qualitaſq; hæredi-
taria ſecum trahit, vt eſt in tex. ipſo *tit. An
agnat.&c.* alioqui ſeruiret de vento, & eſſet
lex. in Ludibrio poſita, quod non eſt dicẽ-
dum. Cum nec inuẽtario quidem facto lo-
cus ſit reuocationi, *vt infra ad tit. de alienat.
cap.52.num.19.60.& ſeqq.*

Præterea quomodo hæc ſeiungi poſſint
non video, quod quam rem conſequaris vti
hæres: eandem non hæreditariam cenſeas,
& tamen hęc volunt Pileani, vt feudũ pro
ſe & hæredibus adeundo hæreditatem cõ-
ſequatur, filius, & tamen rem eſſe hæredita-
riam negãtes; videatur ad hæc *Roſ. d.cap.2.
concl.33.ſub num.5.& num.40. numer. 30.&
ſeqq.* Mihi hęc adeo palpari videntur, vt nec
vlteriori egere videantur demonſtratione
& his iunge *Piſto. quæſt.iur.q.1.à num.42.ad
57.* excluſiue: In eo eſt ſequenda dicta opi-
nio, quatenus nihil de propria natura feudi
immutari concludit: Neq; enim, vt demus
hære-

hæredem non poſſe reuocare feudum alie-
natum, aut contra factum defuncti venire
hoc quicquam, quod contra naturam dici
poſſit,congenerat:cum iſta alienatio,priua-
tio per culpam, refutatio &c. intrent in hãc
materiam, & ſint magis ſecundum naturã
quam contra aut præter,ad ea, quæ ſupra.
cap.10.num.10.et ſeqq. et ad cap. 51.num.68.
32 †Neapolitanorum vero,& Piſto. opinio
alia de qua *ead.q.1. à nnmer. 57. vſque in fin.*
alterum pariter continet errorem,& quidẽ
ad extremitatem tendentẽ quatenus feudũ
cum dicta formula ità abſolutè hæredita-
rium,ſeù rem hæreditariam eſſe cenſent,vt
varios effectus introducant rei meræ hęre-
ditarię cõuenientes, ideſt quod de eo teſta-
ri liberè, alienari, in ligitimam imputari
&c. id genus,poſſit vt late *Piſto. d.cap.1.nu.*
33 *61.& plurib. ſeq.* † Nam hæc in feudo ſim-
pliciter & abſolute hęreditario vt cumque
verificari & concedi poſſint ad *cap. 38.&
39.& alibi.per tex.in tit. de fend.nõ hab.prop.
nat.feu.& ibi not. Henr. Bocer. in tract. de diff.
& qual.fen.cap. 5.nnm.11.& 15.à Kircherb.
in diſc.feu.cap.2.num. 12.* In feudo cum for-
mula pro ſe& hæredibus nunquã verificari
aut concedi poternut propter vnitatem ſeù
identitatẽ & conformitatẽ naturæ cum for-
mula pro ſe & filijs, & quia nihil ſit facien-
da diſtinctio de fendo mixto, propter quod
ità in ſpecie determinauit *à Kicherb.in d.diſc.
fen.cap.3.nnm.84.in fin.*
34 † Bene tamen hæc Neapolitanorũ opi-
nio in eo, quatenus feudum rem hæredita-
riam eſſe admiſſit, prout e contrà peſſimè
quod qualitas hæreditaria, ſit regulatrix,
non ſanguinis ratio, vt ſtatim mox. *adde
prædictis nn.12.13.14.& c.31.num.21.22.*
Quæſtio erit deciſa & quarta An ſcilicet
oporteat eſſe hęredem, ità quod ſi quis non
ſis hæres,non poſſis in feudo ſuccedere, li-
cet ſis capax,tanquam vnus ex deſcenden-
tibus primi ſtipitis, nam vt cumque in feu-
do cum hac formula complures conclu-
dant hanc neceſſitatem præciſam, quod
oporteat eſſe hæredem *vt cita ſupra cap.28.
partic.3.num.15.*
35 † Ita quod citra ius, & nomen hæredis
feudum retineri non poſſit *vt ex Cuman.
in cap.ſi aliquem verſ. antiquis ſub num.70.ait
Intrigl.de feu. q.49.num.4.& refert.Kicherb.*
36 *in diſc.feu.cap.3. ſub num.76.*† & ſanguis re-
guletur, à qualitate hæreditaria iuxta *Alb.
conſ.3.num.12. Cannet.in extrauag.volenter.
§. conſequenter differendum eſt cum alijs prout
exornat Kirch.d.cap.3.num.75.Piſto.d.cap.1.
nnmer.66. Loffr.in conſ.52.ſub numer.55.vbi
latè:* Tamen ex prędictis firmiter poſſumus
inferre ad hanc diſtinctionem.
37 † Quod aut ſumus in filio, aut in agnato,
ſi ſumus in agnato, res eſt expedita non in-
trare, hanc neceſſitatem *vt eſt apertus tex.tit.
An agnat. Roſent. d. cap.2.concl.33.nu.39.&
40.*vbi refert iudicata, quicquid dicant in-
38 fra citandi in ſeq. illatione. †ſi in filio, aut eſt
delata hæreditas,& cogitur, aut non eſt de-
lata,& non cogitur *vt ſupra cap. 16. num. 2.
3.& cap. 27. per tot.* hoc enim vltimo caſu
ſumus extra term.d.tit.an agnat. &c. ita cẽ-
ſuit,& dixit *Dec.conſ.207.ad fin.quem ab im-
pugnatione addent. ibid. egregiè tuetur Zanch.
ad l.hæredes mei §.cum ità.par.4.num.453.ad
Trebel.& alij vt Roſent. optimè (ad id) intelli-
gens ac interpretans tit. An agnat. in Syn. feu.
cap.11.concl.6. num.7.& ſeqq.& cap.7.concl.
22.in princ.cum ibi glo.prima lit. A.*
39 † Et non eſſe de neceſſitate ſimpliciter,
quod quis ſit hęres, adde ſupradictis *Soac.
q alios fuiſſe allucinatos teſtatur de fem. ad feu.
recip.num.12.iunct.num.62.& 63.vbi Bal.&
alios hoc dicentes explicat Menoch.in conſ.754.
num. 13. 14.& ſub num. 14.et ſub numer. 18.
verſ.nec obſtat lib. 8. in conſ. 1043.nu. 18.lib.
11.vbi per enumerationem Doctorũ hoc probat.*
40 †Et ſufficere eſſe primi, vel vltimi hæredẽ,
cum hæreditas non eſt delata *in conſ. 1033.
num.18.eod.conſ.987.num.33.& ſeq.lib.10.*
vbi oportere eſſe vltimi vel primi hæredẽ,
ſi ſit delata hæreditas, ſecus ſi non delata,&
ibi reſpondet *ad Ozaſ. in conſ. 36. nn. 46.48.*
quod non loquatur in hoc feudo mixto, ſed
in ſimpliciter hæreditario: *& numer.35.&
ſeqq.*reſpondet ad aliam difficultatem, quę
ibi fiebat, quod iſtud procederet, quando
lex dat, ſed homo aufert, alium inſtituendo,
non autem quando alia lex aut ſtatutum,
putà fæminas excludentia, in cuius diſtin-
ctionis opinione pariter reperio fuiſſe *Surd.
in conſ.402.lib.3.Nam(inquit Menoch.)Docto.
pręcitati generaliter loquuntur* &c. vt ibi per
eum, reijciendo huiuſmodi diſtinctionem:
*& Id.in conſ.960.ſub numer.12.& 44.in conſ.
931.ſub num.23. lib. 10.in conſ. 816.num.24.
lib.9.*vbi de agnato,& hanc opinionem hãc
habere ęquitatem *in conſ. 906. ex Pinel.* quẽ
retulit hoc dicentem, & idem *per Surd.conſ.
395. num.fin.* Item adde his eund. *Menoch.
conſ.906.ſub num.16.lib.10.in conſ.977.num.
19.eod.lib.* vbi enumeratis hinc inde docto-
ribus hanc magis Com. Doct. ſententiam
alioſq; non curandos profitetur *in cõſ. 999.*
41 *ſub num.11. verſ. præterea eod.lib.10.*† Vnde
nõ curandum, quod aliquo alio loco Idem
Menoch. contrarium ſenſerit, cauſę inſer-
uiendo *vt conſ.464.numer.3.lib.5.conſ.810.
num.28.& ſeqq.lib.9. in conſ.448.ſub nu.12.
lib.5.*quia multò plures ſunt loci, in quibus
magis, profeſsò aliam ſententiã tenuit ex vt
ſupra patet:& quod feudum hæreditarium
mixtum antiquum poſſis conſequi, ſi hęres

non

non ſis quia hæreditas nō delata hoc etiam
admittit *Surd. in conſ.305. n 43.& conſ.446.
num.9.10.lib.3.*&ita fuiſſe iudicatum *Capyc.
dec. 64. num. 7. 8.optimè Crau. in conſ. 1000.
pro gen.in rep. numer. 30. & ſeqq. numer.77.*
42 † Vbi feudum *pro ſe & hæredib.* idem quod
feudum ex pacto & prouidentia eſſe in pro-
poſito proprie iſto, *& verſ. ab opinionē. ſub
eod.num. vbi ità aliàs iudicatum per Senat.enū-
ciat.& ſub num.78.verſ.conſequenter*, vbi nō
eſſe neceſſarium, vt nouiſſime defuncto vel
acquiſitori primo hæres is fiat, qui ad feudū
aſpirat, hæc ſunt verba formalia, *& ibi per
numer. ſeqq.* ad alia obiecta reſpondet. Non
veritus recedere ab opinione alias tenta *in
conſ.197.256 913.& de alijs iudicatis adde in-
fra hic n.44.& ſeqq.* alijs huius ſentētiæ cita-
tis etiam de comm. & magis communi te-
ſtantibus *vt Soc.iun. in cōſ.42.n.4.vol.3.Affl.
dec.140.nu.3.* allegatis etiā cōſuetudinibus, p
hac parte, & de veriore, & de veriſſima ex-
ornat hanc opinionem *Kirberb. in diſc. feu.c.
4.num.39.per tot.vbi refert vltrà prędic.Gayl.
obſ.154.num 21.lib 2 Vult.de feu.lib 1.cap.
8 num. 30. verſ ità enim nonnulli Fachin.lib.
7.contr.iur.cap.4 §.ego hanc poſtremam.Piſt.
d.q.1.n 99.& ſeqq.* vbi ingenue fatetur ſe (re
motis interpretū auctoritatibus, ab hac ſē-
tētia minime eſſe alienū) quę refert & ſequi-
tur *Ioan.Nicol.diſp feu.lib.10 et Bocer.de diff.
& qual feu.cap.5.nu.27.& iunge eund.Kirch.d.
cap.4.n 48.49. vb hoc feudum mixtum eſſe ex
43 pacto, &c.* † & his omnibus *adde Surd.* qui
in conſ. 63.num.24.lib.1. in ſpecie cum non
eſt delata hæreditas, agnatum in feudo ſuc-
cedere Docto. & numero plures, & grauio-
res æſtimare. & hanc eſſe communiorē & in
iudicando ac conſulendo tenendam, & alia
vt ibi: Illud vero nota quod *ait Rol. conſ.29.
num. 12. lib.3. Phan. tract diu.de Inuent.cap.
243.ſub num. 30.* In deſcendentibus caſum
non poſſe dari quod fiat hæres primi, niſi
vltimi defuncti hæres fiat. Sed ſolum in trā-
ſuerſalibus & ſic poſſe repudiare hæredita-
tem paternam vt ibi per eos.

Et ſumma hęc ſit quod qualitas ſanguinis
reguler, non autem qualitas hæreditaria ad
ea, quæ ſupra cap. 23. & potentior vbi agi-
tur de feudo ex pacto & prouidētia vt ſit me
diāte hac formula, *Menoc.in conſ 690.n.7.&
ſeqq.* vbi *latè de hac maiori potentia in propoſi-
to lib.* 7. nam ſi Vaſſallus alium ſibi voluit
hęredem, non ne id ſibi ſatis ſit vt habeat
pro arbitrio hæredem electum; abſque eo
quod in perniciem etiam filij tendat, vt feu-
dum per hoc amittat? ità quod nec filius
nec agnatus habeant ob defectum huiuſcē
qualitatis, nec extraneus hęres inſtitutus,
quia non capax: Hæc verò nec menti nec
rationi congruunt, nec in ſenſum ſani capi-
tis cadere poſſunt; maximè cum feuda in
honorem familię, & eiuſdem conſeruatio-
44 nem acquirantur † Eſt autem in omni di-
ſpoſitione ipſa contrahentium, mens in pri-
mis inſpicienda, & ex veroſimili colligenda
cum ſimilibus de quibus latius exornans in
ſpecie *à Kircherb. d. cap. 4. numer.37.& 38.
Piſto. d.q. 1.ſub num.112.& infra c.27.num.
19.& ſeqq.*

An verò primi vel vltimi hęredem eſſe
ſufficiat, aut oporteat res ęquè ex prędictis
deciſa manebit; Nam certus eſt & præſcri-
ptus ſuccedendi modus in *tit.de natura ſucc.
feu.* in quo illud demum deciditur vt vna
linea durante non ſit locus alteri lineę, ideſt
inter aſcendentem, & deſcendentem ſem-
per procedit, quod deſcendens aſcendenti
debet eſſe hæres cū ſuppoſito ſemper hęrę-
ditatis delatę, ſicut inter alios alterius lineę
ideſt inter agnatos ſemper procedet, quod
alter alterius eſſe non cogatur hęres: Ac ne
quidem primi acquiſitoris, quia ſufficit eſſe
ſucceſſorem, ſeu ab eo deſcendentem ta-
metſi non ſit eius hæres, quia forte repudia-
uerit hæreditatē patris, aut quia alius (putà
fiſcus) eam cęperit propter aliquod delictū
feudo ſolo relicto, in quo fortè non potuit
executio pro parte fiſci cōſumari, ratio eſt,
quia hunc caſum non eſt complexius tit. An
agnat. &c. dum feudum & hęreditatem ſi-
mul connexa reſpectu eiuſdem defuncti
vtrunque ſimul relinquentis, ſupponit, ita
quod hæreditas diuidi non poſſit *vt in c.1.
ſupra dictum eſt*, ergo quod lex non dicit non
eſt ſuperſtitioſis inuentionibus præſumen-
45 dum vt alibi dicimus. † Et ita in term. tenuit
Rota flor. me referente *in dec.noſtr. flo.62.n.
3.19.& 21.& dec.51.num.31.32.* & cum res
ſit clara mirandum eſt quanta congeſſerint
Docto. an ſufficiat eſſe primi an vltimi: pro
quo *vltra cit.ſupra, vide Surd.ad §.titius, num.
29.30. ſi de feu.def.&c.* ſed ceſſet admiratio
nam cum illud in capite gererent, oportere
eſſe hæredem de neceſſitate, e contrà verò
duritiem ſentirent, quod ex defectu qua-
litatis hæreditariæ, quis feudo priuaretur
hanc ad euitandam diuerticulum aliquod
inquirendum erat, vt ſi non eſſet hæres vlti-
mi, ſufficeret quod primi, ſed vt non erat
tutum ſed erroneū ſuppoſitum, ità nec re-
medium potuit applicari opportunū.
46 † Prout nec opus erat altera illa diſtinctio-
ne, aliū eſſe hęredem ſanguinis, alium hęre-
ditatis, aliū feudi, *de qua Inno. de iure patron.
ad rubr. Bal. de eo qui ſibi vel har. ſuis.add. ad
Iſern.tit. An agnat.vel fil.ſub num.4.verſ.pro-
uidentia ſub verſ.durum eſt Gayl.obſ. 154. ſub
num.4.et per tot.lib.2.Mar.frec.de ſub feu lib.
3.tit.diff.int.feu. etc. diff. 16. per tot.Camil.de
Curt.in diu.par.1.§.multotiens.nu.20.& ſeqq.*

Digitized by Google

47 *fo.45.col.3.et ſeqq.* † Nam ad inueniendum
tit quo tit. An agnat. &c. poſſet verificari,
etiam in caſu vbi filius, putà hæres inſtitu-
tus nó eſſet, fuit comparata dicta diſtinctio:
ſed non erat neceſſe, nam nec tex. ille feu-
dalis, nec alius quiſquam in tota materia
qualitatem hæreditariam ità adamauit, vt
ſi, per caſus contingentiam, eius forte occa-
ſio non adeſſet, corrueret per hoc filiorum
ſucceſſio in feudis, quinimò dicta diſtinctio
eſt contra tex. ipſum: nam tit. An agnat. &c.
non ſolùm non fecit iſtam diuiſionem feu-
di ſanguinis, & hæreditatis, ſed hæc omnia
ſimul intellexit, nam pater, & filius indicât
ſanguinem, repudiatio hæreditatis hære-
ditatem, & retentio feudi feudum ipſum:
ità quod ſanguis feudum ſecum trahat, &
hæreditas feudum; Quorum ſi vnum, in cô-
tingentia caſus (ideſt delatę hæreditatis in
quibus term. tex. præciſe loquitur) diſiun-
gas, tunc vere ſucceſſio omnino corrueret
ſecundum eum tex. quia filius non ſuccede-
ret in feudo: dicamus igitur dictam diſtin-
ctionem primò ſuperfluere, deinde textui
ipſi repugnare, & tertio nullius prorſus vti-
litatis eſſe, quia aut eſt delata hæreditas de-
ſcendenti, & non ſufficit alterum eorum
hęredem eſſe, ſed omnia concurrere neceſ-
ſe eſt aut non eſt delata, & verbum, ſi non
hæredis, ſucceſſoris ſaltem intrabit, ſi non
vniuerſalis; ſingularis ſaltem) cum ſucceſ-
ſor de vtroq; dicatur *vt ſupra cap.9.nu.13.et
ſeqq.et cap.30.num.2.et ſeqq.et alibi etiam.*

48 † Et in his term. benè dixiſſent, qui quod
vox hæredis qualitatem ſucceſſoris deſi-
gnet dixerunt *Gayl. obſ. 159.numer.4.in obſ.
154.nu.1.et ſeqq.lib.2.*

49 † Hæc ita in filio; in agnato autem ſunt
contentiones, an primi ſufficiat hęredem
eſſe, an vltimi, hæredem autem eſſe oporte-
re, in hoc omnes conueniunt *Syluan. conſ.
30.ſub num.21.et ſeqq.Ozaſc.dec.162.ſub nu.
6.Menoch.conſ.940.numer.29.et ſeqq.lib.10.
conſ.172.num.3.et ſeqq.lib.2.* qui aiunt non
perueniri ad extrema ſine medio, & mediũ
inhabile impedire extrema coniungi. Dum
tenent ſufficere eſſe hæredem primi, me-
diante tuo anteceſſore, cui hæres extitiſti
*Surd.conſ.108.numer.9.et conſ.395.num.41.
Brun.conſ.11.num.3.et 4.lib.1.Surd.conſ.63.
nu.4.5.et 21.* vbi opus eſſe alterius eſſe hæ-
redem, licet non vtriuſq; *Natt.etiam ſtrenuè
in conſ.159.à nu.1.ad 5.* his accedat *Vult.de*
50 *feu.par.1.cap.9.num.103.et ſeqq.* † Vbi in
fine verſ. in hoc conflictu opinionum: dicit
opinionẽ, quod ſufficiat eſſe hęredẽ vltimi,
veriorẽ eſſe, theoricę ac practicæ magis cõ-
ſentaneam, à qua iudicandũ, & cõſulendo
recedendũ non ſit, & refert *Kieherb.hoc ipſũ,
et opiniones iſtas contrarias in diſcur.feu.cap.3.
numer.85.& ſeqq.* Ego verò hac in re tàm
controuerſa. (vt patet maxime ex Vult. &
Khircherb. & alijs ſupra:) Ego (inquam) di-
ſtinguo inter verbum oporteat, & verbum
ſufficiat: An ſufficiat eſſe hęredẽ primi vel
vltimi? dicam ſufficere aſſero Eminentiſſ.
*Do. mei Præſ. Bellon. in propoſito auctoritatẽ
in conſ.45.ſub nu.81.& Senat.Ferrar.in reſp.
6.pro Dom.Leyn.nu.8.9. vbi tamen ſub nu.10.*
ait eum præferri, qui ſit hæres primi & vl-
timi *ex Natt.latè conſ.679.& 682.* vnde in
51 filio, ſi adſit, dicam ſufficere. † Quia hoc
modo erit & hæres primi *per reg. l. qui per
ſucceſſionem ff.de reg.iur.* ſi ſit agnatus idem,
qui ſi pariter fuerit hæres ſui patris defun-
cti, erit & primi illius hęres, per eandem ra-
52 tionem, & ecce quomodo conueniunt. † &
ità in term. *dicit Surd. d.conſ.108.ſub d.nu.9.
lib.1.* idq. etiam ſi per viam fideicommiſſi
tantum hæres eſſet, procederet *Id.Surd. cõſ.
446.ſub num.9.& 10.lib.3.*

Ad ſecundum an oporteat, poteſt opor-
tere, poteſt & non oportere: ſi delata ſit hę-
reditas filio, oportet, ſi non delata nõ opor-
tet, nec propterea filius priuatur feudo,
quaſi non ſit hæres vltimi, & conſequen-
ter nec primi, quid enim ſi primus Acquiſi-
tor & vltimus defunctus alium ſibi hæredẽ
inſtituiſſent quam filium, quid abſurdius
dicere, quod ob hunc qualitatis hæredita-
riæ defectum filius ſit feudo priuandus?
*vide ſupra cap.16.num.2.& ſeqq.et cap.27.et
28.par.1.cap.23.num.127.quicquid eum alijs
currat.D.Senat.Ferrar.in d.reſp.6.num.15.et
ſeqq.nam vide dict.part.1.* ex qua colliges er-
rores & ęquiuoca.

Sin verò idem quęras quoad agnatum,
dicam nunquam oportere, quia ſi ſibi dela-
ta ſit hæreditas agnati defuncti, nunquam
oportebit, quia non poteſt cogi eius hære-
ditatem adire *iuxta tit. An agnat.etc.* & hoc
tantò magis ſi ſui Genitoris hæres fuiſſet,
quia ſic eſſet hęres primi, mediante ſecun-
do, cuius hæres fuiſſet, vt mox dictum eſt:
Difficultas eſt, ſi hæres non fuiſſet proprij
Genitoris, vel ſi aliq̃s ex anteceſſoribus ſuis
hæreditatem ſui genitoris repudiaſſet: hic
quid dicendum? nec hoc caſu ipſe crederẽ
amitti feudi ſucceſſionẽ per rationem, q̃a
feudũ eo tẽpore quo fuerat repudiata hæ-
reditas à ſuo genitore, iam nundum erat in
hæreditate, vnde propterea non intrare
quod feudum non poſſet ab ea diuidi: nec
hodie, cũ feudi ſucceſſio deuoluitur, in ea-
dem illa reperitur: vnde quid impedit, quin
hodie ſucceſſor illud conſequi poſſit, illa
illius repudiatione non obſtante? Nec ob-
ſtat quod fuerit interruptum medium or-
dinabile: quia negatur ex defectu hæredita-
riæ qualitatis rumpi ſeriem ſucceſſorum
feu-

feudi capacium, dummodo ſint de ſangui-
ne qui regulat, non qualitas hęreditaria
vt dictum eſt. & etiam dummodo non fue-
rit ob aliquam culpam interrupta ſucceſ-
ſio. Adde his infr. cap. 55. in fin.
53 † Quid ſi idem agnatus poſſet adire hę-
ditatem defuncti agnati eo quod ſibi delata
eſſet & hoc medio fieri hæres primi an
teneatur? *Surd. reſpondet quod ſic in conſ. 63. num. 24.* Mihi videtur nos in idem reincide-
re, quod inculcamus cum tex. tit. an agnat.
poſſe Agnatum repudiata hæreditate feu-
dum retinere, nec obſtare medium ordina-
bile interrumpi per ſupradicta, quibus ad-
do ex quo qualitas hæreditaria non eſt ab-
ſolute neceſſaria ad feudi acquiſitionem,
54 † Ideò nō intrat regula de medio ordinabi-
li eo caſu vbi non eſt neceſſarium vſus quo
de agitur iuxta dictum Menoch. conſ. 172.
num. 5. in nn. lib. 2. Vno tantum caſu qua-
litas hęreditaria habetur vt medium neceſ-
ſarium abſolute quādo ſcilicet concurrunt
inſuntque ſimul, & eodem tempore feudū
& hæreditas, quę ſit delata, vt hoc medium
amplexus eſt tex an agnat. & c. & §. filius. de
capit. qui cur. vend. in alijs caſibus non eſt
nec de iure eſſe poteſt, imo vero & in caſu
illo vbi eſt poteſt euitari *ſecundum conſilium eiuſdem tex in fin.* dum ibi datur modus eui-
tandi ne ſis hæres, & tamen habeas feu-
dum.

Adeo verùm eſt non eſſe neceſſariam di-
55 ctam quantatem: † Sanguis ſolus cōtinua-
tus eſt medium neceſſarium & ſine quo nō
ſucceditur in feudo & hic ſemper cōtinuat,
nunquam interrumpitur dum durat linea,
dum extāt agnati deſcendentes à primo in-
ueſtito etiam ſi feudum per mille manus
ambularet, *vt d. cit Gayl. d. obſ. 149. n. 3. lib. 2.*
Quod ſi forte hoc medium interrumpatur
ex delicto, putà anteceſſoris, huc vere intra-
ret, quod medium inhabile impedit extre-
ma coniungi, & ita quod filij feudo ſint ca-
rituri agnati tamen regulariter non, quia
alio iure ſuccedunt vt infra tit. de culpa, &
& alijs ſeqq. comprobabitur: vt hoc interim
tactum ſit ad maiorem (quaſi ab oppoſitis,
intelligentiam, quam malè vno caſu, quam
benè alio applicabile ſit dictum tale; & ad-
huc quam longe à ſincera rerum veritate
abierint Docto. etiam in materia iſta: quid
mirum ſi cum tanta titubatione & contro-
uerſia in hiſce, vt in reliquis fere omnibus
de more? Adde alium caſum in quo filius
non ſuccederet, ſi pater ſui anteceſſoris repu-
diaſſet hæreditatem in qua erat & feudum
ad *infra cap. 56. num. 20. et ſeqq.* & alium ex-
aduersò, ſi filius poſſet eſſe hęres vltimi de-
functi poſſeſſoris feudi an eſſet ad feudum
admittendus non obſtante dicta repudia-
tione patris. *ad idē. c. 56. n. 33. et ſeqq.* Vbi tali
caſu vtrunque ſimul concurrere & quod
oporteat & quod ſufficiat. Quæ nota quia
alibi non inuenies ſic diſtincta.
56 † Nunc ad praxim, ex his propterea hæc
credo inferri poſſe, Primo agnatū, qui fue-
rit hæres ſui genitoris, & in cuius linea hæ-
reditas nunquam repudiata ſit, facile obtē-
turū in iudicio feudum, tametſi hæreditatē
agnati vltimò defuncti non caperet ex opi-
nione eorum qui ſufficere primi eſſe hære-
dem mediate vel immediate exiſtimarunt
inter quos Silua. & Clar. ſupra cit. & ita de
hac praxi teſtatur *Alſot. diſp. feu. 13. cōcl. 10.*
& hanc rationi magis conſonam oſtendit
ibid. in gloſ. ſub lit. C. refert Kircherb. d. cap. 3. num. 86. et ſub num. 88. & optimè quidem
ſublato de medio dicto feudo mixto, prout
hanc ob cauſam in hac videtur reſidere
Kircherb. ibid. dum iſta alijs relinquit, quia
ipſe de hoc genere feudi nihil intelligere
57 voluit vt ſupra ſub num. 21. 33. † Quicquid
aliam, quod oporteat etiam vltimi defuncti
eſſe hæredem magis communiter receptā
alij dixerint *vt Piſto quæſt. iur. q. 1. num. 72. communiorem, et veriorem Burſat. conſ. 49. nu. 59. vol.* 1. quia cum repugnent iuris feuda-
lis principia in conflictu eſt rationabiliori
ad hærendum & in puncto videtur cum ea
opinione quod ſufficiat primi Acquiſitoris
eſſe hæredem pertranſire etiam in feudo
mixto D. Præſ. Bellon. conſ. 45. ſub num. 81. 82.

Secundò agnatum, qui non fuerit hæres
ſui Genitoris, ſi tamen hæres agnati ſit
vltimò defuncti, æque facile obtenturum
ex opinione eorum qui voluerunt vltimi
defuncti hęredem eſſe oportere probata
ex Piſt. & Burſ. mox. cit & ex Vult. hic pau-
58 lò ante præcit. † Quam pariter in praxi re-
ceptam affirmat *Put. dec. 2. de feu. et Kircher. d. cap. 3. d. num.* 88.
59 † Tertia agnatum, qui repudiauerit
hæreditatem ſui anteceſſoris difficilius
obtenturum, non quia principia iu-
ris feudalis reſiſtant, nam non reſiſtere pro-
batum eſt, ſed quia ità receptum eſſe com-
muniter videtur ex eo prætextu, quod non
ad alium finem qualitatem hæreditariam
contineat, quàm ne agnatus poſſit repudia-
ta hæreditate Vaſalli feudum retinere, &
quod oporteat eſſe hęredem vltimi, vel pri-
mi non vtriuſque ſimul vt per *Surd. d. conſ. 63. num. 24. in fin. princ. et num. 12. in fin. et nu. 14. et 29. iunct. num. 4. et 21.* ego tamen etiam
in iudicando contra ſentirem, quia repu-
diatio iſta hęreditatis non fuit facta in tem-
pore quo feudū eſſet annexum iuxta mox
dicta *ſub num. 52. in fin.*
60 † Quarto agnatum, qui non repudiaſſet
hęreditatem paternam, aut alios, qui nun-

quam repudiaſſent, hos citra omnem om-
nino dubitationem in feudum ſucceſſuros
ad Surd.d.conſ.63. nu. 21.lib.1.cum ſimilibus
& ſupra hic num.56.
61 † Quintò agnatum, cui non fuit delata, vel
ſui anteceſſoris, vel agnati ꝓxime defuncti
hæreditas, omninò feudum habiturum, vt
eſt apud ipſum Surd. d. conſ.63. ſub num.21.
et num. 24. cum alijs, de quib. ſupra ſub nu.34.
iunct.dictis ſub num.51.et ſeqq.
62 † Sextò Agnatum proximiorem, quali-
tate hæreditaria deficientem, quia forte nõ
fuerit hæres inſtitutus, non excludi ab re-
motiore hęrede fortè inſtituto ex Capyc. in
dec.199.n.2.et ſentit.Cancer.Citat.per Menoc.
in conſ.498.ſub numer.12. verſ.nec repugnat,
quàm ipſe opinionem ſequitur ob identi-
tatem rationis, quia & hic viget ratio prio-
ritatis gradus, & ordinis ſeruãdi iuxta tit.de
63 nat.ſucc.feu.† & tamen etiam in hac ſpecie
reperiuntur Doctores in contrarium, quod
remotior, & hæres præfetatur vt Syluan.
in conſ.52.num.13.refert.Surd.d.conſ.63.nu.
8.lib.1.
64 † Septimò Eãdem ob cauſam dura mihi
videtur opinio eorum: qui cenſuerunt feu-
dum ad dominum reuerti, ſi agnati non ſint
hęredes inſtituti, ſed fęminę; agnati enim
non habebunt, quia non ſint hæredes, aiunt
hi Nec fęminę, quia non ſunt capaces feu-
di, ergo ad dominum reuerti neceſſe eſt
Curt.de feud. par.1.8.q.prin.Natt.conſ.683.
num.1.conſ.464.in fin. Menoch.conſ.498.ſub
num.11.lib.5.conſ.1.nu.316.lib.1.conſ.400.
num.69.et ante lib.4.et ad alios cit.per Zanc.in
d.§.cum ità par.4.num.455.cum quibus ipſe
videtur reſidere, & hoc indicare videtur
Surd.in d.conſ.63.ſub nu.8.lib.1. quam ideò
opinionem non ſequendam arbitrarer, nec
in iudicando ſequerer, tum quia tendit ad
neceſſitatem qualitatis hęreditarię (prout
ità Zanc.dicto numer.455.quam tamen ex-
cluſimus vbi hęreditas non eſſet delata, etiã
ex communibus opinionibus, & multò ma-
gis ex viua ratione; & rebus iudicatis; tùm
etiam) ſi vis errorem aduertere, vide eund.
Zanc. cit.per eum, tàm pro vna, quàm pro alte-
ra opinione ibid.numer.452.pro vna, et d.num.
455.pro altera, & videbis pleroſque ex ibi
citat. ſtare modò pro vna, modò pro altera
parte, ſibiq; repugnantes eſſe, vt in ſpecie
animaduertit etiam Surd.d.conſ.63.ſub num.
24.verſ.nec.aduerſatur, Ob horum in conſtã-
tiam a prędicta ſententia non recedendum
putarem, & q̃ magnam ęquitatẽ ſapiat in-
cludere agnatum, & ſummam inquitatem
excludere, vt ad dominum reuertatur ex
nulla ex cauſis approbatis a iure feudorum,
inter quas quod defectus qualitatis hęredi-
tarię faciat priuari feudo, non reperitur ad
tit.de nat.feu. Item tit. de feudo ſine culpa non
amitt. vbi ad cauſas ingratitudinis reſtrin-
guntur textus, & quidem non ad omnes, vt
65 ibi.† Vltrà quod magna captio eſſet, vt ex
vnica hæredis vocula (tantum demonſtra-
tiua ad Ceph.conſ.312.num.48.et ſeqq.) tam
grauis iactura intraret ad tex.in l. prætor. 3.
in princ.ibi non promittit, ſed demonſtrat: et ibi
alioquin magna captio erit. ff. de collat. bon.
Crau.in d.conſ.1000.pro Gen; et repet. ſub nu.
77.verſ.atque ità in ſpecie, vbi abſurdum, &
66 illuſionem in term. vocat. † & quod, vbi
vterque, & dominus, & Vaſallus tendebat
ad fauores, & commoda ſanguinis, hęc hoc
nihilo illuderẽtur ad Bertr. in conſ. 235. ſub
67 n.11.par.1.lib.2.† & quod facilis eſſet datus
aditus excludẽdi agnatos, inſtituendo alios
vt per Surd.cõſ.63. ſub n. 24. ſub verſ. nec ad-
uerſatur, vbi auctoritatẽ Curt. male intelle-
ctã, cæteros fefelliſſe dicit explicitè, notatq;
ibid. multos ex aduerſantibus eſſe varios, vt
dictum eſt. Et verùm intellectum Curt. in
hoc propoſito vide apud eund. Surd.in conſ.
68 5.num.53.et ſeqq.† Sed (vt dicam quod ſen-
tio) non poteſt excuſari Curt. quod agnatos
non inſtitutos, ſed feudi capaces excludat
propter fęminas inſtitutas. Nam eo ipſo,
quod aliqui reperiũtur agnati, hi ſunt pro-
ximiores in ratione ad feudum, ad quod ſo-
lum aſpirant, licet vlteriores ſint quoad al-
lodium, cum præcedant fęminæ: Quare,
quicquid dicat Surd. hoc nunquam admit-
tendum, vt ex dictæ qualitatis defectu ex-
69 cludi poſſint: Cum (vt hoc alijs rationibus
addã) ex vniuerſali alterius inſtitutione, aut
hęreditatis priuatione ad priuationem feu-
di, vel emphyteoſis non poſſit inferri, vt ait
Ang. Aret.in conſ.52.num.64.ad fin. et num.
ſeqq. & daretur alioqui diſpoſitio per indi-
rectum circa feuda contra tit. de ſucceſſ. feu.
in princ. Nec abſurdum contra alium textũ
in tit.de nat.ſucc.feu. poſſet euitari: In quo
diſponitur vt deficiente vna linea, feudum
in aliam tranſeat, cum alijs citat. per nos in
dec.flor.54.num.1.lineę autem non applica-
tur, vt alterius lineę debeat eſſe hęres, nec
quicquam eo tex.diſponitur, ſed tantum ac
ſimpliciter, vt ex defectu vnius altera ſubin
tret, altera ſuccedat; Ergo idẽ in eo, qui re-
peritur de ea linea ſubintrare, omninò fu-
turum dicẽdum eſt, cum per eum huiuſmo-
di linea repreſentetur.
70 † Per quam mediante eo, aut alio in ea-
dem ipſa linea exiſtente primum ſtipitem
repreſentari fateri neceſſe eſt vt per Ang.
Peruſ.in conſ.110. num. 4. ecce quot incon-
uenientia, & quot contra textus ipſos abu-
ſus. Quare in term. habeo Rol.in conſ.2.ad fi.
lib.1.vbi reſpondendo ad oppoſita. ibi d.nu.
4.& ſic ad Curt.relatũ, & alios vt eod.nu.43.
vbi

vbi quod filius non poteſt, agnatus autem
poteſt ſuccedere, etiam non hæres agnati:
Quam Rolan. ſententiam non conuellit
Menoch.in d. conſ. 1. numer. 316. & ſeqq.
dum incadem cauſa in qua ſcripſerat
pro altera parte Rol. eidem reſpondere
conatur Menoch. ſed quinimo adhæret vt
*num.*318.ſolùm enim tollendo factum præ-
ſuppoſitum prætendit reſpondiſſe vt *num.*
317.allegant ambo Brun. & Aretin. ſed &
Alciatum addit. Menoch. ibi.

71 † Octauò Hæc faciliùs erunt admitten-
da, ſi ſaltem in re certa fuerint filij vel agna-
ti inſtituti, *Menoch. de adipiſc. rem. 4. nu. 167.
& ſeqq. Gayl. Obſ. 120. numer. 4. lib. 2. Clar. de
Com. in §. feudum q. 86. Menoch. in conſ. 987.
ſub. num. 30. verſ. reſpondetur primo* vbi com-
plures recenſet. licet (ſibi contrarius) aliud
dixiſſet *in conſ. 930. num. 6. & ſeqq lib. x.* ſed
prædictam ſententiam eſſe magis commu-
niter receptã. & veriorẽ *dicit Celſ. Hugo. conſ.
26. num.* 64 cum alijs, quos longa ſerie re-
cenſint *Roſ. in ſyn. feu. cap. 7. concl. 22. in glo.*
72 *lit. c. & ipſe ibid. num. 1.* † Nec officit quod
hæres particularis non ſit proprie hęres, ſed
loco legatarij *l. quoties. pen. C. de hæred. inſtit.
cum alijs cit. per Roſ. in d. cap. 7. cõcl. 20. in gl. t.*
quia in caſu noſtro non refert etiam ſi nul-
lo modo ſis hæres, cum ſibi imputari non
poſſit: ergo multò minus in caſu iſto, in quo
id ampliùs habes, quia de te aliquo pacto
meminit teſtator: accedat quod iſtius opi-
nionis origo pendet ex radice infecta, quod
ſecũdum Neapolitanorum ſententiã opor-
teat eſſe hæredem vniuerſalem, vt patet ex
ipſo *Roſ. in d concl. 20. num. 17.* quod ſuppo-
ſitum cum erroneum eſſe oſtenſum ſit, nul-
lum poteſt in ea opinione conſtitui funda-
mentum, & ideò non attendendi doctor
(hoc ſuppoſito decepti) contrarium ſentiẽ-
tes, quos refert *Menoch. d. conſ. 930.* qui tamẽ
non loquuntur omnes in feudo *& Roſ. in d.*
73 *concl. 20. in glo. lit. n.* † ſecus in emphyteoſi
(præſertim priuatorum quia, cum in hac ra-
tio ſanguinis principaliter non vigeat) ſed
hæreditariæ qualitatis, vt ea conceſſa *pro ſe,
& hæredibus* ſolum quis ſit hæres, proprie, ac
vere, ſit videndum; ideò inſtitutus particu-
lariter non ſuccedet, quia non eſt propriè
hæres, ſed tantũ vniuerſalis, qui eſt propriè
hæres, ſuccedet, *vt benè per Hond. conſ 54. nu.
fin. reſpondendo ad nu. 21. lib. 1. Fach. in. contr
iur. lib. 4. cap. 20.* & nullum quoad hanc em-
phyteoſim abhoc diſſentire, & omnes con-
uenire refert *d. d. var. reſol. lib. 2. cap. 18. in fin.
& Roſ. d. cap. 7. concl. 20. gl. lit. n. col. 2. in prin.*
74 † Idem tamen in Eccleſiaſtica eſſe affirmat
ibid. did. his adde *Peregr. de fideic. artic. 32. &
docto. in ea glo. n. citati, & ad Magon. dec. Flor.*
75 117. *num. 1. & ſeqq. ſub num. 42. & ſeqq.* † Vbi
etiam ſi dictũ *pro filijs, & hæredib. & vt n. 46*
76 † multò magis q̃a dictũ *pro hæredib. etiam ex-
traneis*, idem importãs pro extraneis, ac pro
quibuſcunq; *vt ibid. num.* 48. ex quo oppoſi-
to contrarium ius in feudo fortiùs ſubſiſte-
77 re colligas paulò euidentiùs. † & hęc ita ve-
ra ſunt, vt emphyteoſis huiuſmodi tranſito-
ria ad extraneos ampliùs ad dominum dire-
ctum non ſit tranſitura *Menoch. conſ. 216. nu.
29. iunct. etiam num. 1. & ſeqq. lib. 3.*

78 † Nono dicamus etiam conſanguineum,
qui vnà cum vtrinque coniuncto admitti-
tur ad feudum *Surd. dec. 239. nu. 9. in conſ. 31.
num. 35. & ſeqq. conſ. 72. num. 7. conſ.* 415. *ſub
num. pen. & fi. Menoch. conſ.* 86. *num. 15. lib. 7.*
79 *conſ. 498. num. 1. lib. 1.* † ſi forte (ſtante aliqua
municipali conſtitutione) non poſſet ſucce-
dere vnà cum vtrinque coniuncto (vt erat
dubium in d. dec. 239.) hunc non eſſe exclu-
dendum à feudo dicendum foret, quia de-
lata ei hæreditas non eſſet, nec ſibi quicquã
80 imputari poſſet: † Quod tamen haberet lo-
cum, vbi ageretur de hæreditate communis
parentis: Non autem ſi ageretur de hæredi-
tate, ad quam de iure, & ipſa natura vnus ex
vtrinque coniunctis decederet ſuperſtite al
tero, cum alio illo conſanguineo, nam cum
ad huius defuncti ſucceſſionẽ de iure ſolùm
admittatur vtrinque coniunctus (conſan-
guineo excluſo, *auth. ceſſãte. C. de legit. hęred.*
ſolus coniunctus admittetur ad feudũ, quia
ſolus admittitur ad hæreditatem, cuius feu-
dum eſt portio, & à qua ſcindi non debet,
& ita in feudo hæreditario mixto. *tenuit
Menoch. in conſ. 498 per tot. lib. 5.* nimis quidẽ
laborioſè, & nimis etiã rigoroſe ſe reſtrin-
gens ad dictum feudum mixtum cum eadẽ
hæc ratio procedat etiam in feudo *pro ſe &
filijs*.

Decimò & vltimò quæram An agnatus
extra decimum gradum, cui delata non ſit
hęreditas vltimò defuncti feudi poſſeſſoris,
putà quia ex teſtamento fuerit excluſus, aut
ab inteſtato alius eum præcederet, admit-
tendus veniat ad ſucceſſionem feudi? excel-
lentiſs. D. Protopr. Bellon. negat in feudo
mixto, ſed hæc opinio defendi poteſt ex eo
quod cenſuerunt hactenus doctor. in feudo
mixto oportere eſſe hæredem, & ideo qua-
litatem hęreditariam eſſe abſolutè neceſſa-
riam, qua caret huiuſmodi agnatus; vnde
intret regula quod ceſſante cauſa, & aliæ
conſimiles. Aſt (ſecundum nos) aliter dicen-
dum foret, quia non admittimus qualitatẽ
hæreditariam eſſe abſolutè neceſſariam, ſed
abſolutè eſſe neceſſariam ſanguinis ratio-
nem, quæ viget & in hoc agnato à primo
ſtipite; quod ſemper ſupponimus, deſcen-
dente, & idem viget & manet ſemper effe-
ctus, non repugnantibus inſtitutis feudali-

bus;dum gradum non pręſcribunt, ſed ſufficit (ſecundum ea) quod ſit Agnatus deſcēdens a primo acquirente vſque in infinitum vt ad hæc reperi poſſunt, tàm quæ *ſupra hoc ipſo cap. ſub num. 53. & ſeqq. quàm quæ in cap. 1. num. 16. & ſeqq.* iam ſcripta ſunt. Tantò magis admittendus huiuſmodi agnatus, tametſi extra decimum gradum conſtitutus, ſi cum qualitate quod ſit deſcendens & de ſanguine, forte coniunctam haberet & hæreditariam, quia vel inſtitutus ex teſtamento, vel aliter ab inteſtato proximior prædicto vltimo defuncto *iuxta auth. multò magis. C. de Sacroſ. Eccl.*

81 † Et de hac formula ſatis: Quod ſi cupias ſcire an ex formula *pro ſe, et hærede* in ſingulari, poſſit hæres hæredis ſuccedere vſque in infinitum cum pluribus declarationibus ad idem vide *Mar. free. de ſub feud. lib. 3. titul. de formul. inueſtit. §. ſecunda formula per tot. fol. 395. Intrigl. de feud. q. 48. nu. 10. Petr. de Greg. de conceſs. feu. par. 6. q. 2. numer. 5. 6. iuncta ibi addit. vbi contrarium tenet, & allegat Mar. vbi ſupra, et alios, vt ibi apud quos an in plurali, an in ſingulari nihil referre*, cum limitationibus tamen (vt dixi) *de quib. per* Mar. *free. et ad Surd. conſ. 123. num. 18. poſt Natt. conſ. 163. n. 8. ſi verbo hæredis adiecta ſit vox. Ipſi, et conſ. 164. ſub n. 9. Roſ. in Syn. feu. c. 7. concl. 42. glo. o. anti. fin.* & ſi an de hærede immediato, ſeu primò tantum an vero etiam de alijs *l. ſciendum. 70. ff. de verb. ſign. et ibid. Alcia. l. qui per ſucceſſionem. ff. de regu. iur. Peregr. de fideicom. art. 32. num. 71. et ſeqq. art. 33. num. 11. et ſeqq. art. 1. num. 18. 19.* & ſecundum ſubiectam materiam accipiendam huiuſmodi vocem aliquando pro liberis tantum, & aliter vide diſtinctionem *Angel. Aret. conſ. 110. ſub nu. 2. verſ. item præmitto.*

82 † Non ignores tamen tantum eſſe dicere *tibi et hæredibus tuis, quantum tibi vel hæredibus tuis*, quoniam (*Vel*) dictio quando ponitur inter hæredem & contrahētem pro (*Et*) ponitur ordine ſucceſſiuo *c. 1. in rub. et nig. et ibi Bald. in princ. de eo, qui ſibi et hæredibus ſuis etc. Capyc. in ſua inueſtit. tit. feudorum clauſula. verſ. et ſciendum. pag. mihi 93. in princ. 2. col.*

CAP. TRIGESSIMVM SEXTVM.

De formula pro ſe & filijs hęredibus.

SVMMARIVM.

1 *Sub hac formula non continetur neceſſitas qualitatis hæreditariæ, quicquid dictum ſit contrà per Docto. oportere eſſe et filium et hæredem, et num. 2.*

3 *Paſſum pro fundum hunc dixerunt.*

4 *Plures ſenſus proponuntur huius formulæ explicandi, et ſeqq.*

5 *Primus ſenſus an etiam hæredes extranei ea formula vocentur, et ſeqq.*

Et vocari ſi materia ſit tranſitoria col. 5.

6 *Propter copulam* (Et) *quæ ſtat augumentatiuè quid in feudo, et emphyteoſi eccleſiaſtica.*

7 *Secundus ſenſus, vt hæredes vnà cum filijs ſuccedant in contractibus vel vltimis voluntatibus, quid iuris circa hoc, et num. 8.*

9 *Tertius caſus, intelligendo ſubordinatam ſucceſſionem, vt primo filij deinde hęredes admittātur, defectis demum filijs, et nu. 10. et ſeqq.*

11 *Quid in feudis.*

Quid in alijs tranſitorijs ibid.

12 *In donatione.*

13 *In emptione.*

14 *In materia tranſitoria aut non tranſitoria.*

15 *Quid in vtraque emphyteoſi.*

16 *Feudum non eſt de tranſitorijs ad extraneos, et* vox Hęredis *reſtringitur ad filios, et ideo hic ſenſus non intrabit.*

17 *Niſi ex conſuetudine res eſſet tranſitoria.*

Aut alia lege municipali in feudis et emphyteoſi ſub eod.

18 *Aut ſi non conſtaret de origine.*

19 *Quartus ſenſus, ſi filius non ſit hæres an feudū habeat.*

20 *Quintus vt de fœminis, quæ ſint hæredes intelligatur, vt verbum filijs nō reſtringat verbum hæredibus, vt in emphyteoſi ſeculari et eccleſiaſtica, et nu. 21.*

Secus in feudis. ſub eod.

23 *Vbi indicatur prælatio, vt primo filij et eorum in defectum, poſtea fœminæ ſuccedant.*

24 *Vt omnes deſcendentes vltrà filios ipſos ſuccedant.*

25 *Sextus, vt ex voce,* & hęredibus, *cenſeatur data facultas diſponendi qui accōmodatus rebus tranſitorijs, et nu. 26. 27.*

28 *Idem* ſi ſibi filijs, & cui dederit.

29 *Non accommodatur feudo aut emphyteoſi eccleſiaſticæ.*

30 *Septimus ſenſus, vt fiant diſtributiones viriliter non pro portionibus hæreditarijs.*

31 *Octauus vt voluerint contrahentes tollere dubiū an filijs vnà cum patre, an verò poſt eius mortem ſucceſſione mediante.*

32 *Non refert ſi dicatur* filijs & hæredibus, an filijs cum hæredibus.

33 *In feudis ordine ſucceſſiuo poſt mortem patris, et num. 35.*

34 *Quia viuentis nulla eſt hæreditas.*

36 *In his term. vox* hęredis, *pro ſucceſſore ſimpliciter accipitur.*

Infert eadem vox ius quoddam patris redundās in filios. ſub eod.

Vox

37 Vox hæredis, *quod intell.gatur variè, vt remiſſiuè & ſub num.63.*

38 *Diſtinguitur in donatione*, an pro ſe & filijs, an pro ſe & hæredibus.

Nonus caſus an vtraque qualitas requiratur, quod ſit filius, et etiam quod hæres, opiniancs referuntur in feudis, in tranſitorijs vel non, in priuilegio immunitatis, In legato ſub eod. *vſque ad 41.*

42 *Contrarium ponitur in feudo ſecundum delatam vel non delatam hæreditatem, et ſeqq.*

Ad contraria reſpondetur ſub nu.45.

46 *Solent homines* hæredes *appellare etiam deſcendentes.*

Refellitur Piſto. 46.

48 *Formulæ conſimiles referuntur*, ſi ſibi & hęredibus maſculis, ſi legitimis, ſi ex legitimo ſuo corpore, *etc.*

49 *Quicquid controuertunt* docto. *quibus reſpondetur.* ſub eod. *& nu.* 50. 51.

52 *Copula* ET *non obſtat, licet amborum copulatorum concurſum deſideret.*

Quin imò aliquādo ampliat, ordinat, aut arctat, etc. 1 nu. 3

54 Docto. *non faciunt differentiam formula* pro ſe filijs hæredibus a formula pro ſe filijs & hæredibus. *et num.* 56.

55 (Et) *copulam pro*, ideſt, *interpretantes.*

56 *Et filius ſtat ſubſtātiuè*, hæres *adiectiuè et qualificatiuè.*

Homo albus minus importat, quàm homo ſimpliciter. ſub eod.

An vox hæredis, *qualificet de neceſſitate, quod oporteat eſſe hæredem* ſub eod.

57 *Imò* (ET) *copula inducitur ad hunc ſenſum concurſus duorum.*

58 *Hæres, et ſucceſſor promiſcuè accipiuntur.*

Et ſufficit eſſe hæredem ſingularem, quicquid deficiat qualitas hæreditaria in vniuerſum ſub eod. et nu.57. et 58.

59 *In omnibus contractibus ſolet apponi clauſula* pro ſe & hęredibus, *et tamen ſucceditur etiā in bonis titulo ſingulari, et ſeqq.*

Intelligitur dicta clauſula quis ſtipulatus ſuis, quaſi præſumptiuè hæredibus. ſub nu.61.

62 *Inferendo ad potentiam, ſeu ſpem, non ad actum ipſum.*

63 *Singulari ſucceſſione non excluſa, vt probatur cum tex.*

Quatuor hæredis *ſignificata, remiſſiuè.* ſub eod.

64 *Probatur textib. feudalibus nihil conſtituēdum ſiue appoſita ſit vel nō appoſita* vox hęredis.

65 *Et authores feudiſticos nūquam de tali differentia quicquam cogitaſſe.*

1 NEC† minor erit difficultas in hac, quā in præcedenti formula, non quidem ad firmandum, quod ſit locus tit. An Agnat. quia facile omnes admittunt hæredem eſſe oportere: quàm ad conuincendum non intrare hanc neceſſitatem hæreditarię qualitatis ſimpliciter & omnino quam tamen Scriben. adeò infixerunt, vt cenſuerint priuari capacem feudi, qui ſit de ſanguine, &
2 proximior ſi non ſit & hæres† & conſtituerint vtrunque neceſſarium eſſe; & filiū eſſe, & eſſe hæredem, alioqui non ſuccedatur in feudo, *ita Alex. conſ.44. in princ. vol.1. vbi in emphyteoſi. & ibi add. 1. etiam in feudo lib.1.* plures allegans, & nos mox quoque, & altā ac dubiam eſſe quæſtionem dixit *Iaſ. in l. Gallus. §. etiamſi. numer.34. ff. de lib. & poſth.*
3 † & paſſum eſſe profundum *Felyn. in cap. ex parte. il primo ſub num.17. in antiqu. ſeù in alijs ſub num. 38. verſ. reſtringe quinto, paulò*
4 *poſt princ. ibi, ad idem quod not. Ang.* † Nos exemplo Impe. *in l. fi. C. de Com. ſeru. manum. Paul. de Caſtr. conſ. 317. viſo, & examinato puncto. ſub num. 1. lib. 1. Natt. conſ. 195. Dec. conſ. 252. num. 1. & 2.* (vbi plures ſenſus ad formulam *pro ſe et ſuis* prius explicat, vt ad ſuum deueniat) omnes ſenſus huic formulæ accomodabiles proponemus.

5 † Primus itaque ſenſus erit, an etiam hæredes extranei cenſeantur comprehenſi? & quidem cenſeri ſi materia ſit tranſitoria ſui natura, ſeù ex pacto, aut aliter ad extraneos tenent communiter Docto. *Alex. ad l. quod dicitur 130. ſub nu.18. de verb. oblig. Menoch.*
6 *conſ.587. num. 6. lib. 6.* † propter copulam, ET quę ſtat augumentatiuè *Alex. conſ.120. ſub nu.1. lib.1. et ibi add. lit. A. vbi vide Mantic. de tac. & ambig. lib. 14. tit. 19. num.24. Burſ. conſ.31. n.8. lib.1. iterū Mant. de tac. etc. lib.22. tit. 19. per tot.* vbi in emphyteuſi Eccleſiaſtica pleniſſime viden. Sed hic ſenſus non cadit in feudo *vt ſupra cap. 23. num.70. cap. 35. num. 11. cap. 36. num.64. cap.28. part.1. num.17. et ſeqq. et ità Bero. conſ.110. ſub num. 46. lib.2.* nec in materia differenti, vt in feudis, officijs, &c. *vt per Farinac. par.1. dec.663. num.17.18.* vbi quod vox *hæredibus* ſtat coniunctiuè cum verbo *filijs*, etiam quod adeſſet copula, *ET*, quę qualificatur ex verbo, *filijs, et ſub num. fin.* Vbi quod in huiuſmodi conceſſionibus ſemper eſt videndum, an materia ſit differens vel indifferens, quia eſt cardo totius materiæ huius.

7 † Secundus erit, ſi diceremus hæredes ità vocatos cenſeri, vt vna cum ipſis filijs ſint admittendi ad rem in ſtipulatum deductā; quid enim ſi cum filijs inſtitutis eſſent & extranei inſtituti, an hi ſimul cum filijs ſuccedent? videtur poſſe dici quod ſic, non ſecus ac ſi legatum, vel fideicommiſſum *ſit filijs et hæredibus Bal. Ang. Imo. et Alex. quos refert Iaſ. in d. §. etiam ſi ſub num.25. ff. de lib. et poſth.* Vbi tamen vide, *Vide Bal. ad l.1. nu.*
8 *14. C. de iur. emph.* † Contrarium eſt verius

Digitized by Google

in hac materia, quia aliud eſt in vltimis vo-
luntatibus, aliud in contractibus Mantic.de
coniect.vlt.vol.lib.8.tit.14.num.11.per tot. In
primo ampliant,in altero reſtringũt, vt ibid.
Mantic.et ad Bal.d.numer. 14.iuncto num.15.
conferent quæ dicentur in ſenſu ſeq. & quę
mox de copula, vt non ſemper coniungat
ęqualiler, & quod mox in anteced. ſenſu
retulimus,et quæ cap.23.num.137.et ſeqq.in
materia prælationis.
9 † Tertiùs erit ſenſus,ſi diceremus dictam
formulam continere ſubordinatam ſucceſ-
ſionem,vt primò filij, deinde eorum hære-
des eis deficientibus, vel vt eis non extanti-
bus ijdem admittendi ſint, non tamen vnà
cum eis hæredes extranei ſimul inſtituti,
ſed ſoli filij,Surd.deciſ.322.ſub num.72.verſ.
10 pro reſolutione, et num. 73. † Secus eis non
extantibus, ſeù deficientibus, vt tùm demũ
hæredes extranei admittantur vt ibid. Surd.
numer.76.Rim.Sen.conſ. 437.num.8.9.lib.3.
Cald.de nom. emph. q.24.num.83. Alex.conſ.
44.ſub num.1.lib.1.Vbi in emphyteoſi, et idem
Alex.conſ.9.ſub num.7.et 8.lib.2.Claud.Seÿſ.
tamen in l.Gallus.§. etiamſi.num.22.23.ff.de
lib.et poſth.diſtinguit,ſi copula fuerit poſita,
vel non, tamen dicta opinio videtur com-
munior.
11 † Sed nec hic ſenſus applicatur feudis,
quia procedit in rebus ſui natura, aut ex
pacto ad extraneos trãſmiſſibilibus, in qui-
bus adiectio (hæredis) ad verbum (filijs) ſtat
augumentatiue ad omnes hæredes, etiam
extraneos, vt ait Loffred. in conſ.1. ſub nu.60.
ſub princ.Item Burſat.in conſ.31.num.9.lib.1.
12 † Vbi de donatione Alex.in conſ.120.nu.1.
13 libr.1.† Vbi in emptione priuata iuncta ibi
14 addit.lit.A.† Vbi Add.ità declarat, & diſtin-
guit materiam, vel natura, vel pacto non
tranſitoriam à tranſitoria, & ipſum Alex.ſi-
bi ipſi conciliat in eadem materia emphy-
teotica viſum addenti ipſi contrarium, ſed
15 non ità eſt,vt ibi, † & de vtraq; emphyteo-
ſi ſiue ſeculari, ſiuè Eccleſiaſtica Mantic.de
tac.et ambig. lib.14.tit. 19. numer.24.tom.2.
16 † feudum verò non eſſe de tranſitorijs ad
extraneos, & (hæredis) vocem ſtare ſtrictè ad
filios vel deſcendentes iam millies ſtabilitũ
fuit, quare non intrabit in eum huiuſmodi
17 ſenſus. † Niſi ex conſuetudine res eſſet ad
extraneos tranſmiſſibilis, aut alia lege mu-
nicipali Petr. de Grego. de conceſ. feud. cap.
6.q 3.ſub numer.7.vbi in feudis,Menoch.conſ.
18 587.ſub num.9.lib.6.vbi in emphyteoſi † Aut
aliàs non conſtito de origine Sol. decre. Rẽ-
publicam.par.2.glo.7.ſub numer.13.et ſeq.de
Iur.Emph.in Ant.Sab.decr.vide etiam ſupra d.
cap.23.num.21.et ſeqq.cap.26.per tot.
19 † Quartus ſenſus erit ſi filius non ſit hæ-
res, quia aut non inſtitutus, aut quia Inſtitu-
tus ſq. dẽ, ſed nolit adire; hoc caſu hęres ſuc-
cederet nõ filius, vt tenet Surd.d.dec.322.ſub
nu.73.et nu.76. hic ſenſus pro parte intrat,
quatenus delatam hæreditatem repudians
filius non ſuccedet in feudo, quatenus verò
non ſit delata ſuccederet ab Exea de pact.ſub
num.219.ſub verſ.tertio ſublimitu, & alibi di-
ctum eſt plenè.
20 † Quintus ſenſus erit, vt formula pro ſe fi-
lijs et hæredibus etiam de fęminis, quæ ſint
hæredes intelligatur, vt verbum filijs non
reſtringat verbum (hæredibus) ſed terminus
(hęres) tanquam communis ad maſculos, &
hæredes extendat pręcedẽs verbum (filijs)
vt in term. emphyteoſis Laderch. conſ. 102.
numer.4. poſt Bal et alios quos allegat, Gozad.
conſ.20.num.7. Menoch.conſ.587.num.1.2.et
21 per tot. lib. 6. † In emphyteoſi eccleſiaſtica
de qua tamen Vide Farin. par.1. dicta dec.
663.ſub num.18.Seraph.dec.604.to.1.ſed nec
hic ſenſus intrabit propter naturam feudis
peculiarem, vt huiuſmodi vox de maſculo
22 tãtum intelligatur. † Imò licet vox hæredibus
in re tranſmiſſibili ad extraneos operetur
vt etiam fęminę comprehendantur Mantic.
de tac.et ambig.lib. 14.tit. 19.nu.26.iuncto ſub
23 num. 25. ibid. † Tamen hoc ità intelligitur
ꝙ filius habeat pręlationẽ, ſcilicet, vt primo
filius, & eo non extante, fęminę ſuccedant
24 Laderch.d.conſ.102.num. 5. † Item operatur
quod omnes deſcendentes vltra filios ipſos
ſuccedant. vt ait Salic.ad l.2.numer. 30. C.de
iur.emph.et ſequitur Laderch. ſub d.numer.5.
quod & in feudis contingit, ſed quoad de-
ſcendentes maſculos tantum.
25 † Sextus ſenſus ſit, vt ex voce, et hæredi-
bus cenſeatur conceſſa facultas patri ſtipu-
lanti de re etiam pro arbitrio diſponendi,
quaſi Concedens cogitauerit filios etiam
26 ſecundum intentionem ſtipulantis, † qui
ſemper cogitat de commodo ſuo amplian-
do, iuxta illud quod, prima charitas incipit
à ſe ipſo, quod vnuſquiſque ſibi & hæredi-
bus ſuis cenſetur proſpexiſſe, & ad iam re-
27 lata num. 9. et ſeqq. † Et hic quidem ſenſus
intrat in ſtipulatione rerum ad extraneos
tranſeuntium, ità quod non ſolum pater,
ſed & filij poſſint diſponere de huiuſmodi
rebus Burſat. d.conſ.31.nu.8.9.lib.1.Menoch.
conſ.255.num.4. ſub num. 11. verſ.nec obſtat.
et num.29.et ſeqq. lib.3. vbi num.34. allegat
dic.reg.quod quiſque ſibi, & hęredibus ſuis
cenſeatur prouidiſſe et in conſ. 506.ſub nu.9.
28 verſ.His ſic explicatis. † & idem ſi ſit clauſula
ſibi filijs et cui dederit, vt ibid.num.32.et in cõſ.
28 869. ſub num.6.7.8.lib. 9. † Ergò nec in
Emphyteoſi Eccleſiaſtica, nec in feudo in-
trabit hic ſenſus, poſtea quam iſta non trã-
ſeunt ad extraneos ad Alex.conſ.30.num.11.
et ſeqq. lib.1. conſ.6.à num.10.ad num.12.ex-
cluſiuè

cluſiuè lib. 2. Clarius tamen in ſeudo ad ea
quæ de exhæredat. & alijs ſucceſſiue tit.in-
fra ſuo loco reſultabunt.
30 † Septimus ſenſus ſit quoad diuiſiones,
An ſcilicet ſint hę faciendę pro virili,an ve-
rò pro hæreditarijs portionibus,vt quidem
regulariter pro hæreditarijs portionibus
ſint faciendę,vbi hæredis qualitas exprimi-
tur,ſecundum ea,quæ ſupra cap.5. plenius
dicta ſunt. A quibus lõge abſumus in term.
feudi,quia pro virili faciendam diſtributio-
nem ibiuem probatum eſt.
31 † Octauus ſenſus, vt velint contrahentes
dubium explicare , an filijs vnà cum patre,
an verò ſucceſſiuè poſt eius mortem , & ſi
ſucceſſiue , an principaliter etiam filijs , an
verò ſubordinatè cenſeatur ſtipulatum, nã
in ſtipulatione *pro ſe & filijs* (abſque adie-
ctione) *hæredis*, extant dubia , ſed tamen re-
ſoluta , *vt ſupra cap. 23. per tot.* præſertim
num. 2. & ſeqq. omnem verò tollit difficul-
tatem vox (*hæredis*)adiecta , quæ primo in-
fert ad tempus mortis, & ſic ſucceſſiue poſt
patrem, quia viuentis nulla eſt hæreditas;
32 † In tantum quod non referre dicatur,ſi di-
ctum ſit *filijs,& hæredibus*,ac ſi *filijs cum hæ-
redibus* , vt vtroque caſu filij ſucceſſiue ha-
beant,non ſimul, *Bero. conſ.110.ſub num.44.
lib.2.Claud.à Seyſell.ad l.Gallus.§. quidam re-*
33 *ctè,numer. 18.19.29.ff.de lib.& poſth.* † & in
term.dictæ clauſulę *pro ſe filijs & hęredibus,
aut pro hæredibus ſolum*, quod idem eſt, quia
natura feudi eſt illa quæ operatur,quod di-
cantur vocati ordine ſucceſſiuo (ait) *Curt.
de feu.par.3.ſub numer. 19.in q. 17. Grego.de*
34 *conceſſ feu.par.6.q.2.num. 8. & 9.* † Vbi di-
ctam rationem quod viuentis nõ detur hæ-
33 reditas adfert *& q. 16. nu. 3.* † & in terminis
clauſulæ *pro ſe filijs & hæredibus ead. par.6.*
36 *q.12.* † & in his terminis vox (*hæredis*) pro
ſucceſſore ſimpliciter accipiatur, vt poteſt,
Loffr.conſ.1.num.58.106.107. Infert ſecũdò
eadem vox ad ius quoddam accepto feren-
dum per filios ipſimet patri ſtipulanti præ-
defuncto, vt vel hinc conſtet,quod filij non
ſuccedant iure proprio, & principaliter, *ad
Menoch.d.conſ.506.ſub d. nu.9. & ad fusè ex-
plicata d.cap.23.num. 31. & ſeqq. & nu. 120.
& ſeqq.* Hic ſenſus optime intrat in feudo,
& nulla eſt difficultas(vt patet ex præcit.&
alibi *per tot.tractat.præſertim in partic.præced.
num.17.& ſeqq.cap.* 28. & alia ante eam, &
ad ſeq. ſenſum. Tu autem *vide Menoch. in d.*
37 *conſ.506.num.4.et ſeqq.lib.6.* † ad id,quomo-
do verbum *hæredis* intelligatur an ſucceſſi-
ue,an ſimultanee, an de filio,an de hærede
proprio,an etiam de extraneo, diſtinctis ca-
38 ſibus quibuſdam. † & quatenus in ſpecie
num. 10.diſtinguit caſum donationis *pro ſe
et filijs,à pro ſe et hæredibus,et idem ſub nu.* 14.

Nonus, & vltimus ſit ſenſus, An vtraque
qualitas requiratur , ideſt quod ſit filius, &
quod ſit & hæres,nam multi cenſuetunt in
feudis vtranque qualitatem requiri. ſiue ſit
hæredis vox de per ſe,ſiuè iuncta cum voce
*filiorum, vel liberorum Alex. in l.quod dicitur.
ſub num. 18.19.et ſub num.21.ff.de verb.oblig.*
vbi diſtinguit de materia tranſitoria, vel nõ
tranſitoria: vt primò in tranſitoria admittã-
tur etiam hæredes extranei, ſed hoc nõ per-
tinet ad hunc caſum , pertinet ad caſum ſe-
cundum,hic ſupra explicatum: Vt ſecundò
in re non tranſitoria ad hæredes , quale eſt
feudum,oporteat filium eſſe ſimul & hęre-
dem , quia alioqui vox *hæredis* filio adiecta
ſuperflua iaceret, *vt ait ibid. Alex. num. 18. ad
princ.et d.num.21.ad fin. quem ſequitur teſtans
de communi Loffred.in conſ. 1. ſub num. 60.ſub
princ.* ideò enim ſuperflua , quia non poſſet
operari trãſmiſſionem ad extraneos, ſubie-
cta materia impediente, ergo ſaltem quali-
tatem hæreditariam in filio operabitur , &
ita etiam dicit latiùs exornans *Piſtor. quæſt.
iur.q.3.num.34.et 35.* ex quo etiam *vt nu.36.*
liceat à fortiori ità dicere,nam ſi vbi eſt ſim-
plex dictio *hæredis* in formula *pro ſe et hære-
dibus* feudum eſt hæreditarium , ità quod
oporteat eſſe hæredem , & tamen ibi vox
hæredis non ſtaret ſuperflue, quia accipere-
tur pro filio , quantò magis hic vbi dictio
hæredis non poteſt importare filium , quia
de filio facta eſt mentio? ergò omninò qua-
litatem hæreditariam ſecum trahet. *iuncto*
39 *etiam nu. 25. 26. 28. et 30.* † Vbi quod indi-
ſtincte vbi ſit mentio hęredum,ſiue dicatur
pro ſe filijs et hæredibus,ſiuè pro ſe et hęredibus,
ſiue,ſit res tranſitoria ad hæredes ſiue non,
neceſſe ſit , vt qui eam rem conſequi velit,
veniat vt hæres, & ita etiam ſi conſequi ve-
lit feudum, *et idem Loffred.in conſ.1.ſub num.
55.vbi de comm.et ſub d. numer. 60. Surd.conſ.
446.num.8.ad fin.et 9.Menoch.conſ.640.num.*
40 17: *multos citans lib.7.vbi num.18.* † Idem in
priuilegio immunitatis *pro ſe filijs, et hæredi-
bus* conceſſo , vt pertineat ad filios, qui ſint
41 hæredes † & in legato *pro filio et hæredibus
Caſtr.conſ.77.num.fin.lib.1.*
42 † His non obſtantibus in feudo ſtabit fir-
mum,quod toties diximus , ſi delata ſit hæ-
reditas,oporteat eſſe hæredem , ſi non dela-
ta,non oporteat,ratione illa, quia, ſi delata,
eſt locus tex. An Agnat. &c. ſi non delata,
eſt locus ijs, quæ diximus ſanguinis cauſam
regulare non regulari à qualitate hæredita-
ria, quę ęquè viget in feudo,ſub hac formu-
la conceſſo,ac in alijs,cum hæ formulę ſint
vniformes *pro ſe,et hæredibus,et pro ſe filijs,et
hæredibus*, vt dictũ eſt ex *Alex. Loffr. et Piſto.
ſup.* quod propterea retorquetur,&eſſe vni-
formes communis omnium eſt concluſio
etiam

43 etiam inter diſſentientes.† Nam ſi feudum ſub altera ex dictis formulis conceſſum, ſit proprium ſeu,quod aiunt, ex pacto & prouidentia, ſecundum vnam claſſem relatam *à Piſtor.d.q.3.à num.1.ad 16.incluſiuè,& dicit magis com.Belton.conſ.30.num.2.Veriorem,et receptiorem Pinel. ad l. 1. part.3.num.88.94. C.de bon. mater.* eamque in iudicando ſolitũ ſequi iudicium Cameræ Imperialis *Miſyng. quem refert Piſtor.num.1.ſub fin.in obſ.2.cent. 4.et Vult.de feu. lib.1.cap.8.num.31. Infinitos congerit Kirch.qui prædicta, & alia in diſc.feu. cap.4.num.52.* habemus intentum, quia & in hoc genere feudi procedit dicta diſtinctio delatę, vel nõ delatę hęreditats, *vt ſup. ad formulam pro ſe,& fil.cap.præced.latius di-*
44 *ctum eſt.* † Sin verò ſit mixtum hæreditariũ ſecundum aliam claſſem eiuſd. *Piſtor.à nu. 17.ad plures ſeqq.* idem planè erit, tam quia re vera nullum hæreditarium mixtum eſſe in rerum natura,& diſtinctionem eſſe erroneam diximus, quam quia etiã ea conceſſa, quoad hoc,idem eſſe ac in feudo ex & prouidentia etiam oſtenſum fuit *ſup.ſub form. pro ſe,et hæredib.* Nam eſt pes in eo figendus feudi naturam eſſe vnam, cauſam concedẽdi vnam in ſanguine, & eius ratione poſitã, modũ vnũ aut alterũ in adeũdo, vel nõ adeũdo,omniaqua ſimul concurrere poſſe. Aſt vbi modus non concurrat ſimul cum natura, & cauſa, non ob id effectum ſucceſſionis in feudo ceſſare poſſe, vel debere,vt alibi diximus.

Ad contraria,ex his patet reſponſio. Verùm particulariter reſpondendo dicemus primò: Conſtito de natura actus, ac quid materia ſubiecta ferat non eſſe vim tantum
45 conſtituẽdam in vocula illa *hæredis*,† maximè quia homines ſoleant in negotijs ſimilibus hæredes appellare deſcendentes, & agnatos,quos ſucceſſores ſperant perpetuò in feudo, *vt ait Pinel.ad d.l.1.par.3.num.18. C.de bon.mat. refert. Piſtor.d.q.3.nu.5.ad fin.* Prętereà ſi vis conſtituere,ecce non ne euitabis ſuperfluitatem? quatenus operabitur in delata hæreditate, vt oporteat eſſe hęredem,& ſic in term.habilibus, quos ſemper ſupponere neceſſe eſt in qualibet materia, & in quolibet iuris loco.

46 † *Ad Piſtor. in ea q. 3.* nullum tu ipſe in eo facias fundamentum, quandoquidem diſtinguit feudum ex pacto & prouidentia a feudo mixto hęreditario, vt in eo minimè neceſſe ſit hęredem eſſe, *vt ſub nu.25.* In hoc ſit neceſſe, vt in hoc reguler qualitas hæreditaria, *vt ſub num.30. verſ. præ cæteris clarius,& ad ſub numer.* 26. vbi ex Pariſ.quod qualitas (hęredibus) alteret qualitatem (*liberis*) Quorum nullum ſubſiſtit, vel quia omnia eſſe vnius generis feuda ſublato feudo mixto,iam probatum eſt, vel quia etiam eo conceſſo quod feudum ſit ex pacto & prouidentia (ſeù ſecundum nos) proprium, idem omnino intret, vt verificetur hęreditaria qualitas ex magis com. opin. vel quia abſurdum ſit dicere filiationem, ſeù sãguinis cauſam trahi ab illa qualitate hęreditaria in feudo proprio, & recto,ſiue quia iſthæc planę, & ſincerę cõtrahentium menti aperte repugnent ad iura, & rationes per ipſummet allatas *à num. 1.ad num.16. ibid.* & ſuper omnia, quatenus nos(noſtra interpretatione) non ita vnum includimus, quod alium omninò excludamus, dum & ex pacto & prouidentia ſeù proprium eſſe, & ſimul hęreditarium concedimus promiſcue, non ſeparatim vnum ab altero *ad ſupra cap. 38. partic. 3. num.25. et ſeqq.* quò remitto, ne toties idem repetamus.

47 † Nec iſta examinatio caſu facta videatur, nam ad alias formulas inſeruiet &, in quibus cum dictionibus, in maſculos aut familiam ſonantibus,hanc vocem *hęredis* ſimul intermixtam animaduertes, nam & in hiſce eaſdem contentiones videbis, ſed firmus ſis, omnia eſſe eiuſdem generis feuda, in quibus delata hęreditas non ſit repudianda, non tamen quod ſis priuandus feudo ſi tibi non delata.

48 †Quarum formularum nonnullas refert *Piſto.d.q.3.vt num.39.ſi ſibi,& hæredibus maſculis num.40. legitimis,numer.41.ex legitimo corpore deſcendentibus,& de formula pro ſe filijs, et hæredibus, ex ſuo corpore,vel per virilẽ ſextum etc. Alex.conſ.56.lib.2.In quo cauebis à Tom. de Mar. tit. 20. Roſ.cap.2.concl.43.&* liberè dicas eſſe ex pacto & prouidentia nõ excluſa qualitate hæreditaria, ſi hęreditas
49 delata. † Aiunt ex pacto & prouidentia eſſe feuda ſub conſimilibus formulis, *Citati per Kircherb.in diſcur. feud.cap.4.num.50.51.*
50 *Sic euitabis diſcordias.*† Quia Piſtor. Vult eſſe hęreditaria, quia oportet hęredes eſſe, *vt d.q.3.num.65.* quia è contra alij, quod ſint ex pacto & prouidentia *vt per Kircherb.nu.* 54. vbi in ſpecie reijcit *Piſt.& ad Surd.dec.322. ſub.nu.76.& 78.* vbi requiri quod ſit hęres, quia ſit hæreditarium mixtum. ſed ad quid perditio hæc,quia ſi adhoc,quod ſint ex pacto& ꝓuidẽtia, vt liceat repudiare hęreditatẽ, malè diceret, quia ſiuè des eſſe hęreditariũ cũ Piſtor. ſiuè ex pacto & prouidentia cũ Kircherb. idem eſt effectus, eadem qualitas intrat, vel non intrat, prout eſt vel delata, vel nõ delata hæreditas Ergo inanis diſputatio,
51 † Scio quod Docto. adeo fixerunt qualitatem hæreditariam formulę pro ſe & hęredibus,& vt ſi non ſit delata hæreditas omnino priuentur Vocati quia,de neceſſitate hæ-

hæredes eſſe oporteat, quod non contingit
in feudo pro ſe & liberis, ideſt ex pacto &
prouidentia *vt per Menoch. in clauſula pro*
hæredibus legitimis conſ. 810. *nu.* 28.29.*lib.*9.
Sed ſatis fuit oſtenſum *in cap. anteced. num.*
34.*& ſeqq.nu.*39.*& ſeqq.* hoc ipſum proce-
dere etiam in feudo mixto in ſpecie cit.per
Menoch. in pluribus alijs locis, vbi magis
frequenter aliter tenuit, quam dixerit. in d.
conſ. 810. eò recurre, maxime ad rem iſtam
faciens, quod adhuc, ſi feudum dicas, & ve-
lis hæreditarium mixtum, id ipſum cum
etiam ſit ex pacto & prouidentia *ad Piſtor.*
*q.*3.*ſub num.*19.*& ſeq.* Vincere habet quod
eſt potentius, ideſt quatenus ex pacto eſt &
prouidentia, iuxta eund. *Menoch. in conſ.*
690.*nu.*7.*& ſeqq.lib.*7. vt quoquo te vertas,
in idem incidas ſemper, non eſſe de neceſ-
ſitate ſimpliciter, quod quis ſit hęres ad feu
dum conſequendum, vbi hęreditas non ſit
delata.

52 † Nec obtenebret copula, *Et*, amborum
concurſum requirens, *Alex. d.conſ.* 120.*nu.*
53 1.*lib.*1.*Bero.conſ.*109.*num.*7.*lib.*2. † quia vt
eleganter *dicit Bal. ad l.* 1. *nu.* 14.*&* 15.*C.de*
iur.emph. copula aliquando ampliat, ordi-
nat, aut arctat, & poteſt pluribus modis ſu-
mi, & tunc dat orationi licitum ſenſum, &
veriſimilem, & expone (ſubdens) quod ora-
tio inclinatur in meliorem partem, Vnde
quia eſſet abſurdum hæredem extraneum
iungi hęredi ſuo, intelligitur quod debeat
eſſe hęres ſanguinis, non hęres extraneus
hæc Bal.

Id quod vel ex eo maximè probatur
54 † Quia non faciunt differentiam Docto.
inter formulam *pro ſe filijs hæredibus*, & for-
mulam cum copula *pro ſe filijs & hæredibus*
dum promiſcue eis vtuntur in eadem quę-
ſtione. *Alex. in d. l. quod dicitur num.* 17.18.
et ſeqq. ff. de verb.oblig. Menoch.*conſ.*104.*nu.*
15. *et ſeqq. lib.* 1. *et conſ.*286.*numer.*20.*lib.*3.
55 † Et, copulam pro; *Ideſt*, interpretantes
Menoch. conſ. 987. *numer.* 14.*lib.* 10.*Petr.de*
*Grego.de conceſſ.feu.par.*5.*q.*2.*num.*25.*Ruin.*
*in conſ.*160.*n.*9. *Vol.*1.*et in term.apud Ferrat.*
*caut.*37.*in princ.iuncto numre.*1.*verſ. de tertio*
autem, et quarto caſu. Nec poteſt aliter fieri
quantum ad hoc, an filius qualificetur ab
illa voce *hæredis*, ſiue ea vox adhæreat voci
56 *filio.* Abſque copula † Quia tanquam adie-
ctiuum filiũ ipſum tanquam ſubſtantiuum
qualificaret, *ad Ioan. Monac.in c.ſi Ciuitas.*17.
*n.*6.*de ſẽt.excom.in* 6. Vbi ꝙ adiectiuũ additũ
ſubſtantiuo contrahit iſtud, & coarctat, vt
homo albus minus importat, quam homo
ſimpliciter, ſiue ea vox hæredis adijciatur
voci *filio* & patet ex ſupracit. *et ex Bal. ad l.*
Gallus. §. etiamſi ſub num. 2. *verſ. tu in hoc*
vltimo membro ff. de liber. et poſthum. etc. et
*ad Alex. conſ.*56.*ſub num.*3.*lib.*2.*Menoch.la-*
*tiùs in conſ.*877.*num.*21.*et ſeqq.lib.*9. ſublata
itaque differentia, ſignum eſt quod vis in
copula non ſit facienda, ſed in alio, An
ſcilicet ita vox *hæredis* qualificet filium, vt
oporteat eſſe hęredem omnimodo, ita quod
ſi non ſit, quia hæreditas non delata, ſit feu-
do priuandus, & ità incidimus ſemper in
ſupradicta, nec copula (quantum adhoc)
habet locum in ſcena; quicquid nudo ver-
borum cortici, & in errore feudi mixti in-
ſidentes hactenus Docto. allucinati fue-
rint, non omnes tamen omnino.

57 † Cui nihilominus nudo copulę verbo ali-
quid & nos deferentes, dicemus imò verò
copulam concurrere ad verùm ſenſum, quē
quærimus, ſemper indicandum. Nam &
aderit concurſus hæreditariæ qualitatis
ex neceſſitate in ſuo caſu, ſi nempe hęre-
ditas ſit delata, quo caſu non licebit repu-
diata hæreditate feudum retinere, & aderit
(ſi non hęreditarię qualitatis) ſaltem ſucceſ
ſionis ſingularis concurſus, etiam in ſuo
caſu, vbi non ſit delata ſecundum ſupra *c.*
23. *et cap.* 27. In quo verbum *hæredis* verifi-
cari nihilominus continget poſitum in In-
58 ueſtitura, † cum hæres & ſucceſſor promi-
ſcue accipiantur *l. ſi verò.*64.*§. de virò ff.ſol.*
matr.l.quædam.§. his autem ff.de eden.l.omnes
*§.fin. ff.vſufr quem.cau..Alex.conſ.*44.*ſub nu.*
1.*vol.*1.*Dec.conſ.*207.*ſub num.*4.*Corb.de cau.*
*priu. ob alien. ampl.*17.*ſub numer.*3.*Graſſ.de*
vlt.vol.§. 1.*num.* 19. Menoch. *conſ.*1143.*nu.*
.9.10.*lib.*12.*Roſent.in cap.*2.*concl.*40.*glo.fin.*
et ſupra cap. 8. Nec obijcias qualitatem ta-
men hæreditariam deeſſe, Quia etiam in
omnibus contractibus rerum ad extraneos
tranſitoriarum ſolet apponi clauſula *pro ſe*
59 *ſe et hæredibus*, † quę monet rem eſſe tran-
ſmiſſibilem ad omnes, *Menoch.conſ.*506.*nu.*
60 14. *lib.* 6. † & tamen non omnes hæredes
ſuccedunt, niſi in caſu ſuo, ideſt vbi dalata
hæreditas eſt, & res inſit, in hæreditate. Cę-
terùm ſi non inſit non ſuccedent, & ſi alie-
natio eius rei fiat in aliquem, vel legatum,
61 non ne ſucceſſio intrabit ſingularis? † Nõ
ne ad ſuoccеſſorem? *vt dicit tex. in §. denique*
quæ ſit prim cau.benef.amitt. in perſona agna-
qui non tenetur eſſe hęres, ergò patet quod
vox *hæredis* non ideò adiecta fuerit à con-
trahentibus, quaſi ad hæreditariam quali-
tatem omninò inducẽdam, ſed ad ſingula-
rem quoque, & prout contigerit caſus: in
tantum quod hæc formula ita veniat ſub-
intelligenda de hæredibus, ideſt de futuris
præſumptiuè non abſolutè hæredibus
62 *add.ad Alex. in con.*120.*lit. A. lib.* 1. † ſiuè
ad Indicandum potentiam, vel ſpem, quod
ſint futuri hęredes non actum ipſum, quod
re vera futuri ſint *Caphal.conſ.*312.*num.*48.
et

Digitized by Google

63 et ſeqq. † Succeſſione ſingulari non exclu-
ſa,& de qua vltrà dicta,eſt tex. ſingularis in
l.in conuentionibus.ff.de verb.ſignif.vbi ſtipu-
latio fauore hæredis ad legatarium quoq;
poteſt pertinere, inſpecta mente nó verbis:
& quatuor hæredis ſignificata ponit Menoc.
conſ.958.numer.9.lib. 10. pro vniuerſis,pro
hęrede nomine tantum, vel in re certa, &
pro deſcendentibus.
Adeò ſomnia apparent omnium, qui in
feudis hanc introduxerunt neceſſitatem, cũ
nec in reliquis vllis talis ſit neceſſitas vlla,
niſi in ſuo caſu &c. vt dictum eſt.
64 † Finiamus cum aliquot textibus feuda-
libus,hoc probantibus,nullam ſcilicet ex eis
conſtitui differentiã,ſi adiecta vel non adie-
cta ſit vox hæredis.
Primò ſe offert tex. de feu. March. tit. 14.
lib 1.Vbi in verſ.ſi verò: legitur ita,ſinè deſcen-
dentibus maſculini ſexus hæredibus , & pauló
poſt ſub verſ. ſi duo fratres ità, ſi vnus eorum
ſine deſcendentibus maſculini ſexus abſq; voce
hæredibus. Deinde tit. de ſucceſſ. fratrum.11.
lib.2.vbi ſub verſ.ſi enim,ità legitur,Titio ſinè
legitimo hęrede maſculo defuncto,cum primò,
& ſub principium contentus fuiſſet, libero-
rum aut maſculorum vocibus, ibi.Prima cauſa
liberorum eſt , filijs enim exiſtentibus maſculis,
vel ex filio nepotibus. Itẽ accedat tit.de Inueſt.
quam Titius accepit à Sempronio 13. lib.eod.2.
ibi.vt haberet ipſe, & hæredes ſui legitimi:ma-
ſculi. iunctis, verbis quod quia filia , ſinè liberis
(ait tex.) deceſſit, maritus fæminę non ſuc-
cedat, ex eo quia vox hæredes ſupra ſtat pro
voce liberorum. Accedat tit.1.de his qui feu.
dar.poſſ.§.cum verò Conradus,ibi, ſine legiti-
mo hærede ſepius replicato. & Mox in §. hoc
quoque aliter,ibi, Quod in maſculis deſcenden-
tibus, abſque hęredis adiectione. Item tit.de
ſucceſſ. feu.vbi in princ. filijs , & filiabus,& in
§. hoc quoque ſinè hærede maſculo. Item tit. de
beneſ.fratr.20.lib.1.vbi in princ. ſine filio ma-
ſculo,&pauló poſt,ſine hærede maſculo.In tit.
14.de Vaſal,decrep.ætat.Vbi verba ſinè legiti-
mo hærede, ideſt filio, quia aliàs frater nõ ſuc-
ceſſiſſet. In tit. de eo qui ſibi,vel hæredib. ſuis
maſc. & fæmin. Inueſtit.accepit. tàm in rubr.
quàm in nigro·Vbi tamen in nigro ſcilicet
ſępe de deſcendente , & maſculo abſque
adiectione hęredis.In tit.ſeq.de duob.fratr.ibi,
quandiù ipſi , vel eorum hæredes maſculi viue-
rent.& ſtatim,& maſculis deficientibus omiſſa
65 ea voce, † ex quibus ſatis clarè, ac abſolutè
patere poteſt nullam feudiſticis auctoribus
talem in mente vnquam fuiſſe conſtituen-
di inter has formulas differentiam , cũ pro-
miſcuè vſurpare ſoliti fuerint , vt patet ex
loc.præcit. vt demũ textibus ipſis & palpa-
bilibus rationibus cõuictis aliquando ſit in
hoc cedendum, & differentia dictarum
formularum repellenda,veritatique ad hę-
rendum claræ & patenti.

CAP. TRIGESSIMVM SEPTIMVM.

De formula pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus

SVMMARIVM.

1 Quod oporteat eſſe hæredem ſtante hac formula.
2 Aliàs non proderit inueſtitura ei qui non ſit hęres.
3 Maximè vt aliquod operetur vox ſucceſſoribus vltra vocem hæredis.
4 Et aliquid amplius verborum geminatio.
5 Qui dixerunt feudum eſſe hæreditarium cũ hac formula conceſſum, & tranſire ad extraneos & fæminas.
6 Contrarium ſtatuitur , & ratio, vt nil plus importet,quam pro ſe & hæredibus.
7 In quo non eſt ſimpliciter neceſſarium hæredem eſſe.
8 Et probatur auctoritate Docto.
9 Ad contraria reſpondetur ſecundum delatam vel non hæreditatem.
10 In iure patronatus cur oporteat eſſe hæredem
11 Quid in donatione immunitatis ſeù exemptione propriorum bonorum.
12 In emphyteoſi etiam fæminas admitti.
13 Seù ſi verba ferant hæreditariam qualitatem.
14 In materia facta tranſitoria per pactum.
15 In locatione ad longum tempus tranſire ad extraneos, quicquid dubitetur an ſit eccleſiaſtica.
16 In feudo aut emphyteoſi eccleſiaſtica dicta verba geminata non operantur neceſſitatẽ qualitatis hæreditariæ,nec quod tranſeant ad extraneos aut ad fæminas.
17 Non innitẽdum cortici verborum aut vni aut alteri verbo.
18 Clauſula pro ſe filis hæredibus ſucceſſoribus , & cui dederit impropriatur, vt ad ſucceſſores tantum maſculos pertineat.
19 Mens inſpicienda.
20 Clauſulam de hærede in hæredem intelligi de deſcendentibus etiam non hæredibus ex coniecturata mente, quæ in omnibus prævalet & præfertur omnibus,ſicut anima præfertur corpori.& num.21.
22 De ſubſtitutione ſucceſſorum & hęredum remiſſiuè.
23 Adiectio ſucceſſoris aliud in feudis,aliud in priuilegijs operatur.

De

24 *De ſtylo Notariorum non attendendo,& non nocere aliquando.*
25 *Ex voce* (francum) *adiecta à Notario feudũ non fieri alienabile.*
26 *Maxime poſitur verbis inter executiua.& num. 27.*
27 *Verba quod poſſit diſponere* &c. *poſita in executiuis non dant facultatem alienandi.*
28 *Verba* pro ſe & hæredibus maſculis *non alterantur per alia in executiuis* , *&* quibus dederit,*adiecta.*
29 *Nec clauſula,*ad habendum *&c.*
30 *Nec clauſula,*faciant quicquid velint.
31 *Non eſt vis in vocula conſtituenda,forte incidenter prolata.*
32 *Executiua tamen habent vim declarandi.*
33 *Aliquando etiam diſponendi.*
34 *Et ampliandi.*
35 *Parùm fidendum fundamento allegantis ſtylũ Notariorum.*
36 *A Notarij verbis non recedendum cum ſcripſiſſe cenſeatur de conſenſu partium.*
37 *Idem eſt* pro ſe & hęredibus,ac pro ſe & ſucceſſoribus.
38 *Non obſtante adiectione vocis,*In infinitũ aut In perpetuum.*& num.39.*
40 *Feudi mixti ſpecies etiam hic excluſa.*
41 *Et ſuperflua redditur quæſtio,an feudum conceſſum cum clauſula* iuris frãchorum *ſit ex pacto & prouidentia an hæreditarium* , *& ſeqq.*
43 *Et laborioſum magis quam vtile vel neceſſariũ inquirere an ſufficiat eſſe hæredem particularem.*
44 *In legatario prætendente emphyteoſim.*
45 *Et arguuntur* Docto.*& num.46.*
In feudo,iure antiqui feudi conceſſo,qui ſuccedãt & an etiam tranſuerſales, vbi eſt clauſula pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus ſub eod.*num.46.*
47 *Si duo ſimul acquirant feudum , alterum alteri nec eius deſcendentis alteri ſuccedere , non quod agnatum oporteat eſſe hæredẽ , ſed quia collateralis collaterali non ſuccedit.*
48 *Et quia ſinguli videntur proprijs deſcendentibus proſpexiſſe.*
49 *Reprobatur Caroc. qui locationem ad longum tempus,*pro ſe & ſucceſſoribus,*reſtrixit tãtum ad maſculos : nec iura ab eo adducta hoc probare oſtenditur.& num.50.*
*In emphyteoſi,cum dicta clauſula conceſſa,fæminas ſuccedere , non tamen extraneos , ſi ſit eccleſiaſtica.*ſub eod.
51 *Verbum* ſucceſſor *variè capitur, vt in feudo aut emphyteoſi.*
52 *Et fæminas venire, non tamen in feudo, & nu. 53.*
54 *Appellatione* ſucceſſorum *veniũt etiam fæminæ in materia tranſmiſſibili.*
56 *In emphyteoſi eccleſiaſtica* pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus in perpetuum *ſolos de ſanguine admitti.*
57 *De conceſſione* ſibi filijs & liberis,& vno ſucceſſore.
58 *Alia de huiuſmodi formulis,remiſſiuè.& num. 59.*
De clauſula pro ſe & ſucceſſoribus ad faciẽdum & diſponendum , prout eis & ſucceſſoribus placuerit. ſub eod. *& num.59.*
60 *Intentio auctoris quæ fuerit explicatur.*
61 *De officio conceſſo liberis,filijs hæredibus ſucceſſoribus ,cum facultate nominandi ſucceſſorẽ & de alijs in materia officiorum remiſſiuè.*
62 *Vox ſucceſſoris in officio non indicat hæredem.*

1 AN † in feudo conceſſo ſub hac formula *pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus.*
oporteat eſſe hæredem? videtur dicendum
quod ſic, vt illa geminatio verborum ſimul
iuncta aliquid plus operetur, & verbũ ſucceſſoribus
ſimul iunctum cum verbo hęredibus
hoc magis operetur , quod oporteat
eſſe hęredem,& ita *Loffr. conſ.52.ſub nu.52.
53.& 54.Pariſ. conſ.23. num.16.& ſeqq.lib.
1.& dicit Soc. conſ. 10.int.conſ.Brun.num.17.*
2 † quod ſi recepta ſit inueſtitura *pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus* non debet illis prodeſſe,
qui non ſunt hæredes,quem refert *Rim.
Iun.conſ.513.num. 95.lib.5. & ait Curt. Iun.*
3 *conſ.138. num. 15.* † quod ſi verbum *hęredibus*
per ſe prolatum non requirit hęreditatẽ
hanc tamen requirit verbum , *ſucceſſoribus*
quod ſubijcitur vt aliquid operetur . *& Ca-*
4 *ſanat. conſ. 45. num. 160.* † vbi hoc operari
hanc verborum geminationem ſeù cumu-
5 lationem *hæredibus. & ſucceſſorib.* † & huc
applicari poſſent Docto. qui cenſuerunt.
Feudum ſub hac formula conceſſum eſſe
hæreditarium,& tranſire ad fęminas,& extraneos,
inter quos *Petr. de Grego. de conceſſ.
feud.par.6.quęſt.4.num.1.& 2.Socin.Sen.conſ.
266.num. 36.37. ex Intrigl. de feu.quæſt.48.
num.35.Rim.Iun.d. conſ.513. nu.96. Mantic.
conſ.197.num. 59.* videtur ſimpliciter tranſire
*Præclariſſ. Senat.Blancard.addit.ad Pont.
9.laud.14. quæſt.de laud.*
6 † In contrarium ſtant alij Docto.& ratio
ipſa,nam inueſtitura *pro ſe hęredibus & ſucceſſoribus*
in feudo nil amplius importat,
quam ſi ſimpliciter dictum eſſet *pro ſe & hęredibus
vt ex Imol. refert. Petr. de Grego. in
quæſt. 4. in princ. & firmat Pręceſ. Amedeus
à Ponte dicta quæſt. laudim. 14. ſub nu.7. Rol.*
7 *conſ.96.nu.8.lib.1.* † atqui ſupra ad formulam
pro ſe & hæredibus.cap.35. firmatum eſt
non eſſe ſimpliciter neceſſarium , quod
oporteat eſſe hæredem, quare ibi dicta hic
8 pro repetitis habeantur . † Et prætereà in
term. terminant. Quod neceſſe non ſit eſſe
hęre-

Digitized by Google

hæredem ſtante formula prędicta in feudo
aut Emphyteoſi Eccleſiaſtica, quatenus nō
ſit delata hæreditas: vt in *d. cap.* 25. diceba-
mus adduco *Rol. conſ.* 53. *nut* 5.. *& ſeqq. reſp.*
ad obiectum contrarium poſitum per eum
num. 6. 8. *&* 9. *vbi ſub numer.* 17. *ſub verſ. non*
obſtant modo, teſtatur de commun. à qua nō
ſit recedendum.
9 Ex quibus ad contraria patet reſponſum
vt procedant, vbi delata eſt hæreditas, non
autem vbi non eſt delata iuxta *d. capitul.* 35.
ſeù vt procedant in materia tranſitoria ad
omnes hęredes, vbi alius niſi hæres non
10 ſuccedit vt, per *Cabal. conſ. Ciuil.* 73. † vbi in
iure patronatus oportere eſſe hęredē, quia
ius patronatus tranſit ad extraneos, ſeù *per*
11 *Surd. conſ.* 140. *in princ. & num.* 24. † vbi in
donatione immunitatis, ſeù exemptionis
12 propriorum bonorum † & in emphyteoſi
priuata etiam fęminas admitti neque enim
13 hic rei natura reſiſtit, † ſeù ſi verba ferant
hęreditariam qualitatem, *vt verba ſucceſſio-*
nis, vel ſuccedat, nam oportere eſſe hęredem
ex vi verborum non inconuenit, in quibus
term. loquitur *Caſanat. numer.* 158. *& ſeq. d.*
14 *conſ.* 45. † ſeù quia licet materia non ſit tran-
ſitoria ad qualibet hæredes, ſi tamen fuerit
facta tranſitoria per pactum, puta ex con-
ceſſione plena *cū facultate diſponēdi, vel cum*
adiectione vocū pro ſe, hæredibus, & ſucceſſori-
bus quibuſcunque in quibus terminis loqui-
tur *Pariſ. d. conſ.* 23. *vt patet ibid. num.* 169. *&*
ſeqq non firmans in eo ſolo, quod deficiat
qualitas hæreditaria, quam deſiderabat
15 *ibid. nu.* 166. 167. † Alius caſus, eſt *apud Rol.*
conſ. 96. *vol.* 1. vbi locationem ad longum
tempus tranſire ad extraneos, quicquid an
ſit emphyteoſis eccleſiaſtica dubitetur vt
ibid. per eum.
16 † Cæterùm ijs vel conſimilibus caſibus
demptis in feudo proprio, ſeù emphyteoſi
Eccleſiaſtica aut alia materia nō tranſitoria
dicta verba geminata non operantur de ne-
ceſſitate, quod oporteat eſſe hęredē, prout
nec operantur vt vel ad extraneos, vel ad
fęminas feuda tranſeant, vnde non tranſire
niſi ad maſculos deſcendentes dicit. *Intrigl.*
de feud. quæſt. 48. *num.* 30. *Capyc. in tit. feudo-*
rum clauſulę *verſ. eidem Lelio, & verſ. ſeq. fo.*
93. *col.* 1. & ita reſolutum fuiſſe coram prin-
cipe in cauſa Vlmetę teſtatur *A Pont. d. q.*
14. *ſub d. num.* 7. maximus vix & protopretes
Meritiſs. Excollentiſs. huius Sacre. Senat.
Pedemont. eiuſdem pro ſuo tēpore decus
& ornamentum.
17 † Neq; enim cortici verborum tam inſi-
ſtendum, vt à vera mēte recedatur ex ſubie-
cta materia exhaurienda, non autem ex vna
aut altera vocula, forte ſub adiecta, vel ex
ſtilo quodam, vel per ignorantiam Nota-
riorum vt aduertit *Surd. d. conſ.* 140. *num.* 25.
& ſeqq. in term. dictæ formulæ Menoch. conſ.
514 *per tot. præſertim num.* 10. *& ſeqq. lib.* 8.
18 † vbi clauſulam *pro ſe filijs hæredibus & ſuc-*
ceſſoribus & quibus; dederit impropriari, &
ad ſucceſsores tantum ſanguinis pertinere,
19 & idem in *conſ.* 135. *numer.* 23. *lib.* 12. † &
mentem inſpiciendam *Boſſ. de prine. ſub nu.*
20 308. † vbi per clauſulā *de hærede in hæredem*
intelligi de deſcendentibus, licet non ſint
hæredes, ex coniecturata mente teſtatoris,
21 † quę in omnibus attēditur & pfertur verbis
ſicut anima prefertur corporis hęc *Boſſ. & ad*
idē Cald. de nomine emphyt. q. 24. *n.* 56. *Bero. cōſ.*
110. *n.* 17. 18. 37. *ſub n.* 46. 51. 53. 65. *& per tot.*
22 *lib.* 2. † vbi in ſubſtitutione ſucceſsorum, &
hęredum *Rip. lib.* 2. *dec. reſre. reſp.* 26. *ſub nu.*
23 17. *& ſeqq.* † vbi adiectionem *ſucceſſoris*
aliud operari in feudis aliud in priuilegijs
Surd. conſ. 410. *num.* 51. *in fin. & num.* 52. *lib.*
24 3. † vbi de ſtilo aliquo Notariorum: & ideò
non nocere aut efficere in ſpecie loquens
inueſtiturę feudalis *Ozaſc. in dec.* 163. *in fin.*
25 † vbi propter vocęm, *Francum*, adiectam
à Notario feudum non fieri alienabile:
26 † maximè ſi clauſulę huiuſmodi ſint poſitę
inter executiua *Natt. conſ.* 582. *num.* 8. *et* 9.
27 vbi † verba (*poſſit diſponere, et ordinare quē ad*
modum. Princeps ante præſentem contractum
poterat) poſita inter executiua non inferre
ad poteſtatem alienandi, *et ad conſ.* 464. *ſub*
princ. et num. 4. *et ad Menoch. conſ.* 61. *nu.* 33.
iuncto nu. 24. *lib.* 1. *et conſ.* 543. *ſub nu.* 3. *lib.* 6.
28 *ex Dec. conſ.* 193. † verba *pro ſe, et hæredibus*
maſculis nō cenſeri alterata per alia in exe-
cutiuis adiecta, *et quibus dederit Ozaſc. conſ.*
29 42. *num.* 46. † vbi in term. feu. *de clauſula ad*
habendum etc. Crau. in conſ. 1000. *pro Gen.* 29.
iuncto numer. 291. *ante, et num.* 297. *cum ſeqq.*
30 *et ſub numer.* 315. 318. 319. *et* 343. † vbi de
clauſula, *et faciant quicquid velint Albenſ.*
31 *conſ.* 51. *num.* 22. † vbi cum conſtat de veri-
ſimilmente, non eſſe conſtituendam vim in
leui vnica dictione incidenter prolata, &
quę poſſit multis modis intelligi: *et ad idem*
Intrigl. in feudis. quæſt. 49. *num.* 116.
32 Caute tamen hęc omnia † tam quia exe-
cutiua verba, ſi non alterandi ſaltem vim
habent declarandi *Menoch. d. conſ.* 545. *d. nu.*
3. *ad fin. lib.* 6. *Natt. conſ.* 39. *ſub num.* 7. *conſ.*
582. *ſub num.* 10. *Curt. Iun. conſ.* 3. *ſub num.* 3.
in huiuſmodi clauſulis Rand. de Anal. cap. 25.
num. 75. *et cap.* 34. *nu.* 136. *Ozaſ. conſ.* 16. *nu.* 5.
33 † Quàm quia aliquando etiam vim habent
diſponendi *ad Natt. conſ.* 580. *num.* 9. *et per*
tot. Menoch. conſ. 87. *numer.* 41. *et ſeqq. lib.* 1.
34 † vbi ampliare diſpoſitionem multis ca-
ſibus *Laderc. latè in conſ.* 1. *per tot. viden. Cald.*
de renou. empb. q. 1. *num.* 33. *et ſeqq.* Adde his
35 † quod aiunt nonnulli parum fidendum
fun-

Digitized by Google

fundamento allegantis eſse de ſtilo Nota-
riorum *ad Surd.conſ.43.ad fin.et in term.feu-
dalis inueſtituræ in conſ.440.numer.52.53.re-*
36 *ſpondendo ad numer.8.9.10.* † & ità etiam
Menoch.d.conſ.87.num.45.et ſeqq. à Notarij
verbis non putat recedendum, quia ſcripſiſ
ſe cenſetur de partium voluntate, *et idem in
conſ.323. num.23. reſpondendo ad nu.1.lib.4.*
quare in hac ambiguitate hanc rem reſolue
ſecundum *dicta infra cap.ſeq.verſ.ſecundo in-
tellige num.63 et ſeqq.*
37 † Ex ſupradictis infertur, Primò idem eſſe
pro ſe & hæredibus ac pro ſe & ſucceſſoribus,
ita quod in feudo proprio ſuccedant tantũ
maſculi, ſicut & in improprio ſeu hæredi-
tario ſimpliciter ſuccederẽt etiam extranei
ex ſingulis dictis formulis *Petr. de Grego. de*
38 *conceſſ.feu.part.6.quæſt.5.* † vbi non obſtan-
39 te etiam verbo *in infinitum.& q.6.* † vbi *ſi in
perpetuum*, & dictas voces idem importare
*dicit.Alex.conſ.44.ſub num.1.lib.1.*quicquid
*Roſent. ſe relinquere indeciſum dicat in cap.2.
concl.40.in glo.d. ad fin.*
40 † Infertur ſecundò quod ſicut in formula
pro ſe & hæredibus excluſimus feudi mixti
ſpeciem, includentem quod oporteat eſſe
hæredem, ita in hac formula ſit pariter ex-
41 cludenda, † vnde ſuperflua ſit quæſtio, an ex
formula *pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus, iure
francorum* feudum fiat ex pacto, & prouidẽ-
tia, an verò hæreditarium mixtum *de qua
Intrigl. de feu. quæſt. 49. numer. 95. & ſeqq.*
42 † exit enim vtrunq; (vt ſic dicam) quia
ſi delata ſit hæreditas, oportebit eſſe hære-
dem, id quod congruit cum feudo mixto;
& ſi non delata, non oportebit.
43 † Sicuti etiam laborioſum fuit, magis quã
vtile, vel neceſſarium, inquirere, an propter
hanc formulam ſufficiat eſſe hæredem par-
ticularem, aut legatarium, aut aliter ſingu-
larem ſucceſſorem, prout ſufficere tenent
omnes propter *vocem ſucceſſoris*, qui etiam
de ſingulari verificatur, & recte, quia dicũt
veritatem *Petr.de Grego.d.q.4.num. 3.& 4.
Intrigl.d.q.48.num.31.& 32. Menoch. conſil.
810.num.5.lib. 9.Bero.conſ. 110.num. 53.54.*
44 *lib.2.Amed.q.laud.14.& 31.num.3.* † vbi in
legatario prætendente emphyteoſim, *& per
Rol.in feudo d.conſ.53. num. 18. lib. 3.* & ſol-
uendum eſt omninò releuium, etiam quod
non ſit hæres aut ſucceſſor vniuerſalis *plenè
d.Capan.de Iure releu. par.1. quæſt.19. per tot.
præſertim num.13.& 14.iunct.alijs nu.præced.*
& etiam quod ſit feudum ex pacto & pro-
uidentia, vt optime hanc in ſententiam in-
clinauit *Id.Capan.par.4.q.27.nu.47.& ſeqq.*
licet hæſitabundus, cum ſolito errore, quod
in hoc dicit hæreditaria qualitas, quia fun-
damenta nouiſſime iam iacta ſunt hanc non
deeſſe ad ſuprer. *1.& 33 & paſſim.* Quare
iam non ampliùs hæſitandũ, ſed ſtet opinio
firma, etiam in iudicando, clauo demum in-
45 uenta ante † qui tamen dum omnes nuc du-
cti fuerunt, ex prætextu neceſſitatis, quod
oporteat eſſe hæredem, male in cauſa hæc,
licet non male in cauſato, poteſt enim dici,
ſi in caſum non delatæ hæreditatis, & nihilo
ei relicto, poteſt filius aut alius deſcendens
nihilominus feudum retinere; quantò ma-
gis, vbi ſit à teſtatore aliquo relicto particu-
lari honoratus? & ita non omninò præteri-
46 tus vel oblitus † Ad hoc (quod ratio ipſa na-
turalis ſatis conuincit) Affero tamen *Amed.
in tit.Qui feu. dar. poſſ. ſub num. 132.* dum ibi
ait; quod licet ad feudum iure antiqui feudi
conceſſum, ſolùm deſcendentes à primo
Acquirente ſuccedãt, ſuccedere tamen etiã
tranſuerſales; vbi in inueſtitura ſit formula
pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus, & in hanc
ſententiam ſæpiùs Cameram inclinaſse, &
hoc omnimodo poſse procedere, quando
tranſuerſalis haberet voluntatem defuncti
primi vel vltimi, vt quia ab aliquo ex eis in
teſtamento vel aliter fuiſset poſt inueſtitu-
ram ſpecifice vocatus ad feudi ſucceſſionẽ.
47 † Sic bene in ſe, quod dixit *Sor. conſil. 10.
verſ.circa ſecundum inter conſ. Brun. lib.1.*vbi
ſi duo ſimul acquirunt feudum, alterum al-
teri non ſuccedere, nec eius alterius deſcen-
dentes, Id verò non ex eo, quod oporteat
agnatum eſse hæredem, & ſi non ſit hæres,
ideo non poſse ſuccedere, prout refert *Rim.
iun.conſ.513.num. 94. iunctis num.ſeqq.lib.5.*
ſed quia alter in portione alterius eſt Colla-
teralis, non eſt de deſcendentibus à primo
ſtipite, & ideò alter alteri non ſuccedit, vt
diximus *ſupra cap.1. num.15.& ſeqq.* vbi vt
collateralis, ſeù agnatus, alij collaterali, ſeu
agnato ſuccedat, neceſse eſt, quod vterque
agnatus pendeat ex eodem communi parẽ-
ti, aliàs non eſt ſucceſſioni locus per prædi-
48 ctam rationem, & etiam per aliam, † quia
ſinguli videntur proprijs ſuis deſcendenti-
bus tantum proſpexiſse, & non deſcenden-
tibus ab eorum altero, & ita definit *Rim. d.
conſ.513.numer.96.& ſeqq. maximè num.99.*
vbi adducit dictam rationem *poſt Iaſ. in coſ.
152.Col.4.circa fin.ſub verſ.confirmantur præ-
dicta vol.2.& ſunt tex.feudales in term. d.cap.
1.citati ſupra per nos.*
49 † Sic cum verbum (*ſucceſſor*) idem im-
portet, quod verbum *hæres*, & in materia
tranſitoria intelligatur de quolibet hærede;
videtur male dixiſse *Caroc. de locat. part. 2.*
50 *capit. 110.* † vbi quod locatio ad longum tẽ-
pus, pro ſe, & ſucceſsoribus, intelligatur tan-
tum de maſculis, quia hoc eſt erroneum, nã
ad omnes extraneos poteſt trãſire, vt ſupra
dictum eſt ex *Rol.conſ.96.vol.1.* nec Docto.
quos allegat *Caroc.* faciunt ad rem, quia
Bald.

Digitized by Google

*Bald.*in allegato *tit.quib.mod. feud. conſt.* po-
teſt loquitur in feudo, quod trahit etiam ad
emphyteoſim cōceſsam per clauſulam *pro
ſe ſimpliciter*, & ſic extra terminos clauſulę
noſtræ *Ruin.verò ab eo adductus ſub cōſ.* 100.
errore cũ ſit cōſ. 160.*n.*4.*vol.*1.id poſuerat in-
ter rationes dubitandi, aliter tenens in ra-
tionibus decidendi *vt num.* 12.*& ſeqq. ma-
ximè num.* 16. vbi ſuccedere fęminas in em-
phyteoſi *pro ſe & ſucceſſoribus* conceſsa, nō
tamen extraneos, quia cum ſit Eccleſiaſtica
ad eos non tranſeat, & in eadem ſentẽtia eſt
*Crau.conſ.*251.*nu.*4. *Menocb. conſ.* 1.*nu.*463.
51 *& ſeqq.*† vbi reſpondendo ad obiectum *ſub
num.*441.per ſe factum decet verbum (*ſuc-
ceſſoris*) variè capi, vt in feudo proprio pro
maſculo, & in improprio etiam de fęminis
*Magon. deciſ. Lucen.*14. *numer.*36.37.*&* 38.
52 † vbi in emphyteoſi de ſui natura tranſmiſ-
ſibili, cum eſt priuata ob verbum *ſucceßoris*
additum verbo *hęredis* fortius fęminas com-
53 prehendi † quicquid eſset in feudo ex eo q̃a
hoc regulariter non ſit tranſitorium niſi ad
maſculos *Menocb.* 1503.*num.*5. *&* 6.*lib.*11.
54 † vbi appellatione ſucceſsorũ venire etiam
fęminas, quia de re agitur hæreditaria *Bero.*
55 *conſ.*110.*n.*14.*lib.*2.† vbi quando ſit mentio
hæredum vel ſucceßorum. in materia tranſmi
ſibili vel non tranſmiſibili, & per varia exẽ-
56 pla ante, & poſt *& conſ.* 102. *lib.* 1. † vbi in
emphyteoſi Eccleſiaſtica *pro ſe hæredibus,
& ſucceſſoribus in perpetuum* ſolos de ſangui-
ne admitti ob naturam contractus, *& conſ.*
57 107.*eod. lib.*1. † vbi de conceſſione *ſibi filijs
& liberis ſuis, & vno ſucceſſore*, quod hoc ver-
bũ vnum tantum ſucceſſorem extraneum
demonſtret, & non plures, quare cōceſſio
nulla eſſet.

58 † Alia de id genus formulis pete *ex Curt.
Iun.conſ.*4.*num.*23.24 *Alex.conſ.*193.*col.*1.
*vol.*2. *Balzar.de ſucceſ. feu.ad princ.et de alie-*
59 *natione paterni feudi.ſub num.*6.† & de clau-
ſula *pro ſe, et ſucceßoribus ad faciendum, et di-
ſponendum prout eis, et ſucceßoribus ſuis pla-
cuerit Crau. conſ.* 255. *ſub num.*4.*verſ. ſed hic
dubitatur et plenè etiam Mant.de tac.et ambig.
lib.*22.*tit.*14.*num.*22.*et tit.*19.*per tot.et Petr.
de Grego. de conceſſ.feu.par.*6.per varias quę-
ſtiones in tota illa parte *Capyc. in ſua inueſti-
tura.tit. feudorum Clauſulę. Tom. de Mar.In-
trigl.* & alij paſſim. Ad quos poteſt recurri
60 † Cum intentio noſtra non fuerit ab alijs
collecta recoligere; ſed ea tantum in mediũ
proferre, quæ pertineant ad dignoſcendũ
an feudum ſit quid hæreditarium, itá quod
non liceat hæreditatem repudiare & feu-
dum retinere iuxta tit. An agnat. &c. etiam
per ſingula (vt vides) feudorum indiuidua
diſcurrendo, & in eorum quibuslibet hæc
ipſa verificando. Per quæ ad varias no-
titias contingit deueniri certas, abſque, ni
61 fallor, alluſione. † Non omittam tamẽ quę
late & eleganter diſcurit in materia officij
conceſſi vel pro ſe & liberis ſeù filijs, vel
pro ſe et hæredibus vel pro ſe et ſucceſſoribus,
vel cum facultate nominandi ſucceſſorem
in officio vnum ex filijs vel Agnatis nouiſ-
ſime & poſt hæc ſcripta ſub prælo adhuc
exiſtentia *Horat.* Montan. *vir doctiſſimus in
ampliß. ſuo tract. de Regalib. tit. de Regalib.*
62 *officijs per tot.* † notando in propoſito verbi
ſucceſſoris, quod in officio vox iſta non indi-
cet hęredem, ſed ſucceſſorem in exercitio
63 officij *vt ibid.nu.*28.*circa princ.*† & quod hu-
iuſmodi cognitio an iure hæreditario ſuc-
cedatur confert ad id quod quis creditori-
bus non teneatur, ſi iure hęreditario non
acquirat rem in ſtipulatum deductam *vt
num.* 43. ſecus ſi tanquam hęres ad quem
remitto quia pleniſſime & ſolidè de multis
quęſtionibus ad idem per *tot. tit.* ſi tamen
principia à nodis tradita circa huiuſmodi
formulas non deſeras in oportunis de quo
te monitum volui dignis ex cauſis, & ne te
confundant doctrinę morem antiquum in-
ſequentes.

Et hęrede inſtituto extraneo, eum ad quẽ
pertinet feudum non teneri ad onera hæ-
reditaria nec ſeruire obligationem defun-
cti dixit etiã nouiſſimè. *Gallup.in Meth.vni-
uerſ.iur.feud.par.*1.*cap.*5.*num.*57.*propter* ra-
tionem vt ibi ſlicet Montan. vbi ſupra cen-
ſeat feudatarium debere contribuere, *vide
Gallup. vbi de iudicatis.*

CAP. TRIGESSIMVM OCTAVVM.

De formula pro ſe & hæredibus quibuſcunque.

SVMMARIVM.

1 *Feudum vel datur perſonę principaliter vel hę-
redi principaliter, et quid vtrunque.*
2 *Ius hæreditarium ſolis hæredibus competit.*
3 *Differentia dictæ diſtinctionis in propoſito.*
4 *Principalè poteſt conſiſtere ſine acceſſorio.*
5 *Quid quando feudum hæredi datur principali-
ter.*
6 *In operis* ſibi conceſſis, ſiuè ſibi & hęredibns
hæredes ſoli ſuccedent.
7 *Sic in ſepulchris* ſibi & hęredibus *conſtitutis.
Quæ tamen differunt à feudis.* ſub eod.
8 *In ſeudo hæreditario ſimpliciter non eſt neceſ-
ſarium deſcendere à primo ſtipite, ſed quod
quis ſit hæres vltimi morientis.*

9 *Quia*

Digitized by Google

9 *Quia hoc caſu feudũ eſt inſeparabile à reliquo patrimonio.*

10 *Agnatuſq, hæres agnato non hæredi in eo præfertur.*

Tit. An agnat. non intelligitur de feudo hæreditario. ſub eod.

11 *Feudi abſolutè hæreditarij formulæ, & an prædicta ſit de illis, diuerſæ opiniones.*

12 *Cauſa difficultatum, quod voces vniuerſales alij vniuerſaliter intelligunt, & alij ad ſubiectam materiam reſtringunt.*

13 *Sunt qui extraneos comprehendant non famiuas.*

14 *Communis opinio eſt vt fiat hæreditarium abſolutè per dictam formulam.*

15 *Et per vocem* omnibus. *& num. 19.*

Et veniant etiam fœminæ nu. 14. & 15. et ſeqq. vſque ad 19.

20 *Contradictores referuntur.*

21 *Facilitabitur reſolutio vt de quibuſcunque abſolutè, ſi ad dictam formulam adijciatur aliquid plus,* vt pro ſe & ſucceſſoribus quibuſcunque etiam ſingularibus.

22 Si pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcunque.

23 Si pro ſe ac quibuſcũque alijs hęredibus & ſucceſſoribus etiam extraneis.

24 Si pro ſe & hęredibus & ſucceſſoribus vniuerſis.

25 Si pro ſe filijs & hæredibus quibuſcunque vtriuſque ſexus.

26 Si pro ſe filijs & hæredibus omnibus & quibuſcunque *propter geminationem. & num. 27. In continenti ſecus ſi ex interuallo.*

28 Si pro ſe & hæredibus quibuſcumque & quibus dederit.

29 *Si cum clauſulis* poteſtatem alienandi indicantibus. *vt, et quibus dederit,* Ad habendũ *etc.* quicquid placuerit *etc.* prout videbitur, pleno iure.

30 Ponens in locum ſuum *etc.*

31 Cum facultate vendendi pignorandi, *etc.*

32 Et habentibus cauſam ab eis. *et num. 33.*

34 Ius & actionem habentibus *ab eo.*

35 Habeat poteſtatem tenendi *etc.*

36 Habeant, teneant, poſſideant.

37 Ita quod alienare poſſit, vel do cum pacto alienandi. *et num. 38.*

Et poterit alienare etiã ſine conſenſu. ſub eod.

39 Ad habendum tenendum. *etc. num. 73. et ſub num. 75.*

40 Quicquid voluerit perpetuò faciendi.

41 Sine aliqua contradictione, ſeù omni contradictione remora.

42 *De varijs hiſce formulis, remiſſiuè.*

43 Cum plena poteſtate bailia & arbitrio *etc.*

44 Vt ſine licentia poſſit alienari.

45 Pro libito, prout libuerit, prout voluerit *maximè geminatis.*

46 Ità quod feudum habeat naturam rerũ allodialium.

47 Vt poſſit permutatio fieri in aliud.

48 *Aut ſi etiam* pro extraneis. *et num. 49.*

50 *Aut ſi clericus inueſtiatur veriſimiliter filios non habiturus.*

Quod etiam de baſtardis quamuis dictum ex legitimo corpore ſub eod.

51 *Aut ſi feuda ſint ex conſuetudine alienabilia.*

52 *Ad ſtylum curiarum eſt recurrendum.*

53 *In Germania nulla ex his clauſulis attendũtur. nu. 86. & 87.*

54 *Formulæ regulantur multum à ſituatione.*

55 *Vtrum verbum, liberè, ſub vno aut altero verbo apponatur refert.*

56 *Sic conſtitutum an obligationi bonorum aut aliter.*

57 *An conditio appoſita ſubſtantię an reſolutioni actus.*

58 *An pœna quantitati an obligationi.*

59 *An in prohibitione alienandi ponantur verba vniuerſalia.*

60 *An verbum* (vendendi) *præponatur verbo alienandi.*

61 *Vox* (quoruncunque) *qualificat vocem* bonorum, *cui adijcitur.*

62 *Vox* (in perpetuum vel in infinitum) *appoſitum verbo* remaneat *aut verbo* prohibeo.

63 *Refert vtrum verba ſint poſita in diſpoſitiuis vel in executiuis.*

64 *Vt de clauſula* ad habendum *&c.*

65 *Intelliguntur ſecundum ſubiectam materiam.*

66 *Ad excludendum repugnantiam.*

67 *Non inhærendum verbis aliquando, quia ex capite Notariorum.*

68 *Quæ mentem contrahentium plerunque effugiunt.*

69 *Vel poſita ad faciliorem exitum, quare non debent alterare.*

70 *Etiam quod contractus ſit iuratus.*

71 *De clauſula* de non reuocando *hic vel illud poſita.*

72 *Et de diſpenſatione Papæ.*

74 *Notarios errare per imperitiam, licet non præſumatur, et pro eis præſumatur ratione officij. et num 75.*

Quando verba dicantur poſita inter executiua aut diſpoſitiua. ſub eod.

76 *Contraria opinio, quòd formula hæc ſit ad ſubiectam materiam regulanda procedet cum leui adiuncto ſeù adminiculo.*

Vt maſculi, iuris francorum, in auitum antiquum &c. ſub eod.

77 De more tamen patriæ capacibus, *et de modo articulandi hunc morem. et num. 78.*

79 Vel quibuſcunque hæredibus ligitimis.

80 Secundum iura feudalia aut Prouincię.

81 Ab eis deſcendentibus maſculis & fęminis.

82 *Feudi natura in nullo mutata.*
83 *Et generaliter vbi ſimilia verba, et vbi talis mẽs deprehendi poteſt. et num. 84.*
85 *Et ſecundum ſubiectam materiam, vnde propter verba prægnantiſſima non habebunt fęminæ officia publica.*
86 *Vbi eſt mos ne vox vniuerſalis adeo extendatur vt in Germania.*
87 *Vt in patria pedemontana.*
88 *Niſi adſint alia verba adiecta vt* & quibus dederit.
89 *Non admittitur ſpurius niſi legitimatus. et nu. 90.*
91 *In feudo, quod non ſit hæreditarium de ſtricto iure, et quod cautius agendum. et num. 93. ibiq; de alienatione feudi et emphyteoſis in manum mortuam. Eſſe licitam ob clauſulam noſtram.*
92 *In alijs ſecus.*
94 *Vt in emphyteoſi Eccleſiaſtica, quæ ſub hac formula conceſſa tranſit ad omnes.*
95 *Quod non mutatur cur ſtare prohibetur.*

1 FEudum † vel perſonæ principaliter da-
tur, vel Heredi principaliter; Perſonæ
datur cum vel ſimpliciter datur, quia cen-
ſetur datum iuxta propriam naturam feudi
& ſic decendentibus maſculis Acquiſitoris
ad ſupra cap. 31. vel cum pro ſe & filijs, & ſi-
militer, *vt in cap. 33.* vel cum pro ſe & hære-
dibus *vt in cap. 34.* eò quia in materia feuda-
li vox (heredis) de deſcendentibus maſculis
accipiatur; & ideò perſona principaliter
huiuſmodi verbo repreſentatur, hereditaria
qualitas in conſequentiam *ad cap. 35.* Here-
di verò datur cum nulla perſonarum ratio-
ne habita in eum (quem heredem eſſe con-
tigerit feudum confertur, nulla conſidera-
tione an ſuus vel de liberis quis ſit, an extra-
neus habita iuxta formulas mox explican-
das pulchre *D. Gallup. nouiſſimè in meth. vniu.*
2 *Iur. feu. part. 1. cap. 5. num. 27. & ſeqq.* † cum
ius iſtud hereditarium ſolis hæredibus cõ-
petat *glo. in l. 1, §. permittitur. in ver. impetra-
bile, & ibi Bart. ff. de acq. quotid. & eſt. Farin.
par. 1. dec. 642. num. 12. vbi plures allegan-
tur.*
3 †Hinc verò tanquam ab appoſitis, veri-
tas rationis noſtrę magis ac magis eluceſcat
facto, vt (ità dicam) paralello. Nam cur vbi
Perſonę conceditur feudum, eadem perſo-
na hereditatem delatam repudiare non po-
teſt, & feudum retinere? ſi verò delata non
ſit poſſit? quia perſona fuit principaliter cõ-
ſiderata, hæreditaria qualitas ſecundariò,
quare ſi delata ſit hæreditas acceſſorium
ſuo adherere principali continget, ſin verò
non delata, non ideò ceſſabit principale,
4 quia ceſſet acceſſorium. †Si quidem notum
eſt principale conſiſtere poſſe ſine acceſſo-
rio *iuxta not. in cap. acceſſorium de reg. iur. in
decr. & in l. cum principalis. ff. eod. tit.* exem-
plum de promiſſione operarum facta *pro
ſe & liberis* memoria repetatur, de quo
ſupra cap. 27. per tot. nam ibi concluſimus fi-
lios etiam non hæredes ex defectu hæredi-
tatis non delatę, nihilominus operas conſe-
quuturos.
5 † Cur verò è contrà, vbi hæredi feudum
datur, ab vllo alio quã ab hærede effectiuè
acquiri non poteſt? Niſi quia hæredi omni-
modo, & principaliter collatum fuit, vnde
fiat in conſequentiam neceſſariam, vt niſi
6 ſis heres, non poſſis illud acquirere. †Exem-
plum idem occurrat de operis promiſſis *ſibi
tantum*, quia intelligitur *ſibi & hæredibus, &
multò magis, ſi ſibi & hæredibus* explicite An
filij ſuccedent? minime quia fuit hæredi
ſimpliciter ſtipulatũ, & principaliter quare
filij non hæredes, non conſequentur, vt di-
7 ctum eſt fuſius *in d. cap. 27.* † Sic vbi *ſibi &
hæredibus ſuis* quis ſepulchra conſtituit; An
non hæredes habebunt? minimè, quia ſolis
heredibus fuerunt conſtituta *vt in l. familia-
ria 5. & ſeqq. ff. de relig. & ſumpt. fun.* Atqui
(replicabis) habebunt filij etiam abſtinen-
tes ſe, *vt in l. 6. quæ ſequitur ſub princ.* ſed re-
cordare rationem, quoad hoc, diuerſitatis
inter feuda, & ſepulchra allatam *iam ſupra*
8 *cap. 13. num. 28. & 29.* † & ità benè *Tom. de
Mar. lib. 1. de gen. & qual. feu. tit. 8. num. 6. 7.*
non eſſe neceſſe filios, vel agnatos eſſe de-
ſcendentes à primo acquirẽte, ſed ſufficere
ſuccedentem eſſe hæredem morientis, quã-
uis de ſanguine non fuerit, vt ibi latius per
eum, quem refert *Carol. à Kircberb. in ſuo diſ.
feu. cap. 4. num. 60. in fin. vt plenius cap. 3. nu.
52. 54. 56. 58. vſque ad 60. & num. 62. 64. 66.
67. ſub 68. & ſeqq. Surd. conſ. 475. numer. 8. et
ſeqq. in conſ. 551. num. 25. in conſ. 573. nu. 11.*
9 *12. 13. Menoch. conſ. 1115. lib. 12.* † Vbi quia
inſeparabile à reliquo patrimonij, *et in cõſ.*
810. *num.* 28. 29. *lib.* 9. *Rim. Iun. conſ.* 461. *nu.*
10 47. *et ſeqq. lib.* 4. † Vbi agnatum hæredem
agnato non hæredi præferri, quod adeò
verùm est *vt titu. An agnat. etc.* de tali feu-
do non intelligatur abſolute hæreditario,
tanquam de re indubitabili, & ob alias ra-
tiones tactas *ſup. cap. 1. ſub num. 24. et hiſce
adde Clar. in §. feudum. q. 9. verſ. 1.* Quare (ne
in re tàm clara diutius immoremur) rem cõ-
paratione iſta ipſis oculis magis ſubiecisse
contenti, ad aliquas formulas huiuſmodi
feudi abſolute hereditarij explicatrices, vel
de quibus (an explicent) dubitatur, acceda-
mus.
11 † In primis ſe offert *formula pro ſe et here-
dibus quibuſcunque*, per quam an feudum
abſolute hæreditarium conſtituatur graui-
ter contendunt inter ſeſe Docto. *ita quod*

add.

add. ad Alex. in conſ. 30. ſub nu. 11. lit. B. lib. 1. In hoc puncto (ait) quantò plura legi, tantò minus diſcernere facilè non datur quæque ſit crebrior opinio, adeò Doctores Doctoribus, imò ijdē ſibi ipſis contradicunt, & quas quidem contradictiones eleganter cumulat *Garzon. de fam. ad feu. recip. ſub nu.* 80. *et Carol. a Kirch. multos ſibi ipſis diſſentientes in d. diſc. feu. cap. 4. num. 61.*

12 † Cauſa difficultatum fuit, quod alij voces vniuerſales vniuerſaliter intelligāt, alij verò ad ſubiectam materiam fore eas reſtringendas putent, *Auctore Bald. vtriuſque dicti, et diſſidij vt referunt, Carol. nu. 59. et 60. et Garzon. in loco mox cit.*

13 † Sunt & qui omnes extraneos cōprehēdi dicant, non tamen fœminas, ne plures improprietates cumulentur, *Dec. conſ. 28. per tot. lib. 1. Surd. eum referens. conſ. 317. num. 15.*
14 *lib. 3.* † Verùm (ne longius abeamus) magis communiter receptam, & in praxi ſeruatā eſſe opinionem quod abſolute hæreditariū feudum conſtituatur conſtat ex quam plurimis citat *per Garzon et Kircherb. videndos, quibus ego alios addo Ozaſc. dec. 26. numer. 18. Soc. iun. qui magis comm. dicit conſ. 72. nu. 22. 23. lib. 1. Burſ. conſ. 22. numer. 3. et ſeqq. vbi de comm. et verior: etiam quoad fœminas, et nu. 8. vbi hanc opinionem in practica ſeruari, et in conſ. 76. num. 7. lib. 1. Roſent. in ſynop. feu. cap. 2. concl. 35. num. 3. et in gl. c. et concl. 36. in fin.*
15 † Vbi de voce omnibus *Gallina. de verb. ſign. lib. 9. cap. 1. nu. 10. et ſeqq. Petr. de Grego. de conceſſ. feu. par. 6 q 7.* vbi Addens hanc opinionem confirmat *Rol. conſ. 79. vol. 2. conſ. 94. num. 35. 36. vol. 1. Surd. conſ. 440. nu. 11. lib. 3. D. Morot. contra eos qui fœminas aut alios inhabiles duplici inhabilitate excluſerunt (etiam Bec. ſupra cit. in ſpecie reiecto) in reſp. 30. num. 1.* Vbi iſtam opinionem veriorem, & magis receptam teſtatur *Bammac.* circūſcriptis ſurdis mutis, & alio modo imper-
16 fectis † De inhabilibus reſpectu ſanguinis tantum loquens *in §. feudum ea lege: q. 4. per tot. à num. 47. ad num 49. tit. ſi de feu. def. etc.*
17 *Bero. conſ. 65. num. 54. et ſeqq.* † Vbi etiam ad fœminas *lib. 1. Mantic. de tac. et ambig. lib. 22. tit. 19. num. 22. Menoch. conſ. 600. num. 6. lib. 6. (ex Tiraq. de retrac. conſang. §. 1. glo. 7. num. 22.) et in conſ. 931. num. 2. lib. 10. Kirch. d. cap.*
18 *40. num. 60.* † Vbi etiam fœminas, & legata-
19 rios ſuccedere, & *nu. 64.* † Vbi de clauſula, *Et omnibus eius hæredibus*, & de qua etiam *Vult. de feu. cap. 9. ſub num. 121. verſ. item ſi,* feudum conceſſum, & alij vt per *Kircherb. mox cit.*

20 † Cum tamen dicta opinio habeat contradictores, vt patet ex *Garzo. et ex Kircherb. in præcit. loc. quib. addo Aſin. in praxi Iud. cap. 7. ad princ. per tot. et num. 18. et ſeqq. Natt. conſ. 159. num. 6. et ſeqq. conſ. 525. num. 12. Ozaſc. dec. 169. num. 5. Surd. conſ. 445. num. 3. 4. 5. 43. 44. 50. lib. 3. Menoch. conſ. 391. num. 27. lib. 4. conſ. 934. num. 18. conſ. 999. ſub numer. 10. lib. 10. et conſ. 906. nu. 31. eod. lib. in conſ. 1155. num. 45. et ſeqq. lib. 12. Teſſ. dec. 99. num. 22. Bammac. in d. §. feudum ea lege. ſub num. 50. ad*
21 *fin. ſi de feu. def.* † Ideò cautius ageretur, ſi huic formulę generali aliquid amplius adijceretur, nam remoueretur omnis difficultas, *putà ſi Pro ſe et ſucceſſoribus quibuſcunque etiam ſingularibus, Alb. conſ. 185. numer. 9.*
22 † *Si pro ſe hęredibus et ſucceſſoribus quibuſcunque, Natt. conſ. 159. ſub num. 17. 18. Rol. conſ. 96. num. 5. et ſeqq. iuncto num. 45. et ſeqq lib. 1. Rot. apud Fariu. (in term. tamen Emphyteoſis.)*
23 *par. 1. dec. 261. et 280.* † *Si pro ſe ac quibuſcunq; alijs hæredibus, et ſucceſſoribus, etiam extraneis,*
24 *Menoch. conſ. 1129. nu. 28. 29. lib. 12.* † *Si pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus vniuerſis Bertran. conſ. 46. num. 4. 5. vol. 3. par. 2. Teſſ. lib. 2. quęſt. 12. nu. 27. ad D. Pręſ. Bellon. conſ. 45. num. 75.*
25 *76. Roſent. cap. 2. concl. 40.* † *Si pro ſe filijs et hęredibus quibuſcunque vtriuſque ſexus Id.*
26 *Bertr. in conſ. 182. vol. 5.* † *Si pro ſe et hęredibus omnibus et quibuſcunque*, vt geminatio iſta aliquid operetur, *vt in d. add. ad Alex. in conſ. 30. ſub num. 11. lit. B. lib. 1. Surd. conſ. 453. nu. 51. lib. 3. Decian. poſt conſ. 141. nu. 34. 35. apud Menoch. Surd. conſ. 445. num. 3. 4. lib. 3. Crau. conſ. 294. num. 1. et ſeqq. et ſub num. 7. verſ. 13.*
27 Iterum *Surd. conſ. 369. num. 15. 16.* † Vbi declarat, ſi geminatio fiat incontinenti, vel ex interuallo, & in term. feudi *conſ. 440. nn. 35. 36. et ſub num. 34. ad fin. lib. 3. Soac. in pręlud.*
28 *cap. 312. in fin.* † *Si pro ſe et hæredibus quibuſcunque, et quibus dederit Menoch. conſ. 931. nu.*
29 *2. lib. 10. Surd. conſ. 573. ſub num. 14.* † *Si cum clauſulis poteſtatem alienandi indicantibus, vt clauſula, et quibus dederit Moroz. d. reſp. 30. nu. 2. Ad habendū tenēdū etc. et quicquid placuerit. etc. prout videbit etc. pleno iure* vt apud Meno.
30 *conſ. 126. et ſeqq.* † *ponens in locum ſuum et in rem propriam ad habendum etc.* Menoch. *conſ. 361. num. 38. 39. lib. 4. conſ. 593. num. 3. 4. lib. 6. de præſum. lib. 3. præſ. 115. num. 65. et ſeqq.* & in feudis *conſ. 910. numer. 25. 26. lib. 10*
31 † cum facultate vendendi, pignorandi, alienandi, itá vt poſſit facere, & diſponere quicquid voluerit tanquam de re ſua propria *Menoch. conſ. 993. ſub num. 28. et ſub num. 31.*
32 *lib. 10.* † *Et habentibus cauſam ab eis, aut cum poteſtate alienandi etc. Natt. conſ. 159. ſub nu. 12. et ſeqq. conſ. 246. ſub num. 8. verſ ſed aduertendum Surd. conſ. 551. ſub numer. 8. Rol. conſ. 79. lib. 2. Schrad. par. 7. cap. 3. nu. 4. cum. ſeqq. Roſ. cap. 2. concl. 36. et ibi glo. c. Brun. conſ. 14. diuerſ. vol. 1. Bero. conſ. 65. numer. 76. lib. 1.*
33 † Vbi *cauſam id eſt titulum* interpretatur, & quid importet hæc clauſula, explicat etiam

Menoch. conſ. 216. numer. 11. et ſeqq. lib. 3.
34 † Aut Iut, et actionem habentibus ab eo Crau.
conſ.84.num. 10.et ſeqq. et ſub num.6.et conſ.
35 92.num.5.et ſeqq. † Habeat poteſtatem tenendi
etc.Menoch. in conſ.4. poſt tract. de recup.poſſ.
36 num.4.18.et ſeqq. † Habeant,teneant,poſſideãt,
37 Ozaſc.conſ.37.num.18.et ſeqq. † Ità quod alie-
nare poſſit.
38 † Vel dò cum pacto alienadi Roſ.cap.9.cõcl.
40. num. 2.3. vbi quod alienatio poſſit fieri
ſine conſenſu, quaſi pactum eſſet ſuperfluũ
D. Protopreſ. Doctor grauiſſimus Morot. reſp.
29.nu.1.& ad idem etiam Illuſtriſſ. Mantic.
de tac.et ambig.lib.23.tit.24.per tot. Vbi etiã
late de pluribus ex dictis formulis, et Bec.
conſ. 88.per tot.et D.Præſ.à Ponte.q.Laud.14.
numer.18. Surd. conſ.551.ſub numer.8.lib.4.
39 † Ad habendum tenendum etc.Raud.in appẽd.
par.3.num.41.de analog. Surd.conſ.15.nu.10.
40 Specul.de empt.§.1.num.7. † et quicquid volue-
ris perpetuò faciendi Bec. conſ 21. num.24.pro
ſe hæredibus et ſucceſſoribus ad habendum tenẽ-
dum etc. idem conſ. 88. numer. 20.in fin.lib.1.
41 † Sine aliqua contradictione Cabal.conſ.ciu.74.
lib. 1. Omni contradictione remota Menoch.
conſ.1.n.126.et ſeqq.et cõſ.1129.n.30.lib.12.
42 † & de varijs huiuſmodi formulis in vnum
cumularis in aliqua Inueſtitura Id. Menoch.
conſ. 323.lib. 4. conſ.724.lib.8. Adde Card.
Tuſc.lit.c. concl. 295.et ſeqq. Kircherb. in diſc.
43 feu.cap.4.nu.71.et ſeqq. † Cum plena poteſta-
te,baylia,et arbitrio alienandi ſine contradictio-
ne,& alia id genus in emphyteoſi, vel liuello
Menoch. conſ.216.num.25.et ſeqq.lib.3.et nu.
44 28.etiam in feudis † Vt ſine licẽtia poſſit alienari
Natt.conſ. 246. ſub num.8. verſ. præterea ipſi
contrahentes col. 2. poſt med. et conſ. 216. ad
princ. Raud.de analog.lib.1.cap.34.num.307.
45 311.Surd.conſ.10. num. 50. et ſeqq. † Vbi de
verbis pro libito,prout libuerit,prout voluerit,
maxime geminatis, ſeù inculcatis, vt num.
46 54.licet in alia materia. † ità quod feudum ha
beat naturam rerum allodialium Gayl. lib. 2.
obſ.154.num. fin. Roſ. cap.9.concl.38.num.8.
47 9. † Vt poſſit permutatio fieri in aliud prædium
48 Surd.dec.156. † vel ſi etiam de extraneis facta
eſt in ſpecie mentio,et apud Burſ.conſ.22.nu.
49 2.lib.1. † Aut talia ſint verba, quæ non niſi
de extraneo intelligi poſſint, Menoch. conſ.
50 801. ſub princ. et num. ſeqq. † vel ſi ſubiecta
materia, aut perſonarum ratio coadiuuet,
putà ſi clericus ſit aut decrepitus qui Inue-
ſtitur pro ſe et hæredibus quibuſcunque, nam
cum veriſimiliter non ſint liberos habituri
etiam de extraneis intelligenda omnino ve
nit formula, Garzon.de fam.ad feu.recip. ſub
num.85. Aut ſi ita dictũ cum præsbitero pro
ſe & filijs ex proprio corpore nam nihilo-
minus de baſtardis erit intelligendum Gal-
lup.in meth.feu.par.1.cap.6.num.72.

51 † Aut ſi ità ſit conſuetudo, quod feuda
ſint alienabilia in extraneos ad D. Morot.
reſp.29.num.23.ante et poſt numer.ſeqq.iunct.
conſ.30.poſt princ.et num.1.dum ibi loquitur
in eodem feudo,vt in reſp.29. ſupponit for-
52 mulam pro ſe et hæredibus quibuſcunq; † quã
ob cauſam circa prædicta eſse ad ſtylum
curiarum tãquam ad Cynoturam aliquam
recurrendum, & exinde naturam cuiuſque
feudi diiudicandam monet Kirch. in d. diſc.
feu.cap.4.nu.65. Clar.in §.Emphyteoſis.quæſt.
53 28.ad fin. † Ità quod in Germania(iſtis clau-
ſulis non attentis) inhabiles non venire te-
ſtetur ex Hoſtien.Card.in ſum.de feu. §. quali-
ter,et etiã refert.Garzon. de fam. ad feu.recip.
num.81.in fin.et ad infra num.82.
54 † Hæc tamen cum hiſce temperamentis
intellige, vt primo huiuſmodi vel verba,
vel formulæ valde à ſituatione regulentur,
ſi enim dicatur in Inueſtitura, Infeudauit pro
ſe ſuiſque hæredibus vtriuſque ſexus natis, &
naſcituris ex ſuo corpore legitimè deſcendenti-
bus,& ſucceſſoribus quibuſcumque, vt hoc ca-
ſu etiam extranei,& legatarij cenſeantur in-
uitati, ſecus ſi pro ſe ſuiſque hæredibus, & ſuc-
ceſſoribus quibuſcumque vtriuſque ſexus &c.
ſecundum Bertran.conſ. 303.ad fin.lib.6. & in
55 conſ.308.etiam in fin.eod. lib. 6. † ſic multum
refert vtrum verbum, liberè ſub vno, an ſub
altero verbo apponatur, Alex.conſ.12.nu.1.
& ſub 8.lib.2. Vbi ratio, Surd.conſ. 265.num.
31.32.33.& aliud exemplum in conſ. 268.ſub
num.54.& ſeqq.præſertim ſub num. 61.in cõſ.
56 313.ſub num.20.& ſeqq. † Sic refert an con-
ſtitutum appoſitum legatur obligationi bo-
norum,an aliter, Carroc.de excuſ.bono.par.2.
57 q.33.ſub numer.19. † An conditio appoſita
ſubſtantiæ actus an reſolutioni Surd.cõſ.38.
ſub num.23.24.& conſ.527.ſub nu.18.et ſeqq.
58 † An pęna ſuppoſita quantitati, an obliga-
tioni facti Statil.dec.159.ſub num.12.13. poſt
59 tract. de Saluian. interd. † An in ipſa pro-
hibitione alienandi ponantur Vniuerſalia,
vel geminata verba, quod nõ poſſit quouis mo-
do,vel titulo,vel qualitercunque, vel quomodo-
cunque alienare, aut aliter, vt per Surd. in dec.
124.ſub num.17.iuncto princ. in facti ſpecie &
60 num.20. † An verbum vendendi præponatur
verbo alienandi ad dec.noſtr. Lucen.58. nu. 13.
iuncta alia flor.40.num.31.& num.36.
61 † Vbi quod vox, quorumcunque, qualificat
vocem bonorum, cui adijcitur & numer. 39.
62 † Sic vox in perpetuum vel in infinitum adie-
cta verbo remaneat, operatur vnum effectũ,
& verbo prohibeo, alium Pedr. cõſ.68. nu.12.
& conſ.46.num.29.& ad ſubiectam materiam
regulatur d.dec.flor.40.num.35. in noſtris.
63 † Secundo intellige ſi verba ſint poſita
inter diſpoſitiua, non ſi inter executiua,(id
quod præcedenti eſt affine) Rot. apud Farin.

ſ41.

64 par. 1. dec. 438.num.2.& 435.num.11.† Vbi
de clauſula ad habendum &c. quia ſi inter
executiua, verba hæc non alterant princi-
palem diſpoſitionem. Dec.conſ.239. num.8.
Pariſ.conſ.26.num.13.lib.2.Menoch. conſ.84.
65 num.45.† ſed ſecundum ſubiectam materiã
debent intelligi,& ad eam regulari Dec.cõſ.
66 278. num. 8. in fin. † ad excludendam repu-
gnantiam,quæ alioqui ſibi eſſet cum diſpo-
ſitiuis Pariſ.conſ.110.nu. 102.lib.1. Ozaſ.dec.
164.num.5.Oldrad. conſ. 245. ſub num.6. latè
Roſent.in Synop.feu.cap.2.concl.37.nu.5.&6.
prout in term.& in ſpecie iſta Kircherb.ſic limi-
tauit in d.diſc.feu.cap.4.num.66.67.& ad infr.
in form. ſeq. numer. 26. et ſupra form. praecd.
67 vbi alia ad idem num.26.cum ſeqq.† maximè
quia plerunque ex capite apponuntur No-
tariorum, & ideò eis non eſſe inhærendum
ſemper,ſed pactis deliberatè appoſitis dicat
Sfort.Odd.conſ.49. num.17. Ozaſc.d. dec.164.
num.2.ad Tiraq.in.1.retr.glo.1.§. 30. num.4.
68 † Vt quæ mentem contrahentium delibe-
ratam non raró effugiant, nec principalem
augeant diſpoſitionẽ tex. in Clem. 1. de præb.
69 Natt.conſ.530. num. 6.† Vel ad faciliorem
exitum, & executionem contractus cenſeã-
tur appoſita,quarè non debét eum alterare,
70 Dec.conſ.193.ſub nu.5. † etiam ſi contractus
ſit iuratus Seraph. de priuil.iur. priu.84.num.
106.cum ſeqq.Crau.cõſ.156.nu.9. Natt. conſ.
71 582.ſub num. 6 † Vbi de Clauſula non re-
uocando poſita inter diſpoſitiua, vel exe-
72 cutiua † & de diſpenſatione Papę,vbi mul-
tæ clauſulæ executiuæ apponuntur à Can-
cellaria præter ſcientiam Papæ, quia Papa
non exprimit niſi diſpoſitiua fundãta gra-
73 tiam,et ad idem Ozaſc.conſ.68.nu. 16. † & de
clauſula ad habẽdum poſita inter executiua,
vel diſpoſitiua in feudis, & an cenſeatur
conceſſa licentia alienandi feudum, Ozaſc.
tot.dec.164.Bec conſ. 88.numer.11.14.24.44.
et ſeqq.Surd.conſ.450. ſub numer.26.27.lib.3.
74 †& Notarios errare Menoch.conſ.227.n.46.
75 † per imperitiam, licet hoc non præſuma-
tur,ad eund.conſ.399.numer. 44.et ſeqq. lib.4.
ergò conſtare opportet & probari errorem
quia alioqui ratione officij pręſumitur pro
Notario,Alex.conſ.125. ſub numer.10.lib.1.
Natt.conſ.262. num.6. conſ.505. num.7. alia
pleniùs vide apud Magdal.de n. teſt.in teſtam.
par.1.c.16.num.31.et ſeqq.Gabr. com. concluſ.
de conſuet.concl.3. iunctis his,dictis ſupra form.
praecd.num.32.et ſeqq. et apud Card. Tuſc.lit.
c.concl.304.vbi quæ de Stylo,an operentur,
quando autem dicantur verba poſita inter
diſpoſitiua, vel executiua V. vt optime per
Rot.apud Farin.par.1.dec.287.ſub num. 1. et
ad Laderch.conſ.1. per tot.et ad Menoch. conſil.
160.ſub num.38.conſ.255. num. 35.conſ.402.
num.17.conſ.1033.num.14.15.lib.11. And.ab
ex ea de pact.nu.226.et iterum Rot. Farin.par.
1. dec.438. ſub num. 2. vbi de clauſula ad ha-
bendum etc. poſita immediate poſt narratiuã
rei datæ in emphyteoſim dec.642.num.7.et
ad ibid. num.3.et per tot. de hac clauſula in
emphyteoſi.
76 † Tertio intellige, vt facili negocio in al-
teram opinionem reſtringentem vocem
vniuerſalem ad ſubiectam materiam, inci-
dendum foret ex aliquo adminiculo,vel le-
ui, puta ſi ex alijs verbis Inueſtituræ appa-
reret de mente reſtringere volentium feu-
dum ad propriam naturam, puta ſi voci
vniuerſali adiecta ſit dictio maſculi, Iuris
francorum,in auitum, ſeù antiquum &c. vt
notat add. ad Alex. in d.conſ. 30. ſub num.11.
lit.B.in fin. lib.1.Sol. ad antiq ſabau.decr.tit.de
feu.decr.quia in plerìſque par. 2.glo.vnic.iuxta
77 prin.et num.10 † Vbi etiam ſi ſint verba de
more tamen patriæ capacibus, Iacob.in ſua
78 Inueſt.verſ.et quibuſcunque num.3. † Vbi de
modo articulandi hunc morem Surd. conſ.
440.ſub nu.55. Vbi eſſe probandum, Ozaſc.
79 dec.26.ſub num.8.et 18. † Vel ſi dictum ſit
quibuſcunque hæredibus legitimis, Morot.
80 reſp.83.num. 7.11.22. † ſi clauſula,ſecundũ
iura feudalia,aut etiam prouincię, Menoch.
conſ. 391.ſub.nu.56.et 29.lib.4.add. hic. infra
cap.ſeq.nu.51.et 52.
81 † Si clauſula Pro ſe ſuiſque hæredibus,et ſuc-
ceſſoribus quibuſcunque ab eo, et ab eis deſcen-
dẽtibus maſculis,et fæminis Menoch. conſ.930.
82 num.7. lib. 10. † Si clauſula feudi natura in
nullo mutata Affl.in § feudum ca lege. num.1.
ſi de feu.def.etc.et in tit.de feu. non haben.prop.
nat.feu.num.1.Kircherb.d.cap.4.ſub.num.67.
83 in diſc.feud. † et generaliter vbi talia verba
adſint, ex quibus hoc ipſum colligi poſſit,
Dec.conſ.193. et conſ.171.nu.3.et ibid.refert.
84 Kircherb. † et vbi quo quomodo mens talis
deprehenderetur, cui incumbendum non
verborum anguſtijs, vt in form.præcd. num.
85 17.et ſeqq.et alibi ſæpè monemus. † Sic ad
fæminas non tranſeunt officia publica pro-
pter verba hæredibus, et ſucceſſoribus de ſuo
corpore deſcendentibus, propter ſubiectam
materiam ab alijs differentem, farin.par. 1.
dec.663. num. 16. vbi à feudis arguit ad dicta
officia.adde hiſce latè Gallup.nouiſſimè in Meth.
vniu.iur.feu.part.1.cap.5.num. 40.et ſeqq: re-
gula tamen noſtra ſemper excepta ante ocu
los ſemper habendo & circa officia vide Mõ
tan.per nos citat.c. 37. num.61.ſupra.
86 † Quarto intellige.niſi ſicubi mos ſit,vel
conſtitutio, vt vox vniuerſalis ad habiles tã-
tum reſtringatur, vt de Germania ſupra iam
87 nu.53. dictum eſt; † & in patria Pedemon-
tana adeſt ſpecialis conſtitutio vt apud Sol.
in d.decr. quia in pleriſque: de feu. in ant.Sab.
88 decr.† Quod tamen ſublimita, vt non pro-

cederet, ſi vltra vocem vniuerſalem , adeſ-
ſent alia verba, vt, *et cui dederit Do.Morot. d.
reſp.30.n.3.vel quibus vendere, aut legare vo-
luerit, Surd.conſ.440. ſub num.15. et ſeqq. vſq;
ad num. 33. vbi latius declarat dictum decret.
lib.3.*

89 †Quintò, alij limitarent in ſpurio non ad-
mittendo ad feudum cum hac clauſula cō-
ceſſum , tanquam omninò incapaci *Surd.
conſ.384.ſub num.71.72. Vbi ponit rationem,
Menoch.conſ.906.num.32. lib.10.licet ibid.* &
fœminas non comprehendi dicat , quod ta-
men eſt contra com. opin. *de qua iam ſupra
hac form.num.14.et ſeqq. dictum eſt , adde cap.*
90 *ſeq.num.14.15.16.* † Niſi fuerit legitimatus,
quia tunc admittereretur ad feudum *pro ſe
et hæredibus quibuſcunque conceſſum , Menoch.
conſ.1098. num.1. et ſeqq.lib.11. in conſ.930.
num.48.conſ.934.nu.17.18. lib.10. V. tamen
in form.ſeq.verſ.Cæterum in eo in fin.num.9.*

91 †Sextò , & vltimò non omittendū, quod
forte aliquantò cautius, & ſtrictius ſit agen-
dum, vbi dicta clauſula ſit poſita occaſione
feudi, quam aliorum contractuum, vt ſcili-
cet non ſit facile tantum ei deferendum,
quin poſſit aliquādo intra cancellos ſubie-
ctæ materiæ contineri , & de habilitate in-
telligi, ſecundum poſteriorem opinionem,
nam ex quo in materia feudi, ita diſpoſitum
reperitur, vt vox *hæredis* pro filio accipiatur
*ad ſupra c.23.num.70.c.35.nu.11.c.28. part.
1.ſub. num.*18. qui dicit , *pro ſe et hæredibus
quibuſcunque*, perinde eſt ac ſi diceret *pro ſe
et filijs quibuſcunque* , quo caſu vt extranei
non comprehenderentur , *ita* nec illo, cum
ſint ſynomina, & *ideò* eorum opinionē, qui
negant ea formula feudum conſtitui hære-
tarium ſtricti Iuris rationi magis eſſe conſē-
taneam *dicit rectè Kirchberb. in diſc.feu.cap.4.
num.62.in prin.* Id autem non ideò dico , vt
per hoc recedatur à communi illa opinione
quā ſemel admiſſimus , ſed vt per hoc cau-
tiores ſimus , ne forte in *vnum*, aut alterum
tantum Inueſtituræ feudalis locum illapſa
hac formula ſtatim feudum eſſe merè hęre-
ditarium ſtatuamus, ſed omnia diligentius
examinemus , veram mētem, ſi aliunde ma-
gis elucefcat , perſcrutemur, ab ea non di-
uertamus , iuxta iam ſupra præmonita *cap.
35.num.44.c.37.num.19. et ſeqq.* quę hic pro
repetitis habeantur *et, ad Natt.conſ.163.ſub
num.11.ad fin.*

92 † Quæ tamen cautela non tam fortè ne-
ceſſaria eſſet in alijs materijs in quibus ap-
pellatio *hæredis cuiuſcunq*, ſtat abſolutiſſimè,
& in proprio ſignificatu hæreditariæ qua-
litatis , quia non apparet ſpecialis deciſio,
prout in feudis, quod vox *hæredis* in merum
93 filium ſonet † Quare ſi in feudis ſonat in
filium, ideò poteſt dici intellectum fuiſſe de
filijs quibuſcunque, ſcilicet quoad numerū,
vt omnes ſcilicet filij, nepotes, & deſcendē-
tes ſint inuitati , & ità non iacebit omnino
ſuperflua illa dictio vniuerſalis, *ad Rol.conſ.
96.num.18.lib.1.Loffred.conſ.1.ſub num.178.
Dec.in c. in præſentia. ſub num. 150. de probat.*
Cum verò in alijs *vox Hæredis* non ſonet in
filium, ideò ſtabit proprie, vt non ſolū om-
nes hæredes quoad numerum , ſed omnes
hæredes quoad qualitatem hæreditariam,
ideſt omnes hæredes, actuſhæredes, cenſeā-
tur inuitati abſolutè, & ſine tanta, *vt ſic dicā*,
circumſpectione: vnde poſſit fieri alienatio
etiam in manum mortuam, vt in term. em-
phyteoſis imo etiam feudi ſub hac clauſula
conceſſi *dicit Illuſtriſſ. & Reuer. D.Rice.dec.
Cur. Archiep. Neap. 136. par. 1. per tot. vir*
verſatiſſimus in iure noſtro vt tot elegan-
tiſſima eius opera conteſtātur , & inſignem
memoriam commendant: meritò ad inſignē
epiſcopatus dignitatem euectus, & maiori-
bus dignus.

94 † Exemplum ſit de formula hac adhibita
in emphyteoſi Eccleſiaſtica , *vt apud Did.
var.reſol.cap.17. ſub num.5. ſub. verſ.quarta
concluſio.lib.2. Natt. conſ.120. num. 21. Rol.
d.conſ.96.n.45. et ſeqq lib.1. Menoch.cōſ.906.
num.30. et ſeqq. lib.10. Mant. de tac. & ambig.
lib.22.tit.19.nu. 22. & ſeqq.* apud quos ple-
nè quod ad omnes hæredes tranſeant hæc
emphyteoſis , ſub hac formula conceſſa, ex
quo, à fortiori, facies de alijs iudicium, pro-
pter reſtrictam emphyteoſis Eccleſiaſticæ
naturam, quæ reſtrictio nō reperitur in alijs
& ideò à fortiori , quia *vox Hæredis* fortius
95 vim ſuam in hiſce retinebit. † Quod enim
non mutatur, cur ſtare prohibetur? *l.ſanci-
mus C.de teſtam. & deciſ.noſtr.Bonon.20. num.
9. & dec. 69. num. 34. & flor. 24. num. 15. &
ſeqq.* Vbi alia ad idem, & maxmè, quod non
ſit a regula recedendum, vbi non conſtat de
exceptione , de qua conſtat in feudis, non
conſtat *in* ſpecie in alijs , ſecundum mox
dicta.

CAP. TRIGESSIMVM NONVM.

De formula, & Cui dederit.

SVMMARIVM.

1 *Æquiparatio huius formulæ cum præcedenti, vt feudum ſit hæreditarium tranſmiſſibile ad extraneos & ad fœminas etiam in emphyteoſi & ſeqq.*

5 *Huic formulæ par eſt alia*, pro ſe , & pro quibus voluerit.

6 *Seu*

6 *Seu & quibus iura concedere voluerint.*

7 *Conſenſus non neceſſarius in alienatione ad effectum vt dominus præferatur, ſed tantum ad effectum recognitionis & approbationis, ne forte fiat in manum mortuam aut aliter inhabiles alienatio, Contra num. 16.*

8 *Minus erit neceſſarius conſenſus vel licentia, ſi aliàs ſine his fuerit alienatum.*

In alienatione dominus directus præferendus. ſub eod.

12 *An ſuccedatur ab inteſtato & tranſeat etiam ad extraneos, Contra ſuccedi num. 13. & ſeqq. reſpondetur ad contrarios num. 17. & ſeqq.*

10 *Feudum cum hac formula*, excepta facultate alienandi, *in alijs propriam naturā retinet.*

11 *Adeo quod collectæ non ſoluantur.*

14 *Spurij clerici non ſuccedunt niſi cum conditione ſi legitimabuntur, ſi erunt capaces, & n. 15.*

16 *Clericus beneficiatus in ſacris conſtitutus ſuccedit.*

Emphyteoſis eccleſiaſtica non tranſit ad extraneos nec ad legitimatos. ſub eod.

17 *Rim. reijcitur, & num. 18.*

Niſi in term. licentiæ qua quis non ſit vſus. ſub eod.

19 *Decedens ab inteſtato dicitur diſponere & ſic dare, vt in emphyteoſi.*

20 *In primogenitura feudo & emphyteoſi.*

Et voluntas dicitur expreſſa & euitātur cōtradictiones. ſub eod.

21 *Faciliùs intrabit opinio quod ab inteſtato cum adminiculo alterius, vt verbi adiecti* quibuſcunque, quocunque modo, quocunque titulo.

22 *Vel ſi eſſet feudum emptum.*

23 *An deſcendentes poſſint alienare, & quid ſi ſit pronomen*, ipſius, *& num. 24.*

25 *Et quid ſi dictum* pro ſe & cui ipſe vel hæredes dederint.

Vel ſic, quod dictus N. & eius hęredes teneāt cum facultate alienandi. *ſub eod.*

26 *Limita ne procedat, ſi verba ſint tantum in executiuis.*

27 *Nec in Sicilia.*

28 *Non vbi aliàs reſultaret repugnātia*, vt ſi ſaluum ius, cum clauſula & ſuis ſucceſſoribus quibus dederint, *& nu. 29.*

30 *Non vbi dicta formula poſita inter ipſos diuidentes, et non à concedente.*

31 *Non in alia*, & cui ius dabit, *qua, excluduntur feminę, et nu. 32.*

33 *Et de duplici intellectu, remiſſiuè.*

34 *Non in alia*, & cui in feudum dabis, ſeu iure feudi faciant, ſeu & cui legitimè dederis, *et num. 35. 36.*

37 *Non ſi prohibita expreſſè alienatio.*

38 *Non ſi cum clauſulis*, ſaluo iure epiſcopatus, feudi, & emphyteoſis.

39 *Non vbi* pro ſe & ſucceſſoribus maſculis & cui dederit.

40 *Non vbi*, cui ius & caſus dabit, *et quod ius attendendum.*

41 *De differētia*, & quibus iure, & quibus bona.

42 *Formula hæc eſt pinguior, quam* & quibuſcūque, *et de eius vi.*

Vt poſſit alienari tanquam allodiū et alia vt 42.

43 *Si tamen non ſit dictum* ſaluo iure feudi.

44 *Quid ſi dictum*, vt omnes illi quibus ipſe dederit, habeant.

45 *Si dictum abſolutè* cui dederis, *non ſi*, & cui in feudum dederis.

46 *Acquirens cum hac clauſula non poteſt ſibi aut deſcendentibus ſuis feudum in allodium conuertere.*

47 *Non poteſt quis cauſam poſſeſſionis mutare.*

Perſona loquētis in generali ſermone excipitur. eod.

48 *Nemo poteſt ſe ipſum eligere.*

49 *Nemo poteſt ſibi authorare.*

50 *Actio et paſſio in eodem ſubiecto ſimul concurrere non poſſunt.*

51 *Aliæ declarationes quod ex dicta clauſula feudum non fiat hęreditarium etc. remiſſiuè.*

52 *Et an in generali diſpoſitione pleraque veniant.*

PRęcedenti formulę valdè affinis & coniuncta eſt formula, qua feudū (*ſibi et cui
1 dederit*) conceditur † adeo qđ has formulas
ęquiparari dixerit *Tom. de Mar. tit. 31. num. 8.
Rol. conſ. 79. n. 20. et ſeqq. lib. 2. Ozaſc. dec. 26.
ſub nu. 18. Sol. ad ant. Sab. decret. tit. de feu. decr.
quia in pleriſque par. 1. glo. vn. ſub num. 9.*
2 †Et dicitur feudum hęreditarium & alienabile in quemcunque ſine conſenſu do-
3 mini, vel agnatorum† prout etiam idem eſt
in emphyteoſi *Clar. in §. emphyteoſis. qu. 13.
verſ. vlterius quęro. in §. feudum. q. 31. verſicu.
vlterius quæro. Corb. de cau. priu. ob alien. lim. 2.
et de cau. priu. ob mort. ciuil. num. 31. Valaſc.
de iure emph. q. 28. Schrad. par. 2. cap. 4 nu. 62.
Roſent. cap. 2. concl. 36. in princ. Bammac. (plures enumerans et contrariam reprobans) in tit.
ſi de feu. def. etc. §. feudum ea lege. numer. 40. et
ſeqq. Menoch. conſ. 865. numer. 7. lib. 9. et conſil.
930. num. 47. lib. 1. Kicherb. in diſc. feu. cap. 5.
num. 15. 16. 17. vbi allegat varios, qui de Com.
4 iuncto cap. 4. num. 68.* †vbi eſſe hæreditarium
ad fęminas & ad omnes extraneos tranſmiſſibile, ſiue permutando, ſiue teſtando, ſiue
ab inteſtato &c. *et ad Bero. de hac clauſula cōſ.
5 66. et ſeqq. lib. 1.* † Cui par eſt clauſula *pro ſe
et pro quibus voluerit. Ruin. conſ. 85. nu. 5. lib. 1.
Rub. conſ. 110. Curt. iun. conſ. 130. nu. 6. Cald. de
6 non emph. q. 24. num. 71.* † ſeu, *et quibus iura
ſua concedere volueris Cęuall. Commun. Cont.
com. q. 787. nu. 21.* quem cum alijs ex eo refert. *Kicherb. d. cap. 4. d. numer. 68. in fin. Surd.
conſ. 551. ſub num. 5. et ſeqq. lib. 4.*
7 † Quæ tamen intellige, vt non ſit neceſſarius conſenſus, vel licentia ad effectum qđ

dominus præferatur ſed ad effectum ap-
probationis , mediante recognitione ei-
dem fienda poſt ſequutam alienationem
ne forte perſonæ prohibitæ , & inhabiles
(manus mortuæ) vel potentiores in poſſeſ-
ſionem introducerẽtur domino directo ir-
requiſito, *vt pulchrè per Illuſtriſ. D. Amed. à*
Pont. quæſt. Laud. 14. nu. 8. et ſeqq. iuncto nu. 2.
et ſeqq. per tot. et num. 11. vbi ita concordari
putat opiniones diuerſas , aliàs quidem cõ-
ſenſum deſiderantes. *vt ibid. num.* 8. retulit
authores, & aliàs non deſiderantes *vt ibid.*
8 *d. num. 2. et 6.* † & minus dubium, quod ne-
ceſſarius non ſit conſenſus ius, ſi iam aliàs
ſine conſenſu , vel licentia aliqua fuerit fa-
cta alienatio *Natt. conſ. 322. nu. 2. Surd. conſ.*
105. num. 12. et ſeqq. lib. 2. In alienatione ta-
men eſſet dominus directus præferendus
niſi aliquibus caſibus *D. Ricc. in dec. Cur.*
Neap. 58. vbi limitationes, et iudicata adfert per
eleganter incomparabilis memoriæ Vir.
9 Ceterùm in eo non bene conueniunt in-
ter ſeſe Docto. An ſit locus ſucceſſioni ab
inteſtato , vbi cum hac formula eſt datum
feudum, ità quod omnes hæredes etiam ex-
tranei in feudo ſuccedant , nam alij admit-
tunt tantum capaces ex naturã feudi , quia
in primo acquiſitore , & donec apud eum
eſt feudum naturá feudi recti retinet *Zaſ.*
de feu. par. 17. ſub num. 25. verſ. ex hac conclu-
ſione. Bammat. in tit. ſi de feu. def. etc. §. feudum
10 *ea lege. num. 31.* † & excepta facultate alie-
nandi in alijs feudi recti retinet naturam
11 † adeo quod collectæ non ſoluantur *vt ait*
12 *Ozaſc. in conſ. 14. per tot.* † & in term. non ſuc-
cedi ab inteſtato *Rimin. iun. conſ. 176. nu. 25.*
vſq, ad finem vol. 2. Surd. conſ. 475. nu. 5. vol. 4.
Cald. latè de nom. emph. quæſt. 7. nu. 45. et ſeqq.
vbi contra Curt. iun. conſ. 4. quod requiratur
expreſſa diſpoſitio .
13 † Verùm contraria opinio verior eſt &
communior quod ſuccedatur ab inteſtato
Rip. in l. ex facto. §. ſi quis ita. num. 16. ad fin. ff.
ad Trebell. Tom. de Mar. titu. 31. num. 5. Roſ. et
Rol. ſub initio citat. Id. Roſ. cap. 9. concl. 41. nu.
6. 7. 8. Natt. conſ. 218. num. 6. 8. 10. conſ. 246.
num. 1. et ſeqq. Petr. de Grego. de conceſſ. feud.
part. 6. 9. 16. num. 2. D. Praſ. Primarius Morot.
reſp. 30. num. 5 6. Schrad. part. 7. cap. 3. num. 2.
Crau. conſ. 1000 progene. in repet. num. 74. 75.
Surd. conſ. 384 numer. 54. 54. 55. vbi de magis
Com. in d. conſ. 475. ſub num. 23. 25. vbi ita iudi-
catum ex Mant. ibi relato conſi. 551. numer. 21.
verſ. dum autem et num. ſeq. in conſ. 572. nu. 31.
vol. 4. Kicherb. (alios etiam referens de commu-
ni pariter teſtes in diſc. feud. cap. 4. d. numer. 68.
14 † non tamen ſuccederẽt ſpurij , clerici , vel
ſimiles *Menoch. conſ. 930. num. 48. 49. lib. 10.*
V. tamen ſupra cap. anteced. verſ. quinto alij li-
15 *mitarent num. 89. 90.* † Niſi fuiſſent ſub con-
ditione, *ſi legitimabuntur, ſi erunt capaces inui-*
tati, Natt. conſ. 296. num. 7. 8. conſ. 247. nu. 1.
16 † Atqui clericum beneficiatum & in ſacris
conſtitutum ſuccedere & ita fuiſſe iudicatũ
vide *Mandel. conſ. 754. num. 12. iunctis à num.*
18. et ſeqq. vſque in fin. lib. 4. Et contrà conſil.
242. num. 9. et ibi add. lib. 3. vbi emphyteoſim
eccleſiaſticam non tranſire ad extraneos (&
ſic nec ad legitimatos & de magis com. *Clar.*
in §. emphyteoſis. q. 28. caſus alios diſtinguẽs
ibid. plene.
17 † Ad Rimin. reſpondit ipſemet *Surd. in eod.*
illo conſ. 475. tenentem non ſuccedi ab inte-
ſtato *ſub n. 25. in fi. princ.* eum eſſe ſolum nec
de eius auctoritate curandum *&c. vt ibi , &*
18 *in conſ. 462. num. 8.* † vbi dicit eius dictum
pati difficultatem niſi in term. licentię con-
ceſſę , qua quis non ſit vſus , vt ibid. per
Surd. quod deſeruiat pro ſub declaratione
19 quadam † Sed aliter dicas, quod qui ab in-
teſtato decedit dicitur diſponere , & ſic da-
re , vt in ſpecie emphyteoſis dicit *Menoch.*
conſ. 922. num. 2. 3. 4. & ſeqq. vbi alia exempla
20 *conſ. 950. num. 9. & ſeqq. lib. 10.* † vbi in pri-
mogenitura, feudo, & emphyteoſi *in conſ.*
210. num. 50. lib. 3. conſ. 667. num. 6. lib. 7. in
conſ. 679. num. 9. eod. & prꝍſumpt. 27. num. 10.
lib. 4. & d. conſ. 950. num. 16. Cald. in d. tract. de
nom. emph. d. q. 7. num. 45. & ſeqq. & contrà
eund. Rimin. ſtat communis opinio, vt pa-
tuit ex mox compluribus citat. omnibus
fere & de magis communi & de veriori te-
ſtantibus pleniſſime.
21 † Facilius autem intrabit hæc opinio , ſi
verbis *& quibus dederit* , adiecta appareant
alia conſimilia *vt quibuſcunque, quocunq, mo-*
22 *do , quocunque titulo* , † vel ſi alias appareret
feudum emptum *Natt. conſ. 683. num. 10. et*
de feudo empto. Surd. conſ. 105. num. 10. 11. lib.
1. conſ. 317. num. 25. et 35. lib. 3. Theſaur. dec.
146. num. 9. Ozaſc. conſ. 38. num. 5. et ſeqq. Sol.
in aat. ſub decr. tit. de feud. decr. Tolãt par. 2. gl.
4. num. 16.
23 † Item non ſatis inter ſe cõueniunt Docto.
in eo , an ab ſucceſſoribus poſſit alienari
feudum ſub hac formula *et cui dederit* con-
ceſſum maximè adiecto pronomine ipſe,
namque non poſſe licentiamq; cenſeri re-
ſtrictam ad ſolum inueſtitum *tenet Natt. in*
conſ. 163. et 164. per tot. Contrarium, & forte
melius & in ead. cauſa *Ozaſc. conſ. 19. in ſe-*
cundo artic. numer. 15. et ſeqq. num. 22. et ſeqq.
24 † vbi clauſulam *et cui voluerit* æquiparat
formulę *et quibuſcunque num. 27. 28. Syluan.*
in conſ. 61. per tot. vbi infinitas adducit ratio-
nes & reſpondet ad omnia quæ in contra-
riam partem adducta ſunt *à Natt. in d. conſ.*
163. 164. ſubdens ità fuiſſe iudicatum Bec. conſ.
88. per tot. vbi quoque ità iudicatum Surd. hæc,
et alia referent in conſ. 384. ſub num. 46. et 47.
reſ-

reſpondendo ad obiectum factum *ibid. ſub*
num.8. verſ. quartò inniti.et num. 9.cum ſeqq.
et ad conſ.419.ſub num.59.et ſeqq.et conſ.511.
25 quibus pariter locis Nati.reprobatur,† Sed
omnis ſcrupulus eſset ſublatus,ſi *et de hære-*
dibus fieret, vt ipſe quidem ſuaderem fieri
mentio hoc modo, *putà pro ſe et cui ipſe, vel*
hæredes dederint vel ſic, *ità quod dictus N. et*
eius hæredes teneant etc.cum facultate alienan-
di diſponendi etc. vt in Caſu Ozaſc. d.conſ. 19.
ſub num.29. verſ. et quod dicta.et ſub num.35.
verſ. inſuper omnis. Surd.conſ. 15. ſub num.2.
et 8. vbi ſi ambæ formulę *pro ſe et cui dederit*
et pro ſe et quibuſcunque ſimul poſitæ fue-
rint.

Verùm quia in *quæſt. principali mox tacta*
num.23.et 24. videò etiam alia in contrariũ
iudicata: Ita hac in re hoc firmo, eſse ad di-
uerſitatẽ caſuũ & circũſtãtiarũ diligẽter attẽ-
dẽdũ ob q̃ diuerſitatẽ etiã diuerſimode iudi
cari contingit: de quo te remitto *ad Burſat.*
egregiæ in conſ.131.à num.97. vſque in fin.lib.
21. hunc cape ad hanc animaduerſionem
pro omnibus vnum & te hinc extricabis.

26 † limita prædicta, vt vim ſuam,& eam qui-
dem quam mox deſcripſimus, non ſeruet
hęc formula, ſi ſit inter verba tãtum execu-
tiua *add. ad Iſern. tit. de feu. non hab. etc. in*
verb.dederit.in fin.Tom.de Mar.tit.31.numer.
14.Roſent. cap.2.concl. 15. num.4.et ſeqq.cap.
7.concl.40.num.2.Bammac.ſi de feu.def.etc.§.
feudum ea lege. num. 36.37. Crau. conſ.1000.
progenere ſub num.348. Ozaſc.dec.164.nu. 2.
Mantic. de tac. et ambig. lib.23.tit. 24.num.9.
adde hic infra.num.51.52.

27 † Item limita, ne dicta formula procedat,
nec Vllam vim habeat in Regno Sciciliæ
iuxta declarationem *Iſern. d. tit. de feu. non*
hab.etc.in fin.Grego. de conceſſ. feu. par.6.q.8.
in fin.

28 † Item declara, vt ad repugnantiam eui-
tandam dicta formula non niſi de hæredi-
bus ſanguinis intelligenda veniat Me*norb.*
conſ.514. à num. 10. ad fin. Vbi tamen hunc
notat effectum, quod ſaltem in capaces poſ-
ſit fieri alienatio, etiam citra conſenſum
Domini *lib. 6.et in conſ.334. num. 33.et ſeqq.*
29 *lib.4.*† Vbi ſi *ſit ſaluum ius ſucceſſionis aliqui-*
bus, cũ clauſula *pro ſe et ſuis ſucceſſoribus qui-*
bus dederint et ad infra hic num.51.52.

30 † Item declara, vt dicta formula vim ſuã
ſeruet, ſi ſit prolata à concedente, ſecus ſi ab
alio putà à fratribus diuidentibus, quia hęc
aſsertio nihil præiudicatura eſt rectę feudi
naturę, ideoq; ad refutantem reuerteretur
feudum, quia non potuiſset is, cui fuit refu-
tatum, liberè diſponere,& ideò eo prĕmor-
tuo ante refutantem locus eſſet *tit. de eo qui*
fin.fec.agn.49.lib. 2.in vſib. feu. quo feudum
ad fratrem rediret qui refutauerat fratri in
diuiſione, eo ſine liberis defuncto.

31 † Item declara vt non procedant prędi-
cta in formula, *et cui ius dabit*, nam feudum
erit proprium ex eo quia huiuſmodi clau-
ſula ad ius refertur, ergo ad naturam pro-
32 priam feudi & iuxta eam Menoch.† vbi ex-
cludi fęminas *in conſ.391.nu.56. lib.4.Carol.*
à Kircherb.in diſc.feu.cap.4.ſub num.74.Crau.
conſ.1000.pro gen.num.361.Iacob.àS.Greg.in
ſua Inueſt. verſ. ità etiam quod ipſi Vaſſalli nu.
2.Petr.de Grego.de conc.feu.par.6.q.8.ſub nu.
33 8.† Vide duplicem intellectum in pulchro
34 caſu *apud Bertran.conſ.59.vol.7.*† Nec pro-
cedant in formula, *et cui in feudũ dabis tit. de*
feu.non hab. etc.in fi.et ibi Affl. ſub nu. 1.verſ.
ſecũda Inueſtitura Crau. d. conſ.1000.nu.361.
35 † Nec in formula *Iure feudi faciat Crau.ibid.*
36 *ſub num.334.*† Nec in formula, *et cui legiti-*
*mè dederis Kirch.d.cap.4.ſub d.nu.69.*Menoch.
conſ.845.num.9.et 10.lib.9.Corb. de cau.priu.
37 *ob alien.lim.2.num.3.*† Vel ſi prohibita eſset
in ſpecie alienatio *Kircherb. ſub d.num.69.in*
fine, remittens ad Dec. conſ.171.num.3.Crau.
conſ.92. num. 6. Menoch*.conſ.61.num 18.aut*
aliter vt per Crau. d.conſ.1000.numer.331.in
fin. et ſeqq. præſertim num. 334.354.et 360.et
ſeqq.Roſent.in cap. 2.concl. 26.nu.5.et per tot.
concl.et in glo.lit.c. Menoch*. conſ.545.num.8.*
38 *lib.6.*† vbi de clauſulis *ſaluo iure Epiſcopa-*
tus,feudi,et Emphyteoſis,& apud quos adhuc
de his,& alijs conſimilibus formulis,*et idem*
39 *in conſ.987.num.1.et ſeqq.lib.10.*† vbi ſtante
formula *pro ſe,et ſucceſſoribus maſculis,et qui-*
bus dederit eſse proprium feudum,*et in conſ.*
40 *238.num.24. 25.et 52.*† vbi de clauſula *cui*
Ius et caſus dabit & quod ius ſit attendendũ
Capyc. in Inueſt. feu. cap. feudorum clauſulæ
col.4. verſ.aduertendum tertio fo.94.

41 † Vbi facit differentiam an dicatur, *et*
quibus bona concedere volueris, et demum om-
nes in d. tit. de feu. non hab. etc. vbi eſt propria
Sedes.

42 † Item intellige vt in vno differat hæc
formula à præcedenti, *et quibuſcunque*, quia
formula, *et quibus dederit* eſt pinguior,
eo quod nullam recipiat reſtrictionem
etiam de habilitate, & quod poſſit dari
quocunque titulo, & quibuſcunque perſo-
43 nis tanquam allodium † Quando non eſt
dictum *ſaluo iure feudi*, vt in ſpecie *D. Meus*
Morot.*alijs relatis) receptiſſimam omnium ſen-*
tentiã dicens,in d.reſp.30.ſub num.2.Bammac.
in tit.ſi de feu.def.§. feudum ea lege,num.30.et
39.Roſen.qui communiorem, et veriorem, in
cap.9. concl. 41.numer.20.et concl.39.per tot.
Petr.de Grego. de conceſſ. feu.par.6.q.8.nu.4.
Zaſ.de feu. par.12. ſub num.25. verſ. ſecundo.
Capyc.d.fo.94.col.2.verſ. aduertendum tamen
44 † Vbi etiam ſi additum ſit verbum *habeat, vt*
omnes illi quibus ipſe dederit habeant, & ad

verſ.

Digitized by Google

45 verſ.aduertendum ſecundo. † Vbi ſi dictũ
ſit abſolute *et cui dederis*, ſecus ſi ita, *et cui in
feudũ dederis, iũcta.col.anteced.ad fi.et tot.ead.
col. 2.* hęc omnia *ex tex.claro de feu.non hab.
etc.* ibi, *vel ad proprium. vel ad libellum,* & ibi,
*Vbi ergo ſic dictum eſt, et cui in feudum dederis,
aliud eſt et propriam feudi naturam habet. et ex
alio non minus eleganti in d. §. feudum ea lege
ſi de feu.def.* vbi in term. dictę formulę ſubij-
cit tex. hæc verba. *Quod ſi Vaſallus alienauit,
feudum eſſe deſinit apud emptorem. et hic etiam
Docto. et Præpoſ. num. 5.*
46 † Verumtamen acquirens non poſset
ſibi ipſi aut deſcendentibus ſuis feudum in
allodium conuertere, *arg. l. ſicut. §. ſuperua-
cuũ, et §. pen. quib. mod. pign. vel hyp. ſolu. l. ſi. C.
de remiſ. pign. l. et qui. 10. C. de diſtr. pign. cũ ſi-
milibus, vt per Roſent. in his term. in cap. 9.
concl. 41. numer. 20. et in gl. o. Bammac. in d. §.
feudum ea lege. nu. 45. 46. ſi de feu. def. Præpoſ.
ibid. de feu. non hab. etc. num. 5. Tom. de Mar. de
gener. et qual. feu. tit. 31. num. 7.*
47 † Vbi non poſse mutare ſibi cauſam poſ-
ſeſſionis, & quia perſona loquẽtis in genera-
li ſermone excipitur, *addit. Zaſ. de feu. pa. 12.*
48 *nu. 28.* † Adderem ego, quia nemo poteſt ſe-
ipſum eligere *ad Cepo. caut. 96. et ibid. add.*
49 *Surd. conſ. 4. nu. 39.* † Quia nemo poteſt ſibi
authorare *conſ. 9 ſub numer. 35. et 37. in fin. et
ſub num. 42. vbi declarat, et conſ. 50. numer. 12.*
50 † Et quia actio, & paſſio in eodem ſubiecto
ſimul concurrere non poſsunt *l. Vranius in
princ. ff. de fideiuſſ. l. frater à fratre. in princ. de
Cond. indeb. Surd. dec. 109. num. 5.*
51 † Item alias declarationes, quod per di-
ctam clauſulam, *et cui dederint cum facultate
expreſſè diſponendi et in quancunque perſonam
alienandi* feudum nõ eſse mere hęreditariũ
nec venire in reſtitutione fideicommiſſi nec
facultatem diſponendi verificari in inſtitu-
tione vniuerſali, licet poſita appareat inter
verba diſpoſitiua, propter alia verba repu-
gnantia ibidem adiecta, ex quibus clauſu-
læ permittentes alienationem etiam poſitę
in diſpoſitiuis neceſſariò debeant reſtringi
& declarari, vt per eas quam minus fieri po-
teſt, cenſeatur derogatum naturę feudi, ne
inducatur perplexitas, & contrarietas in ea-
dem inueſtitura, vide de his elegantiſſimè,
vt ſolet ſemper, penes Inſignis nominis *I.
C. D. Meum Prim. Præſ. Bellon. in conſ. 30. per
tot.* Cum quo Eminentiſſimo Viro, lętatus
ſum me concordaſſe in meis ſcriptis ante
hoc conſ. iam primò impreſſis circa mate-
52 riam † An generalis diſpoſitio ſeù inſtitu-
tio omnia comprehendat, etiam ea in qui-
bus ſpecifica requiritur nominatio aut ex-
preſſio, aut ſi, an requiratur, dubitetur, *In
dec. mea Bono. 71.* vbi ampliſſime materiam
diſtinctis caſibus diſcutio. confer & videbis
Intelligendo (vt ad rem redeam) facultatẽ
alienandi operari quoad præiudicium do-
mini directi, & ſine eius conſenſu: Sed non
in præiudicium comprehenſorum in inue-
ſtitura *vt ibid. ſub num. 31. in fin. & ſeqq.* &
clauſulæ ab eo ponderatæ, importantes re-
ſtrictionem dictę clauſulę *et quibus dederint*,
ſunt, quia dictum fuit *in feudum nobile rectũ*
&c. Item *ſine licentia ſuę Celſitudinis*, tertio
quia facta conceſſio duobus inſolidum, &
quarto dictio *expreſſè* vt repilogauit has
clauſulas *ibid. ſub num. 70. verſ.* ſecundus ca-
ſus Idem excellentiſs. conſultor ſufficiat
breuiter innuiſſe, ad horreum vberrimum
recurre, & ſinum tuum imple. *ego etiam
in tract. de Interpret. inueſtit. lib. 10. cap. 3. par.
1. obſeru. 3. per totum.* pleniſſimè tracto ma-
teriam quando diſpoſitiua diſpoſitiuis, vel
executiuis repugnant, & quæ executiua &
diſpoſitiua, intentio erat imprimendum cu-
rare, ſed opus creuit in immenſum vt ſic di-
cam, & ego ſenex, nec vacuus laboribus, dũ
ad hoc etiam opus feudale incũbo, & illud
præparo vt imprimatur: non deſperendum
tamen, dum ſpiramus.

CAP. QVADRAGESSIMVM.

De formula pro ſe & fœminis.

SVMMARIVM.

1 *An fœminæ ſuccedant cum maſculis, & quid ſi
tàm fœminis quàm maſculis dictum ſit & nu.
2. ſecus ſi ſimul vocatæ. & num. 21.*
3 *Fallit in feudo improprio vbi ſimul ſuccedunt.*
4 *Si expreſſim nominatæ, non ſi ſubintellectæ. &
num. 5. 6.*
7 *Si obſeruantia probaret quod non ſimul.*
8 *Vel ſi eſſent vocatæ in defectum per verba ma-
ſculis deficientibus, donec quandiu &c. aut
in caſu quo maſculos non habeant.*
9 *Aut vbi clauſula vſque ad vnum.*
10 *Tam & quam, quouſq, ſtatim ſecuta morte bona
redeant ad dominum directum, ad tertiam ge-
nerationem, ad vitam, tunc, extantibus ma-
ſculis. & num. 11.*
12 *Verbis tex. ſtandum non obſtante rubrica, &
id quando. num. 13. & ſeqq.*
17 *Fœminæ non ſuccedentes cum maſculis ſuccedũt
ordine ſucceſſiuo.
Verbum, deficere, præſuponit prȩexiſtentiam rei
quæ deficiat propriè, ſed impropriè capitur
etiam pro non exiſtere* ſub eod. *& num. 18.
19. 20.*
22 *An fœminam oporteat eſſe hæredem ex diſtin-
ctione reſoluendum proponitur & ſeqq.*
23 *In caſum non exiſtentiæ vel defectus maſcu-
lorum*

lorum ſi ſola ſit filia erit, hæres.
24 Quid ſi filia vltimi defuncti non ſit capax feudi quia ad eam tenor inueſtiturę non extēdatur; Adſit tamen amita comprehenſa, hęc non erit hæres, & tamen ſuccedet in feudo.
25 Idem ſi fiſcus ſuccedat ob delictum, proximior quamuis non hæres ſuccedet in emphyteoſi ad fiſcum non tranſmiſſibili.
26 Ad hoc ne fęminę ſuccedant, an ſufficiat vel momento extitiſſe conditionem, quia nati filij, ſed ſtatim mortui.
27 Conditione deficiente deficit effectus.
28 Plures conditiones omnes impleri neceſſe eſt, vt ſit locus diſpoſitioni.
29 Ante aduentum conditionis actio non competit de quo remiſſiuè.
30 Debet probari conditionis euentus.
31 Etiam ſi actus ſit momentaneus, quia operatur.
32 Et ſufficit ad ius acquirendum.
33 Et momentum eſt in conſideratione.
34 Procedit etiam ſi filij non ſucceſſerint contra glo.
35 Conciliatur glo. cum alijs fædere diſtinctionis partus vitalis à non vitali. Si vitalis deficiat conditio, aliàs non & num. 39. 40.
36 Quia pars non vitalis habetur pro mortuo, ſeù pro non nato, ſeù quaſi non extiterit. & num. 37. 38.
41 Plura de partu vitali aut non vitali, nonimeſtri octimeſtri. &c. de fide obſtetricum, de cauſis abortuum &c. remiſſiuè. & ſeqq.
42 Et an octimeſtris ſit vitalis pro & contra & ſeqq.
46 Declarato. Affl. ſequenda eius opinio conciliant. & num. 50.
47 In feudis natus & illicò mortuus non excludit fæminas. & num. 52.
48 Quia mors ſubito contingens non accidentaliter ſed naturaliter dicitur ſuperuenire. & num. 51.
49 Nam dicta opinio videtur æquior, & humanior.
53 Quis dicatur illico deceſſiſſe, remiſſiuè.
54 Fæmina ſemel excluſa an ſemper cenſeatur excluſa. & ſeqq.
55 Ordinarium facit ceſſare ſubſidiarium remedium.
56 Frater non admittitur vocatus, ſi naſcatur filius.
Idem ſi filius fratris. ſub eod.
57 Diſpoſitione ſemel impleta non eſt locus alteri vocato.
58 Subſtitutio ſemel extincta non reuiuiſcit.
59 Nec ius ſemel extinctum.
60 Fæmina excluſa etiam deſcendentes eius excluſi.
61 Sic primo excluſo à primogenitura, etiam eius deſcendentes.
62 Excluſio ad omnes deſcēdētes excluſi extēditur.
63 Fallit in renunciatione eo præmortuo, cui fuit renunciatum.
64 Item ſi in contrarium ſit conſuetudo quod fæmina non cenſeatur excluſa.
65 Item non cenſetur ſemper excluſa à feudo improprio.
66 In quo ſimul cum maſculis ſuccedit. & nu. 67.
68 Item quid in feudo hæreditario ſimpliciter aut mixto an fęmina ſemper ſit excluſa. & n. 69.
70 Quid in emphyteoſi eccleſiaſtica.
71 An bona ſint primi vel vltimo defuncti, & quid iuris in propoſito.
72 Excluſa ab hæreditate patris non tamen fratris.
73 Remotiores (licet excluſæ ad tempus ſi fuerint proximiores) admittendæ.
74 In renunciatione fęminæ ſi fratres aut nolēt aut non poſſent.
75 Paria non ſuccedere vel non eſſe in rerū natura.
76 Excluſio fauore certarum perſonarum deficit deficientibus perſonis.
77 De muliere dotata excluſa à ſtatuto donec &c.
Vel ſi ſimpliciter. ſub eod.
78 Inm aioratibus ſemel excluſus non ſemper excluſus.
79 Idem in fideicommiſſo perpetuo.
80 An fæmina in fideicommiſſo admittantur, ſi vocatę nō extantibus maſculis, ſi extet ſtatutum earum excluſiuum.
81 Et ſi ſtante ſtatuto, vt fæmina dote ſit contenta, an dicatur excluſa à dote in qua fuit inſtituta.
82 Differunt an per reintegrationem fæmina admittantur, an per ſucceſſionem, remiſſiuè, & num. 83.
84 Fæmina cenſetur excluſa ſemper quoad maſculos, nō quoad dominum directum, qui tenetur reinueſtire.
85 Fæmina admittitur ſemper ſtante pacto inueſtituræ ne ſemel excluſa cenſeatur excluſa.
86 Item ſi ſemel fuiſſet admiſſa non excluderetur à maſculo poſtea ſuperueniente. Idem in primogenitura, nu. 88. limita n. 90. & ſeqq.
87 Qua tamen decedente maſculi ſuccederent.
89 Fæmina deſcendens ab excludēte præfertur maſculo alterius lineæ.
90 Quando fæmina admiſſa excludatur à maſculo ſuperueniente, & num. ſeqq.
91 Filiæ iam poſſeſſores feudi partis paternæ excluduntur à maſculo ex fratre.
92 Ex fæmina ſemel admiſſa ſi naſcantur maſculi, & ex aliquo eorum naſcatur maſculus & foemina, maſculus erit præferendus & ratio. ſub eod.
Traditur caſus ſi feudum ad foeminam peruenerit, deinde in eo maſculi ſuccedant, & deinde foeminæ, vt hę ſi ſint proximiores alijs maſculis concurrentibus præferantur. ſub eod. n. 93.
94 Hæc excluſio à nullo alio allegari poteſt, quàm ab eo, cuius intereſt, ſcilicet ab agnato.
95 De feudo foemineo & alijs eius formulis, remiſſiuè.

Et

ET in hanc formulam, Pro ſe & fœminis aliquando eſſe hæredem, aliquando non eſſe, iuxta vel delatam, vel non delatã hæreditatem cadet occaſio, vt ex declaratione ſenſuum, qui ad hanc formulam applicari ſolent conſtabit: & primò.

1 † An fœminę vnà cũ maſculis ſuccedere
habeãt? & dicitur in feudorũ materia quod non, *Bart. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. n. 5. ff. de op. libert. Menoch. conſ. 391. num. 14. et ſeqq. lib. 4. et conſ. 930. nu. 6. lib.* 10. nam ſuccedent ſolùm poſt maſculos, q̃ omnino defecerint vt patet ex præcit. & ità in his term. in indi-
2 uiduo † Imò verò in fortioribus putà in
formula *Tam maſculis quam fœminis magis comm. eſſe* fęminas non ſuccedere vnà cum maſculis *teſtatur excellemiſſ. D. Protopręſ. Morot. reſp. 29. nu. 4. et ſeqq. Menoch. conſ. 506. num. 17. et ſeqq. lib. 10. conſ. 973. nu. 1. et ſeqq. eod. lib. 10. vbi nu. 14. et 19. refert ità iudicatũ.* & admittit hanc eſſe comm. opin. licet ex rationib. vt per eum, ab hac recedendum cenſeat *Surd. in conſ. 317. num. 16. et ſeqq. pręſertim num. 19. lib. 3. et ad Burſat. conſ. 63. ſub num. 11. lib. 1.*
3 † Niſi (& ità ipſe limita) eſſemus in feudo
improprio, & in omnes alienabili; quia fęminę expreſſim vocatę ſimul cum maſculis
4 ſuccederent † Quicquid eſſet difficultas,
ſi non expreſſe eſſent vocatæ, ſed tantum tacite, ſub aliqua forte verborum vniuerſalitate *vt per Surd. in conſ. 407. num. 4. et 5. ad fin. et num 6. 26. ſub 34. verſ. ſecundum. et verſ. ſeq. vbi ità fuiſſe indicatum* Ceſſaret verò omne dubium, & manifeſtum eſſet quod ſimul
5 ſuccederent † vt in caſu D. Morot. vbi non
ſolum fęminę expreſſę ſed & clauſulę adiectæ vniuerſales *in d. reſp. 29. ſub d. num. 6. iunctis num. 7. 8. et 9. vſq: ad verſ. ſecundo produxit, excluſiuè,* & ſic vtriſque ſimul inter-
6 currentibus † Quemadmodum ex aduersò
vbi vna aut altera tantum non ſufficeret ad includẽdam ſimultaneam ſucceſſionem, vt ex clauſula generali ſolùm, fœminas ſimul non venire dicit *Menoch. d. conſ. 973. nu. 18.*
7 *lib* 10. † & hoc ipſum, quod fœminę ſimul
vocatæ non cenſeantur multò magis intraret & minus dubiè, ſi obſeruantia ſubſequuta indicaret non ſimultaneam ſucceſſionem, ſed ſucceſſiuam poſt maſculos, *vt ibid. Menoch. ſub num. 19. verſ. ſexto admiſſo.*
8 † Vel etiam ſi ſimus in expreſſis, putà ſtan-
tibus verbis vocantibus in caſum deficientium maſculorum: *vt vel his deficientibus; in eorum defectum, cum maſculi ex me defecerint, deſinant, vel deceſſerint, Ità vt fœminę ſuccedant donec, quouſque, quoad, vel quamdiu, etc.* vel ſi vocentur in caſũ, *quo filij maſculos non habeant tum fœminæ ſuccedant ad Oſaſ. dec. 23, num. 53. Garzon. de fam. ad feu. recip. ſub num. 57. ante fin. Soc. iun. conſ. 1. nu. 1. et ſeqq. lib. 1. Menoch. conſ. 105. nu. 75. lib. 1. D. Morot. reſp. 23. num. 15. Roſ. cap. 7. concl. 39. et 45. nu. 15. et ſeqq. Bart. in l. ſi mihi et Titio num. 6. et ibi Iaſ. num. 12. verſ. quartum fundamentum*
9 *ff. de verb. oblig.* † Vel vbi verba *Vſq; ad vnũ*
Ruin. conſ. 169. num. 2. lib 1. et in dec. noſt. Flor. 50. num. 16. 17. et ibi à num. 11. vſque ad num.
10 *32.* † Vbi de vocib. *Tam, et quam, quouſque vi-*
xerint, ſtatim ſecuta morte bona reuertantur ad dominum directum, ad tertiam generationem ad vitam aut ſi eſſet aduerbiũ tunc, & in ſpecie ſucceſſionis fęminę poſt maſculos *Surd. dec.*
11 *95. ſub num. 28.* † vbi de clauſula *extantibus*
maſculis importare ſuſpenſionem, & idem operari ac ſi dictum eſſet *donec erit aliquis maſculus, & ad Bart. d. num. 5.* & huc confert *tex. ſub tit. de eo, qui ſibi maſc. & fœm. feud. acq. in illis verbis contex. Vel his deficientibus.*
12 † Quæ ſunt attendenda non obſtante ru-
brica nigro diſſimili, quia non poteſt rectè argumentari à rubro ad nigrum ſtante diuerſitate, *vt in ſpecie Roſ. in cap. 7. concl. 45. num. 17.* (quicquid hoc argumentum extimeſcat *Ozaſc. in dec. 23. num. 53. ad fin. & nu.*
13 *54.*) † neque enim erat extimeſcendum, cũ
regula ſit ſtandum eſſe nigro aliter ſe habenti, nõ rubricę, *Euerard. in loco lega. à rubr.*
14 † Maxime vbi nigrum eſt generalius *Alb.*
Mand. ad l. 1. numer. 10. & ſeqq. ff. de reb. cred.
15 † Aut vbi non ſumus in dubio, ſed nigrum
eſt clarum, & certum, nam generalitas rubricę ad nigrum reſtringitur *Carpan. ad ſtat. Mediol. cap. 173. num. 11. & 16.* vide caſus diſtinguentem *Gabr. conſ. 12. per tot. lib. 1. Maſc. de gener. ſtat. interpr. concl. 2. num. 189. 201. et ſeqq. et ad dec. noſt. Flor. 46. num. 78. et dec. ſeq.*
16 *num. 38. et ſeqq.* † *vbi num. 39.* generalitatem
rubricę non attendendam, ſi verbis in nigro contentis ſit contraria, confert ad eandem ſpeciem *tex. viden. in tit de duob. fratr. à capit. inueſtit. 18. lib. 2.*
17 † Aliter & ſecundus caſus ſit, quod ex eo
quod fœminæ ſtante hac formula non intrant regulariter vnà cum maſculis, intrent propterea ſucceſſiuè in caſum defectus maſculorum & poſt eos, prout verbum *deficere* præexiſtentiam rei, vel perſonæ ſupponit proprie loquendo, licet impropriè, etiam ſine præexiſtentia poſſit intelligi.
18 † Vt *deficere* idẽ ſignificet, *quod non exiſtere*
ad Pariſ. conſ. 19. num. 164. lib. 2. Ozaſ. conſ. 74. numer. 10. in fin. et numer. 11. 12. 49. et 50. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 6. num. 2. Morot. reſp. 89. num. 6. Cabal. conſ. Ciu. 164. 164. nu. 14. lib. 1. alia Surd. quem vide, in conſ. 236. num. 3. et numer. 38. et ſeqq. lib. 2. in conſ. 336. num. 1. et 5. lib. 3. Peregr. de fideicom. art.
19 *18. et 29. num. 18.* † & in term. feudi verbum
deficere intelligendum & importare idem

quod

Digitized by Google

quod per mortem Menoch. conſ. 933. nu. 14.
et ſeqq. lib. 10. ſic pro non exiſtere in conſ. 50.
num. fin. lib. 1. et in tit. de inueſt. quam tu. accep.
à Sempr. 13. lib. 2.
20 † Quinimò intent vlterius fæminæ in
defectum vocatę etiam eo caſu, quo tempo-
re mortis ipſius Acquiſitoris nulli extarent
maſculi, ità quod ipſæ ſolæ eſſent, nam &
hoc caſu ſuccederent ad Peregr. de fideic. d.
art. 18. num. 17. et ad art. 29. num. 18. 19. 20. et
in term. quod. fæmina hoc caſu non exiſtentibus
maſculis ſuccedat eſt tex. in §. filia verò. ibi filijs
non extantibus et ibi Bald. de ſucceſſ. feu. §. quin
etiam. tit. Epiſc. ; vel Abb. aliique citati per
Surd. in conſ. 353. ſub num. 15. ad fin. lib. 3. Zaſ.
21 de feu. par. 8. de feu. ſucceſſ. num. 46. † Et hæc
niſi fæminæ ſimul cum maſculis eſſent vo-
catæ Burſat. conſ. 63. numer. 10. 11. lib. 1. quo
caſu quis dubitaret quin ſimul ſuccederét
cum maſculis?
22 His ſenſibus pręmiſſis, qui in tres cadunt
ſignificatus, vt fæmina primò ſimul cum
maſculis non ſuccedat; vt ſecũdo ſuccedat
maſculis nullis extantibus; vt tertio eis qui-
dam extãtibus ſed poſtea deficientibus ſuc-
cedat: Veritas quod poſſit fęmina eſſe hęres
poſſit & non eſſe, optime verificabitur:
23 † Nam in caſibus non exiſtentiæ vel defe-
ctus filiorum: ſi ipſa ſola ſit relicta à defun-
cto, hæc erit & hæres, ac feudum retinebit
tex eſt notand. in tit. de duob. fratr. à cap. inueſt.
vbi filiæ defertur feudum, quæ filia eadem
hæres nominatur ibid. ad fin. ibi ſi tamen is
qui filiam reliquit ſine hærede deceſſiſſet: Ecce
quod decedendo cum filia, cum hærede
deceſſiſſe præſupponit, ſicut è contrario ſi
ſine ea etiam ſine hærede. & cui filiæ (quod
amplius eſt) commune illud axioma accõ-
modat ad litteram ibi vnuſquiſque enim ſibi
24 ſuiſque hæredibus videtur proſpexiſſe † Fac
tamen filiam vltimi defuncti non eſſe capa-
cem, quia vſque ad eam ſe non extendat in-
ueſtitura, ad certas perſonas fortè reſtricta,
inter quas nõ ſit filia hęc, ad eſſe tamẽ amit-
tam, quę ſit intra numerum perſonarũ cõp-
henſarũ, hic filia erit hęres, nõ tamen feudũ
habebit: Amita feudũ habebit, aut emphy-
teoſim; & non erit hæres cum hæres ſit fi-
lia, & ecce caſum, in quo ſuccedetur in feu-
do ab eo, qui non ſit hæres; ſed id Cur ità?
niſi quia delata hęreditas non fuit, exiſtente
filia cui delata prout ità fuit iudicatum vt in
dec. flor. 51. numer. 31. 32. et per tot. inter noſt.
25 † Et idem ſi fortè fiſcus ſucceſſiſſet vltimò
defuncto ob aliquod eius delictum, nam &
hic proximior, licet non hæres, capiet em-
phyteoſim ad fiſcum non tranſmiſibilem,
vt in alia dec. flor. 62. num. fin. et per tot. etiam
in noſtris.
26 † Poſſent addi pro corollario alia ad hãc
formulam, An putà, ſufficiat vel momento
extitiſſe liberos, qui mox deceſſerint ad hoc
ne fęminę admittãtur per ea, quę dicuntur,
ſufficere, vel momento extitiſſe conditionẽ
l. cum vxori. C. quam dies leg. vel fid. ced. l. hæ-
redib. in princ. ff. ad trebel. l. 2. cum. ſeq. C. de
poſt. hær. inſtit. Tiraq. in l. boues. §. hoc ſermone
nu. 127. ff. de verb. ſign. in l. ſi vnquam. in verſ.
ſuſceperit liberos. numer. 151. 153. C. de reuoc.
don. Natt. conſ. 191. num. 7. conſ. 200. ſub nu.
7. Gabriel. com. concl. de fideic. lib. 4. cõcl. 7. n. 1.
27 † & quod conditione deficiente deficit effe-
ctus Crau. conſ. 985. num. 116. conſ. 1000. pro
gene. numer. 392. 395. 396. vbi in feudis Surd.
28 dec. 202. num. 5. et 10. † Et ſi plures ſint con-
ditiones omnes verificari neceſſe eſt, vt ſit
locus diſpoſitioni Surd. dec. 135. num. 1. niſi
29 vt in caſu Surd. conſ. 487. n. 10. lib. 4. † & ante
aduentum conditionis actio non competit.
Id. conſ. 403. num. 2. et ſeqq. numer. 40. et ſeqq.
vbi late diſtinguendo, & declarando mate-
30 riam hanc, et Idem dec. 144. num. 12. † & de-
bet probari conditionis euentus Id dec. 210.
num. 5. et conſ. 238. lib. 2. in conſ. 410. ſub num.
56. et ſeqq. vbi in feudis, & fęminis ad ea aſpi
31 rantibus. † Etiam ſi actus ſit momentaneus,
quia hunc operari in materia feudi tradit
32 Menoch. conſ. 1. num. 472. † & ſufficit ad ius
33 acquirendum Crau. conſ. 995. num. 15. † Et
eſt in conſideratione momentum Marſ.
Sing. 671. 677. Ozaſc. conſ. 13. num. 36. et ſeqq.
34 † Id quod etiam procedit tametſi filij non
ſucceſſerint Caſanat. conſ. 4. num. 6. et à num.
92. vſque ad num. 104. et conſ. 6. numer. 43. D.
Tepat. lib. 2. de cond. in gen. col. 3. ſub prin. verſ.
quoad conditionis: & paulò poſt verſ. condi-
tio ſi deceſſerit ſine hęrede Ceph. cõſ. 46. ſub n.
41. 44. lib 1. cõſ. 484. n. 30. 31. lib. 4. et in term.
noſtris eſt deciſio Iſern. ad. tit. Epiſc. vel Abb. §.
quin etiam. num. 4. vbi ait gloſ. contra tenentem
non videri continere veritatem: refert. ibid.
Affl. ſub num. 16. et 17. Curt. de feu. par. 3. q.
27. ſub num. 32. col. mihi. 3. pag. 352. ſub princ.
poſt verſ. retenta igitur, alios referens Ruger.
conſ. 1. ſub num. 129. Marc. dec. 169. ſub nu. 6.
35 par. 2. † Verùm fædere diſtinctionis poſsũt
omnia conciliari, & bene intelligi, diſtin-
guendo partum vitalem à non vitali, vt ſi
vitalis, quia natus tempore debito, deficiat
conditio, & fæmina non ſuccedat, ſin mi-
36 nus, ſuccedat, † quia partus non vitalis ha-
betur pro mortuo Surd. dec. 138 ſub num. 16.
37 et 19. † Et pro non nato Capol. conſ. 50. n. 5.
38 † Et quaſi non extitiſſet, quia non perſeue-
rauerit ibid.
39 † Et ita conciliat opiniones contrarias
Affl. in d. §. quin etiam. ſub num. 18. & 19. tit.
40 epiſc. vel Abb. † & hęc eſt communis diſtin-
ctio in omni materia, an partus ſit vitalis an
non, an veriſimiliter viuere potuiſſet an nõ,
an

Digitized by Google

an legitimo tempore editus an non, an ex-
tractus an non, & ſi extractus, an veriſimili-
ter (vt dictum eſt) viuere potuerit nec ne
Gabriel.conſ.55.in fin. lib.1. Angel.Peruſ.cõſ.
51.col.2.ad fi.Cepo.conſ. ciu.50.à num.5. ad 8.
Magon.dec.Flo.41.per tot..Affl.dec.236.Crau.
conſ.210.num.56.Clar.in §. teſtamẽtum.q.45.
verſ.vlt.Boer.dec.220. Marſ.ſing. 106.col.mi-
41 hi.4.poſt princ. † Latiſſime alijs cumulatis &
de magis comm. (traditis ſignis ad cognoſ-
cendum quando ſit vitalis quando non, de
fide obſtetricum, & earũ electione, de cauſis
abortũ cauſantibus aut partus immaturos,
de partu ſeptimeſtri, & alia Menoch. cõſ.284.
per tot.lib.3.& conſ.880 lib. 9. vide etiam dec.
42 noſtr.bon.42.num.29. & ſeqq. † vbi an noni-
meſtris, an in octauo menſe natus quis præ-
ſumatur, & quando ſit nonimeſtris, & etiam
octimeſtrem eſſe vitalem ibi vide cum citat.
43 † dicit tamen Affl.in d.§.quin etiam.ſub nu.20.
natum in octauo menſe non haberi pro fi-
lio, & ita conſuluiſſe & iudicatum fuiſſe in
ſacro Regio concilio, & ita eſt & extat eius
44 dec. 236. † ſed plura alia iudicata in contra-
rium remiſſiue vide in d.dec.noſt.bon.42. ſub
45 nu.32. † Et contrà eand.dec..Affl. inſurgit Boer.
d.dec.220.& alij (vt apud Vrſil. ad eand. deciſ.
236.ſub num.1.verſ.ſin autem partus, &c. vbi
an ſufficiat, quod partus viuus oriatur &
an etiam oporteat eſſe vitalem pro, & con-
tra vt ibi, & nouiſſimè impugnat d.dec..Affl.
Sfort.Od conſ.28.eo relato ſub numer.4 & 14.
iunctis nu.23.& ſeqq.Burſ.conſ.63.nu. 20.21.
46 † Sed pro opinione Affl. & Petr. Vrſil.
cum per eum citat.ad eand.dec.236. video ſta
re alia iudicata vt Magon.& Boer. ſupra, qua-
tenus (quantum ad hoc) quod natus in octa-
uo menſe non ſit vitalis non diſſentit Affl. vt
patet ſub num. 2.d. deciſ. 236.& ſub num.4.5.
quicquid ſit quoad aliam quæſtionem, an
etiam ſuppoſito, quod nõ ſit vitalis ſufficiat
vel momento vixiſſe ad effectum, quod ſit
locus ſucceſſioni huius, vel illius, & ad alios
huiuſmodi, de quibus per Vrſil. in princ.add.
quam quæſt. videtur decidere tex.c.nam & ego.
de verb.Sign. vbi non dici natum, qui ſtatim
deceſſit, ad litteram, quem ibi citat Vrſil.poſt
Tiraq. vt ibi pro opinione Affl. quem ibi Vrſil.
47 poſt Tiraq. ipſum ſequutus fuit. † Cæterùm
quicquid ſit de iſta controuerſia in alijs; cer-
te in materia feudi, quod natus, & illicò
mortuus non excludat fæminas videtur eſ-
ſe communis opinio, de qua teſtatur Ruger.
conſ.1.ſub num.129.ex Bertr.(qui ita obſerua-
ri ait) in conſ.276.ſub numer.1.vol.1.par.1.&
ex alijs relatis, & ſequutis per Tom. de Mar.de
gen.& qual.feu.tit.11.num. 32.per tot. & etiã
de communi Hond.conſ.54.num. 37.lib.1.Clar.
in §.feudum.q.80. in fi. & videtur ratio vrge-
48 re † quia mors ſubitò contingens non acci-
dentaliter, ſed naturaliter dicitur ſuperue-
nire vt per Ruger.d.conſ.1. num.112. & ſeqq.
num.119.& ſeqq.iunctis num.60. verſ. quarto
49 quia, & nu.ſeqq.& etiam d.nu. 129. † At dicta
opinio quod fęmina ſuccedat ſi filius illicò
moriatur eſt æquior teſte Zaſ.de feu. par.8.de
feu.ſucceſſ nu.47.in fi. & refert. Tom.de Mar.
d.tit.11.ſub d.nu.32.& humanior, vt ait Iacob.
à S.Georg.in ſua inueſt.verſ.& fæminis. ſub nu.
11.de communi & æquiori, relato Ozaſc. etiam
Burſat.conſ.63. nu.18. lib.1. quam alia quod
mometum ſufficiat ad faciendum deficere
50 conditionem † Ideò tenenda æquior opinio
vtroq; caſu; vt ait ibid. Burſat. Aut ſane opi-
nio diſtinguens de partu vitali aut non (vt
concilians) omninò ſequenda per ea, quæ
dicit Vrſil.ad eund.in d.dec.236.num.1.
51 † Vbi quod partus congruo tempore edi-
tus, licet illicò mortuus, facit deficere con-
ditionem, ſicut e contra incongruò non fa-
52 ciat † & multò magis, vbi non eſſemus in
verbis conditionalibus, in quibus verè pro-
cedit quod ſufficiat conditionẽ vel momẽ-
to extitiſſe, ſed in fæminis poſitis diſpoſiti-
uè, ita ſcilicet pro ſe maſculis, et fęminis, vt nota-
uit Tom.d.num.32.ex Iacob.de S.Georg. in ſua
53 inueſt.verſ.et fęminis. ſub num. 11. ad fin. † &
ibid.etiam quis dicatur illicò deceſiſſe: quod pa-
riter et Tom. dixerat ſub d. nu.32.in fi.et Affl.
ad. d.§.quin etiam. num.18.tit. Epiſc.vel Abb.
Marc.dec.169.ſub num.7.Burſat.conſil.63.ſub
num.17.vbi refert Mar. mox cit. & ſaltem ar-
bitrio iudicis remittit.
54 † Eo vero caſu, quo fęmina cenſetur ex-
cluſa intrat alia quæſtio, an in perpetuum,
an verò ad tempus, & reſolutio pendet ex
præcedentibus, vt ſi vocatæ ſint in caſum
deficientium liberorum maſculorum non
niſi ad tempus cenſeantur fęminæ excluſæ,
ideſt durantibus, & viuis maſculis: ad ſupra
num.3.et ſeqq. & ideò ſemel excluſæ non ſẽ-
per excluſæ cenſebuntur: ſin verò ſint ſim-
pliciter vocatæ & ſic in caſum non exiſten-
tiæ maſculorum ex maſculis extantibus ſe-
mel excluſę, erunt & in perpetuum excluſę
vt eſſe Comm.& communiorem opinionẽ,
ita quod contrarium dicere eſſet contra ſti-
mulum calcitrare dicit Vult.part.1. q.9. ſub
num.51.vbi plenè vſque ad nu. 56. Roſ. cap.7.
concl.44.num.13.et glo.l. vbi ita iudicatum re-
fert cum alijs citat.in dec.noſtr.Flor.50.num.3.
et ſeqq.num.11.et ſeqq.nu. 33.et 36.et per tot.
vbi in caſu deficientium maſculorum pro
fęminæ ſucceſſione fuit iudicatum Brun.ſu-
per ſtat.quod extant maſc.art. 10.numer.62.et
art.13.num.63.et 26.Burſat.conſ.63.num.17.
Hond.conſ.54.numer.34. et ſeqq. lib.1. Fachin.
contr.iur. lib. 7.cap. 45. vbi remouet omnia
argumenta contraria & ità male Mant.con-
trarium ſentiens de tac.et amb. lib.23. tit.35.

quia, vltrà quòd loquitur contra Com. nec
poteſt tollere verba *de tex. in d. §. quin etiam*
Emje. vel Abb. illa relicto maſculo vlterius fæ-
minæ non admittuntur, quæ ſunt abſoluta *ad*
infra tit. de refutat. cap. 54. part. 2. ſub num. 35.
et part. 3. num. 3. et 4. et ad cap. 50. ſub num. 8.
quicquid ipſe dicat *ibid. ſub nu. 19. latè Piſto.*
pro intelligentia huius §. quin etiam: part. 3. qu.
fin. 30. Præterea cum fæminæ vocatæ ſint in
ſubſidium amplius non ſunt admittendæ:
55 † Quia ordinarium facit ſubſidiarium ceſ-
ſare *ad dec. noſtr. bon. 36. nu. 3. et Flo. 20. n. 60.*
56 † & habemus ſimile de fratre in quem pro-
uiſio de eo facta ceſſat, & filij præferantur,
nec frater amplius admittatur nato filio *vt*
in l. tale pactum. §. pater qui dotem. ff. de pact.
Idem ſi filijs fratris fuit ſtipulatū. de Ponte. cōſ.
23. ſub num. 20. et Aleiat. de eo qui ſibi etc. n. 6.
57 *vbi vide* † Et quia quando diſpoſitio ſemel
ſortita fuit effectum ſuum in perſona maſ-
culorum, & in eis impleta, iam fęminis non
poteſt eſſe locus *ex reg. l. bouei. §. hoc ſermone*
ff. de verb. ſigu. ad Ruin. conſ. 117. num. 8. iunct.
(ad huius declarationem) nu. 8. et 9. lib. 2. Mol.
de Hiſp. primog. lib. 1. cap. 6. num. 20.
58 † Et vbi ſubſtitutio ſemel fuit extincta non
reuiuiſcit Menoch. *conſ. 413. numer. 29. libr. 5.*
59 † Nec ius ſemel extinctum, *vt in ſpetie Iſer.*
quem refert Menoch. in conſ. 331. nu. 61. et 53.
lib. 4. licet male contrariam opin. ſequatur
ſed non firmiter, vſus propterea, alio etiam
fundamento *num. 55. et ſeqq.* ad firman-
dum ſuam ea in re ſententiam & reſpon-
ſum.
60 † Id quod ampliari poteſt, vt fęmina ex-
cluſa etiam ab ea deſcendentes maſculi ex-
cluſi cenſeantur *Surd. in term. conſ. 85. nu. 10.*
et ſeqq. vbi V. num. 24. Balzar. de ſucceſſ. feu. ad
priuc. ſub numer. fin. plenè Mant. de tac. et amb.
lib. 23. tit. 36. per tot. Menoch. conſ. 172. per tot.
lib. 2. conſ. 400. num. 34. et ſeqq. vſq. ad nu. 45.
lib. 4. et præſertim num. 37. conſ. 986. num. 36.
in conſ. 976. num. 10. vbi plures cumulat in em-
phyteoſi, et feudo. lib. 10. et in conſ. 1036. lib. 11.
61 † Sic Primò excluſo à primogenitura, &
omnes deſcendentes ex eo cēſentur excluſi,
vt dicit Menoch. conſ. 442. num. 12. 13. libr. 5.
62 † Et eſt regula quod excluſio extenditur ad
omnes deſcendentes excluſi *Crau. conſ. 177.*
num. 4. conſ. 184. num. 2. tanquam ex radice in-
fecta ad eund. conſ. 206. Surd. conſ. 95. num. 10.
verſ. attamen prædictis, et dec. 41. num. 7. et 8. et
iterum in dec. 239. num. 8. conſ. 316. conſ. 355.
num. 45. et ſeqq. lib. 3. Natt. conſ. 581. num. 29.
63 *vbi in ſtatutis et num. 30. vbi in baronia* † falle-
ret tamen in renunciatione præmortuo eo
cui fuit renunciatum, ante ipſum renun-
ciantem *Do. Præſ. Morot. latè reſp. 22. per tot.*
Surd. etiam in feudo conſil. 446. nu. 19. et ſeqq.
libr. 3. aut ſi ex propria perſona venirent
Menoch. in feudis conſ. 986. num. 41. lib. 10.
64 † Limita verò vt ſemel excluſa non ſem-
per cenſeatur excluſa, ſi in contrarium ex-
tet conſuetudo *Roſ. cap. 7. concl. 44. num. 75.*
Affl. de nat. ſuc. feu. nu. 43. vbi hanc conſuetu-
dinem eſſe in Regno. *Petr. de Grego. de conceſſ.*
feu. par. 6. q. 16. nu. 7. Bal. in l. quoties. C. de ſuis
et legit. Burſat. conſ. 63. ſub num. 9. lib. 1.
65 † Limita ſecundò vt non cenſeatur ſem-
per excluſa à feudo improprio vel hæredi-
tario *Surd. conſ. 384. ſub num. 31. et ſeqq. lib. 3.*
66 *in conſ. 407. num. 26.* † vbi ſimul cum maſcu-
lis ſuccedere ad inſtar allodialium *Menoch.*
conſ. 331. num. 55. et ſeqq. et conſ. 400. nu. 17.
lib. 4.
67 † Vbi tamen *V. num. ſeqq.* contradicit
Pariſ. conſil. 23. numer. 55. lib. 1. Ozaſt. conſ.
38. num. 44. Gayl. lib. 2. obſ. 148. numer. 3. in fi.
68 † Non ſi feudum ſit hereditarium mixtum
tantum *Menoch. d. conſ. 400. num. 25. et ſeqq.*
69 † ſecus ſi hæreditarium abſolute vt per cit.
idque ad inſtar allodialium, in quibus ſem-
per fęmina ſuccedit maſculis deficientibus
iuxta pręcit. et Pariſ. conſ. 22. n. 17. d. conſ. 23.
num. 52. lib. 1. vbi ratio, Surd. dec. 95. num. 26.
et 27.
70 † Vbi in emphyteoſi Eccleſiaſtica, licet
ſecus in feudo, & adducitur per eum alia ra-
tio, quia bona nō ſint illius primi, ſed illius
71 vltimi. † Vel, etiam ſi extent, ſi tamen actu
non ſuccedant *Surd. conſ. 416. nu. 14. 15. 16.*
72 *lib. 3.* † Aut ſi excluſæ ab hæreditate Patris
non tamen poſtea ab hæreditate fratris
Gayl. obſ. 148. num. 7. lib. 2.
73 † Nec tametſi proximiores fęminæ pro-
pter maſculos excluſæ fuiſſent eo caſu, quo
ad tempus tantum fuerunt excluſæ, remo-
tiores erunt excludendæ, ſed admittendæ
Ruin. conſ. 154. num. 7. lib. 2. Surd. conſ. 446.
num. 19. 20. 21. lib. 3.
74 † Vbi in renunciatione fæminę ſi fratres,
aut maſculi nolent, aut non poſſent ſucce-
dere *& in conſ. 138. num. 12. in conſ. 233. nu.*
3. & ſub num. 14. verſ. & non mouet.
75 † Vbi paria non ſuccedere, vel non eſſe
in rerum natura *& conſ. 473. num. 5. lib. 4.*
76 † Vbi quod excluſio facta fauore certarū
perſonarum, ceſſat eiſdem ceſſantibus, ità
quod fæminę non cenſeantur perpetuò ex-
cluſæ, *vt per Gayl. d. obſ. 144. num. 10. & ſeqq.*
lib. 2. Houded. conſ. 54. num. 6. lib. 1. Surd. dec.
95. ſub num. 27. & ſeqq. & dec. 252. num. fin.
& vtrobique concord. D. Morot. reſp. 7. per tot.
reſp. 23. num. 14. & ſeqq. Gayl. obſ. 144. num. 5.
77 *lib. 2. Menoch. conſ. 1170. num. 28.* † Ambo de
muliere dotata excluſa à ſtatuto, *vel quonſq;*
&c. extabunt maſculi. Vel ſi abſolute ſeù ſim-
pliciter *n. 29. lib. 12. & per tot. conſ.* vbi etiam
de renunciatione, *Mol. de Hiſp. primog. lib. 1.*
cap. 6. numre. 21. 22. verſ. hæc autem re-
gula

78 *gula* † Vbi in maioratibus, quod maſculus
ſemel excluſus non ſemper tamen *Mantic.*
79 *de Coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. ſub nu. 11.* † Vbi
idem in fideicommiſſo perpetuo *Surd. dec.*
80 *84. nu. 9.* † vbi fæminas ſuccedere in fidei-
commiſſo nõ extantibus maſculis vocatas,
non obſtante ſtatuto excluſiuo fęminarum
Laderch. conſ. 25. ſub num. 4. ſub verſ. quarta
81 *exceptio.* † vbi fęminam in dote inſtitutam
non dici excluſam, etiamſi extet ſtatutum,
vt ſit conteńta dote ſibi relicta, nec vltra pe-
tere poſſit. *Hond. conſ. 9. per tot. 14. per tot. lib.
2. et in dec. noſtr. Flor. 55. per tot. D. Protopraſ.
Morot. reſp. 23. num. 16. Parſ. de put. de feudi*
82 *reintegratio.* † Ex quibus de reintegratione
fæminarum, & de differentia an per reinte-
grationem fęminæ admittantur an per ſuc-
83 ceſſionem. † Sed hæc nimis à remotis, & de
quibus ſunt tract. *vt Brun. ſuper ſtat. excluſ.
fæm. Gabr. de ſtat. concl. 4. lib. 6. vbi latè ampliã-
do et limitando.*

84 † Limita tertio vt fęmina ſemel excluſa
ſemper cenſeatur excluſa quoad maſculos,
ſeu agnatos, non autem quoad dominum
directum, quia is tenetur eam reinueſtire.
*Clar. in §. feudum. q. 80. verſ. ſed quæro. Bero.
conſ. 67. num. 50. 51. lib. 1. Ioan. Bapt. Ferret. in
conſ. 108. in fin. cum alijs cit. per Menoch. et quos
ipſemet ſequitur in conſ. 986. ſub num. 41. verſ.
ſeptimo, et vltimo lib. 10. vide tamẽ ſupra c. 34.
nu. 96. 97. et adde Gallup. in meth. feud. par.
4. c. 7. nu. 21. vbi generaliter an dominus tenea-
tur reinueſtire.*

85 † Limita quarto ſi inueſtituta contineat,
*ita quod fæminæ ſemel vel pluries excluſæ, etiã
admitti valeant vt apud Menoch. conſil. 110. in
facti ſpecie ſub verſ. anno 1532. lib. 2.*

86 † Limita quinto vt quatenus fęmina ſe-
mel fuiſſet admiſſa, & feudum poſſediſſet
non amplius à maſculo ſuperueniente ex-
cludi poſſet *Gerar. contra Obert. in §. ſimiliter
ſi quis inueſtitus: de Cap. qui cur. vẽd. in §. ſi quis
miles. tit. Conſtit. feu. loth. reg. Curt. de feu. par.
3. mem. 1. num. 33. ad fin. vbi rationes. Surd. cõſ.
502. ſub num. 14. verſ. ſic è contra. vbi magis*
87 *com.* † vt tamen decedente fęmina maſculi
iterum admittantur *Menoch. conſ. 413. num.
31. lib. 5. conſ. 566. num. 15. lib. 6. Alb. qui de
magis com. conſ. 106. num. 10. & 11. quicquid
Surd.* (ſed per tranſennã) *aliter voluiſſe vi-
deatur in dec. 230. nu. 12. cum in d. conſ. 502.*
aliter ſcripſerit allegato Alb. & alijs, &c.
& magis receptam etiam dicit hanc ſentẽ-
tiam rationibus allatis, & contrarijs ſublatis
Mant. de tac. & ambig. lib. 23. tit. 34. num. 31.
88 *& ſeqq.* † & idem in primogenitura, vt fæ-
mina ſemel admiſſa in perpetuum maſcu-
lus ſit excluſus *Menoch. conſ. 220. nu. 54. lib. 3.*

89 † Quæ quidem limitatio ampliatur, vt in
concurſu etiam maſculi, & fęminę, fęmina
deſcendens ab excludẽte pręferatur maſcu-
lo alterius lineæ ſeu in linea collaterali
*Surd. conſ. 317. num. 38. conſ. 349. num. 21. &
ſub num. 32. D. Morot. reſp. 30. num. fin. verſ.
non obſtat.*

90 † Declata tamen dupliciter, vt primò fæ-
mina etiam admiſſa excludatur à maſculo
ſuperueniente, quando fæminę fuerunt
vocatæ in caſum deficientiæ maſculorum
præſuppoſita eorum exiſtẽtia, & qui poſt-
ea defecerint, quia conſtat de mente, vt
donec ſupereſt maſculus fęmina non poſ-
ſit feudum retinere *ità egregiè Surd. in conſ.
407. num. 36. & ſeqq. lib. 3. & eſt tex. in tit. de*
91 *eo, qui ſibi, & hæred. &c.* † Vbi filię iam poſ-
ſeſſores feudi pro parte paterna excludun-
tur à maſculo filio fratris ſui Patris: nã ipſas
poſſediſſe elicitur ex *verſ. fæminis verò totam
ſui patris partem ſibi* defendentibus iuncto
*verſic. Maſculo quidem hoc feudum totum ſibi
vindicãte*, ex quibus colligitur fęminas fuiſſe
reas, & poſſeſſores contra vindicantem,
actorem. In hac eadem ſententia fuit etiam
*Menoch. conſ. 413. nu. 54. lib. 4. & in conſ. 318.
nu. 40. 41. vbi ità fuiſſe iudicatum contra Mant.
aliter* ſentientem, *& refert hoc quoque Surd.
d. num. 36.*

92 † Et ſecundò, vt ſi ex fęmina ſemel ad-
miſſa naſcantur maſculi; & ex eorũ aliquo
naſcatur vnus maſculus, & vna fæmina
præferendus ſit maſculus fęminę, quia licet
maſculi deſcendant ex radice infecta, atta-
men habito reſpectu ad primum ſtipitem,
non mutabunt ſexum ſuum maſculinum,
ſed vt maſculi cenſebuntur *ità Menoch. conſ.
172. num. 36. lib. 2. & idem in conſ. 331. num.
45. & ſeqq. lib. 4. vbi num. 48. ex Anch. ponit*
alium caſum in fortioribus term. vt quia
feudum ad fæminam peruenerit, ſi deinde
in eo maſculi ſucceſſerint, & deinde fęminę,
ſi ſunt gradu proximiores, ipſæ pręferantur
93 maſculis. † vt propterea præſens declaratio
hanc ſubdeclarationem ad huc reciperet;
pro qua adde eund. *Menoch. conſ. 887. ſub nu.
62. verſ. reſpõdetur & nu. ſeqq. lib. 9. vbi refert
Molin.* (referentem complures eiuſdem
opiniones & Aanchat.) *in tract. de Hiſp. pri-
mog. lib. 3. cap. 5. num. 71. 73. 74.*

94 † Item licito hanc excluſionem neminẽ
alium allegare poſſe niſi Agnatum, vel
Principem quorum interſit eam allegare
*Surd. conſ. 353. num. 21. & 33. in conſ. 371. nu.
52. lib. 3.*

95 † Cæterum alia de feudo fæmineo, & de
alijs eius formulis videri poterunt *Tom. de
Mar. tit. 11. de Gen. & qual. feu. Garzo. de fęm.
ad feu. recip. & c Vult. cap. 9. nu. 25. cum ſeqq.
Roſ. cap. 7. concl. 31. 35. & 42. Doctor. ad tit. de
feu. fæm. in tit. An mar. ſucced. vxori in tit. ſi
de feu. def. §. mulier habens feudum*, cũ alijs
ſimilibus.

CAP.

CAP. QVADRAGESSIMVM PRIMVM.

De formula pro ſe & extraneo.

S V M M A R I V M.

1 *Poteſt quis alteri ſtipulari qui non ſit de deſcẽdentibus.*

2 *Inueſtitura comprehenſi poßunt dici non extranei.*

3 *Sub hac formula eluceſcit hæreditaria qualitas.*
Quia cenſetur ſtipulatum extraneo vti ſucceſſori vel hæredi. ſub eod.

4 *Filij nati faciunt deficere conditionem, vnde amplius extranei non admittantur.*

5 *Poteſt expreſſim inueſtitura contineri vt frater fratri ſine filio decedenti ſuccedat.*

6 *Quod frater fratri aut filia ſuccedat.*

7 *Pactum quod frater fratri ſi ſine hærede decedat, ſuccedat.*
Habebit frater poſt mortem ſecundum tex. feudalet. ſub eod. *&* num. 8.

9 *Speciale eſſe in feudo quod frater fratri ſtipuletur eſt erronea opinio, quia intelligitur fratri vt ſucceſſori, quod fieri communiter poteſt.*

10 *Ratio cur fratri vti ſucceßori poſſit quis ſtipulari, quia non dicitur alteri ſtipulari.*

11 *Perſona extrinſecus non intelligitur.*

12 *At perſona hæredis ſubintellecta cenſetur.*
Etiam in materia ſtrictè interpretanda. ſub eod.

13 *Frater fratri ſi ſtipuletur etiam in caſu contrariæ opinionis, non excluditur qualitas hæreditaria. ſub num.* 14.

14 *Nedum frater ſed etiam extraneus pro extraneo poteſt ſtipulari in feudo.*

15 *Vbi frater fratri ſuccedit oportet eſſe hæredem.*

16 *At ſi iure ſpeciali, vt per Doct. intelligatur ſtipulatum ſuccedetur pro dimidia & filij in ea non ſuccedent.*
Niſi filijs ſit ſtipulatum poſt mortem.

17 *Vt in emphyteoſi* pro ſe & vxore.

18 *In feudo conceſſo à principe, portio vnius accreſcit alteri. Contra num.* 21.

19 *Idque ſi decedat ſine liberis.*

20 *Vxor ſoluet partem pretij ſi emptum ſit.*

21 *In eo an ſit locus iuri accreſcendi vbi* Menoch. *fuit ſibi contrarius vt* 18. *&* 21. *diſtingue vt remiſſiuè & num.* 22.
In feudis regulariter ſicut nec in contractibus non habet locum. Fal. *in titulatis.* ſub eod.
An ſcilicet pro ſe & fratribus abſentibus, an eorum nomine, an ſibi in totum. an pars tantum, *& ſi abſens non ratificet.* ſub eod.

23 *Sed an feudum ſit diuiſibile aut non diuiſibile ad effectus de quibus vt ibid.*

24 *Si intelligatur ſtipulatum vti ſucceſſori culpa fratris ſtipulantis noceret fratri, pro quo ſtipulatum eſt at contra.*

25 *Stipulatio intellecta fratri vt ſucceßori valida & malè qui cenſuerunt non admittendos tranſuerſales, pro quibus fuit ſtipulatum, ex eo quod nemo fuerit pro eis ſtipulatus.*
Et malè quoque matrem nec aſcendentem de linea materna poſſe pro deſcendentibus ſuis ſtipulari. ſub eod.

26 *Comm. opinio vt frater fratri ſtipulari poſſit facilius procedet in quibuſdam caſibus.*
Si conceſſio fiat à Principe ſupremo, ſi per verba inflexa, ſi cum iuramento, ſi præſens cui ſtipulamur. ſub eod.
Quæ & feudis applicantur. ibid.

27 *Et in emphyteoſi.*
Quid quando apponitur pactum rei alterius. ſub eod.

28 *Generale eſt, cũ verba obligatoria vel executiua non referuntur ad alterum ſed vbi vtrunque refertur ad eum qui ſtipulatur, vt promittis mihi dare nomine Titij, vt ſit valida ſtipulatio.*

29 *Et tunc ad tertium non ad ſtipulantem pertinet vtilitas, qui actiones ſibi ipſi acquiſitas tertio illi cedere tenetur.*

30 *Aliàs non ſubſiſteret ſtipulatio.*

31 *Etiam in cauſa dotis niſi extraneo ſtipulante.*

32 *Stipulatio alteri facta conualidatur ratificatione ſubſequuta.*

33 *Etiam tacita ex rei (putà) poſſeſſione aut ex ſcientia abſque improbatione.*
Vt in emphyteoſi pro ſe & vxore. *ibid.*

34 *Vbi res eſt penes eum cui fuit ſtipulatum transfertur dominium.*

35 *Deſideratur ratificatio abſentis, niſi Notarius ſtipulatus ſit pro eo quia acquiritur actio hoc caſu abſenti etiam citra ratificationem ex* Surd.
Ratificatio re ipſa inducitur. ſub eod.

36 *Quando ſit neceſſaria & quando non.*
Sed melius remiſſiuè vt. ſub eod.

37 *Alia de ratificatione ex ſcientia etiam præſumpta remiſſiuè.*

38 *Defuncto decedente ſine filio feudi capace, ſed relicto extraneo hærede, an alter extraneus cõprehenſus amittat feudum, quia ſibi non ſit delata hæreditas ſed alij.*

39 *Quod dicitur ante acceptationem donationem non acquiri quomodo intelligendum.*

40 *Ex duobus donatarijs ſufficit alterum acceptaſſe.*

O Po-

1 POteſt † præterea quis ſibi, & alteri, qui
non ſit de ſuis deſcendentibus, ſtipu-
lari, vt fratri, vt vxori, & cęteris ſimilibus,
qui non ſuccedunt ex natura feudi, & ideò
vocari poſſunt extranei *ad glo. in §. Titius*
2 *filios. verſ. per annũ, ſi de feu. def. &c.* † Qui tñ
ſi ſint Inueſtitura comprehenſi, poſſunt nõ
extranei dici, *vt per Purpur. in conſ. 367. ſub
num. 83. ſequitur Surd. in conſ. 349. num. 38.
lib. 1.*

In hac autem formula hæreditariam elu-
ſceſcere qualitatem poſſe, vel ex eo intelli-
3 gamus. † Quia huiuſmodi formula hunc
habet intellectum, vt extraneo, vt fratri, vt
Vxori tanquam ſucceſſoribus cenſeatur ac
quiſitum, ſeu tanquam hæredibus, *tex. eſt
elegans, in l. tale pactum. 41. §. pater qui dotem.*
4 *ff. de pact.* † Vbi amplius quod filij ex ſtipu-
latore nati faciunt deficere prouiſionem in
perſona fratris, cui prouiſum erat tanquam
ſucceſſori & ipſi filij ſuccedant excluſo fra-
tre etiam in poſterum poſt mortem filiorũ
cum non venerit caſus, *& ad tex. in l. cum
auus. ff. de cond. & demõſtr. Menoch. conſ. 458.
numer. 6. 7. lib. 5. & in term. vt per Cald. &
Menoch. infra citan. & ſunt tex. in tit. de beneſ.*
5 *fratr. 20. lib. 1.* † vbi poteſt hoc expreſſum
Inueſtitura continere, *vt frater fratri ſine fi-
lio decedẽti ſuccedat in tit. de feu. Marcb. 14. §.*
6 *ſi. eod. lib.* † Vbi *quod fratar fratri, aut quod filia
ſuccedat. in tit. 1. §. cum verò Conradus. in tit. de
ſucceſſ. feu. §. filia verò. ad fin.* quibus locis de
nullo alio acquirendi modo ad fauorẽ fra-
tris agitur, quam quod eidem inueſtito, qua-
tenus ſine filijs decedat, alter frater ſucce-
dat, & ſic per viam ſucceſſionis tantum,
non ex titulo inueſtituræ immediatè: *et idẽ
in tit. de fratr. de no. beneſ. inueſt. 22. lib. 2. in
princ.*

7 † Vbi ſtante pacto fratrem fratri, ſi ſine
hærede decedat, ſuccedere, *& poſtea §. ſeq.*
8 † Vbi dum dicit per pactum fratrem habi-
turum intelligit poſt mortem, nam eo ipſo
quod diſputat tex. an ad dominum an ad
alium debeat pertinere, Vaſallum mortuũ
fuiſſe neceſſariò fatendum eſt, alioqui enim
intempeſtiua eſſet prætenſio domini viuo
adhuc Vaſallo. Et idem eſt *in tit. de duob.*
9 *fratr. à capit. inueſt. in fin. 18. lib. 2.* † ex quibus
falſa eorum opinio detegitur, qui cenſuerũt
ſpeciale eſſe in feudo, vt frater fratri ſtipu-
lari poſſit, cum in contrarium ſit iuris reg.
ad citat. *vt per Pereg. mox. citand.* quia nedũ
locus vllus feudalis hoc dicit, ſed omnes
dicunt contrariũ, vt frater fratri, extraneus
extraneo ſtipulari quidem poſſit, ſed quo-
modo? acceſſoriè, ac vti hæredi ſeu ſucceſ-
ſori, non autem principaliter, vt optime, &
*latè per Curt. Iun. in tract. de feu. par. 2. q. prin.
num. 62. & ſeqq. viden.* Cuius ſententiã om-
nium veriſſimam cenſuit *Oth. Melan. loco
com. feu. 22. & aſſenſit Celſ. Hugo. conſ. 123. ſub
nu. 1. verſ. quinimo. & numer. 2. 3. & Roſent. in
Synop. feu. cap. 3. concl. 12. n. 2. alios citat*, licet
cũ communi teneat *Menoch. conſ. 162. ſub n.
6. ſub verſ. & hac magis. Peregr. verò de fideic.
art. 51. ſub nu. 10* tradit quomodo valeat ſti-
pulatio alteri facta & quomodo vt valeat
concipienda, adde infr. *num. 26.*
10 † Ratio autem quod extraneo, vt ſucceſ-
ſori, poſſit quis ſtipulari, eſt quia qui ſtipu-
latur hæredi, non dicitur alteri vel tertio
11 ſtipulari. † Nam licet perſona extrinſecus
non intelligatur *l. ſtipulatio iſta. §. Chryſogo-*
12 *nus. ff. de verb. oblig.* † Tamen perſona hære-
dis ſubintellecta cenſetur *l. ſi pactum. ff. de
probat. etiam in materia* ſtricte interpretanda
& ita *Loffred. conſ. 38. ſub num. 2. iuncto num.
1. vſque ad numer. 3.* vbi eſt caſus in term. Id
autem euidentius probat id quod dicimus
in feudo ſub hac vel cõſimili formula con-
ceſſo, hæreditariam qualitatem verificari.
13 † Nec tollitur hic hæreditariæ qualitatis
effectus, etiam in caſu contrarię opinionis,
quod frater pro fratre ſtipulari poſſit in
feudis, quam commu. aut habitam pro cõ-
muni *ipſemet Curt. aſſeruit d. par. 2. num. 56.
circa in fin. Mantic. de tac. & ambig. lib. 14. tit.
22. num. 3. verſ. ſed* hęc communis, & magis
receptam *Ruin. conſ. 5. nu. 4. vol. 1. ſequutuſq;
eum Menoch. d. conſ. 162. ſub d. numer. 6. lib. 2.
& conſ. 331. ſub num. 98. lib. 4. Roſent. d. concl.
12. in gl. A. per tex.* quos allegant, qui tamen
hoc non probant, imò probant contrarium
vt viſum eſt ſupra n. 5. & ſeqq. et ad Curt. d. par.
14 *2. nu. 64.* † & de matre, quod poſſit alteri ſti-
pulari, *vt per Menoch. d. conſ. 331. ſub nu. 98.
adde infra num. 25.* Quicquid ſit tu etiam te-
nendo cum magis communi, id omninò
conceſſeris, quod ſemper ſaltem pro dimi-
dia per ſtipulatorem poſſeſſa, oportebit hãc
eandem dimidiam te capere per viam ſuc-
ceſſionis hæreditarię, ſi tibi aperta fuerit ad
eam ſucceſſio, puta quia alter frater ſine hę-
rede filio, aut filia deceſſerit, prout, & in
totum oportebit eſſe hæredem, ſi frater hic
qui deceſſit totum feudum ſemper poſſe-
diſſet, quia nihil omninò poſſediſſet alter
frater, cui ſimul ſtipulatum erat, fortè ex eo,
quia ille alter frater ſucceſſionem expectaſ-
ſet, ſequendo alteram opinionem, non qui-
dem communem, ſed tamen in puncto iu-
ris ſuſtentabilem, & textibus ipſis confor-
mem.
15 † Et ità vbi frater fratri ſuccedit oportere
hæredem eſſe, *Menoch. conſ. 464. n. 12. lib. 5.
Tom. de Marin. tit. 12. n. 5. Celſ. Hugo. vbi ſupra
nu. 9. adde infra. num. 38.*

At admiſſa communiori opinione, quod
in feudis de iure ſpeciali frater fratri, extra-
neus

Digitized by Google

neus extraneó ſtipulari poſſit, feudum ab
initio ei pro quo fuit ſtipulatum acquiſitū
erit pro dimidia, vnde filij ſtipulantis extā-
16 tes non ſint ſucceſſuri in iſta dimidia, † niſi
eis ſit ſtipulatum poſt mortem ſtipulantis,
nam hoc caſu filij ſuccederent excluſis ex-
traneis pro quibus fuerat ſtipulatum *vt per*
Capyc. in ſua Inueſt. §. feudorum Clauſulę verſ.
pro ſe & filijs fratrum fo. 97. col. 2. in princ.
17 † *Dec. in term. emphyteoſis pro ſe & vxore*
conſ. 58. num. 1. & 2. add. ad Alex. in conſ. 39.
in verb. perceperit. lib. 2. Menoch. *conſ. 160. nu.*
50. lib. 2. vbi in eadem formula *pro ſe et eius*
18 *vxore* multos referens. *& num. 51.* † Vbi in
feudo conceſſo à Principe portioné vnius
ex defunctis alteri accreſcere, *& numer. 52.*
19 † Vbi id procedere ſi decedat ſine liberis,
ſecus ſi cum liberis, nam ipſi ſuccedent, *vt*
ait ſcribere omnes in l. vnic. C. quan. non peten.
part. Kuin. Dec. & alij per eum ibi cit. quibus
adde Cald. de nom. emphyt. lib. 2. tit. 62. §. 24.
num. 36. & idem ſi cum hæredibus extraneis
ſecundum diſtinctionem *Menoch. conſ. 514.*
20 *num. 5. lib. 6.* † Et ſoluet partem pretij vxor,
ſi emptum ſit. *Abbaſ. conſ. 46. num. fin. lib. 1.*
Bero. conſ. 178. num. 7. & ſeqq. lib. 2. vbi ple-
nius an cenſeatur donare, & quando. *Salic.*
in l. fil. a. C. fam. ercis.

21 † Verùm in eo quod ait Menoch. eſſe lo-
cum iuri accreſcendi contrarium idē ipſe
tenuit etiam in feudo conceſſo à Principe
in conſ. 464. num. 14. & ſeqq. lib. 5. vbi decla-
rat quando id locum habeat, & ibid. per tot.
non eſſe locum iuri accreſcendi, *& ad conſ.*
376. num. 29. lib. 4. conſ. 489. num. 8. lib. 5. vbi
22 *diſtinguit.* † Intellige prędicta ſecundum di-
ſtinctionem *Alex. in conſ. 24. num. 6. lib. 5.*
relati per illuſtriſſ. Tuſc. Card. lit. E. concl. 135.
numer. 5. an quis pro ſe & fratribus abſentibus
ſtipuletur, an nomine abſentium, & an ſibi in
totum, an pars tantum, ſi abſens non ratificet
ad quod adde *Corb. de can. priuat. ob lin. fin.*
num. 103. & ſeqq. Schrad. par. 7. cap. 1. per tot.
Peregr. de fideicom. d. art. 51. numer. 11. 12. In
feudis regula eſt, vt in contractibus, nō eſſe
locū iuri accreſcēdi ſed fallit in feudis titula-
tis, ducatus vel comitatus propter naturam
quam retinent indiuiduam *Grat. reſp. 4. nu.*
25 verſ. 2. lib. 1. cū alijs vt per Gallup. in meth.
feu. par. 1. cap. 5. num. 108.

23 † Et Secundum aliam, an feudum ſit di-
uiſibile, vel indiuiſibile *ad Tom. de Mar. tit.*
12. numer. 15. adhoc vt interpreteremur an in
totum acquiratur ſtipulanti ipſi præſenti
an vero pro parte tantum, & an teneat in
totum ſtipulatio, an verò pro parte tantum
ſtipulantis, quæ difficultates non caderent
data alia opinione, quod extraneis vti ſuc-
ceſſoribus fuiſſet acquiſitum, quia in totum
ſuccederetur per extraneos tanquam hære-
des in vniuerſum ius defuncti. Item quate-
nus non ex Iure accreſcendi, ſed non de-
creſcendi (vt aiunt præcit.) Sed ex ſucceſ-
ſione vere vel totum, vel pars feudi cape-
retur. Verùm contrà com. calcitrari cum nō
poſſit, hæc intellexiſſe ſufficiat, in reliquis
ſtet quiſque in diū ſeruatis.

24 † Secundus effectus eſſe deberet, vt re-
tenta opinione Curt. quod ſtipulatum cen-
ſeatur extraneo vti ſucceſſori, culpa fratris
ſtipulantis feudum etiam pro alio fratre
nocere haberet eidem fratri, prout nocet, &
filio, infra tit. de culpa, & de alienat. Nam
eadem eſt ratio, quia vterque hæres eſt, &
ſucceſſor. *Atqui aliter cenſuit Loffr. poſt Iſern.*
in paraph. feu. tit. 1. lib. 1. verſ. quod autem fo.
1. col. 3. per tot. & ſeq. ad prin. ex ratione quod
frater capiat magis ex pacto & prouidentia
quàm ex ſucceſſione, quæ tamen eſt erro-
nea, vt toties nos alibi diximus; & error hic
ex illa comm. opin. qua feudum principali-
ter acquiri dicitur euaſit, cum tamē veritas
ſit, vt ſecundariò, & per viam ſucceſſionis:
Et in ſtipulatione matris pro ſe & filijs an
valeat & an mater poſſit præiudicare latè
Ang. Aret. conſ. 64. vbi pro & contrà & tenet
poſſe acquirere actionem realem non per-
ſonalem & non poſſe præiudicare: *& ibid.*
num. 18. alię diſtinctiones, (vt fit in re turbi-
dā & fundamento non benè poſitò) non ta-
men reſpondens *ad præmiſſa ſupra hic nu. 3.*
& ſeqq. & in quo nos hic vim facimus, &
Angel. loquitur in emphyteoſi.

25 † Tertiùs effectus erit, vt licet frater fra-
tri non poſſit ſtipulari, valeat tamen ſtipu-
latio collata in fratrem vt ſucceſſorem per
ſupradicta iura, & ità diceres malè ſen-
ſiſſe *Surd. in conſ. 472. ſub num. 7. lib. 4.* cum
citat. dum ait imò etiam ſi feudum fuiſſet
exprēſſe pro trāſuerſalibus cōceſſum, quod
illi non admitteretur, quia pro eis nemo
eſt ſtipulatus, *& in conſ. 351. num. 28. in fin.*
& num. ſeqq. lib. 3. & malè quoque in conſ. 573.
nu. 29 lib. 4. cum citat. Vbi nec matrem, nec
aſcendentem, aliquem per maternam lineā
poſſe pro deſcendentibus ſtipulari, & non
valere ſtipulationem; ſed intelligas Surd.
loqui merè quoad ſtipulationem ſimplicē,
vt non teneat non autem quod loquatur in
ſtipulatione ſpecifica in caſum ſucceſſionis
ſeū mortis, qui ſunt termini noſtri, & in qui-
bus loquitur tex. *l. tale pactum 41. §. fin. ff. de*
pact. cum alijs Iuribus ſupra ſub initium al-
latis, vbi per prędicta teneret optime ſtipu-
latio.

26 † Cōmunis autem opinio, de qua ſupra,
vt poſſit alter alteri ſtipulari facile proce-
det in quibuſdam caſibus, *de quibus per Curt.*
de feu. d. par. 2. à num. 65. vſque ad 70. ſi con-
ceſſio fiat à Principe ſupremo, ſi per verba

inflexa, ſi cum Iuramento, ſi is pro quo quis
ſtipulatur ſit præſens, & omnibus modis
de quibus in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. Inſt. de
verb. oblig. quæ, & feudis applicantur, ad
Natt. conſ. 467. ſub numer. 12. & ſeqq. & per
tot. conſ. illud. & conſ. ſeq. & ait Curt. ad fin.
num. 69. & vbi verba ſunt inflexa ideſt no-
mine alterius Mantic. d. tit. 22. num. 5. lib. 14.
Pereg ſub num. 9. citat. Alex. d. conſ. 24. num.
6. lib. 5. & Tuſc. ſupra relat. & non eſſe du-
bium quando apponuntur verba inflexa,
ac ſine eis poſſe in feudis valide alteri ſtipu-
27 lari dicit Loffred. d. conſ. 38. nu. 2. † & idem in
Emphyteoſi, vt poſſit quis alteri ſtipulari
contra Curt. Iun. conſ. 55. tenet Maur. d. titul. 2.
num. 7. iuncto num. 3. verſ. quod autem, & ra-
tione eorum iuncta de qua ibid. num. 6. cui adde
Surd. quando apponitur pactum rei alterius cõſ.
28 322. num. 6. 7. lib. 3. † & eſt generale in omni
materia, quando verba obligatoria, vel exe-
cutiua non referuntur ad alterum, vel vbi
vtrunque refertur ad eum qui ſtipulatur, vt
promittis mihi dare nomine Titij, Natt. cõſ.
261. num. 5. vel pro Titio quod idem eſt. Rom.
conſil. 443. num. 5. Surd. deciſ. 229. numer. 13.
29 † & tunc quamuis ad tertium non ad ſtipu-
lantem pertineat vtilitas contractus, tamen
actio, & obligatio ſtipulanti acquiruntur
cedenda poſtea per eum illi, pro quo ſtipu-
latus eſt l. pen. Cod. ad exhib. cum alijs, vt ibid.
Surd. numer. 14. & ad dec. bonon. noſtr. 59. ſub
30 num. 5. & ſeqq. † Alioqui non teneret ſtipu-
latio Surd. exornans. conſ. 179. nu. 19. & ſeqq.
31 lib. 2. † etiam in cauſa dotis niſi extraneo ſti-
pulante conſ. 206. num. 33. eod. lib. & vbi fuit
feudum nouum datum in antiquum &c. vi-
de ad hoc propoſitum Natt. mox ſub nu. 26.
cit. & ſupra cap. 1. ſub num. 17. in fin.
32 † Et hiſce etiam accedat, vt ſtipulatio al-
teri facta cõualidetur ratificatione eius, pro
quo fuit ſtipulatum ſuperueniente Menoch.
33 conſ. 371. num. 15. & ſeqq lib. 4. † etiam taci-
ta ex poſſeſſione rei, aut ex ſcientia abſque
improbatione Dec. in conſ. 58. ſub num. 1. et 2.
quem ibi refert Menoch. numer. 20. 21. in term.
34 Emphyteoſis pro ſe, & vxore † & vbi res eſt
penes illum, cui fuit inutiliter ſtipulatum
bene manere, & transferri dominium Bero.
conſ. 178. num. 9. lib. 2. & fac. tex. l. debitor. 59.
§. fin. ff. ad Sen. Conſ. Trebell. & prædictis acce-
dat Surd. conſ. 351. ſub num. 29. & ſeqq. lib. 3.
35 † Vbi deſiderat ratificationem in term.
feudi vel primogenituræ, niſi Notarius fuiſ-
ſet ſtipulatus nomine abſentis, quia tunc
acquiritur Ius abſenti, etiam citra ratifica-
tionem ex Rol. per eum cit. ſub num. 33. ſcilicet
in conſ. 19. num. 22. & ſeqq. iuncto num. 6. et 7.
lib. 1. Corbul. de can. priuat. ob lin. finit. nu. 108.
& ſeqq. vbi varia iura quod ratificatio etiã
36 re ipſa ſufficiat. † Quæ quando ſit neceſſa-
ria, & quando non vide tres caſus diſtinctos
apud Menoch. conſ. 489. num. 17. lib. 5. primus
cum donatur abſenti nemine pro eo ſtipu-
lante, vt hoc caſu ſit neceſſaria donatarij ac-
ceptatio. Secundus quando extraneus ab-
ſentis nomine, vt hoc caſu opus ſit ratihabi-
tione abſentis, & ceſſione actionis ſtipulan-
tis. Tertius quando Notarius nomine ab-
ſentis, vt hoc caſu abſenti acquiratur ſola
ratihabitione, ſecundum opinionem Caſtr.
ibi relatam, quam reijcit, & dicit ratihabi-
tione nulla opus eſſe ex magis recepta opi-
nione vt d. num. 17. ad fin. Adde quartum in
patre pro filio ſtipulante, vt & hic idẽ quod
nulla opus ſit ratificatione, vt ibid. num. 18.
Addamus & quintum in conceſſionibus,
priuilegijs, & beneficijs principum, quæ ac-
quiruntur ſtatim habita notitia, & ſcientia
eorum quibus ſunt conceſſa, l. vlt. ff. de cõſtit.
princip. Alex. & alij in l. qui abſenti ff. de acqu.
poſſ., Menoch. conſ. 331. nume. 99. lib. 4. ſed de
ſupradictis latiùs iam actum eſt ſupr. cap. 23.
partic. 2. num. 59. & ſeqq. quò omninò recur-
re quia magis ex profeſsò & ne decipiaris.
37 et ad cap. 24. & 25. † Alia de ratificationè
ex ſcientia, & ex ſcientia quidem præsũpta
adde Menoch. vltra d. conſ. 371. nu. 19. & ſeqq.
in conſ. 650. num. 2. & ſeqq. lib. 7. in conſil. 705.
ſub num. 4. in conſ. 767. num. 15. lib. 8. in conſil.
944. num. 9. lib. 10. in conſ. 1153. numer. 13. &
ſeqq. lib. 12. vbi pleniùs. & in donatione &
actibus mere fauorabilibus tacitam ratifica-
tionem ſufficere ex ſola ſcientia etiam præ-
ſumpta eſt apud Farin. par. 2. dec. 653. num. 2.
in poſthu. ego dec. bon. 59. numer. 18. V adde. ad
Gratia. dec. Marcb. 39. num. 5. et ſeqq.
38 † Finiamus hanc formulam cum hoc, ſi
defunctus Vaſſallus deceſſerit ſine filio feu-
di capace, ſed relicto extraneo hærede, An,
frater huiuſmodi formula pro ſe, & fratre
comprehenſus (idem dico de Vxore, & alio
quolibet extraneo comprehenſo) ob id ca-
rebit feudo quod hęres non ſit? minime ve-
rò, primò quia fuit ei ſtipulatum vti ſucceſ-
ſori, quæ vox etiam de ſingulari verificatur,
& militant alia omnia dicta in form. pro ſe,
& filijs cum ibi adduc. ſecundo, & id eò ma-
gis quod ex communi, magiſque hodie re-
cepta opinione, de qua ſupra, frater habet
dimidiam Iure proprio viuente ſtipulante,
& aliam dimidiam habiturus eſt iure accreſ-
cendi, vel non decreſcẽdi, & ſic non in vim
ſucceſſionis ſecundum præfatam opinionẽ,
vt patet ex ſupra hac partic. citat. ad quos
recurras, noſtri enim non erat Inſtituti om-
nia iſta examinare, Quare ad inſtar agnati
etiam non hæres omnimodo acquiret, & fa-
ciunt ad hoc adducta per Loffred. ſupra cit.
in verſ ſecundus. numer. 24. quamquam Iura
ſucceſſionis quoad alteram partem magis
re-

remanſiſſe, quam Iuris accreſcendi ipſe cẽſerem, & tutius ducerem ſecundum vera principia Iuris, & Iuris quidem accreſcendi, quod tamen Ius accreſcendi non excluderẽ in caſibus vbi verba ſuaderent, de quibus infra in ſeqq. & ad dicta plenius *cap. 11. num. 38. & ſeqq ſupra, vbi recurre: & adde ſup. hic num. 14.*

Et hic finis ſit impoſitus formulis, quatenus hæ deſeruire poterant ad propoſitum noſtrum, & verificationem (in eis) titul. An Agnat. &c. quod non poſſit hæreditas delata repudiari, & feudum retineri, ſecus ſi nõ delata, & hæc ſufficiant ad materiam [in propoſito] inueſtiturarũ, & quarundam formularum, in eis contentarum, ad perſonas

39 & earum ſucceſſores ſpectantium. † eo nõ omiſſo [ad maiorem præcedentium declarationem] quod dicitur per donationem ante acceptationem non acquiri donatario procedere quoad dominium, ſecus quoad validitatem ipſius donationis & actionis donatario quęſitæ. multò magis ſi ſit iurata *Rot. Rom. int. poſth. Farin. par. 2. dec. 653. num. 2. et ſuppleat ad dicta ſupra cap. 3. par. 2. num. 53. et ſeqq.* diſcurſa.

40 † Et ex duobus donatarijs ſufficiet vnum acceptaſſe donationem *Gratian. d. dec. Marc. 39. in add. ad num. 8.*

CAP. QVADRAGESSIMVM SECVNDVM.

De ſucceſſione.

POſt modum acquirendi feudum per inueſtituram ſequeretur modus acquirẽdi per ſucceſſionem. Verũm abunde dicta ſunt neceſſaria quoad eam ſupra *cap. 23. per tot. et alibi etiã.* Ideò ſufficiant ibi pleniſſimè de ea tractata.

CAP. QVADRAGESSIMVM TERTIVM.

De priuilegio.

ETiam de conceſſione ſeu acquiſitione per viam priuilegij actum eſt ſupra *cap. 24.* vbi peropportune cadebat hęc materia: Ideò rem actam ampliùs non agemus.

CAP. QVADRAGESSIMVM QVARTVM.

De præſcriptione feudi.

SVMMARIVM.

1 Præſcriptione feudum acquiri, & de varijs de ea quæſtionibus remiſſiuè.

2 Poſſeſſio defuncti genitoris prodeſt et liberis ad præſcribendum.

3 Idque beneficio hæreditarię qualitatis.

4 Plura de acceſſione et habente cauſam ab alio remiſſiuè.

5 Feudum pręſcriptione acquiſitum tranſmittitur in filios.

Præſcriptio æquiparatur veritati. ſub eod.

6 Animaduerſio ad tit. de vſu Mediolanenſium.

7 Eodem iure cenſetur feudum præſcriptum ac conſtitutum.

8 Et naturam feudi recti et veri induit.

9 Præſcriptio contrà patrem decurſa nocet filijs.

Reiecta diſtinctione feudi ex pacto et prouidentiæ et hæreditarij. ſub eod. *et num. 11.*

Non obſtat non valentibus agere ibid.

10 Qui patitur rem præſcribi dicitur alienare.

11 Ad dicendum non nocere filijs in feudo ex pacto malè argumentati ſunt Doctõ. à fideicommiſſis ad feuda.

12 Ratio diuerſitatis quia in fideicõmiſſis iure proprio ſucceditur.

13 Et tot præſcriptiones quot perſonæ, quæ ſilent in feudis.

14 Præſcriptionem obſtare etiam nudum natis in feudo ex pacto probatur.

15 Vbi agitur de filio non eſt opus intrare præſcriptionem. et numer. 50. et ſeqq. et numer. 61.

16 Superfluum vel indubitabile non deducendum in controuerſiam.

17 Quoad agnatum vnicus eſt tex. feudalis de præſcriptione.

18 Scilicet annalis ex §. Titius. ſi de feu. def. cõt.

In alijs non cadit nu. 50. et ſeqq. nu. 61.

Cõtra quem decurſa nocet eius filijs, et probatur ſub eod. num. 19.

20 *Vox, omninò, præciſum habet naturam, nullā recipiens reſtrictionem, idem quod in perpetuum; (omnimodo) omnes caſus complectens.*

21 *Lex non debet cenſeri poſita ad decipiendum, aut in ludibrio, num. 22.*

23 *Si eſſet locus reuocationi feudi præſcripti non eſſet verum quod tranſiſſet pleno iure et in perpetuum.*

24 *Nullus alius tex. loquitur de præſcriptione niſi quoad dominum, num. 25. et ſeqq.*

Ideſt 30. annorum vt declaratur ſub eod. nume. 25.

Quæ an procedat etiam quoad vnita feudo. ſub eod.

An ſufficiat ſcientia officialium abſque ſcientia domini. ſub eod.

26 *Contra quam nec opus eſt titulo.*

28 *Vox longa indicat decennariam vel vicennariam.*

29 *Requirens titulum & bonam fidem.*

30 *Et contra dominum procedit, quod inueſtitura præſumatur, quæ præſumptio operatur, vt ſit vaſallo iuramentum deferendum inueſtiturā præceſiſſe. Reprobatur Vult. 30. & ſeqq. adde 44. et ſeqq.*

31 *Vbi extant probationes ceſſant præſumptiones.*

34 *Non eſt abſurdum quod ex curſu temporis inducatur præſumptiua probatio, quæ propriè non ſit præſcriptio.*

35 *Ex poſſeſſione decennali intrat præſumptio tituli allegati accedente aliquo facto alterius contra quem præſcribitur.*

Inueſtitura præſumpta coniectura. ſub eod.

38 *Alia exſtat annalis præſcriptio inter vaſallum et dominum, quæ examinatur et primo de vna intra annū. n. 36. 37. poſtea de alia poſt annum explicatis textib. ad id facientibus et conciliatis, num. 39. et ſeqq.*

40 *Sufficit vnius anni poſſeſſio iuncta ſcientia et patientia domini, num. 41.*

41 *Anni tempus viſum ſufficiens in multis.*

42 *Exempla, ſi primò mihi poſtea tibi datum eſt in emphyteoſim, et ego taceam per annum, eris tutus.*

43 *De ignorantia aut ſcientia præſumpta, remiſſiuè.*

Et de anno integro etiam remiſſiuè. ſub eod.

47 *Caſus in quibus tacitus conſenſus inducitur ex anni lapſu, qualis eſſe debeat ſcientia domini remiſſiuè.*

48 *Alia præſcriptio ex §. porrò, num. 49.*

51 *Alienatio feudi agnatis ad eam non conſentientibus non præiudicat, et eſt nulla, et ſeqq.*

55 *Vbi eſt eadem ratio ibi et ius idem.*

56 *Nec dicitur lex extendi, vbi eſt eadem ratio ſed enucleari, num. 57.*

58 *Ipſa ratio dicitur lex communis ad omnes caſus.*

59 *Maximè quando in lege eſt expreſſa.*

60 *Quia continet omnes caſus comprehenſiuè non extenſiuè.*

61 *Error doct. quod obſtet vel non obſtet filijs aut agnatis præſcriptio adnotatur, nu. 63.*

64 *An ex tit. de probib. feu. al. per fed. ſit ſublata præſcriptio triginta annorum, et ſeqq.*

65 *Speciali nota digna, ſi omiſſa, neglecta cenſentur.*

66 *Quod quis vult veriſimiliter exprimitur.*

67 *Negatiua magis negat quàm affirmatiua affirmet.*

68 *Legis natura eſt vt futuris det formam negotijs non præteritis.*

69 *Præſcriptio, de qua in tit. de probib. etc. intelligenda quoad futuras, non quoad præteritas iam completas præſcriptiones. Contrà vt ibid.*

70 *Aduerbium (hactenus) indefinitum, omne tempus tranſactum comprehendens.*

71 *Verbum (caſtamus) ad validos pertinet. nume. 72.*

Non currit præſcriptio in inualidis. eod. numer. 72.

73 *Per legem generalem poteſt ius quæſitum auferri.*

74 *Præſcriptio poteſt tolli à principe.*

75 *Præſcriptio etiam triginta annorum fuit ſublata d. tit. de probib. etc. Contra opin. multorum, num. 76. 77.*

78 *Melius eſt ſe ipſum corrigere, quàm ab alijs corrigi.*

79 *Præſcriptio centenaria, quæ dicitur immemorabilis, ſemper excipienda.*

80 *Quia eſt quaſi quoddam alterum ius naturale.*

81 *Et debita ſicut matri reuerentia.*

82 *Nunquam excluſa cenſetur, niſi expreſſè, et in ſpecie dicatur.*

83 *Et cuius ſunt aliæ prærogatiuæ, vt remiſſiuè.*

84 *Aequipollet veritati nec de titulo vel bona fide docendum.*

85 *Nec opus quidem eſt titulum allegare, nec bonam fidem, num. 86.*

87 *Poteſt tamen tolli per actus contrarios.*

88 *Et eſt probanda, et quomodo, remiſſiuè.*

89 *Dicitur immemorabilis conſuetudo ſeu præſcriptio.*

90 *Concluditur verificari rationem ad tit. An agn. etc.*

91 *Propoſitum in mente retentum nihil operatur.*

Quod

1 QVod † præſcriptione feudum acqui-
ratur,& de varijs quæſtionibus , &
caſibus circa eam videre poteris *apud Serad.*
de feu.par.5.cap. 4.per tot.Roſen.cap.6.concl.
77.et ſeqq. à quibus alios habebis, quibus in
materia , Marchionatus Salutiarum *adde.*
Ozaſc.vol.2.conſ.19.num.8. 14.et ſeqq.61.et
ſeqq.127.et ſeqq.et conſ.ſeq. 20. & eſt erudituſſ.
D. Petrini Belli in ead.cauſa Nos verò)id ſolũ
dum agimus , vt rationem noſtram , etiam
in caſu præſcriptionis contingentem pra-
ctiſemus & comprobemus) hanc ex tribus
optime comprobari oſtẽdere pręparamus.
2 † In primis probari exiſtimamus huiuſ-
modi rationem ex concluſione, quam con-
ſtituimus,quod poſſeſſio defuncti genitoris
prodeſt & eiuſdem liberis ad pręſcribendũ,
quæ probatur ex tit. de vſu Mediol. Vbi patris,
& filij tempora ad præſcriptionẽ inducen-
dam coniunguntur *et ibi glo. in verſ. per tri-*
ginta annos. poſt princ.ibi,in verſ. ſed quod di-
citur.et Aluar.in d.tit. de vſu Mediol.ſub num.
3.ibi,quod patet quia filius , et alij omnes ; ſed
omnium clariſſime hunc conceptum ex-
poſuit *Vult.de feu. lib.1. cap. 9.num. 13.in fi.*
Poſſeſſione (inquit) *tamen auctoris continuata*
cum poſſeſſione ſucceſſoris quæ habetur pro vna.
3 † Hæc autem continuatio non niſi benefi-
cio hæreditariæ qualitatis, & quia quis hę-
res fit vt patet *ex l. Pomponius. 13.*
§.1.et ſeqq.ff.de acq.poſſ.l. nunquam.31.§.va-
cuam l. captam.40.l.hęr.s43.iuncta l.hęres22.
ff de vſucap. et hiſce adde Iſern.ad tit.ſi de feu.
4 *def. §.ſi vaſallus de feudo ſuo:num.2.3.* † Vbi
plura de acceſſione , & habente cauſam ab
alio ad hanc materiam.
5 † Probatur ſecundo loco hoc ipſum ex
alia concluſione , quam pariter ponimus,
quod feudum præſcriptione acquiſitum
tranſmittitur in vim ſucceſſionis in filios.
Nam quod in feudo pręſcripto habeat locũ
ſucceſſio in deſcendentes dicit ad literam,
& notat *Aluar.in d.tit. de vſu Mediol. num 3.*
Nota, inquit , quod in re præſcripta iure feudi
habet locum ſucceſſio,& ſubijcit rationẽ, quia
cum præſciptio æquiparetur veritati , per-
inde debet eſſe ac ſi fuiſſet vera Inueſtitura,
in qua etiam ſi feudum eſſet nouum ſucce-
dunt deſcendentes,*et ibid. anteà Bald. eadem*
6 *dixerat.* † Sed aduerte quia quidam legunt
eum tit.de Vſu Mediol.ſub tit. de feu.dat. in vic.
leg.Commiſſ.et ità ille tit.nõ eſt tit.ſed.§. et loco
§.ſed ad rem,idẽ dixit dicta ratione repetita,
& alijs auctoritatibus adductis *Iacob. à S.*
Georg.in ſua Inueſt. in verſ. Ità quod ipſi Inue-
ſtiti habeant num. 14. Curt.par. 3. mem.2.ſub
7 *num.6.fo.mihi.309.*† Vbi quod eodem Iure
cenſetur feudum præſcriptum , ac feudum
conſtitutum,& id quidem ſecundum natu-
ram feudi, & ideò non niſi ad eos tranſito-
riũ,ad quos ex natura feudi pertinet, *Alex*
conſ. 15.numer. 12.lib.5. cum alijs adductis pe
Menoch.conſ.104.num.7.et 8.lib.1. Vbi tamẽ
non ſequere eum,quatenus eſſe hęreditariũ
putat,& æquiparat feudo informi, nam eſt
rectum, ita tamen quod ſi delata ſit hæredi-
tas non poſſit retineri repudiata hęreditate:
(ſecundum toties expoſita) & præſertim in
propoſito feudi informis ſupra ſuo loco, &
ſemper procedit ſiue hæreditarium dicas
ſiue ex pacto, & prouidentia, vt ibi, & alibi
8 paſſim. † Cæterùm feudum ita præſcriptũ
naturam feudi veri & recti ſuſcipere(ex re-
cepta , & vera interpretum ſententia) dicit
Roſent.d.cap. 6.concl. 77.numer. 11.& 12.&
conclu.79.in princ.& cap 2.conclu. 51. Vbi te
ponit in libertate, vtrum hæreditarium eſſe
velles an verò ex pacto,& prouidentia . In
ſeruiant tamen huiuſcemodi ad fundandũ
deſcendentes Ius ſuum ex progenitoribus
dimetiri , & quod ex æquiparatione feudi
pręſcripti , cum feudo per Inueſtituram ac-
quiſito,idem omnino Iudicium fieri debeat
circa hæreditariam qualitatem in ambobus
verificabilem.
9 † Probatur & tertiò ex alia [quam pręte-
rea ſtatuimus, concluſione quod præſcrip-
tio,ſecundum Iuris feudalis principia, non
intrat , nec verificatur in filijs , ſed tantum
intrat,& verificatur in Agnatis,& eorum fi-
lijs,& in hiſce quidem non niſi in vno caſu
vt infra num. 17.& ſeqq. ratio eſt quia patris
alienatio filijs ſtatim præiudicat, [vt oſten-
demus *in tit.de alienat.& in tit.de refut.*]ergo
fruſtra quæritur de præſcriptione hæc an
præiudicatura ſit nec ne filijs , & deſcen-
dentibus, & hoc ſiue alienatio ſit valida, ſi-
ue inualida , nec obſtat quod aiunt præſcri-
ptionem in feudo hæreditario præiudicare
in feudo verò ex pacto & prouidenria filijs
non præiudicare, *vt per Menoch. conſil. 825.*
numer.51.52. lib.9. maxime cum agere non
potuerunt *ad Minado.conſ.10. ſub numer.30.*
verſ.ſed miror,& nu. ſeqq.iuxta Ozaſc. in dec.
177.per tot. Vbi declarationes (maximè pro
non valentibus agere) *& Surd.in conſil.353.*
num.28.in fin.& num.ſeqq. lib. 3. vbi pariter
diſtinguit feudum hæreditarium à feudo
ex pacto & prouidentia. Quia reſpondetur
(ex principijs toties poſitis) huiuſmodi di-
ſtinctiones Iuribus feudalibus repugnare,
& vtroque caſu filios ſuccedere in feudum,
vt in Ius patris , ergò non nomine proprio,
quo ſolo caſu alienatio aut præſcriptio nõ
noceret , vel ex opinione ſupradictorum in
feudo ex pacto & prouidenria, & prætcrea
ſi alienatio ſtatim nocet filijs, vt dictum eſt,
quando intrabit præſcriptio ad nocendum
ſufficit enim vna alienatio, etiam abſq; alia
10 quæ conſiſteret in præſcriptione † nam &

qui patitur rem præſcribi dicitur alienare *l.alienationis. ff.de verb ſign.vt per hāc ratione quod noceat præſcriptio Menoch.d.conſ.825.nu. 54.55.lib.9.& Surd.in d. conſ.553.num.29.et 30.lib.3.*(licet erronee & in term.feudi hæreditarij) vt mox dictum eſt.

21 † Sed & alius additus error dum ad docendum non nocere præſcriptionem filijs, male & minus congrue vſi ſunt argumento à fideicommiſſis ad feuda. *Minad. & Ozaſc. mox cit.quibus adde Intrigl.de feu. q.51.nu.56. Ioan.Schon.diſp.feu.q.the.121.ad fin.lit.a.Do. Sol.in nouiſſ.conſtit.tit.de alienat. bon.feu. gloſ. vn.num.21.iuncto num.19.et 23.*

22 † Siquidem in fideicommiſſis procedūt ea omnia quæ dicuntur, Iure proprio, & ęque principaliter omnes ſuccedere, *vt per*
13 *Minad.ſub d.numer.30.* † Quod tot ſint præſcriptiones, quot perſonæ, & huiuſmodi alia, *vt latè per Intrigl.d.num.50. et ſeqq.* quæ ſilent in feudis, in quibus non iure proprio ſed Iure ſucceſſionis: & ita ſecundariò non principaliter ſucceditur, vt toties firmaui-
24 mus † quicquid in term. præſcriptionem in feudo ex pacto, & prouidentia obſtare etiā nondum natis defendat *Cur.Sen.in conſ. pen. col.4.ſub num.4. verſ. et ſi opponatur quem refert, licet reprobet, Minad. d.conſ. 10.num.29.*
25 † quod autem vbi agitur de filio non occurrat intrare (vti diximus) pręſcriptionem id adeò procedit & verùm eſt, vt ſi euoluatur liber feudalis, nullus reperiatur Iuris locus qui de huiuſmodi præſcriptione in ratione ad filios ne minimum quidem verbum faciat: Id verò cur ità? quia (arbitror) alienatio patris ſiue valida ſiue inualida ſemper etiam filijs pręiudicat, ad quid ergo requireret tex. an etiam præſcriptio præiudicaret, primo iam pręiudicio ex ipſomet actu alienationis ſolius cauſato ſatis ſuperque ſuffi-
26 ciente? † eſſet enim vel ſuperfluus tex. huiuſmodi vel de indubitabili *cōtra l. Domitius labeo. ff. qui teſtam. fac. poſſ.Surd.conſil.259. ſub num.20.lib.2.* & ſic pateat, vel hinc probari quod Ius filiorum pendeat à patre, & taliter quidem, vt quemadmodum pręſcriptionis quæſtio in ipſo patre alienante nō poteſt intrare nec ea ſe valere, vt ità dicam ità nec in filio, ex quibus identitas Iurium de vno in alium deriuantium, etiam paſſiuè dignoſcatur.

27 † Id autem dabitur efficacius intelligi ab oppoſito Agnati, quoad quem vnum tantummodo præſcriptionis genus in textibus feudalibus inuenio *ſcilicet in §. Titius: ſi de feu.*
28 *def.* † licet hæc propriè præſcriptio non ſit, *vt infra de refutat. cap. 54.* & eſt annalis decurrens à tempore ſcientię alienationis, ſeù refutationis, *vt ibi part. 3. per Docto.eod.loco,* vbi ex profeſsò; & probatur mirabiliter intentio noſtra, dum ibi præſcriptio, quę nocuit ipſimet agnato proximiori, qui intra annum feudum remotiori agnato refutatū non reuocauit, nocuit & eius filijs, vt colli-
19 gitur ex verbis, † *(Omnino remouebitur)* quibus omnimoda, & perpetua excluſio indicatur, ergò extenſiue ad omnes eius deſcendentes *Balzar. de pac.ten. §.quoniam num.8.& tit.de ſtat.et conſuetud.ad tex.num.4.et in d.§. Titius num.7. Ar. Pinel. in auth. niſi tricennale. ſub num.55.verſ.facit quintò.C.de bon.matr.Crau.*
20 *conſ.122.num. 2.* † Et quæ vox *omnino* præciſam naturam habet, nullam reſtrictionem recipiens, idem dicens quod in perpetuum *Menoch.conſ.1. num. 21. conſ.2.nu.256.257. lib. 1.* vt vox *omnimodo* omnes caſus comprehendens *Id. Menoch. con.272.n.78.lib.3.* confirmatur hoc ipſum *ex tit.quib.mod.feu. amitt. §. præterea. ibi Nullo modo ad eum repetendum regreſſum habet: et tit. de alienat.pat. feu.tit. An agnat.vel fil.ex quibus* apparet per conſenſum agnatorum in capite ſtabiliri alienationes irreuocabiliter, & cum effectu in perſonis in quas factæ fuerunt. Alioqui enim dici poſſet legem poſitam ad decipiē-
21 dum, † quod eſſet abſurdum *ad nota. in cap. Abbate.circ. fin. de verb. ſign.Crau.conſ.285. num.2.in fin.et num. 3. Affl.de iur.protb.§.1.*
22 *ad fin.l.nihil proponi 123. §.1.de leg.1.* † Aut in ludibrio. *l. fin. C. de bon. mat. Pinel. in d. auth.niſi tricennale.ſub nu.14. verſ.quia veriſſima, et ſub d.num.55.verſ.facit ſeptimo, Crau. conſ.1000.progen.ſub num.61.et ſub num.77. et ſub num.438.et iun.corol.num.35.et in conſ. 33.num.25.in conſ.102. ſub nu.7.verſ.6.dico.*
23 † Neque enim verùm eſſet quod pleno iure, & in perpetuum ſi deſcendentes poſſent reuocare, & huiuſmodi propter eos ſemper immineret periculum *ad not. D. Sol. in ant. Sab.decr. Tolani.par.3.glo.vn.nu.8.tit.de feu. et iuncto etiam princ.* Et ità etiam ex hoc capite ratio noſtra confirmatur, quicquid irruat contra *Pinel. ſupracit. Piſtor. var.qq.in q.8.num.45.& ſeqq.* nam non ſolùm alijs rationibus per Pinel. ſed & his ex Iuris principijs, & ipſis textibus feudalibus exhauſtis eſſet reſpondendū: Id quod ipſe impoſſibile puto, niſi tex. ijdem de libro deleantur. *hiſce adde inf.d.cap.54.part.2.nu.38.et ſeqq.part.3. num 3.et ſeqq.*

Sed ad huc aduertas, hoc caſu circunſcripto, nullum alium adeſſe locum feudalem qui de pręſcriptione, nec in term. quidem
24 agnati loquatur. † Volue, & reuolue tex. omnes de pręſcriptione feudi loquentes, nullum inueniens de agnato, omnes ad dominum reſpicies pertinentes: videbis primò *tex. in §. ſi quis per triginta. ſi de feud def.* Vbi etiam non Inueſtitus præſcribit, ergo contra dominum, qui non inueſtiuit, *et ibi Docto.*

Docto. ità intelligunt, et Menoch. conſ. 1098.
25 num.14.et ſeqq.† vbi ponit requiſita lib. 11. &
his adde quoties puta quis rem aliquam tã-
quam feudalem poſſidet ſpatio 30.annorũ,
& de illa pręſtat ſeruitia vti Vaſallus domi-
no,quę requirit eſſe cõtinuatã per 31.an.ꝙ
vti feudalis poſſeſſa,quod cũ patiẽtia domi
ni recipiẽtis ſeruitia feudalia, ꝙ adſit bona
fides vt ꝑ Bam.ad §.Itẽ ſi quis per 30.annos.ſi
de feu.def.&c. & alios,& nouiſſimè ad materiã
plenè vt per Gallup.in meth. vniu.iur.feu.par.
1.cap. 14.& ſeqq. vbi etiam quæ probanda
& de modo articulandi, & procedere etiam
in re vnita feudo per viam præſcriptionis
dicit idem Gallup.ibid.par.5. cap.6.numer.11.
Adde And. Capan. etiam nouiſſimè in tract. de
Iure releuij par.2.q.1.ptot.vbi nõ ſufficere ſciẽ-
tiam officialium niſi cum quibuſdam decla-
rationibus vt num.8.& ſeqq.& vltra Gallup.
ſupra quoad requiſita ad talem præſcriptio-
nem videri poteſt Schrad.de feu.par.5.cap.4.
Bammac.in loco præcit. Capan. d.tract.part.3.
quæſt.17.)
26 † Adeò quod titulo in dicto caſu opus nõ
ſit Crauet.cõſ.277.ſub prin.ſub verſ.primò qa,
Surd.cõſ.234.n.30.31.Roſen.in cap.6.concluſ.
77.num.8.iunctis num.4.& ſeqq. et gloſ.e.per
tot.Vbi infinitos congerit,& ibi in princ.& gloſ.
a,& ſeqq.agi de feudo præſcribendo contra
dominum, vt in poſterum dominus teneá-
tur ac ſi Inueſtiſſet, nec audiatur etiam pro-
bare volens Inueſtituram vllam nunquam
præceſſiſſe.
27 † Eſt alius tex.de præſcriptione loquens,
& hic pertinens ad dominum in §.fin. de cõ-
28 ceſſ.recti feu.in.1.reſp. † Vbi vox lõga indicat
decennariam, vel vicennariam iux.titu.C.de
long. temp. præſcr. l.ſi quis diuturno. ff.ſi ſeru.
vind.l.1.§.fin.ff.de aq.plu.arcen. l.apparet.§.ſi
quis.ff.de itin.actuq.priu.l.2.C.de ſeruit.l.fora-
men.ff.Vrban.prẹd.Archid.in cap.alienationes.
12.q.2. Bartol.in l.1. §. quod ait. ff. de ſuperfic.
Tiraq.de conſtit.poſſ.lim.21.num. 13.in fin.&
de præſcrip. glo.4. ad fin.
29 † Quæ requirit cum bona fide etiam ti-
tulum. l.vn.C.de vſucap.transf.Inſt.de vſucap.
in prin.Crau.conſil.277.ſub princ. verſ.primò
30 quia, & numer. 1. † Et in hac ſpecie proprie
cadit quod Inueſtitura præſumatur, quæ
præſumptio operatur,vt Vaſſallo (pro quo
ſtat præſumptio) ſit deferendum Iuramen-
tum Inueſtituram præceſſiſſe, & incumbat
domino onus probandi Inueſtituram non
præceſſiſſe(Ecce quod de domino) quo ꝓ-
bante Inueſtituram non pręceſſiſſe:iam ceſ-
ſabit præſcriptio,quia deficiente Inueſtitu-
ra deficere dicitur titulus, alias quidem pręſ-
ſumptus, ſed nũc probatiune contraria ex-
31 cluſus,† Vbi enim de rei veritate cõſtat per
probationes ceſſant præſumptiones Iuris,
& nihil operantur, vt optimè in term. Roſen.
32 cap.6.concl.29.num. 7.et 8. † Vbi egregie ac
33 bene ſe ipſum à Vulte. defendens † Quan-
doquidem quatenus Vult. ait in cap. 9. nu.5.
ſe nullibi hoc reperiſſe in tex. feudalibus, al-
lucinatus eſt, ſi non vidit d.§. fin.in 1. reſp.de
34 Conſ.recti feu. † Nec eſt abſurdum, quod ex
curſu temporis inducatur præſumptiua ꝓ-
batio, quæ tamen proprie non ſit pręſcrip-
tio, prout inter hæc eſt differentia ad Gabr.
de præſum.concl.11.nu.28. Maſcar.de probat.
concl.526.Menoch. præſump.60. lib.3.Magon.
35 dec.Luc.60. num. 12. † & ex poſſeſſione de-
cennali intrare præſumptionem tituli alle-
gati,accedente præſtatione diuturna tradi-
tione,aut facto eius, contra quem pręſcribi-
tur innumeris allegatis dicit Cald. de renou.
emph.lib.1.q.15.nu. 13.& ſeqq. Interim cer-
tum eſt agi hoc §.de Inueſtitura in caſu do-
mini cum Vaſſallo tantũ,& nihil de agnato
cum alio agna:•,& de varijs coniecturis In-
ueſtituræ præſumptę vide egregie per inſi-
gnem Modernum I. C. Iul.Cęſ. Gallup. in
ſua meth.vniuerſ.iur.feu.par.1.cap.4.(hodie in
manus cadens dum,hic noſter imprimitur tracta-
tus) num. 19. & ſeqq.
36 † Eſt & alia vnus anni præſcriptio, in quo
(non ſecus ac in alijs, cadit inter eoſdem
Vaſallum,& dominum controuerſia in §.fi.
tit.ſi de Inueſt.int.dom.&c.cui reſpondet tex.in
§.fin. de conſuet. rec. feu. ibi, Vbi verò noua eſt
37 poſſeſſio, † res ita definitur, vt ſi poſſeſſio ſit
ita noua, vt annus nec dum completus ſit,
hæc nihil proſit Vaſallo ad faciendum pro
eo pręſumptionem,& hinc ad deferendum
ei Iuramentum: Ratio eſt quia in tanta tem-
poris exiguitate magis ignorantia quędam,
vel negligentia domini præſumitur, quam
deliberata eius voluntas, aut animus volen-
tis feudum dari, conſtitui, vel permitti, vt
probatur ex verb. ipſius §. fin. ſi de Inueſt. &c.
ibi, Alioqui iuſta ignorantia vel parui tem-
38 poris negligentia &c. † At e contrà, ſi poſ-
ſeſſio ſit ita noua, quod annus tranſierit,
tantum proſit iſta poſſeſſio, vt præſum-
ptionem pariat ſufficientem ad deferen-
dum Iuramentum ipſi Vaſſalo iuxta dict.
§. fin. de conſuet. recti feu. ibi, Niſi aliud fa-
ciat pro poſſidente, quaſi velit dicere, quod
ſi iam annus ſit completus, quo (ſciente do-
mino,& non tradicente, poſſederit, ità id fa-
cere dicatur pro poſſidente, quod deferri
ei poſſit Iuramentum, quia adeſt in id dif-
finitio ſpecialis, in d. tex.§. fin.ad fin.ſi de In-
ueſt. nam leges per leges,& Iura per alia in-
39 telliguntur † ſicque hi loci non ſunt con-
trarij inter ſeſe, ſed maximè cõueniunt ſibi
ipſis & concordant.
40 † Nec ſufficit vnius anni completi poſ-
ſeſſio ſola, ſed vlterius cum hac vnius anni
poſſeſ-

Digitized by Google

poſſeſſione, neceſſarium eſt vt ſimul con-
currat ſcientia,& patientia,ſeù non contra-
dictio Domini,quæ qualitas(contenta ſpe-
cificè *in tit. ſi de Inueſt.*) innuitur virtualiter
in tit. de conſue. recti feudi in illis verbis, *Niſi
aliud faciat pro poſſidente* & ità horum verbo-
rum intellectus ſuppletur *ex d. tit. ſi de
Inueſt.*

41 † Et hoc anni tempus adiuncta ſcientia
viſum eſt in terminis hiſce ſufficere exem-
plo aliorum multorum in Iure noſtro, ete-
nim adeſt primo in materia noſtra *§. Titius
filios,ibi,Vel per annum ex quo ſciuit, ſi de feu.
def.etc.in §.prǽterea ſi quis infeudatus,de pro-
hib.feu.alien.per feder.in tit.quo temp. mil.in-
ueſt petere debeat et in aliena materia plures
caſus ponit gloſ.in d.§. fin.ſi de inueſt.Tiraq.de
retr.par.1.§.1.gloſ.10.nu.37.et ſeqq.Balzar.
in §.ſi quis.num.14.et 18.ſi de Inueſt.int.dom.
Cepol. caut.80.num.13. Menoch.conſ.100.à.
num.33.ad 36. lib.1. Cald.de renou.Emph.lib.
1.q.15.num.26. et ſub num.37.in fin.princ.et
q.20.numer.7. Vbi ex Curt. de feu. 2.par.q.2.
princ.num.3. Valaſ.de Iur.Emphy.q.14.nu.7.*
42 † Vbi conceſſum prædium in emphyteo-
ſim primo mihi & mox tibi ignoranti, &
ego taceam per annum tua Inueſtitura re-
43 conualeſcit,mea inutilis redditur † & quo-
ad illud ꝙ dictũ eſt de ignorãtia præsũpta,
aut ſcientia *adde dec.noſtr.flor.7.n.15.et ſeqq.
et ſub num.30. et ſeqq.* Vbi etiam de anno in-
44 tegro aliqua. † Et quoad diſtinctionem ſi
minus anno integro,vt Iuramentum domi-
no ſit dandum,ob prǽſumptinoem aliqualẽ
contra eum ortam, ex exiguitate hac tem-
poris: ſin verò integrò anno vt Iuramentũ
ſit Vaſallo deferendum, & ei ſtandum ſi
Dominus contrarium non probet, *vide Ro-
ſent.in cap.6. concl. 79. num.2.et 3.iunctis ibi
45 glo.A.* † Vbi maxime nota quod error à do-
46 mino ſit probandus *in gl.b*. † Vbi domino
incumbere probationem nullam interceſſiſ-
47 ſe Inueſtituram *in glo.c.* † Vbi caſus in qui-
bus conſenſus tacitus inducitur ex anni la-
pſu, & cuiuſmodi iſta ſcientia domini eſſe
debeat, vt proſit Vaſallo, & ibi per alias gl.
alia per tot. citatis more ſuo multis, quos
ipſe per te in caſuum contingentia diſcur-
rere poteris & videre.

48 † His accedat aliùs *contex. in §. porrò. in
primò reſp.tit.qualit.olim pot feu.alien.* vbi po-
terat Vaſallus feudũ alienare antiquo mo-
re, ſed dominus reddito præcio redimere
dummodo hoc beneficium redimendi non
amiſerit,vel refuratione, vel annali ſilentio
à die ſcientiæ computando, *et in 2. reſp. in
49 verſ. prǽſcriptione*, † Vbi nulla diſtinctione
facta an ſciuerit,vel ignorauerit,dicitur do-
minum hoc beneficio præſcriptione trigin-
ta annorum ſubmoueri. Et ecce nec hic
quidem aliud agi quàm de domino.

Nullus alius reperitur in textibus feuda-
libus locus qui de præſcriptione poſitiue,
ſeu affirmatiue loquatur,licet alium reper-
turi adhuc ſimus, qui negatiue, vt (pauló
poſt hæc) indicabimus.

Quare cum aliquo myſterio id factum
50 vel prǽtermiſſum exiſtimarim. † Cur itaque:
niſi quia ſi loquaris de filio non cadat quo-
ad eum de preſcriptione quæſtio aliqua cũ
(vt dictũ eſt) iam aliunde, ideſt ex ſola alie-
natione patris fuerit excluſus? & cur? niſi ſi
loquaris de agnato, quia nec contrà eum
cadat de præſcriprione inquiſitio, nec ei
opponi poſſe contingat. Id quod ratione
cõuinci videtur(meo iudicio)palpabili quã
iã ſupra tetigi,ſed modò plenius ſenſũ meũ
explico quia cũ prǽſcriptio ſupponat alie-
nationẽ, alienatio verò alia ſit illicita, alia
licita, iam in illicita non reperies prǽſcri-
ptionem, quia feudum ad dominum dire-
ctum redijt(ipſo facto)ſeù ad Agnatos re-
gulariter, ad præiudicium etiam omnium
filiorum, *vt infr. d.tit.de alien.illic.c.* 53. vi-
debimus. Ac ne quidem in altera,quam di-
cimus licitam, quia ſupponimus factam cũ
domini conſenſu,&ſic in caſu permiſſo,ſed
quæ quoad agnatos poſſit eſſe licita omni-
no,poſſit eſſe & non licita: ſi licita omnino,
quatenus vltrà dominũ etiã ipſi conſenſe-
rint,hoc caſu ſi conſentiant non intraturam
præſcriptionem quis manifeſtè non videt
cum ſtatim ex proprio conſenſu ſibi ipſis
prǽiudicarint? ſi non licita omninò, quare-
nus ob defectum conſenſus Agnatorum nõ
poteſt ad eorum prǽiudicium dici omnino
valida, Vnde ad nullitatis beneficium po-
teſt recurri,quo ſtante ad quid præſcriptio-
nis inquirere refugium?

51 † Namque alienationem iſtam agnatis
non conſentientibus factã ità ab initio nul-
lam eſſe vt eis non præiudicauerit *tex. eſt
clarus in tit. de alien. pat. feu. Vbi in princ.
Alenatio feudi paterni non valet. etiam domini
voluntate, niſi agnatis conſentientibus ad quos
52 beneficium quandoq; ſit reuerſurum.* † Non va-
let ait tex.ergò in ſui initio nulla *ad tit. de
ſucceſſ.feu.in fin.princ.cum ib,ſcrib.ibi,Nulla
ordinatione defuncti in feudo manente, vel va-
53 lente.* † Et eſſe nullam dicit *Kircherb. in diſc.
feu.cap.5.num.56.Vult.cap.11.num.82.(adde
54 ad hæc infra cap. 54.num.3.18.et ſeqq.* † Qua
nullitate ſtante iam nullo pacto poteſt eſſe
alicui prǽſcriptioni locus *ex tex. ad litteram
tit.de prohib.feu.alien.per Federic. ad fin.prin.*
omnia, & ſingula hæc probans in vim eorũ
verborum *Non valet*, vt inferat ad inualidi-
tatem ab initio, ibi ex verbis *non valuit*, &
præſcriptioni hac ipſa de cauſa locum non
eſſe, ibi, *nullius tẽporis prǽſcriptione impediẽte.*

Nec

Nec dicas loqui eum tex.de alienatione,vel
pręſcriptione dominum reſpiciente,quem
tantum non afficiat; quia ratio adiecta etiã
caſum agnatorum complectitur, *non valet,*
inquit tex.Et ideò (& hæc eſt ratio in inua-
liditate poſita) præſcriptio vlla impediet,
porro hęc inualiditatis cauſa, ſeù ratio etiã
viget ex defectu conſenſus agnatorum, vt
patet ex prææalleg. *illo tex. de alien. pat. feu.*
55 † Et ideo apertus ſit locus alij axiomati,vbi
eſt eadem ratio ibi, & idem Ius &c. *l.illud.*
56 *ff.ad leg.aquil.* † Nec enim dicitur lex extē-
di vbi eſt eadem ratio, ſed dicitur enuclea-
ri *l. ſi poſtulaueris. §. ſed ſi negauit. ff.de adult.*
57 † Nec dicitur quis extendendo nouum ca-
ſum addere, ſed quod in primo caſu in ra-
tione includebatur ſecundum æquitatem
detegere ſiue declarare,quia lex dicit omne
quod in ratione conſiſtit, nec dicitur caſus
omiſſus, vbi eſt eadem ratio. Imò quæ ſunt
eiuſdem rationis includuntur ſub diſpoſi-
tione ex ſignificatione, ideſt,tanquam ex-
preſſa proprie non tacite,vt hæc & alia *per*
58 *Cran.in conſ.183.num.3.per tot.* † Et ipſa ra-
tio dicitur lex communis ad omnes caſus
Id.in conſ.187.num.2.in conſ.190.ſub num.2.
59 *quoque.* † Et hæc maxime quia eſt expreſſa
in lege, & ideò eſt efficacior, *vt plenè per*
eund.Cran.in conſ.227.ſub num.2.in fi.& nu-
meris ſeqq.& in dec.noſtr. Lucen. 2. num. 46.
iunctis numeris 10.11.ibid.in dec.66.num.2.et
60 *in dec.flor.47.numer.8.* † Vbi,*& d.dec.Luc.2.*
*num.10.11.*dicitur per rationem expreſſam
comprehendi omnes illos caſus, in quibus
ipſa militat,nõ extenſiue, ſed cõprehenſiuè
quemadmodũ ſub genere comprehendun-
tur omnes ſpecies, quando (*vt declaratur*
ead.dec.47.num.42.43.)ratio prolata eſt per
verba diſpoſitiua,prout fit in *d.tit.de probib.*
feu.alien.per Feder. & ideò ob defectum cõ-
ſenſus ęgnatorum etiam nulla erit quęlibet
præſcriptio.
61 † Quare concludendũ eſt liberè in term.
feudalibus quæſtionem de præſcriptione
quoad filium vel agnatum non intrare, niſi
vno illo caſu in term. refutationis feudi, *de*
quo in d.§. Titius filios,in fin.ſi de feu. def. &c.
ex cuius caſus expreſſione, & mẽtione par-
ticulari argui poteſt; quod ſi alius cõtinge-
re potuiſſet caſus eiuſdem præſcriptionis,
eum veriſimiliter non omiſiſſent feudiſtici
auctores.
62 † Ex quibus ſic vt ſupra(iuxta principia)
& dogmata feudalia fundatis,inferri poſſet
toto cęlo à recta deuiatum via per Interpp.
dum pręſcriptionem hanc filijs aut agnatis
applicarunt, dicentes in feudo ex pacto, &
prouidentia non obſtare filijs, aut agnatis
præſcriptionem,in hæreditario obſtare,vt
63 ſupra dictum eſt. † Et tamen hanc receptã
eſſe Docto. ſententiam dicit *Menoch. d. conſ.*
825.num.49.& ibi adde ſeqq. ad hanc materiã
pręſcriptionis lib.9.D.Morot.in reſp.89.ſub nu.
2. Vbi excludi agnatos præſcriptione tri-
ginta annorũ, ſi alienatio facta ſit in extra-
neos, *Surd.conſ.353.ſub num.28.verſ.ſi præ-*
miſſa,& num. ſeqq.Rol.à Val.conſ.3.num.90.
lib.1. Schrade.de feu.par.5.cap.4.num.5.Me-
noch. conſ. 1098.nu.27. & ſeqq.lib.12 Carol.
à Kirch.in diſc.feu.cap.5.nu.83.90.91.Piſtor.
quaſt.Iur.q.8.per tot. Bammac. in §. ſi quis per
triginta.q.11.nu.75.& ſeqq. ſi de feu. def.&c.
vbi non obeſſe in feudo ex pacto, obeſse in
hæreditario, aut vbi filius ſit hæres, quibus
& ſimilibus cedendum erit, ſed veritatem
indicaſſe, & tex. feudales, ac eorum mentẽ
veram (ni fallimur) expreſiſſe, id ſaltem
pro lucro habeatur, & pro ſolatio acquie-
ſcentia intellectus ad veram intelligentiã
tor.contextuum, hactenus perperam varie-
què intellectorum.
64 † Imo verò(ad maiorem explicandæ ve-
ritatis occaſionem, vnam quæſtionem non
omittamus,*An ſcilicet ex eo tit.de probib.fen.*
al. per Feder. ſit ſublata tricennalis præſcri-
ptio? nam inter opinionem affirmatiuam
vnam, & negatiuam alteram, *quas ponit*
Bammac in d. §. ſi quis per 30. q. 8.num.46.&
ſeqq. ſi de feu. def. quæ tibi magis placuerit,
neſcio: Mihi videtur eam ſublatam omni-
no, inſiſto enim in veſtigijs antedictis, nam
ſi auctores feudorum poſt ſpecificas men-
tiones variarum pręſcriptionum,inter quas
ad fuit & illa 30. annorum præſcriptio, no-
uerunt vbi admittenda erat eam admittere
(in vno ſcilicet eo caſu annalis pręſcriptio-
nis) An veriſimile quod ſi eam admittendã
cenſuiſsent, etiam in altero caſu, hoc præ-
termiſiſsent? pręſertim cum appareat adeò
ex profeſsò adeoque efficaciter de hac ip-
ſa materia actum lege generali; eò magis
attendenda, quod in fine ſit poſita poſt le-
ges aliàs conſimiles præſertim Conradi Im-
peratoris, quaſi extremam manum impo-
nens & præterea quod huiuſmodi pręſcri-
ptio dici poterat notabilis & ſpeciali no-
ta digna vnde ommiſſa neglecta cenſeri
65 poſset iuxta † *l.item apud Labeonem. §. hoc*
edictum.ff.de Iniur. Ego dec. flor. 14.num.8.et
66 *bon.54.ſub num. 30.* † Et ſi voluiſsent Com-
pilatores expreſiſsent *ad l. vn.§.ſin autem ad*
deficientis.C. de caduc. tollen.iunct.notat.in dec.
noſtr. bon. 66.num. 19.et ſeqq. ſed hiſce opus
non habemus propter d.tex. quatenus vſus
eſt verbis, *nullius temporis,*quæ omne omni-
67 nò tempus excludunt † ex vi negatiuę quæ
violentiùs negat, quam affirmatiua affir-
met, *vide Bart. in l. cum ſatis. C. de agricol. et*
cenſit

Digitized by Google

cenſit. lib. 11: & præterea quatenus idem-
met rex. vſus eſt ratione, *quia quod ab initio*
non valuit etc. nec aliter ſuadet materia ſu-
biecta, ſi quidem patet ex princ. d. tex. Stu-
dium, & ſcopus legiſlatoris Federici, in eo
particulare vt ſeruitio, & honori Imperij
eſſet omnino conſultum, quod futurũ cre-
didit ita efficaciter prohibendo alienatio-
nes vt ita inualidæ manerent quod nulla
poſſent præſcriptione conualidari, in quo
tantum præmere placuit legiſlatori, quan-
tum datur intelligi etiam ex eo, quod
non ſolum alienationes futuras ad irritum
deducere ſtatuit, ſed etiam iam antea
factas, contra vel propriam legum naturam
68 † quæ huiuſmodi eſt regulariter vt leges fu-
turis dét formam negociis, non autem præ-
teritis *l. leges, & conſtitutiones. ff. de legib. l. per*
diuerſas. §. vlt. C. mand. Menoch. conſ. 240. nu.
2. et ſeqq. lib. 3. et in term. decreti, et feudi in cõſ.
331. ſub num. 113. verſ. reſpondetur primo, et
69 *nu. 114. in fin. lib. 4.* † adeo vt adhuc in ſpe-
cie noſtra, quod lex non veniat intelligenda
de præſcriptionibus præteritis iam perfe-
ctis, ſed de futuris, & quod lex non obliget
de præterito, ſed de futuro ſcriptum reli-
querit *Id Menoch. in conſ. 837. num. 46. lib. 9.*
Vbi in feudis. & tamen etiam alienationes
præteritas comprehendit conſtitutio, ergò
iam perfectas etiam tricennales. Nã ſi verifi
cari oporteat, *verbum præſcriptionis* poſitum in
tex. & tex. amplexus eſt etiam alienationes
præteritas, ad quas nam alias referemus ver-
bum niſi ad præſcriptas? etiam tricennales
ex vi vocabuli præſcriptionis indefinite in
tellecti? & in quibus vltra verificationem
verborũ erat neceſſitas prouidendi, quan-
doquidem ſi nondum fuiſſet decurſa præ-
ſcriptio ex alio potuiſſent alienationes re-
uocari, quia nullæ ex alia antecedenti Con-
ſtitutione de qua *in tit. de proh. feu. alien. per*
Loth. verùm quia per hanc nihil prouiſum
erat circa alienationes præſcriptas, ideò
ſucceſſit alia hæc conſtitutio, *vt ait Balzar.*
hoc tit. in §. vnde num. 2. poſt. Aff. et alios quę,
ſic ait à Nos autem ad pleniorem Regni
vtilitatem prouidentes, non ſolùm in poſterum
ſed etiam huiuſmodi alienationes illicitas hacte-
nus perpetratas hac præſenti ſanctione caſſamus
et in irritum deducimus, nullius tẽporis præſcri-
ptione impediente, quia quod ab initio etc. Nota
enim (vltrà ſenſus iam expoſitos) aduerbiũ
70 † *Hactenus*, indefinitum, cuiuslibet tempo-
ris tranſacti comprehenſiuum idem impor-
tans quod verba *huiuſque, vſque in hanc diem*
Balzar. hoc tit. §. Vnde. num. 6.
71 † Nota verbum *caſſamus* &c. quod non
poteſt applicari alienationibus aut validis.
quia legitime factis, aut inualidis, quia iam
ſui natura, & de per ſe inualidę ſint nec ęgeãt
72 alio Iure aut remedio inualidante. † Nec
currit præſcriptio in inualidis *Rol. conſ. 5. n.*
64. vol. 1. ſed ſolùm applicantur valide præ-
ſcriptis, in quibus opus erat remedio per
73 viam legis generalis. † quia per hanc poteſt
tolli Ius quamuis tertio quęſitum, *Surd. in*
conſ. 260. num. 64. et 65. Vbi exempla etiam
in feudis *D. Sol. plura ad hec cumulans lib. 4.*
Crim. decr. ſub. tit. de Tortura glo. 1. ſub num. 4.
74 *verſ. prohibitio, et num. ſeq. vſque in fin.* † quin
imò poſſe tolli præſcriptionem à Principe
probatur *ex l. præſcriptio. C. de oper. publ. et*
Surd. in dec. 2. num. 2. et ſeqq. qui loquuntur in
actu priuato, vel contractu geſto cum prin-
cipe, quantò magis ſi per viam legis genera-
lis?
75 † Quapropter partem affirmatiuam te-
nentium etiam tricennalem fuiſſe ſublatam,
veriorem, & ſequendam puto, eique ipſe
adhærebo vnà *cum Affl. poſt alios. in dec. 254.*
ſub nu. 1. et 2. et citat. per Roſen. in cap. 9. concl.
97. glo. g. per tot. quicquid Bammac. alteram ne-
gatiuam oſtendat eſſe magis communem, in d. §.
ſi quis per 30. num. 49. et ſeqq. et alij relati per
Roſen. cap. 9. concl. 97. lit. H.
76 † Et lætatus ſum, me poſt hæc ſcripta, in-
ueniſſe virum, qui ad affirmatiuam com-
probandam eiſdem rationibus, & medijs
per me vt ſupra explicatis, vſus eſt, eo ad-
huc per me non viſo, *is eſt Carol. à Kircherb.*
in ſuo diſcur. feu. cap. 5. num. 143. et ſeqq. iun-
ctis. num. 141. et. 142. ante, vbi ſub num. 143.
notat dicta verba tã effuſa & maxime negatiuã
vniuerſalem maiorem vim habentem &c.
& paulò poſt ponit præſcientiã præſcriptio-
num, *et num. 144.* facit vim in ratione quod
ab initio &c. *et num. 145.* ab vtilitate Regni
ſumit indicium ex veriſimili, *et num. 146.*
hanc ſententiam etiam nouiſſime ſequi ip-
ſum Roſen, adnotat *in d. cap. 9. concl. 97. nu.*
37. Vbi tandem ait vtriuſque partis ratio-
nibus, textibus ipſis feudalibus, & Iuris feu-
dalis hiſtoria maturius, & exactius perpen-
ſis, & ponderatis ſibi videri meliores, ac
fortiores rationes eorum, qui 30. vel 40. an-
nos ad dominum excludendum non ſuffi-
77 cere arbitrentur, *et num. 38.* † Addit neque
Cameram Imperialẽ ab hac opinione abhor
rere, & ſic aliquando pronunciare voluiſſe,
niſi quid diffinitiuũ ferre obſtitiſſet. Cuius
quidem ſentẽtiam eò magis ſequerer, quod
aliàs contra ſenſerit Roſen. & ſe ſe nunc re-
tractare nõ erubuerit, ſignum cognitę vio-
78 lentius veritatis, & bonum quidem, † Cum
melius ſit ſe ipſum corrigere quam ab alijs
corrigi, *Crau. conſ. 236. ſub nu. 15. ad fin. conſ.*
1000. in rep. num. 69. Natt. conſ. 194. ſub nu.
13.
79 † Præſcriptionem centenariã excipiamus
quam aiunt immemorabilem, aut memo-
riam

Digitized by Google

riam hominum excedẽtem *ad Menoch. conſ.*
80 *649.nu.7.lib.7.* ob ſequentes rationes. † ſiue
quia non tam ſit præſcriptio, quam veluti
alterum quoddam ius naturale *Mol.de Hiſp.*
81 *primog. lib. 2.cap. 2. num. 22.* † & ei debita
ſicut matri reuerentia *Crau.conſ.251.ſub nu.*
3. quapropter huiuſce temporis immemo-
82 rabilis ſummum eſt priuilegium † Quod
hæc preſcriptio nunquam excluſa cenſetur
niſi expreſſe, & in ſpecie dicatur, *Bello. conſ.*
8.num.9.10.Burſat.conſ. 23. num. 21. & ſeq.
83 *vol.1.* † & aliàs ob prærogatiuas cuius ſunt
plures *l.1.§ fin.ff.de acq.plu.arc.et ita in term.*
Curt.de feu.par.2.q.prin.3.per tot. et q.ſeq.ſub
num.7.Affl.d. dec. 254. num.5. Rammac.in d.
§.ſi quis per 30.num.55.ſi de feu. def.Roſen.d.
c.9.concl. 97.in glo. g. b.i. Illuſtriſs. Amed. à
ponte tit.de his qui feu.da.poſſ. nu. 152.et ſeqq
et num.162.Menoch.conſ.1050.nu.12.et ſeqq.
lib.11.conſ.701.num.95.et ſeqq. Vbi in feudis,
et vtroque conſ. de alys varijs effectibus lib. 8.
Mant.etiam in feudis, emphyteoſi eccleſiæ etc.
cõſ.282.et 293.lib.1.Kirch.in diſcur.feu.d.cap.
5.num.151.Camil,de.curt.in diu.iur.feu. par.
1.§. declarata igitur materia. nu. 139.pag.76.
84 *Menoch.conſ.837.num.42. et ſeqq. lib.9.* † Et
æquipollet veritati, nec de titulo vel bona
fide docendum *Alex.conſ.6. n. 1.lib.1. Natt.*
in term.feudi conſ.456.nu.14.et pluribus ſeqq.
85 † & eſt communis opinio, quod titulum al-
legare minime ſit opus, vt quicquid diſſen-
tiant quidam, *latè per Menoch.conſ.90.n. 65.*
86 *et ſeqq.* † Nec bonã fidem, quia preſumitur,
vt ibid.num.75. vbi nota declarationem.
87 † Poteſt tamen excludi per actus contra-
rios *Rot.apud Farin. par.1. dec. 324.num.13.*
vel quia caſus nunquam venerit *Amed.de*
Laudim.q. 47. num.2. et ſeqq. vbi in præſcri-
ptione libertatis a laudimio, ſi in cẽtum an-
nis nulla interfuit alienatio. *adde infr. capit.*
57.part.19.ſub num.9. remiſſiue de potentia
88 conſuetudinis & eſt probanda & quomodo
ibid.in d.dec.445. vbi late in term. primoge-
niturę, vt circumſcripto hoc caſu immemo-
rabilis præſcriptionis ſiue conſuetudinis,
89 † prout vtroq, hoc nomine vocat *Alex.d.cõſ.*
6.num.1.lib.1.) poſſis in reliquis arguere ad
vtranque partẽ rationis noſtræ, tam quoad
90 filium, quam quoad agnatũ, † quod ſcilicet
feudum ſit quid hæreditarium in filio, qua-
tenus ipſi nocet alienatio, ità quod non ſit
opus ad eum excludendum præſcriptione,
non ſit quid hæreditarium in agnato, qua-
tenus ipſi nec alienatio nocet, ſi non con-
ſenſerit, nec præſcriptio 30. annorũ, & hæc
quidem inſpecta veritate, ac puritate Iuris
& textuum feudalium (quicquid hactenus
à pleriſque dictum fuerit) contextibus de-
tortis, hanc vſque in diem. Cęterum in om-
nem Caſum, vbi in alienatione interuenit
cõſenſus domini, & ita licitè quoad eum ſi
quiſquam non acquieſcat interpretationi
de qua ſupra *num.51.et ſeqq. et infra cap.54.*
part.3.num. 17.et ſeqq. per quam defendebatur poſſe Agnatum dicere de nullitate abſque adminiculo præſcriptions, ad ea quæ ſubijcio *infra cap.52.nu.83.et 84.* capiat hic præſcriptionem, & cùm ea ſe defendat Agnatus aduerſus ſimilem alienationem, & vtatur opportunis remedijs, quatenus non fuiſſet decurſa aut ex defectu legitimi temporis, aut quia non valenti agere non cucurrerit præſcriptio Aut aliter iuxta trad. Docto. in materia, etiã feudi maxime ab initio hic ſupra citatorũ, ex quibus pleniſſimè Nãq; perſiſto in remiſſione adeos, ex reſolutione iã ad princip. huiuſcemet capitis facta & ibid. per nos declarata. Cũ intẽtio noſtra nunquã fuerit de libris libros facere, ſed neceſſaria tantum, ad occaſionem tam vrgentem & celebrem perueſtigare, ſcrutari, & ad commune Reipublicæ commodum, quæ pro tenuitate ingenioli mei cõperi oppor-
91 tuna libenter in mediũ proferre. † Ne eſſet
propoſitum in mente retentum quod nihil
operatum fuiſſet *l. non omnis ff. ſi cert. pet.*
l. ſi repetendi C.de Condict.ob cauſ.et per me dec.
lucen. 25.num.8.

CAP. QVADRAGESSIMVM QVINTVM.

De ſententia feudali.

S V M M A R I V M.

1 *Per ſententiam feudum acquiſitum tranſit in filios.*
2 *dicitur feudum proprium ſimplex et rectum.*
3 *Etiam quod ſit iniuſta ſententia, dummodo in contradictorio lata.*
4 *Vt in ſententia pro fœmina lata.*
5 *Etiam per ſententiam quæ in rem iudicatam tranſiuit acquiritur.*
Exceptio rei iudicatæ tranſit in hæredem in beneficium et damnum. ſub eod. et num. 18.
6 *Factum cum defuncto hæredibus etiam nocet et prodeſt.*
7 *Succeſſor non dicitur omnino alius ab eo cui ſuccedit.*
8 *Succeſſor habet cauſam ab eo qui reportauit ſẽtentiam in feudo fauorabilem.*
9 *Probationes ſucceſſori præiudicant vti et ſentẽtia.*
10 *Nemo plus iuris poteſt transferre, quàm ipſe habeat.*

11 Non

11 *Non recognoſcitur alius nec ſibi præiudicatur, ſi quid iure proprio competat.*
12 *Sententia contrà patrem lata nocet filio in feudo et primogenio.et num.19.*
13 *Filius ſucceſſor eſt patri hæres.*
14 *Hæredi nocet ſententia contrà defunctum lata.*
15 *Quid quando non agitur cum ijs quorum non intereſt principaliter.*
16 *Sententia Regis præiudicat filio ſucceſſori.et ſub num.19.*
17 *Sententia lata cum Camera ità nocet Baroni, qui ab ea cauſam habuit, ac ipſi Cameræ.*
20 *An noceat refert an ante vel poſt motum iudicium ſucceſſerit.*
21 *An noceat filiæ ipſi in caſu vt num.22.et 23.*
24 *Idem in agnato, vt in filia in dicto caſu, vt non præiudicet ſententia cũ et filiæ et agnati principaliter interſit, et iure proprio cõpetat ius. et num.25.*
Nocet durãte vita agnati qui litigauit. ſub eod. num.24.
26 *Sententia quæ facit ius quoad alios, nunquam facit quoad eos qui habent ius æquè principale.*
27 *Vt obſtet exceptio rei iudicatæ, oportet quod ſit eadem cauſa agendi in feudo, emphyteuſi Eccleſiaſtica.*
28 *Non obſtare quod ſententia lata cum agnato alijs noceat vel profit etiam ignorantibus et non citatis ſecundum comm.*
Explicato §. ſi Vaſalus de beneficio. ſi de feu. def.&c ſub eod.
Legitimè factum non debet ex ſuperuenienti actu in firmari. ibid.
Reſpondetur ad obſtaculum innixis dictis Affl. quod ſententia cum agnato alijs noceat alia ratione fieri quam hæreditaria, vt plenè. ſub eod.num.28.
Et hanc eſſe receptiſſimam opin. à qua in conſulendo & iudicando non ſit recedendum. ſub eod.
29 *Ratio adducitur.*
30 *Ad abſurdum vitandum, ne omnes lites ſuſcitarent, vt plenè.& num.60.*
31 *Non ſæpius de vno quærendum.*
32 *Ne iterum de eadem re iudicium quis ſubire cogatur.*
33 *Id Quod eſſet abhorrendum.*
34 *Reſpondetur ad Ozaſc. dicentem non obſtare ſententiam alijs agnatis.num.36.& 37.*
36 *Et defenditur Dec. Pedem. ab eo relata ex alio capite, ſcilicet quod ſententia non fuerat lata cum legitimo Contradictore, vt plene.& num. 37.*
38 *Quis dicatur legitimus contradictor & requiſita vt in allodio, fideicommiſſo, feudo, remiſſiuè.& num.40.*
39 *De alijs neceſſarijs vt ſententia alijs noceat in feudo, remiſſiuè.*
41 *Et quibus præiudicet.*
42 *Duobus modis poteſt intereſſe principaliter, remiſſiuè.*
43 *Sententia ſuper inhabilitate teſtatoris contrà hæredem non nocet ſubſtituto.*
44 *Vel ſi appareat iniqua vel iniuſta.*
45 *Vel prolata in vno incidenter non nocet in alio, in quo principaliter.*
46 *In dubiò non præſumitur alij obeſſe, quàm ei contrà quem fuit lata.*
47 *Item ſi per fraudem, ſi per culpam, ſi per dolum aut colluſionem, ſi per imprudẽtiam, aut ſordes, negligentiam, contumaciam.& ſeqq.*
50 *Colluſio eſt probanda.*
51 *Coniectura ex quibus probatur, remiſſiuè.*
54 *Negligentia quomodo commiſſa cenſeatur.*
56 *Si non fuit probatum, quod erat probandum.*
57 *Fraus debet abeſſe in term. feudi.*
58 *Non nocet ſi lata legitimis defenſoribus non cõparentibus.*
59 *A ſententia validè lata non datur appellatio per legatarios ſubſtitutos aut alios ad quos acceſſoriè.*
60 *Ne res in infinitum abeat.*
61 *Quod verùm, ſi non fuit quicquã omiſſum, aliàs appellari poterit.*
62 *Item licebit appellare agnato liti interuenienti, qui interuentus & appellatio non poteſt ei denegari.*
63 *Etiam in caſu quod non liceret principali appellare.*
64 *Datur conſilium vt aſſiſtatur iudicio & appelletur.*
65 *Malè quod liceat appellare, vbi legitimè fuit cauſa agitata in feudis dixerunt Doct. hic notati.*
66 *Vbi requiritur ſcientia, an ipſa præſumatur, an verò ignorantia.*
67 *Appellari vbi poteſt, appellandum à die ſcientiæ.*
68 *Statim ex quo ſciuit.*
69 *Etiam abſque ſententiæ notificatione.*
70 *Sententia inter duos contra Tertium non parit exceptionem rei iudicatæ inter ipſos duos.*
71 *Quia diſpoſita collectiuè ex parte aliquorum verſus alios, non habent locum inter ipſos.*
72 *Teſtes & confeſsiones inter alios an alijs noceãt vel proſint in alio iudicio remiſſiuè.*
73 *Quid ſi contra fuerit iudicatum.*
74 *Sententia lata pro vno ex duobus litigantibus contra tertium exequi poteſt non obſtãte appellatione alteriùs ex illis duobus pro quo nõ fuit lata.*
75 *Proteſtationes ſeù reſeruationes inter alios nõ afficere Inueſtitos.*
76 *Recognitiones non probant feudum, & ſolis Recognoſcentibus obſunt.*
77 *Caducitas declarata à quolibet tertio poteſt allegari.*
78 *Faciliùs prodeſt ſẽtẽtia inter alios quàm noceat.*

79 Re-

Digitized by Google

79 *Reſciſſio teſtamenti etiam ijs, qui non interfue-
runt prodeſt.*
80 *Et validitas teſtamenti pronuntiata.*
81 *Et approbatio teſtamenti facta per hæredem.*
82 *In ſpecie feudi quod faciliùs proſit.*
83 *Cõcluſio ad affinitatem feudi cum iure commu-
ni, & de iure paterno in filijs, & de proprio in
agnatis.*

SEquitur vt (per occaſionem ſententiæ)
rationem quod feudum quid ſit hære-
ditarium confirmemus, Nam cũ etiam per
ſententiam, quæ tranſierit in rem iudicatã,
feudum acquiratur, *vt ſupra cap. 29. nu. 16.
& ſeqq. et ad citandos mox:* Ex tribus conclu-
ſionibus, quas vti veras ſtatuemus, hoc ipsũ
deducetur.
1 †Prima ſit concluſio, quod huiuſmodi feu-
dum per ſententiam quæſitum tranſit in fi-
lios noſtros, *ita ait Petr. de Bellapert. de feu.
cap. 6. verſ. ſed quæritur,* Vbi ait per ſenten-
tiam, qua quid feudum eſſe fuit iudicatum,
feudum conſtitui, vel ſaltem declarari ad
exemplum iuris ſeruitutis *Roſ. cap. 6. concl.*
2 *72.* † Vbi quod in poſterum feudum erit,
ſimplicemq; ac rectam feudi naturam ſor-
tietur, *et idem dixit Schrad. de feu. par. 6. cap. 1.
ſub num. 3. et ad par. 5. cap. 5. num. 13. Vult. de*
3 *de feu. cap. 9. num. 22.* †etiam ſi iniuſta ſit ſen-
tentia dummodò fuerit in contradictorio
lata, & non per contumaciam aut per col-
4 luſionem † Vt in ſententia pro fœmina lata
Garzo. de fœm. ad feu. recip. ad fin. eſt enim ge-
nerale etiam per ſententiam, quę in iudica-
tum tranſiuit, res nobis acquiri, & noſtras
fieri, *vt not. in rubr. ff. de re iud. et in l. ex diuer-
ſo, maximè per Bald. ff. de rei vind. Calcan. conſ.
36. num. 27.* Et vaſallum agere poſſe & con-
ueniri & tranſigere validè *eſt tex. in §. ſi va-
ſallus de beneficio, et ibi doct. ſi de feu. def. etc. et
tit. de controuer. inter vaſal. et alium de benefic.*
Hęc, dummodo poſt ſententiam ſit ſequuta
traditio *Ozaſ. vol. 2. conſ. 19. ſub nu. 23. et niſi
quoad actionem in rem vtilem ibid. nu. 19.*
Hæc cum ita ſint, clarum eſt ius ſucceſſo-
rum ex iure anteceſſoris, qui obtinuit ſentẽ-
tiam, pendere, ab eo debere recognoſci
5 † Per regulam, quod exceptio rei iudicatæ
tranſit ad beneficiũ hæredis, ſicut & in eius
damnum *l. ſi à te. §. Iulianus. l. exceptio. l. ſi*
6 *mater. §. eandẽ. ff. de excep. rei iud.* † & per aliã,
quod factum cum defuncto hæredibus etiã
nocet, vel prodeſt *l. ſi pactum. ff. de probat. et
in term. rei indicatæ Franc. Dec. Neap. 179. nu.*
7 *1. et 2.* † & ad huc per aliam, quod ſucceſſor
nõ dicitur omnino alius ab eo cui ſuccedit,
& propterea ſententia cum prædeceſſore ei
prodeſt, & nocet, *Alex. in l. ſepè. num. 69. ff.
de re iud. Menoch. conſ. 421. num. 59. alios refe-
rens lib. 5.* Præterea huc intrat argumentum
à fortiori, quia ſi in feudo recto & proprio
verum eſt in proxime defuncti ius ſuccedi,
vt ſupr. cap. 9. per tot. cum tamen feudum ab
eo proxime defuncto ſæpe non pendeat,
ſed ab alio ante eum Acquiſitore, quantò
magis acquiſitionem feudi per ſententiam
ei accepto feremus, à quo quodammodo
ſolo, ex lite eius bene acta, & vel ex ſenten-
tia etiam iniuſta, reportata, ius ſibi vindica-
bunt ſucceſſores, & dimetientur? *Auth. mul-
tò magis C. de ſacroſ. eccl.* Item adhuc à fortio-
ri, quia ſi ſucceſſori etiam nocet ſententia,
vt mox oſtẽſuri ſumus, quantò faciliùs pro-
derit, cum faciliùs proſit ſentẽtia inter alios
etiam lata, quàm noceat? vt infra etiam pro-
8 babitur † & in term. quod ſucceſſor cauſãm
ab Auctore dicat habere, qui obtinuerat ſẽ-
tentiam in feudo fauorabilem *adduco Cran.
conſ. 1000. pro gen. nu. 445. et Bertran. in conſ.
30. num. 2. 3. 4. vol. 4. et in conſ. 251. num. 2. 3.*
9 *volum. 8.* † Vbi probationes præiudicare in
term. feudi, & ſicut præiudicat ſententia
10 ſucceſſori ex eo, † quia nemo plus iuris po-
teſt in alium transferre, quam habeat penes
ſe ipſum *vt ait Imol. in conſ. 40. Menoch. conſil.
437. num. 12. lib. 5.* vbi hoc dicit in term. feu-
di, ità à contrario ſi habet ius, id transferet
in ſucceſſorem, & ſucceſſor ab eo recognoſ-
11 cet, † ſicuti e contra non recognoſceret, nec
anteceſſor ei pręiudicaret, ſi ex propria per-
ſona caperet *iuxta Oldr. conſ. 94. num. 7. et ad
ſeq. concluſ.*
12 † Secunda ſit concluſio, quod ſententia
contra patrem lata in cauſa feudi filio præ-
iudicet indubitanter; *probatur per Oldrad. in
d. conſ. 94. ſub num. 6. et 19.* Vbi loquitur pro-
prie in filio, non in agnato, & in term. pri-
mogenij, qui ſunt fortiores, & conuincitur
13 hæc veritas † quod ſecundum tex. rotundũ
*in tit. An Agnat. &c. & in tit. de Capit. qui cur.
vend. §. filius. filius ſucceſſor feudi eſt* patris hę-
14 res, † Hæredi verò ſententiã nocere latã cũ
defuncto in term. feudi *eſt penes Ozaſc. dec.
157. numer. 18. iunctis etiam numer. 16. et 17.*
15 † Vbi quando non agitur cum his quorum
intereſt principaliter, ſed ſecundariò ſentẽ-
tia præiudicat *et iuncto num. 2. ibi dum refert*
16 *Oldr. in d. conſ. 94.* † De ſententia Regis vt
præiudicet filio ſucceſſori in Regno, quem
ſequuntur alij relati *per Menoch. in conſ. 630.
num. 23. et 24. lib. 7. et in conſ. 904. nu. 64. lib.
10. et in conſ. 1118. à num. 1. ad 6. lib. 12.* Vbi
V. declarationem, & his adde *eund. Menoch.*
17 *conſ. 437. ſub numer. 12. lib. 5.* † Vbi in term.
feudi ſententiam latam cum Camera ità no
cere Baroni, qui ab ea cauſam habuit, ſicuti
18 Cameræ, *et in conſ. 934. nu. 35. et ſeqq.* † Vbi
diſtinguendo caſus illum ponit, quãdo quis
hæres eſt, vt ei ſententia præiudicet in feu-
do, & Emphyteoſi Eccleſiaſtica, relato etiã
ibi

19 ibi Oldrado ſupracit. † & adhuc in filio hę-
rede ſententiam cum patre latam præiudi-
care in conſ. 501. num. 1. lib. 6. Vbi de com-
muniori opinione in term. primogenij, et
in conſ. 1098. à num. 10. ad nu. 13. vbi in term.
feudi, & etiam primogenij lib. 11. & in conſ.
503. ſub num. 24. ad fin. & num. 25. lib. 6. vbi
nocere hæredi ſeù ſucceſſori in Regno, & digni-
tate Surd. in conſ. 189. num. 8. lib. 2. Vbi ſen-
tentiam nocere ſucceſſori in term. feudi
20 † Vbi num. 46. nota limitationem an ante,
vel poſt motum iudicium ſucceſſerit, & hãc
quidem concluſionem tutiſſimam puto in
term feudi. In quibus toties probauimus fi-
lium eſſe hæredem patris, ac vt in eius ius
ſuccedere, & ſic ceſſat ratio quod proprio
Iure, allegata perperam, & cum errore ſoli-
to ab ijs quibus non præiudicare filijs ſen-
tentiare viſum eſt vt patet ex Menoch. d. cõſ.
501. ſub numer. 2. in 2. caſu ad fin. lib. 6. quem
vnum ſat ſit retuliſſe, cum alios referat.
21 † Tertia concluſio, quod ſententia non
nocet agnatis aut filię, lata cum alio agnato
ob particularem cauſam ſequutã cum ipſo
agnato, ſeù lata cum patre, & contra eum
litigante de iure filiæ, id verò non alia ra-
tione fieri conſtat, quã illa, quia hi proprio
iure vtuntur, quare eis non obeſt ſententia,
vt de filia pleniſſime Loffred. in conſ. 10. à nu.
22 1. & ſeqq. per tot. vidend. † Vbi ſi vnus agna-
tus agat cum patre filiæ, non quidem prin-
cipaliter cum patre ad eum excludendum
à feudo, ſed agat cum patre vt ſaltem poſt
eius mortem ipſe admittatur ad excluſionẽ
filiæ, & obtineat ſententiam fauorabilem,
hęc ſententia poſt eiuſdem patris mortem
filiæ non præiudicabit, quia eiuſdem prin-
cipaliter intererat, & cum ea erat litigandũ
non cum alio quantumuis patre, quare tan-
quam res inter alios non præiudicaſſe ſen-
23 tentia, vt ibid. maximè ſub num. 7. † Vbi inter
alia dicit quod emolumentum dictę litis ad
filiam ſpectabat proprio nomine, & quod
24 cauſa dicitur propria ipſiùs filiæ † & idem
erit in agnato eodem in caſu, quo de Iure
aliorum agnatorum non eſt principaliter
quæſtio, ſed ſoliùs illiùs agnati tantum: pu-
tà ſi forte ob Vaſalli particularem aliquem
actum contractum, promiſſionem aut quid
tale reliquos agnatos feudi ſucceſſores non
obligans) actum ſit, & lis agitata, & ſenten-
tia contra talem Vaſallum reportata, hanc
enim ſententiam non nocere alijs agnatis,
niſi durante vita Vaſalli teſtatur Roſent. in
Synop. feu. cap. 9. concl. 27. numer. 1. iuncta glo.
A. ad Affl. in §. ſi Vaſallus de beneficio. ſub nu.
9. verſ. 4. pro hoc. ſi de feu. def. Peregrin. viden.
art. vlt. nu. 60. de fideic. & in his quidẽ term.
procedat doctrina, quod agnatis non pręiu-
25 dicet ſententia cũ alijs agnatis lata, † Quia
agnati ex propriã perſona, ex proprio Iure
ſuccedant, nimirum ſi illa ſententia nõ no-
ceat, vt hac nominatim ratione vſus eſt
26 Ozaſc. in dec. 157. num. fin. † & in hiſce ſim-
pliciter term. habet locum quod dicitur,
vbi ſẽtẽtia de ſui natura facit ius quoad alios
quod tamen nunquam faciat Ius contra ha
bentes Ius ęque principale, nec eis noceat
vt ſubdit Ozaſc. ead. dec. 157. ſub numer. 17.
nam non ſolum viget vna ratio, qua agnati
omnes æque principaliter prætendunt ad
ſe feudum ſpectare, ſed etiam in indiuiduo
quoad hoc ipſum, quatenus ex proprio fa-
cto ille Vaſallus ità fecit vt poſſet ſententiã
contrariam in ſe trahere. Nam eſt quod
obijcere poſſint & alij, an ex facto tuo po-
tuiſti nobis præiudicare? & ad hoc nulla
erat, nec eſt replicatio, quin agnati aduerſus
huiuſmodi ſententiam ſe tueri poſſint.
27 † Nam vt obſtet rei Iudicatę exceptio,
illud inter cetera traditur requiſitum, quod
eadem ſit cauſa agendi idem Ius, l. cum quę-
ritur. cum duab. ſeqq. ff. de excep. rei iud. & in
term. feudi Surd. conſ. 189. n. 29. lib. 2. Menoch.
in term. maioratus in conſ. 501. nu. 15. & ſeqq.
lib. 6. & in term. Emphyteoſis Eccleſiaſticæ in
dec. noſtr. flor. 52. nu. 7. & ſeqq. non eſt autem
eadem cauſa, ſeù idem Ius, ſi ſententia fuit
lata occaſione facti particularis eius Vaſal-
li agnati contrà quem lata fuit, non autem
ex cauſa, quæ ſibi cum alijs eſſet communis
de qua mox tangimus obiectione ſubſe-
quenti.
28 † Neque enim obſtat quod ſententia lata
cum agnato noceat, vel proſit alijs agnatis
etiam ignorantibus, & non citatis, vt relatis
hinc inde opinionibus contrarijs tandem in
hac reſident, & de magis communi ac ve-
riori teſtantur Roſent. d. cap. 9. concl. 27. num.
8. iuncto. numer. 3. Intrigl. de feu. cent. 2. art. 5.
nu. 142. 143. Molin. de Hiſp. primog. lib. 4. c. 8.
num. 3. & 5. & poſt omnes diligenter Bammac.
in tit. ſi de feu def. §. ſi Vaſallus de beneficio ſuo.
ſub num. 42. verſ. contrariam, & num. 43. poſt
relatos contrariæ factionis Doct. ſub eod. num.
42. in princ. & nouiſſimè Fuſar. de fideic. ſubſt.
quæſt. 602. vbi pleniſſimè cum iudicatis. & trã-
ſibat Senat. noſter. in vna Marchionatus Montis
Caprelli referẽte Doctiſſ. & Vigilãtiſſ. D. Senat.
Ferrario ſub.. martij hoc anno 1635. licet in con-
trarium videretur vrgere conſ. 31. excellentiſſ.
D. Bello. Præſid. At dictam opin. primam re-
ceptiſſimam, nec eſſe ab ea in conſulendo &
iudicando recedendum dicit d. q. 602. ſub nu.
4. Fuſar. & hoc probat tex. ipſe in d. §. ſi Vaſal-
lus de beneficio. ſi de feu. def. &c. ibi omni
tempore firmum erit illud iudicium. ex quo in-
fer etiam quoad filios, ſeù agnatos, ad hoc
vt verba verificetur ad not. in cap. præced. ſub
verſ. id autem dabitur, iunct. dicen. in ſeq. verſ.

li-

litibus ſiniendis, ſic malè Iſern. hoc eod.§.col.3.
ad fin. verſ.ſed nunquid ; quod hic locus de
agnato non loquatur, & *Affl.ibid. ſub num.*
9.verſ.ſed in contrarium, nam cum vltrà par-
ticularem caſum eo tex. adſit, & ratio illa,
ſeù magis ſtabilimentum indefinitum ac
generale, intrat quod nõ dicatur caſus omiſ
ſus *ad ſupra cap.anteced.numer.56. & ſeqq.* &
quod eſt legitime factum, non debet ex ſu-
perueniente actu infirmari, *vt ait Afflic.hic d.*
num.9. & Schen. num. 1. in fin. & ſub num.3.
adde aliam rationem cum tit. de contr. int. Vaſ.
et alium, ibi, Ipſe enim ſolus vtiliter agendi &c.
quæ pariter cadit in agnatum litigantem
nõ ſolum inſpecta perſona domini, ſed etiã
cuiuſlibet alterius agnati idemmet intereſ-
ſe poſt eum habentis, quare quomodo dici
poteſt caſus omiſſus? per eandem remiſſio-
nem, quemadmodum e contra non præiu-
dicaret ſi fraudulenter, & huc cadit, quod
nec alijs præiudicauerit, vt mox dicemus
ſicut nec domino, vt eſt in eodem tex. quare
non ſunt neceſſaria argumenta ad proban-
dum an agnatis agnato præiudicauerit *de*
quibus Afflic. ibid.nu.8.& 9. cum habeamus
tex. multominus eius opinio (vt contrà tex-
tus ipſos) erit recipiẽda, ergò ſi ità eſt, quod
etiam agnatis noceat, vel proſit ſententia,
ſubijcies ſtatim veram non eſſe rationem
quod agnatus iure proprio feudum con-
ſequatur vnde & æqua filij ac agnati erit
conditio, & ceſſabit differentia, ac etiam di-
uerſitatis ratio.

Reſpondetur enim eo caſu, quo ſententia
cum agnato afficit agnatos, ſecundum præ-
dicta quæ veriſſima ſunt, & rectè procedũt,
id non fieri ex eo, quod ſint ſucceſſores iure
hæreditario, quibus noceat factum defun-
cti, ſed ex alio, & quidem cum præſuppoſito,
quod talis ſententia fuerit lata cum legiti-
mo contradictore, quæ indifferenter præ-
iudicat, nulla habita ratione an ex perſona
propria ius competat, an verò ex aliena, &
per ſucceſſionem hæreditariam, vt patet ex
præcitat. & relatis, etiam ab ipſis latè in
term. agnati cum agnato.

29 † Ratio eſt, quia hoc caſu dicitur agi ęq;
principaliter, nam eo ipſo quod actum cũ
vno legitime, perinde eſt ac ſi actum fuiſſet
cum omnibus ſimul, & ſufficit ſemel benè
30 actum, † Aliàs ſequeretur abſurdum & in-
conueniens manifeſtum, quod omnes in in-
finitum agnati litem eſſent ſuſcitaturi, id ip-
ſum ſibi non nocuiſſe ſententiam perpetuò
allegaturi, eandem ſemper cantilenam de-
cantaturi, *cõtra tex. in l.ſingulir.6. ff.de excep.*
rei iud.ibi, Vnum iudicati finem ſufficere ne ali-
ter modus litium multiplicatus inexplicabilem
faciat difficultatem quem tex. adducit in ſpe-
cie *Ar.Pinel.ad l.1. par.3.ſub num.49.col.4.*
31 *ad fin.pag.377.* † Ne ſæpius de eodem quę-
ratur, *vt in l. licet. §. fin. Naut.Caup.Stab.*
32 † Ne iterum aliud de eadem re iudiciũ ſu-
bire cogatur, vt ait in ſpecie quoque per d.
iura *Peregr.de fideic.art.vlt.ſub num.51.verſ.*
ſed horum opinio ad fin.princ.& hic infra num.
60.Bammac.num.42.in fi.& nu.43.& nu.53.
33 † Et ob hanc rationem contrariam opinio-
nem quod non noceat alijs agnatis in pra-
ctica abhorrendam *dicit. Mol. d. lib.4.cap.8.*
ſub num.3.ad fin.vt ſit litium finis.
34 † Adeò quod nihil obſtet quod *dicit Ozaſ.*
d.dec.157.num.16. & 17. quatenus ait non
obeſſe ſententiam alijs agnatis, tanquam
habentibus ius coequale, quia exempla per
eum allegata procedunt, & loquuntur in
term. coęqualitatis ſimultaneę, tam iure ip-
ſo actiuo, vel paſſiuo, quam in executione
eiuſdem iuris. Nos ſumus in caſu vbi, licet
ius ipſum ſit in omnibus idem, & coęquale,
exercitium tamen eius eſt in poſſeſſore eius
actualiter, aut in pręrtendente ex nunc prin-
cipaliter, in alijs verò poſt eum ſecundariò,
& demum eo mortuo tantum, quare non
procedit, nec benè applicatur illa reſpõſio
Ozaſ. adducta vt ſuę opinioni faceret, quod
ſententia cum agnato non præiudicaret.
35 † Meliùs defendi poterat deciſio illa Excel-
lentiſſimi, Prudentiſſimique Senatus opti-
ma in eo caſu, ex eo quod non cum legiti-
mo contradictore, id eſt non legitimè ac vi-
riliter agente, ſed cum culpoſo lis eſſet, cũ
abſque probationibus, quæ fieri potuiſſent,
& nunc fieri offerebantur, fuiſſet illa prima
ſententia prolata, vt meritò non nocuiſſe,
& audiendum nouum Vaſallum fuerit de-
ciſum, nam huiuſmodi caſibus non nocere:
& limitari traditionẽ, quod agnatus noceat
agnato, in hac ſpecie ponũt omnes Docto.
ſupracit. *quibus adde Surd. in conſ. 189.num.*
39.& 40.in term. defectus probationum, & in-
36 *fra verſ. limita vt.* † & ad dictam reſponſio-
nem noſtram *ad Ozaſ. Peregr. ſub d.num.51.*
verſ.nec diſtinguendum, fortè reſpexerat. dum
ſubiecit *ſufficere, quod ſententia ſit lata cum*
principali legitimo contradictore, & non ob-
eſſe quod ſequentes agnati Ius in feudo
ex prouidentia domini non habeant ex per-
ſona Victi, nam Victus legitimam perſonã
habuit ſiſtendi, & rem in iudicio deducendi
&c. quem communiter referunt, & ſequun-
tur alij, *vt patet ex Bammac.& Intrigl. ſupra-*
cit.& clarè Honded.conſ.28.ſub num.12.lib.1.
37 † Vbi alios vocat ſecundariò ſucceſſores in
ſpe &c. *vt infra ſub verſ. ſecundus caſus & ad*
ſupra num.28.
38 † Quis autem dicatur legitimus contra-
dictor ponit requiſita *Menoch. conſ.390.nu.*
41.lib.4. Vbi ſex ponit, *& in conſ.180.num.*
54.55.56.57.lib.2. in Allodio, fideicõmiſſo,

feudo, Surd. conſ. 189. num. 29. 37. & ſeqq. 41.
39 & ſeqq. † Vbi etiam de alijs neceſſarijs, vt noceat ſententia cum alijs lata, in ſpecie feudi, & ad idem Menoch conſ. 421. num. 58. & ſeqq. lib. 5. conſ. 688. numer. 38. & 40. lib. 7.
40 conſ. 904. nu. 68. 72. lib. 10. † & optimè Tiraq. declarat legitimum contradictorem de nobilitat.
41 cap. 37. num. 4. & ſeqq. † & ibi à nu. 1. & ſeqq. quibus præiudicet ſententia cum alio lata, Alex in l. ſæpè. num. 76. ff. de re iud. Phan. de inuent. par. 5. §. explicitis. à num. 22. ad num. 34. Peregr. de fideic. art. vlt. num. 40. & ſeqq. 46. et ſeqq. Surd. conſ. 437. nu. 26 lib. 3. Tuſc. Card. Illuſtriß. lit. S. concl. 174. & 175. Bero. conſ.
42 102. num. 46. & ſeqq. lib. 2. † Et duobus modis poteſt intereſſe principaliter, prout explicat Bart. ad l. ambitioſa num. 19. ff. de decret. ab ord. fac. Bal. in §. quibus. num. 37. & ſeqq. C. de nou. Cod. fac. remiſſiuè Mantua conſ. 200. in fi. lib. 1. ad quod remitto.
43 † Limita, vt non ſemper ſententia cum hærede præiudicet ſubſtitutis, puta, ſi ſuper inhabilitate teſtatoris fuerit lata Menoch. cõſ.
44 311. ſub num. 23. lib. 4. † Vel ſi appareat ini-
45 qua, & iniuſta conſ. 688. num. 38. lib. 7. † Vel prolata incidenter ſuper vno non nocet alteri ſuper eodem principaliter, Id. Menoch.
46 conſ. 905. num. 69. † & in dubio non præſumitur alij obeſſe, quam ei, contrà quem lata
47 fuit n. 68. 77. & in d. conſ. 688. n. 40. † Item ſi
48 per fraudẽ Loffr. cõſ. 10. n. 25. † ſi per culpam aliquã contradictoris Natt. conſ. 537. n. 32. l. ex contractu 44. in fin. ff. de re iud. l. 1. §. fin. ff.
49 de Carbon. edic. † ſi per dolũ, vel colluſionem, l. 1. l. cum non iuſto. de colluſ. deteg. Surd. deciſ.
50 256. num. 12. † Quæ colluſio per dolum eſt probanda Natt. d. conſ. 537. num. 30. 31. 35.
51 Crau. conſ. 997. num. 11. & ſeqq. † Vbi de cõ-
52 iecturis ex quibus probatur. † Si per imprudentiam aut ſordes l. ſi per imprudentiam. §. 1. ff. de euict. Caroc. de loca. part. 3. capit. 48.
53 † Si per negligentiam l. ſi ſeruus plurium. 53. §. 1. in prin. de leg. 1 in d. l. principaliter. 19. C. de liber. cau. Menoch. conſ. 688. nu. 35. & ſeqq.
54 † Vbi etiam quomodo commiſſa cenſeatur lib. 7. & in term. feudi conſ. 504. n. 65. & ſeqq. lib. 10.
55 † ſi per cõtumaciam Marſil. ſing 4. Crau. cõſ. 989. ſub num. 10. conſ. 997. ſub num. 28. & ſub n. 19. & 20. Vbi rationes aſſignantur, & cõſ. 1000. pro gen. num. 61. & ſub n. 77. declara vt præiudicet in term., vt per Farinac. dec. 2. nu. 6. lib. 2. & D. Morot. reſp. 21. numer. 11. & 12.
56 † ſi non fuit probatum quod probandum erat, & probari poterat, Alex. in l. ſæpe. ſub num. 107. de re iud. Surd. conſ. 437. ſub nu. 26. Peregr. Bammac. & alij ad hæc iam ſupracit.
57 † Et adhuc in terminis feudi fraudem abeſſe debere ſunt tex. in tit. de controu. int. Vaſal. ibi Dummodo fraudulenter actum non ſit. Item ſi nulla Bertr. conſ. 23. num. 6. vol. 4. Pinel. d. l.
58 3. ſub nu. 50. lim. 6. C. de bon. mat. lib. 1. † Item ſi lata legitimis defenſoribus non comparentibus, Rot. apud Farin. par. 1. dec. 264. nu. 4. dec. 271. num. 2.
59 † Ceterùm à ſententia validè lata alijs præiudicante nõ dari appellationem per legatarios, ſubſtitutos, & alios, quibus nocere dictum eſt dicit Peregr. d. art. vlt. ſub num. 56.
60 † Vbi in fine rationem, ne res in infinitum abeat, nam quiſque ſubſtitutus & in fideicommiſſo ſucceſſor poſſet pro ſuo intereſſe
61 appellare † & id verum in term. in quibus loquitur Peregr. ideſt quando agnatus litẽ paſſus, appellationis remedia ordinaria nõ omiſit, ſecus ſi omiſit, quia alij agnati poterunt appellare Molin. de Hiſpan. primog. lib. 4. cap. 8. num. 10. Bammat. in d. §. ſi Vaſallus de
62 beneficio. num 60. tit. ſi de feu. def. † Item licebit appellare ſi agnatus velit interuenire liti, & intra terminos datos ad appellandum appellare voluerit, quia nõ poſſet ei appellatio, & interuentus iſte denegari l. ab executore. §. aliò de appellat. c. cum ſuper. Vbi Fely. poſt alios num. 11. de re iud. Crau. conſ. 202. ſub nu. 21. Menoch. conſ. 904. nu. 71. lib. 10. Natt. in conſ. 99. num. 2. Did. pract. qq. c. 13. nu. 1. 2. Cornaz. dec. Luc. 128. nu. 12. Menoch. de arbitr.
63 caſ. 18. Honded. conſ. 25. per tot. lib. 1. † Etiam vbi appellatio prohibita eſſet principali, Surd. conſ. 271. nu. 22. & in term. feudi Menoch.
64 conſ. 501. num. 10. & ſeqq. lib. 6. † & in eiſdem etiam term. feudi dat conſilium, vt appelletur, vt iudicio aſſiſtatur, Bãmac. in d. §. ſi Va-
65 ſallus de beneficio. nu. 61. † Sic male indiſtinctè in his term. feudi poſſe appellari, etiam vbi legitime & cum legitimo contradictore his fuit defenſa cenſuit Roſen. in Synop. feu. cap. 9. concl. 27. num. 19. et malè Crot. et alij citati per Peregr. d. art. vlt. num. 56. ad fin. prin.
66 qui idem ſenſerũt. † Vbi verò requiritur ſciẽtia, an hæc præſumatur an ignorãtia, & alia ad idem Surd. conſ. 189. num. 49. et ſeqq. lib. 2.
67 † & vbi poteſt appellari, a die ſcientiæ poſſe in hoc bene Roſen. d. num. 19. iuncta ibi glo. n. Natt. conſ. 51. n. 1. Menoch. conſ. 853. n. 23. et
68 ſeqq. lib. 9. † ſtatim ex quo ſciuit Menoch. cõſ. 904. nu. 70. lib. 10. lib. 9. Peregr. art. vlt. n. 54.
69 † A ſcientia ſententiæ contra latę etiã abſq; notificatione ſeù denunciatione, quia non ſint de ſubſtantia. Menoch. conſ. 876. num. 1. et ſeqq. lib. 9.
70 † Nec omittendum, quod ſententia lata inter duos conſocios litigantes ſimul cõtra tertium nullam parit exceptionem rei iudicatæ inter ipſos duos Bald. conſil. 309. nu. 23. lib. 1. Albenſ. conſil. 38. num. 10. lib. 1. Menoch. conſ. 252. num 18. lib. 3. conſ. 476. num. 9. lib. 5.
71 Burſat. conſ. 176. num. 5. lib. 2. † per regulam quod diſpoſita collectiue ex parte aliquorũ verſus alios, non habent locum inter ipſos

l. qui

l.qui proprio.46.§.fi.et l.ſeq.ff.de procur.Surd.
dec.176.num.5.et per plura exempla dec.239.
num.3.et ſeqq.declarando vt num.12.et ſeqq.
et in conſ.551.nu.30.lib.4.vbi in term.feudi.
72 †Item an teſtes ſeu confeſſiones & alia nobis
præiudicent, & alijs proſint in alio iudicio
Surd.dec.309.
73 † Quid ſi contra fuerit iudicatum *dec.196.*
num.7 et in term.feudi conſ.423.nu.23.et ſeqq.
74 *lib.3.num.7.* † Item ſententiam latam pro
vno ex duobus collitigantibus contra tertiũ
exequi pro eo, pro quo fuit lata, non obſtã-
te appellatione alterius collitigantis, qui
non obtinuit *dicit Surd.dec.335.num.7.et in*
term.feudi vide conſ.349.numer.34.35.lib.3.
75 † Vbi ꝓteſtationes ſeù reſeruationes quo-
76 ad alios no afficere quoad Inuoſitos. † Re-
cognitiones non probãt feudum, nec niſi ip-
ſis recognoſcentibus obſunt non alijs *Bertr.*
conſ.3.num.5.et ſeqq.lib.2.part.1.de quo plenè
Roſen.cap.6.concl.70.per tot.et concl.69.
77 † Caducitas declarata a quocunque ter-
tio opponi poteſt *Surd.deciſ.280.numer.60.*
78 † facilius prodeſt ſententia, quam noceat,
inter alios lata *l.ſi hæres.ff.famil.erciſ.l.ſi ſer-*
uus plurium.53.§.1.de leg.1.Crau.conſ.45.ſub
num.2.et ſub num.8.vbi ratio conſ.202.nu.22.
conſ.205.et 206.vbi plenè de hoc conſ.220.ſub
num.20.21.conſ.278.ſub num.1.Rot.gen.dec.
79 *29.et 103.* † ſic reſciſſio teſtamenti etiam ijs
qui non interfuerunt prodeſt *Petr.de Ranu.*
ſing.753.Bartol.in l.poſthumus.§.ſi quis ff.de
80 *inoff.teſt.* † & validitas teſtamenti pronun-
ciata *Menoch.conſ.423.num.43.lib.5.ſicut et*
81 *nocet num.24.et ſeqq.* † & approbatio ipſiuſ-
met hæredis facta de teſtamento *Surd.conſ.*
82 *411.ſub num.32.et ſeqq.lib.3.* † & in ſpecie
feudi quod facilius proſit *ad Loffred.conſ.10.*
num.14.per d.l.poſthumus.§.ſi quis ex his,etc.
83 † Ex quibus hic vltimò loco dictis dignoſ-
ce affinitatem feudi cum Iure communi, &
ex poſitis ſupra cõcluſionibus, firma ratio-
nem noſtram, quatenus etiam ex capite ſen
tentiæ intelligamus ius filiorum, vt pater-
num, Ius vero e contra agnatorum vt pro-
prium, & cum hiſce ſit finis huic parti ſecũ-
dæ ad modos acquirendi pertinenti, quos
non opus fuit omnes peculiari dote locu-
pletare, quia ex quinq; explicatis hiſce mo-
dis, & reliquorum (quippe eodem pede de-
ambulantium) cognitio dependet, nec lon-
giores eſſe occurrit.

F I N I S.

Partis Secundæ circa practicandam rationem nouam ad tit.
An Agnat. &c.

Sequitur tertia pars circa practicandam eandem rationem in modis
quibus feuda retinentur.

ANTONII MONACHI

DE RECTA FEVDORVM INTERPRETATIONE,

Pars Tertia Cap. 46.

PRÆFATIO.

Circa rationem tit. An Agnat. vel fil. practicandam in modis quibus feuda retinentur.

De retentione feudi.

SVMMARIVM.

1 *Retinetur quid per mediam perſonam.*

2 *Signum iuris ab anteceſſore recognoſcendi ſtat in retentione eius; quod non retinendo ſucceſſori preiudicatur.*

Ex qua perſona quis lucrum capit eius & factũ preſtare debet, etiam non iure factum aliquãdo ſub eod.

3 *Quæ regula procedit etiam in fideicommiſſis, & in quacunque alia materia, ſi non ſit factum inuentarium. et num. 4.*

5 *Et quando lucrum capitur iure hæreditario non alio.*

Quæ verificantur in filio, non in agnato. ſub eod.

6 *Ex retentione feudi in filios beneficium redundat ad §. 1. tit. de feu. dato in Vic. Leg. Com.*

Poteſt alius inueſtiri vaſallo viuente ſi conſentiat, aliàs ſi non conſentiat, non valet inueſtitura, et ſic retinendo vel non retinendo præiudicatur, vel non præiudicatur ſucceſſoribus. ſub eod.

7 *Ab eo ius habere dicimur cuius in poteſtate eſt vni donare et alium priuare.*

8 *Exemplum in feudo ipſo.*

9 *Non à defuncto, ſed iure proprio quid competere dicitur, in quo anteceſſor non poteſt præiudicare.*

10 *Vt circa Inſignia agnationis.*

11 *Retentio verificatur in duobus in recognitione ſeù renouatione feudi, et in ſubinfeudatione.*

QVod ius in nos tranſiens pendeat ex alieno iure, puta anteceſſoris, etiam per occaſionem retentionis non inelegan-
1 ter repreſentatur. † Tum ex eo, quod per medias perſonas aliquid retinemus *Iſern. ad tit. de alien. pat. feu. paulò ante fin. adde ad idem infra cap. 51. num. 22. ex §. ſoluto auth. de nupt.*
2 † Tum ex eo quod dum poteſt anteceſſor retinendo ſibi & poſteris prodeſſe & nõ retinendo præiudicare, ſignum hinc euidens exurgit, quos ille alteri ſuum ab eo anteceſſore dimetietur, & e contrà ſi nec prodeſſe nec preiudicare poteſt, ſignum eſt quod ex proprio, *vt eſt de vtroq, glo. fin. qui ſucceſſ. feuda. teneant. vbi et eſt ratio (inquit)* quia ſucceſſor prædictorum nihil habet à prædeceſſore, vnde eius factum non tenetur habere ratum; ſed in hærede ſecus, Azo. quia ex qua perſona quis lucrum capit, eius quoque factum præſtare tenetur, etiam ſi quandoque iure factum non eſſet *vt. ff. de reg. iur. l. ex qua perſona. et C. de liber. cau. l. ſi ab eo: hactenus*

P 3 glo.

glo.cui adde l.cum à matre.C.de rei vend.vt per
3 *Surd.in d.conſ.237.num.4.in fin.* † & quam l.
cum à matre. in fideicommiſſo, & in qua-
cunque aliâ materia, non facto inuentario
procedere *dicit id.Surd. conſ.353.ſub n.5.col.*
4 *ſeq.ante med.lib.3.* † & etiam dictam reg.ex
qua perſona *conſ.571.num.55.lib.4.* vbi etiã
quod ex propria perſona, quid competat,
ſi ſis hæres abſque beneficio inuentarij.
5 † & quando lucrum iure capitur hæredita-
rio non alio, vt dicit idem *Surd. d. conſ. 237.
num.72.* Iſta in feudo verificantur & in filio
& in agnato, & in filio quidem vt retentio
parentum ei aut proſit, aut præiudicet, in
agnato verò totum contrarium, quippe qui
capiat ex perſona propria, non vt hæres,
cum filius capiat vti hæres, vt ſæpe dictum
eſt.
6 † Sed exemplum clarum in term. reten-
tionis feudi, ex qua beneficium in filios re-
dundet ſit *ex §.1.tit. de feu. dato.in Vic. Leg.
Com.* vbi poteſt alius inueſtiri Vaſallo inue-
ſtito viuente, ſi ipſe conſentiat, ecce ſuppo-
nas conſenſiſſe; non ne hoc ipſo non reti-
nendo, & ſe ipſum, ſucceſſores priuauit? ſe-
cus ſi non conſentiat, nam non conſentien-
do retinuiſſe id ſucceſſoribus proderit, *vt
declarat tex. in fin.* quia tametſi dominus ſo-
lus inueſtiuerit, non tenebit tamen inueſti-
tura in præiudicium vllius nec Vaſalli vi-
uentis feudum retinere volentis dum aſſen-
tiri recuſat, nec ſucceſſorum eius, quibus
retinendo, non conſentiendo aliũ inueſtiri
feudum conſeruauit.
7 † Sic ab eo ius habere nos dicimur, cuius
in poteſtate eſt vni donare, & alium priuare
*Surd. conſ.260. ſub numer.18.lib.2.& in conſ.
427.ſub num.7.8.num.12.& ſub nu.19.lib.3.*
8 † Vbi feudum illud haberi à patre, in quo
pater poteſt præiudicare, vni auferre, & in
alium conferre.
9 † Sicut e conuerſo nõ à patre, ſed nomine
proprio ea habere dicimur, in quibus factũ
patris non poteſt vllo modo nec non reti-
nendo quidem, pręiudicare vt in fideicom-
miſſis *ad auth. res quæ cum ibi not. C. Com. de
legat.l. filiusfamilias.114.§.cũ pater.de leg.1.*
10 † vt in inſignibus agnationis, quę non amit-
tit filius emancipatus *Pomp.Roch. de inſigni-
bus fam.lib.1.cap.22.col.7.poſt med.verſ.iſto*
11 *etiam pag.68.* † hæc de retentione ſimplici-
ter, ſed vlterius ſciendum retentionis ter-
minos adhuc verificari poſſe in duobus vel
in recognitione, ſeu renouatione feudi, vel
in ſubfeudatione: de quibus propterea ſepa
ratim agendũ; & in his ratio tit. An Agnat.
&c. experienda.

CAP. QVADRAGESSIMVM SEPTIMVM.

De recognitione ſeu renouatione feudi.

S V M M A R I V M.

1 *Recognitio patris & nõ recognitio alijs prodeſt & nocet.*
2 *De Recognitione remiſſiuè etiam de alia quam poſſint prætendere Vaſalli pro oſtendendis titulis poſſeſſorũ, & generaliter facta quæ contineat.*
3 *Antynomia proponitur inter §.* pręterea ſi quis infeudatus. de proh.feu.al.per Fed.& tit. de Cap. conr. & tit. quæ fuit pri.cau.benef.amitt.Cum tit.Quo temp. mil.*& opiniones conciliantium. & ſeqq. vſque ad num.* 8.
4 *Euitanda eſt correctio.*
7 *Compilatores faciunt mentionem de vſu Mediolan.quando ad eſt in contrarium.*
9 *Opinio Auctoris circa conciliationem dictorum tex.*
10 *Verbum* (Sancimus) *proprium legiſlatoris.*
11 *Inter diuerſitatem iurium optime intrant diffinitiones legiſlatorum. & num.25.*
12 *Variæ circa purgationem moræ ſententię Doctor. referuntur. & ſeqq. vſque ad num.25.*
26 *Tit.quo temp.mil.declaratur.*
27 *Vaſallus poſt annum & menſem ſtatim comparens an admittendus ad recognitionem. & nu.30. & 32. Celeri ſatisfactione. & nu.33. & ſeqq.*
28 Damnetur *id eſt feudum amittat.*
29 *Verbum (amittat) eſt priuatiuum, licet per ſententiam declaratoriam.*
31 *Quod intellige.*
35 *Non eſt anſa danda Vaſallo ad incuriam & irreuerentiam.*
36 *Tex. in §. præterea ſi quis in feudatus declaratur.*
37 *Verbum(pollicendo)ponderatur.*
38 *Honor non datur ſi ſponte dominus nõ recognoſcatur.*
Sed contemptus & ingratitudo.ſub eod.
Differentiæ ratio inter feudum & emphyteoſim ac alia circa non petitum intra tempus inueſtituram.ſub eod.
39 *Defenduntur tex. prædicti ab iniurijs, quod rigoris & odij ſint pleni.*
40 *Aduerſus multos Docto. non eſſe opus Iudicium fuiſſe motum &c. vt num.45.& 46.*
41 *Intellige & declara. & ſeqq*

46 *Si*

46 Si dominus intra menſem declaret caducitatem non oberit declaratio.

47 Alius poteſt inaeſtiri tranſacto tempore legitimo, quo non fiat à Vaſallo petita inueſtitura.

48 Nec praiudicat domini declaratio etiam eo caſu, quo facta ſit oblatio à Vaſallo poſt modicũ tempus.

49 Quando dicatur modicum tempus, vel quod celeri ſatisfactione remiſſiuè.

50 Plenè de tempore purgandi moram remiſſiuè.

Annus & dies incipit currere non à morte, ſed ab adita hæreditate, Imo contra vt ſub eod. et an mortis appellatione veniat ciuilis. ibid.

Et an ſit tempus vtile vel continuum. ſub eod.

51 Non facta recognitio tempore legitimo nocet etiam filijs.

52 Ratio quia in eis feudum eſt quid hæreditarium.

Non agnatis. ſub eod. & num. 51.

Quia dicta ratio ceſſat in agnato ſub num. 52.

53 Et ideò ſi non ceſſaret, quia eſſemus in feudo hæreditario, etiam agnato præiudicaret.

54 Reijcitur opinio quod feudum propriam ob non petitam inueſtituram amittat agnatus.

55 Reddita ratione.

Ex non petita in tempore inueſtitura non offenditur immediatè perſona Domini. ſub eod.

56 Sed offenſio eſt in negligentia ſola, non in contẽptu.

57 Plus eſt delictum in cõmittendo quàm in omittendo. & num. 58.

59 Longa differentia eſt inter contemnere & negligere.

60 Opinio quod feudum non amittant agnati ob nõ petitam inueſtiturã eſt communis, et benignior. & num. 61.

62 Plura de caducitate per hoc incurſa, remiſſiuè.

Feudum ità caducatum ſtatim vadit ad agnatũ ſub eod.

63 Contra per tex.

64 Reſpondetur tex. loqui de infeudato non de inueſtito. & num. 66.

65 Et alij tex. ad idem inducuntur.

67 Praiudicat defectus prędictus in vtroque feudo nouo et antiquo.

68 Opponitur opinio, quæ idem in filio quod in agnato ſtatuit, vt non præiudicetur.

69 Reſpondetur hanc opinionem minimè veram & deuiare à iuribus feudalibus & à ratione.

70 Et deffenditur auctoritatibus, & rebus iudicatis.

71 Mirum eſt Commentatores, quę ex proprijs meditationibus effinxerunt magis attendere, quã verba legis.

72 Ratio quod filius non habeat à patre reijcitur.

73 Feudatarius ſeù hæres priuatur feudo.

74 Reijcitur opinio diſtinguentium feudum informe, vt præiudicetur à formi vt non pręiudicetur.

75 Concluſio auctoris de communi vel non communi, cum diſtinctione circa illud, an filius ſolus priuetur an verò non priuetur, vt agnatus ex non petita in tempore inueſtitura.

76 Limitationes quædam remiſſiuè. & num. 77.

78 Filij magis indubitanter præiudicaretur ſi lis fuiſſet cum patre conteſtata.

79 Negligentia tranſiret in contemptum et noceret etiam agnatis, ſi Vaſallus interpellatus, adhuc neglexiſſet petere inueſtituram.

Sed quidam contrà cum Auctore. ſub eod.

80 Feudum hoc caſu deuolui ad dominum ex §. denique reprobatur. et num. 83.

81 Non valet argumentum à delicto in omittendo ad delictum in committendo.

82 Tametſi vterque contraſacere dicatur.

84 De proclamate, vt omnes ad certũ tempus veniãt ad capiendam inueſtituram, remiſſiuè.

85 Vaſſallo moriente intra annum et diem quantũ temporis ſuperſit ſucceſſoribus ad eam petendam.

86 Quilibet agnatus in contumaciam præcedentis habet integrum annum et diem.

87 Et ratio.

88 Iuramentum duplex contrahentiam, et ſucceſſorum.

89 Effectus iuramenti contrahentium.

90 Actus duplex alter tranſitorius in ſucceſſorem, alter non tranſitorius.

91 Actus recognitionis non eſt tranſitorius, quia perſonaliſſimus.

92 Renouatio cur fiat.

93 Signa deuotionis et reuerentiæ ſunt perſonaliſſima.

94 Suam quiſque ſibi non defuncto inueſtituram petit.

95 Licet Vaſallus iurauerit fidelitatem pro ſe & ſucceſſoribus, tamen ſucceſſores tenentur etiam iurare.

96 Iuramentum ex parte iurantis perſonale eſt. et ſub num. 97.

97 Nemo poteſt alterius animam obligare.

98 Vbi iuratum pro ſe & ſucceſſoribus non tenetur iurare quis quoad dominum nouum directum.

Quod adhuc limita vt ibid. remiſſiuè.

99 Hæredi poſſunt tempora integra competere.

100 Non an hęres ſit ſpectandum, ſed quo iure an proprio vel hæreditario.

101 Integra manẽt tempora ſiuè feudum ſit nouum ſiuè antiquum.

102 Hanc inueſtituram filij capiunt non ex perſona patris ſed ex propria.

103 Tollitur error eorum, qui cenſuerunt tempus

cum patre incohatum continuare, non integrũ ſupereſſe, ſublato errore, quod filij peterẽt inueſtituram ex perſona patris.
104 *Cauſa particularis et immediata attendenda, non remota aut generalis.*
105 *Et regula ſpecialis non generalis.*
106 *Concluſio.*
107 *De materia remiſſiuè.*
108 *Noua inueſtitura non neceſſaria in acceſſionibus ſeu additamentis.*
109 *Dotis augumentum vel donationis dicitur eadẽ dos.*
Additio ad Statutum dicitur vetus ſtatutum. ſub eod.
De re vnita cum feudo remiſſiuè. ſub eod.
110 *Alia plura de iuramento fidelitatis et aſſecurationis.*

1 ET † primò de recognitione, circa quam quoad rem noſtram pertinet, huiuſmodi aſſerimus concluſionem, vt filijs proſit recognitio patris, noceat autem non facta intra legitima tempora eiſdem, Agnatis verò non noceat. Hanc prius quam firmemus, præſciendum quod ſiue Vaſallo mortuo, ſiuè domino directo, ſucceſſores tenentur intra annum, & diem, dummodò non excedant annum, & menſem, ire ad dominum, & iurare ei fidelitatem, feudique ab eo ſuc-
2 ceſſionem recognoſcere. † De qua plenè integro *tract. Syluan. de feu. recogn. Roſent. in Synop. feu. cap. 6. concl. 29. et pluribus ſeqq. D. Gallup. in meth. feu. par. 5. cap. 7. vbi an ſubditi poſſint cogi ad recognoſcendum Do. Ricc. collect.* 2150. vbi latè an intra annum & diem cum varijs limitationibus: nec proprie comprehendi in generali recognitione *ibid. Gallup. num. 10. et 11.* & alij per diſcurſum, ex quibus (quę hic deerunt, alia peti poterũt tangimus enim neceſſaria ſolùm ad Inſtitutum noſtrum.

3 † Non omiſerim tamen antynomiam, quam putant ſubeſse inter *§. præterea ſi quis Infeudatus. de probib. feu. al. per fed. item inter tit. de Cap. contra. ſub princ. item inter tit. quæ fuit prim. cau. benef. amitt. in princ.* in quibus annus, & dies fuit præſcriptus ad hanc Inueſtituram petendam, *cum tit. quo temp. mil. inueſt. pet. deb. in quo annus et menſis,* Ad quam conciliandam alij emendant, vt loco menſis, legi debeat diei *Cuiac. et Hotom. ad hunc tit.* Alij hunc locum fuiſse correctum *per fed. vt in §. præterea ſi quis Infeudatus, et per Con-*
4 *rad. vt d. tit. de leg. Conr.* † Atqui euitanda eſt legum correctio, *vt reiecto Afflic. ait, et hanc conciliationem reprobat Syluan. de feu. recogn.*
5 *q. 8. num. 3. iunctis ſub num. 1. et 2. ante.* † Alij *diſtinctione vtuntur, vt ex d. tit. quo temp. mil. etc.* tempus anni, & menſis detur militi actu ſeruienti, ex alijs contrarijs annus & dies pagano actu in ſeruitio nõ exiſtenti, quia conueniat illum plus temporis habere, quã paganum, *ità ibid. Docto. et Syluan. in ea reſidet. Tom. de Mar. tit. de feu. ex pacto et prouid. aut. de Iure regni. num. 40. 41.* Vbi ait hanc eſse veriorem opinionem, & ibi eam exornat.
6 † Quæ tamen opinio non placuit *Fortat. de feu. cap. 4. ſub num. 6. 7.* ea de cauſa, quia in his feudorum textibus pro Vaſallo miles paſſim capiatur, addens quod retardatio obſequij huiuſmodi militem magis afficiat quam paganum; Vnde ad aliam conciliationem, ſcilicet quod tempus menſis competat ex vſu Mediolanentium per rationes vt ibi per eum. Sed facile diluitur, cum non conſtet hanc eſse Mediolanenſium Conſti-
7 tutionem, † Nec ſoleãt Compilatores feudales prætermittere mentionem particularem de huiuſmodi vſu Mediolanentium, quando ſubeſt, *et ab alijs diſcrepat ad tit. de alien. pat. feu. ad tit. qui teſt. ſunt neceſſ. ad tit. de vſu Mediolan. ad tit. de leg. Conr. §. ex eadem lege. Imò verò in d. tit. quę fuit prima cau. benef. amitt. in princ. d. tit. quo temp. mil.* Mediolanẽſium vſus enunciatur, ſed abſolutè, non autẽ
8 in ſpecie aliquid de menſe dicentibus. † Alij quod annus & menſis militi armatę militię conueniat, dies priuato *Menoch. conſ. 1133. num. 8. et ſeqq. lib. 12.* quę opinio coincidit in ſecundam ſupra relatam *ſub num. 6,* quare eadem ſupplebit reſponſio.

9 † Mihi videtur nullam eſse antynomiam ſed ſummam inter prædictos omnes contextus concordiam, Conſtituendo regulam quod annus & dies competat, At quia dubitatum etiam fuit an aliqua adhuc purgatio morę poſset dari, ſi poſt hoc ipſum tempus iam elapſum, paratus eſset Vaſallus recognoſcere, ideo huc reſpicere tempus mẽſis, ideſt quod elapſo anno, & die, ità demũ purgari liceat mora, ſi Vaſallus intra menſem ab anno, & die elapſis paratus ſit recognoſcere, & id petat, ſecus verò ſi etiam mẽſem elabi patiatur, quia amplius non admittetur Vaſallus ad purgandam moram. quare non ſunt contrarij hi inter ſe loci, ſed diuerſi, alij enim loquuntur de tempore dato ad petendum nouam Inueſtituram, ſeu ad faciendam recognitionem ſecundum regulam, *alij verò ſcilicet tit. ille quo temp. mil. etc.*
10 de tempore ad purgandam moram † Quamobrem nota ad eund. tex. verbum *Sãcimus* legiſlatoris proprium *vt ibid. Balz. et idem ad tit. de feu. ſinè culp. non amitt. ad princ. tex.*
11 † Opus enim fuit huiuſmodi Imperatoria conſtitutione, quia inter varia lora de purgatione morę aliter atq; aliter ſtabilientia, vt pes firmaretur, legiſlatore opus fuit, vt inter menſem poſset in hac materia mora purgari.

12 † Alij enim dicunt moram purgari poſſe
tantiſper, dum nullum damnum paſſum eſt
13 Angel. Peruſ. conſ. 312. num. 3. † Alij de ęqui-
tate canonica moram poſſe quandocunque
purgari, etiam iuramento non obſtante, dū-
modo ſoluatur id quod intereſt, Loffr. conſil.
41. num. 8. Menoch. conſ. 543. ſub num. 2. verſ.
14 reſpondetur ſecundò: in fi. † Alij quod ante in-
terpellationem quandocunque vel ex arbi-
15 trio Menoch. conſ. 1133. num. 14. lib. 12. † Alij
quod ante litem conteſtatam nunquam res
cadat, & liceat moram purgare, et ita ſeruari
16 Burſat. conſ. 26. nu. fin. lib. 1. † Alij quod ante
petitam caducitatem petita renouatio ex-
cuſet à mora Menoch. conſ. 467. ſub nu. 7. lib. 5.
17 et n. 9. et ſeqq. † Alij quod intra breue tempus
l. ſi quis filium. §. fin. ff. de collat. glo. in l. AEmi-
lius. 39. in ver. reſtitui, et ibid. Bald. ff. de minor.
l. ſi inſulā. 84. et ibi Bart. et alij ff. de verb. oblig.
18 Teſſ. dec. 260. num. 2. et 6. † vel celeri ſatisfa-
ctione Menoch. in Emphyteoſi et feudo conſil.
19 543. lib. 6. † Alij etiam non dari vllo modo
purgationem moræ elapſo tempore legali,
in pęna adiecta, vt hic in materia feudi,
Surd. conſ. 97. num. 29. et ſeqq. Vbi etiam non
obſtante ęquitate canonica, & de communi
Alex. conſ. 14. num. 2. lib. 2. Cran. conſ. 166. nu.
15. Schrad. de feu. par. 6. capit. 2. ſub numer. 9.
Vbi hanc ſententiam veriſſimam Indicat.
20 † Etiam in mora medici temporis, Affl. titu.
per quot fiat Inueſt. §. nullum. ſub num. 10.
21 † Et alij contra, vt admittatur purgatio
etiam in legali, ſi res ſit integra, & Ius partis
adhuc deterius factum non ſit Surd. in conſil.
550. nume. 9. et ſub numer. 12. verſ. quod verò,
22 † ſeu ante declarationem caducitatis Burſ.
conſil. 91. num. 16. et 17. et de vtraque opinione
pro et contra in term. feudi Roſent. in Synop. feu.
cap. 6. concl. 59. et latiùs Siluan. de feu. recogni.
q. 27. a num. 4. vſque ad num. 17. excluſiuè vbi
non eſſe licitam purgationem, et à num. 17. vſq.
23 ad nu. 21. incluſiuè, vbi eſſe: † Ipſe verò tenet
poſteriorē ſi celeri ſatisfactione mora pur-
getur, vt num. 26. et ſeqq. Schrad. de feu. par. 6.
cap. 2. num. 9. et ſeqq. et præſertim ſub num. 12.
24 † ſed & hac admiſſa opinione cum alia ſu-
pra de modico tempore, nec tamen erat fi-
nitalis, nam quo tempore & quanto, celeris
iſta ſatisfactio fieri poſſet, & quomodo, & ad
quantum modicum illud tempus reduci,
25 nec ſatis conſtabat † Nam & circa hoc ipſū
etiam variæ ſunt Docto. contentiones, vt
apud Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cōſ. 7. per tot.
Schrad. de feu. d. par. 6. cap. 2. num. 12. qui ar-
bitrio demum Iudicis remittunt, vide etiam
plenius de purgatione morę, & quando, &
quomodo vt per Capau. de Iur. rele. par. 5. qu.
13. 14. 15. et 16. et 26. & quid in minore qu.
21. 22.
26 Ad remouendas iſtas difficultates, † ac ne

temporis electio in alieno ſemper remane-
ret arbitrio, vt in ſimili per Surd. in dec. 189.
num. 9. et 10. ſuperuenit ex profeſſo proui-
dus legiſlator generali lege ꝓpoſita ſic ſan-
ciens, Vt nemo miles vltra annum et menſem
vadat vt Inueſtituram etc. petat etc. Nota hūc
modum loquendi negatiuè conceptum, cū
aduerbio vltrà, vt nemo, ſcilicet ne quis vltra
annum vadat, quaſi dicere voluiſſet legiſla-
tor, debeat quiſque intra annum, & diem
petere Inueſtituram iuxta conſuetudinem,
& leges prædictas, quæ ſeruentur, ſed ſi
forte contingat elapſum hoc tempus fuiſſe,
caueat, qui ſic elabi permiſit, ne & menſem
elabi permittat ad moram iam incursā pur-
gandam, & aduertat quod intra menſem
ſaltem compareat, quia benigne recipietur
Vaſallus recognoſcere volens quaſi celeri
ſatisfactione, ad id temporis in vim legis
perſtricta admiſſaque morę purgatione, nō
tamen vltra menſem vllo modo. Vnde hac
vim in verbis illis, vt nemo vadat. item in il-
lis vltra annum, et menſem, neque enim his
verbis præſcribitur tempus petendæ reno-
uationis, dixiſſet enim ſancimus vt quilibet
intra annum, & diem, ſeu intra annum, &
menſem aut ſimiliter. Quare hic modus lo-
quendi poteſt ſtare cum ſuppoſito anni, &
diei, iam ex alijs textibus præſcripta, vt pro-
pterea nulla ſit contrarietas, ſed vnitas ad-
miniculatiua ſeu ſuppletiua vnius ad alte-
rū ex contextibus præfatis. Itē nota alia ver-
ba in fin. princ. Et ſi (vt ſupra dictum eſt) non pe-
tierit damnetur, quaſi dicat nulla ei remiſſio
fiat, ne tantillum quidem temporis expecte-
tur, nec etiam ſi ſtatim compareat, amplius
excuſetur, ſed omninò damnetur (niſi tamē
legitima cauſa fuiſſet, vt iam præmonuerat
tex. ipſe ibid.) omnino damnetur ad feudi amiſ
ſionem, quibus verbis intelligimus dictum
tempus in cauſam moræ purgandæ fuiſſe
ſic ſtabilitum. Alioquin enim ſi etiam poſt
annum & menſem poſſet excuſari Vaſallus
à feudi amiſſione, quaſi adhuc eſſet in tem-
27 pore purgandæ moræ. † Maxime ſi ſtatim
ſe offerret Vaſallus ad Surd. conſ. 550. ſub nu.
5. & ſeqq. lib. 4. iam verba illa non verifica-
rentur, quia verba illa omnem omninò
aditum excludunt, vt omninò quis damne-
tur, nullo modo amplius audiatur excluſo
temperamento, ſi ſtatim, compareret con-
28 ſiderato à Surd. mox cit. † Damnetur enim
ait abſolute tex; ideſt feudum amittat ad glo.
fin. ibid. ibid. in illis verb. meritò amittat feudum
29 † Quod verbum eſt priuatiuum licet per
ſententiam declaratoriam Cran. conſ. 239.
num. 1. & 2. alij infra tit. de alienat. feu. illic. c.
53. num. 56. & ſeqq. citandi. & in term. de verb.
damnetur, in ſpecie huius tit. Syluan. de feu. re-
cogn. q. 22. nu. 12. ad prin. & q. 23. ſub num. 10.
ideſt

Digitized by Google

ideſt expeditè remotis ſolitis iudiciarijs di-
30 lationibus, *vt ibid. num.* 12. † Demum ita in-
telligit *tit. quo temp. mil. & c. vt elapſo tempo-
re non liceat morā purgare Syluan. d. q. 22. n.* 10.
31 † & licet ſententiam requiri poſtea dicat
in q. 23. num. 39. & ſeqq. dum ibi reſpondet
ijs qui non deſiderari ſententiam dicebant
ex fundamento *d. tit. quo tēp. mil. poſito add.
num.* 10. tamen aliud circa impoſſibilitatem
moræ purgandæ nec tollit, nec impugnat.
32 † *Demum & in hunc ſenſum hunc tit. quo temp.
mil. & c. intellexit Vult. de feu. lib. 1. cap. 7. ſub
num. 61. verſ. ſed non vſquequaque per tot.* vbi
pariter aliorum reijcit opiniones, & eum
vide, quem ſic ferè diſcurrentem me vidiſ-
ſe poſt hæc ſcripta lætatus ſum non pa-
rum.

Non potuit tamen prouidus legiſlator,
& poſt eum feudalium Inſtitutorum colle-
ctor periculum effugere, quandoquidem
dum non fuit bene intellectus, manſerūt in
term. iſtis controuerſię, adeò quod pro vtra
que parte communes opiniones referan-
33 tur. † Licet pro parte affirmatiua pro cele-
ri ſatisfactione, & ante Iudicium motum,
ſeù litem conteſtatam liceat hanc moram
purgare, dicant ſtare ipſam benignitatem
propter controuerſas ſententias ſequendā
*vt patet ex Roſ. d. cap. 6. concl. 59. num. 2. iun-
cta glo. a. b. per tot. & glo. e. in fin. & pro altera
negatiua ibid. num. 4. & d. glo. e.* vbi hanc eſſe
Iuri communi magis conformē &c. *Syluan.
hinc inde diſputans, & primam ſequens vt equio
34 rem q. 27. num. 25. 26. & ſeqq.* † Nam (quic-
quid eſſet in alijs caducitatibus aut in Em-
phyteoſi, in quibus de communi obſeruan-
tia teſtis eſt *Burſat. in conſ. 26. in fin. lib. 1. per
nos relatus in dec. flor. 36. n. 6. in fi. et ſequutus in
35 dec. 58. num. 9.*) † Hic in materia feudi erat
expreſſe prouiſum ea conſtitutione in *tit.
quo temp. mil.* & à qua nec nunc quidem in
puncto Iuris ſub pretextu benignitatis eſſet
recedendum, quæ enim benignitas eſt dare
anſam Vaſallo, eique viam aperire ad deſi-
diam? ad incuriam? ad negligentiam? (legi-
tima cauſa ſemper excepta) quę ſemper ape
riretur, hoc poſito in Vaſallo dum remoue-
retur ſemper, expectando iudicium, dum
ſciret ſe non niſi à die litis conteſtatę feudo
36 cadere. † Contrà *clarum tex. d. §. pręterea ſi
quis in feudatus. ibi, ſua incuria, vel negligentia
de prohib. feu. alien. p fed.* & ideò morā adhoc
vſq; tempus tracturo, interpellationes ex-
pectaturo, id quod omne ipſimet inſitę na-
ræ feudi repugnaret, à & vigilātia, ac reue-
rentia debitis à Vaſallis longe abhorret
*ad tit. de form. fidelit. & de no. form. fidelit. &
præterea vrget hanc in rem tex. ipſe in d. tit. quæ
fuit prim. cau. benef. amitt.* vim faciendo in
verbo *Pollicendo*, *cum glo. in d. §. præterea in
verb. petierit*, dum ſupplet, ideſt fidelitatem
37 pollicendo. † Quo verbo ſpontanea Vaſalli
oblatio indicatur ad honorem huiuſmodi
exhibendum *vt in l. 3. ff. de pollicit. & ad tit.
qual. iur. deb. Vaſ. dom. fidel. in fin.* vbi nomi-
natim vitam, membrum, mentem, & eius re-
38 ctum honorem cuſtodire Iurabit, † Honor
autem non daretur, ſi ſponte non recogno-
ſceretur Dominus, ſed contemni videretur
*ex tex. claro in d. tit. quæ ſit prim. cau. benef.
amitt.* vbi dicitur ingratus, *& in d. §. prætereà
ſi quis in feudatus, vbi dicitur negligere: ibi in
verbo negligentia, & ad Syluan. de feu. recogn.
q. 27. num. 7. et ſeqq.* (quicquid euitare cone-
tur hunc ſcopulum *ibid. num. 38. et ſeqq.* cui
aliquantulū ſatisfacturi ſumus paulò poſt)
præterea Vaſallus eſt ſciens mortis, quæ
contigit, eſt ſciens temporis quod decurrit,
ergò facilius ei ſuccedit, ne damnū aliquod
patiatur, quæ iniquitas autem eſſet, fingere
dominum aut principem innumeros plerū-
q; vaſallos habentē hoc onere grauatū vt in
vigilet, & inquirat modò de huius modò de
illius morte, modò de tempore tranſacto,
vel non tranſacto, an cum legitima cauſa,
vt dici poſſit non tranſactum, an ſine vt
tranſactum, adeòq; minutiſſimas (quarum
ſolus eſt Vaſallus ſciens) rerum circunſtan-
tias perſcrutari, adhoc vt poſſit reſolui ad
interpellandum ad mouendum Iudicium?
hæc (vel ad oculum) omnia quam abſurda?
Accedat quod in alijs vt in emphyteoſi, etiā
ſi intra tempus non petatur Inueſtitura, nō
tàm facilè fraus domino contingere poteſt
ad excutiendum onus ſubiectionis, quia ſo-
lutio canonis actualis habet vim recogni-
tionis, & per eam iugum continuè explica-
tur, conſeruatur, & viuum continetur. Non
ſic in feudo, in quo fidelitas ſola eſt, & in
mente tantum; Actus verò poſitiui non
fiunt niſi per occaſiones, quæ plerunque
niſi in centum (vt ſic dixerim) annis con-
tingunt, quo caſu facilè contingeret abſur-
dum, quod diſſimulata per multum tempo-
ris renouatione, quæ erat intra tempus prę-
dictum petenda, & non exercito aliquo ſuc-
ceſſiue actu, quaſi æquipollenti ob defectū
occaſionis, iugum quàm facilè excuteretur,
& paulatim feudum in allodium conuerte-
retur, & quaſi allodium vſurparetur, quibus
ad obuiandum comparata eſt d. Conſtitu-
tio Imp. Federici, & cum miſterio, & ob id
ſuppoſita in ſpecie ſanctio de anno, & die
in d. §. prætereà ſi quis infeudatus. Quare om-
nem benignitatem eamque coniunctam cū
iure communi, & latentibus naturæ feudi-
ſticę principijs ſtare pro domino ex prædi-
ctis conſtet. Et augeatur ex eo quod non
contenti demum Feudiſtici Auctores præ-
ſcripſiſſe annum, & diem, quod ſatis erat,

ad

addiderint, & aliud anni, & menſis tempus
ſatis fuiſſe hoc ipſo manifeſtatam benigni-
tatem , & æquitatem abſque eo quod
alij aliam ex capite introducerent, quocum
eo maius (fas ſit cum bona eorum venia ve-
ritatem tandiù ſepultam detegere) ſit pec-
catum, quod viderint tot in locis feudali-
bus hoc præciſe deciſum abſque vlla pror-
ſus mentione huiuſmodi moræ purgandæ,
& tamen quod tex. non dicit ipſe dixerint,
& adhuc etiam aliquid maius, quatenus viſo
etiam alio tex. de anno, & menſe, per quem
illi modico, poſt tempus elapſum, interual-
lo cõſultum erat, nõ acquieuerint, omniaq;
cum grano ſalis, & conuenientiſſimè, & ex
neceſſitate quadam præciſa per Feudiſticos
Auctores tam bene acta & opportune ſtabi-
39 lita ſubuerterint. † & eo vſque eruperint
(quod peius eſt) vt hæc iura rigoris, & odij
plena, ab æquitate remotiora dixerint idque
ſub male concepto eo prætextu quod cir-
cumuentioni atque anguſtiæ temporis in-
uitantur, *inter quos Vult. lib. 1. de feu. cap. 11.
ſub num. 23. verſ. ceterùm ſunt. Menoch. conſ.
467. num. 12. & ſeqq. lib. 5.*
40 † Vt demũ concludere liceat (aduerſus
Syluan. Roſen. Vult. & alios) non eſſe opus
Iudicium fuiſſe motum, litem conteſtatam
aut aliqua declaratione, ad feudum, ob non
petitam Inueſtituram intra annum & diem
amittendum; ſed verius eſſe quod non pur-
gata ſaltem mora intra annum & menſem
omnino amittatur etiam quod Vaſallus nõ
fuerit requiſitus, vel interpellatus, *vt dicit
Vueſemb. de feu. cap. 8. nu. 3. communem præ-
ſupponit Iacob. in verſ. qui quidem Inueſtiti
præſtiterunt. num. 37. Syluan. d. q. 27. ſub n. 19.
cui non reſpondet in ſolutionibus , et reſpondit
Hotom. conſ. 32. n. 7. veriſſimam iudicat Schrad.*
41 *vt dictum eſt* † & ſi bene aduertas hæc erit
communior *vide cit. per Roſen. d. cap. 6. cõcl.
59. in glo. e.* Non obſtante altera quæ etiam
communior, & æquior dicitur *à Burſa. in d.
conſ. 91. num. 18. Allegato per Vult. in mox. cit.*
loco, quia ſi bene (vt iterum moneo) aduer-
tas, vel iſta opinio procedit, vbi cum lapſu
42 tẽporis eſt adiuncta aliqua excuſatio. † Ità
enim breue tempus ad purgandam moram
cum aliqua excuſatione coniungit *Clar. in
§. feudum. verſ. ſed nunquid vaſallus, & ad alios
citat. per Roſen. in d. gloſ. A. in princ. et ipſe ſe-*
43 *quendo ait in iudicando ſeruandum.* † Vel di-
cta opinio procedit, vbi intra modicum tẽ-
pus petitur renouatio, *vt in caſu Burſat. d. nu.
17. et concedunt Schrad. et alij ſupracit*, quod
& nos concedimus, in vno hoc ab alijs non
diſcrepantes, ſed libenter conuenientes, ſed
in alio tantum, quatenus hoc modicum tẽ-
pus dicimus eſſe vnius menſis ab anno cum
44 tex. quo temp. mil. &c. † cum alij commu-
niter hoc non tangant, imò dicant, & malè,
nullum reperiri tex. feudalem de purgatio-
ne moræ agentem *vt Afflic. quæ fuit prim.
cau. benef. amitt. ad fin. princ. et Cal. de renou.
emph. q. 5. num. 18. in fin.*
Quare dictam opinionem vel non eſſe
communem dicemus, vel ſi eſt, nõ officere,
cum & nos idem concedamus, ſi intra mo-
dicum tempus, non ſic diſſolute, vt vſque
ad declarationem domini, quid enim ſi re
ad notitiam domini nõ niſi poſt longiſſimũ
tempus deuenta, tandiù propterea Domi-
nus ad declarandum diſtuliſſet? an proficua
erit Vaſallo tanta culpa, eò maior, quod tẽ-
poris longitudo magis ac magis eam adau-
45 xit. † & ita in term. celeris ſatisfactionis an-
tequam ſequuta fuiſſet declaratio aut in
Iudicium vocatio *eſt deciſ. 166. apud Guid.
Pap. et ità tenet Vult. d. cap. 11. ſub d. verſ. ce-
terùm. Gras. pen. allegat.* clariſſime diſtinguẽs
an oblatio recognitionis facta ante declara-
tionem vel Iudicium motum, an poſt *conſ.
49. num. 23. vol. 1. et ità ibid. Vult. refert iudi-*
46 *catum. ex Pap. in d. dec. 166.* † & in his term.
modici temporis in emphyteoſi teſtatur de
obſeruãtia *Burſa. cõſ. 26. in fi. adde Menoc. alios
vltra prædictos referentem mox citandũ.* Quare
in hoc demum reſideamus, modicum tem-
pus *ex tex. quo temp. mil. etc.* eſſe vnius men-
ſis, modicum tempus ex Doctorib. qui ani-
mum ad tex. hunc non reflexerunt, eſſe in
arbitrio poſitum, accomodabile tamen hoc
arbitrium ad menſem, de quo eſt tex clarus.
Iuuare poſſe hanc diſcuſſionem de mente
ex d. tit. deſumptam , vt ſi dominus intra
menſem declaret, nõ obſit declaratio, quo-
minus, ne dum perfecto menſe, poſſit reno-
uatio prætendi, & dominus ad eam facien-
dam cogi nec Vaſallus cenſeatur excluſus,
47 ſi interim dominus aliũ Inueſtiret. † Prout
abſque dubio excluſus maneret ſi non pe-
tita intra tempus legitimum renouatione,
alium iam inueſtiuiſſet Dominus , *vt per
Ceph. conſ. 147. num. pen. et fin. lib. 1.* vbi quod
ponit intra annum, & diem ſupple tu intra
annum, & nõ vltra menſem ſecundum tex.
ſed ſecundum Docto. etiam vltra menſem,
dummodò celeri ſatisfactione ante decla-
rationem aut litem conteſtatam, *vt per
Cald. viden. de renou. emph. q. 5. num. 18. iuncto
num. 16. 17. et Menoch. conſ. 1133. num. 14. et
15. lib. 12. ità intelligendum etiam in conſ. 467.
ſub num. 6. verſ. quarto admiſſo lib. 5. ſecundum*
48 *Docto. allegat. qui ſunt præcitati.* † Et ita etiam
poſt factam oblationem à Vaſallo poſt mo-
dicum tempus amplius non præiudicare
domini declarationem. *Item Menoch. conſ.*
49 *543. num. 7. lib. 6.* † *Et ibid. per tot.* quando
dicatur modicum, tempus, vel celeri ſatisfa-
ctione fieri, *et in trac. de arbitr. iud. caſu. 7. p. tot*
Vbi

50 † Vbi plenè de tempore purgandi morã,&
ita concludamus & hic ſiſte, & nota in feu-
dis purgari moram , vel intra menſem ab
anno & die , vel poſt etiam menſem celeri
tamen ſatisfactione , antequam declaratio
domini de caducitate præcedat , idque ex
communi ſententia Docto. *quicquid ſecundũ
tex.in d.tit. quo temp. mil.* intra menſem tan-
tum purgati poſſet mora . Sed eò redacta
res eſt, vt cum acceſſorio ſit ſtandum , non
cum principali cum Interprete non cum
textu &c. exiguum tamen eſt in hoc malũ,
& ideò tollerabile , cum agatur de diebus
tantum plus minuſue parum referte poteſt,
qui terminus incipit currere non à die mor
tis , ſed à die aditę hæreditatis *Fulu.ad Lan.
rep.tit. ſi vaſ.feu. ſub nu.9.* Imò à die mortis,
iuncta ſcientia, & aditione *vide omninò no-
uiſſimè doctiſſ. D. Capan. de Iure releu. part.* 1.
*quæſt.*22.dum meus hic tractat. iam ſub prę-
lo eſt exhibitus *& ibi d.quęſt.*23.an ſit hic an-
nus & dies continuus aut vtilis , vbi eſſe vel
vtile vel cõtinuũ reſpectu diuerſorũ *vt ibid.*
& an procedat in morte præſumpta vel ci-
uili & in quibus mors ciuilis non continea-
tur *quæſt.*24. *Adde infr.c.64. ſub numer.*25.
& iterum quando currat tempus *id. Capan.
par.5.q.29.et.30.*
51 † Nunc ad comprobationem rationis ad-
ductæ,quod feudum ſit quid hæreditarium
in filijs non in agnatis , hæc ex prædictis
exurgit manifeſta , quatenus verum eſt non
factam fuiſſe recognitionem debito tẽpo-
re,nocere & non facienti , & eius filijs,non
nocere autem agnatis,*ex Iſern.verſ.ſãcimus.
ſub num.2.col.4.in fin.verſ. ſi ergò, & col.ſeq.
& explicat ibid.add.lit.g. verſ.ſi ergo perdidiſ-
ſes* , Vbi intelligit Iſern. loqui de feudo ex
pacto,& prouidentia, vt omiſſio Inueſtitu-
ræ noceat filijs,agnatis vero non noceat,&
52 hanc opinionem eſſe veriorem. † Id verò
qua ratione defendi poteſt? niſi quia in filio
feudum ſit quid hæreditarium,vnde intret,
vt quod obſtat defuncto , obſtet & hæredi,
vt in puncto dicitur *in d.add.poſt Iſern.ſub d.
verſicul.quid ergo.& Loffredan paraph.feu.ad
eand. loc. in verſ. ex hoc patet. in fin.*1.*col.et in
princ.ſeq.fo.*18.& vtrobique , quæ ratio ceſ-
53 ſat in agnato † & ideò vbi non ceſſaret,pu-
ta quia eſſemus in feudo mere hæreditario,
tunc præiudicatum eſſet tam agnato,quàm
filio,quia vterque hoc caſu veniret vt hęres
ad Loffr.mox cit.et ad d.add.lit.g.ad fin. qui ꝓ-
pterea in his term. feudi mere hæreditarij
bene dixiſſent, ſic culpam nocere filio quia
hæres , non nocere agnato quia non veniat
vt hæres, dicit etiam *Alex.in conſ. 30.nu.*17.
54 *lib.*1. † licet male ſubijciat ex non petita In-
ueſtitura intra annum feudum deuolui ad
dominum,& ſic ad præiudicium etiã agna-
torum, vt benè reijcitur *per add. ad eund. ſub
lit.f.verſ.excludatur.* vbi add. ait contrariam
opinionem , quod Vaſallo non petente In-
ueſtituram infra legitimum tempus feudũ
redeat ad agnatos) eſſe veriorem , & cõmu-
55 niorem,& certè ita eſt,† nam illud quod fa-
cit culpam Vaſalli nocere etiam agnato , in
caſu tantum vno (Iure quodam ſpeciali) in-
ductum eſt , vbi ſcilicet ex culpa offenditur
dominus directò,& immediatè contẽnitur,
vt dominus habeat ſuæ Iniurię vltionem,vt
in dd.tit.de culpa,& alienat. dicetur. Quam
culpam immediatam in eſſe crediderunt in
non petita congruo tempore Inueſtitura,
Ioan.de Anan.in conſ. 52.*num.* 5.*Iacob.in ſua
Inueſt.verſ.qui quidem inueſtiti nu.* 46. *vbi vl-
terius refert ita fuiſſe iudicatum in ſacris audiẽ-
tijs Taurini ſe conſulente in cauſa multũ* ardua;
videtur cum hac tranſire *Lanar.in rep.titu.ſi
vaſ.feu. priu. num.*41. vbi ambas opiniones
56 refert.† Sed hæc erronea ſunt , ſi quidem
propter negligentiam (non propter contẽ-
ptum in perſonã immediatè) aufertur feu-
dum Vaſallo intra tempus non recognoſ-
centi,*vt reſpondẽdo in ſpecie ad Ioan.de Anan.*
dicit *Menoch.conſ.* 305.*nu.*6. *alios citans .lib.*4.
*et reſpondendo ad Iacob.dicit Scheneid. in epito.
feu.par.*5.*ſub num.*59.*verſ. neq, obſtat funda-
57 mentum.* † Idque propter differentiam,quę
eſt in delicto in committẽdo quod eſt plus,
quam in omittendo,quod eſt minus, *vt dicit
Siluan.de feu.recogn.cap.*27.*nu.*36.*iunct.ſeqq.
58 vbi adhuc declarat.* † Et pluribus in termin.
exornat *Rol.in conſ.* 64.*num.*4. *et ſeqq.libr.*3.
59 † Seù quia longa differentia eſt inter con-
temnere & negligere , *vt ait Siluan. in ſpecie
60 de feu.recogn.q.*87.*ſub nu.*3. † & deniq; quia
hæc eſt communis opinio de qua late , *vt
61 per Rol.in d. conſil.*64.*per tot.* † & æquior,&
benignior &c. *vt vbi , et in conſ.* 64. *num.*27.
*et ſeqq. lib.*2. refert ac ſequitur tenendam in
conſulendo,& iudicando, & ſecundum eã
pluries fuiſſe iudicatum , atteſtans *Surd.in
conſ.*510.*num.*1.*per tot.lib.*4.ità quod contra
vnum illud iudicatum de quo per *Iacob.à S.
Georg.* adſint plura pro alia opinione , *et hãc
veram dicit Menoch.conſ.*304.*ſub nu.*42.*lib.*3.
62 † *Vbi per num.ſeqq.* plura de caducitate per
hoc incurſa, nec interim dũ viuit delinquẽs
manebit apud dominum, ſed illicò ad agna-
tos pertinebit, quicquid *dicat Schrad. qu.*18.
*num.*8.*quia eum reijcit Roſent.in cap.*11.*concl.*
17.*num.*13.*et* 14.*et concl.* 10.*ſub numer.*1.*vbi
de communi iuncta ibi glo.* 6.
63 † Verùm obſtat hiſce (nam & veritatem
cum textibus inquirere ſtudemus) *tex. in d.
§.præterea ſi quis infeudatur.de prob.feu.al.per
Fed.* quatenus ſimpliciter,& præcisè loqui-
tur in illis verbis,*et feudum ad dominũ redeat,*
non facta diſtinctione an ſint agnati , vel
non

Digitized by Google

non, & cum indiſtinctè loquatur, indiſtin-
ctè intelligi debeat, *vt in ſpecie per Iacob.in
d.verſ.qui quidem Inueſtiti ſub d. num.46.ſub
princ.*
64 † Reſpondeas tex.loqui de infeudato ibi,
ſi quis infeudatus non de inueſtito; poteſt
enim quis eſſe Infeudatus, nec dum tamen
Inueſtitus, ideſt cum illis ſignis, *de quibus in
tit. quid ſit inueſt. in princ.* hic ergò ſic infeu-
datus non debet permittere elabi annum,
& diem, quominus accedat ad dominum
ad inueſtituram huiuſmodi petendam, &
obtinendam,quod ſi non faciat,meritò feu-
dum amittet, meritò, & libere dici potuit
redeat ad Dominum. quia cum eſſet ipſemet
primus acquiſitor, ſi ipſemet priuatus re-
manſit,quomodo in deſcendentes eius tran
ſibit? cum nemo det quod non habet, benè
65 ergo quoad Dominum. † Non ſic in alijs
loquutus eſt locis, ideſt quod feudum re-
deat ad Dominum nec in tit.quo temp.mil.
nec in tit. quæ fuit prim. cau. &c. in princ.
quibus in locis non ſtatim legitur quod feu-
dum ad Dominum redeat, vt in contrario,
ſed contextus iſti contenti Verbis, *amittit,
damnetur &c.* nil vlterius ſubiecerunt, Id
verò cur ità? quia eſſemus in caſu Inueſtitu-
ræ, vbi aliæ erant,& ſunt regulæ,non quod
debeat ad Dominũ redire, ſed ad alios putà
agnatos, quibus agnati contumacia non
nocuit, quibus ſuum locum tollere noluè-
rant text.illorum Auctores. Adeò obſeruã-
da plane que demiranda ſunt verba con-
textuum, tantum abeſt vt eis(quod quidam
fecerunt)in aliquo vel minimo detrahẽdũ.
66 † In term. verò dictam diſtinctionem de In-
ueſtito,& Infeudato *fecit Ioan. Rayn.ad d.§.
prætereà ſi quis infeudatus.numer.3. &* 4. vbi
67 vide. † Vlteriùs collige non eſſe diſtinguẽ-
dum feudum nouum ab antiquo, vt in feu-
do nouo præiudicet Inueſtitura ſuo tem-
pore non petita,in antiquo non præiudicet
ſecundum relatos *ab Iacob.ſub d.nu.49.verſ.
qui quidem Inueſtiti;Menoch.conſ.467.ſub nu.
14.15.libr.5.conſ.757.num.11.lib.8* & alios
iam ſupra relatos,& adhuc referendos,quia
*tex. adſunt de vtroque loquentes, vt de feudo
nouo eſt d.§. prætereà &c. ac de feudo nouo, &
antiquo ſunt alij mox.cit.* dum indiſtinctè lo-
quuntur, & valde generaliter, ità quod re-
ſtringere ad feudum nouum, ſit litteram
violare, quicquid & hic titubantes Docto.
contra auſi fuerint attentare, ſed magis cõ-
munis, & verior eſt iſta opinio, *vt patet ex
præcit. à num.52.in ſeqq.*
68 Maior difficultas eſt de filio, ſi quidem
maior pars Doctorum ſupracit. ad fauorem
agnati, loquitur etiam in term. filij, vt ob
non petitam intra annum Inueſtituram,nec
filius priuetur, nec ei præiudicetur, *quibus
adde Menoch. in conſ. mox. cit. & Soc.Sen.conſ.
66 num.18.lib.3.Surd.conſ.76.per tot.vbi in
emphyteoſi, & feudo etiam in ſpecie noſtra, vt
ſub num. 12. & ſub nu.17. verſ.argumentum,
& verſ. ſecundo reſponderi videatur maximè
Rol.& Surd. iam ſupracit.* vbi de vtroque, &
filio, & agnato loquuntur, & communem
opinionẽ affirmant *Scheneid.in epitom. vſus.
feu.par.5.cap.5.ſub num.59. verſ.aut verò eſt
feudum.fo.330.in med.*
69 † Quid dicendum?veritas eſt hanc com-
munem deuiare à iuribus feudalibus,& à ra-
tione(qui bus innixa ſunt)toto cęlo.Iura feu
dalia habent vt ex quacunque culpa Vaſal-
lus priuetur,etiam filius priuetur. Nã quic-
quid in agnato diſtinguatur an culpa dire-
ctò dominum reſpiciat, an per indirectum,
in filio quocunque modo ſemper verum eſt
eum priuari, *tex. eſt rotundus in tit.31. ſi vaſ.
feu.priu.cui defer. lib.2. cuius hæc ſunt verba.
Vaſalli feudum delinquentis, licet ad agnatos
quandoque pertineat, filius tamen ad id nullate-
nus aſpirabit.* Ecce diſtinctionem litteralem,
& ineuitabilẽ inter filium,& agnatum,ſunt
& alij *tex.in tit.de culp. & in tit.de alien. infr.
cap.52.* vbi oportunius quam hic afferendi.
70 † Non caremus Auctore,nam latiſſimè om
nium ac perſpicuè rem iſtam explicauit
exornauitque videndus omnino *Piſtor. qq.
iur.q.16.num.9.& plurib.ſeqq.lib.2.Vbi in fi.
num.* 9. hoc communi omnium, vel ſaltem
paucis exceptis, plurimorum iuſtiſſimo cal
culo receptum eſſe,*& idem repetit ſub nu.12.
ad fin. princ. & ſub num. 13.* Vbi ſecundum
hanc ſententiam tàm communem quam
melioribus rationibus ſuffultam iudicandũ
& reſpondendum eſſe,*& num.21.* vbi nomi-
natim addit rationem noſtram, quod filius
à patre capiat feudum, & quod eius bene-
ficio illud nanſciſcatur,*& paulò poſt in verſ.
probatur prætereà, luculenter colligi* quod, fi-
lius non tàm beneficio maiorum, quàm à
patre feudum conſequatur, & ab eo ſolam
cauſam habere cenſeatur.*& num.22.* Com-
mentitium eſſe,quod pleriſque in ore eſt fi-
lios feuda beneficio maiorum adipiſci, &c.
71 vt ibi per eum † & mox (ſubdens, mirũ eſſe
Commentatores noſtros plerunque ea,quæ
ex proprijs ipſorum meditationibus effin-
xerunt, attendere, quam verba legis &c. vt
ibi,& ijs addendi plures eiuſdem opinionis
citati à *Roſent. in cap. 11. concl. 4. in glo. A.*
72 † Itaque ex ijs reijcitur ratio, quæ in pro-
prijs hiſce term.adducta *fuit à Soc. Sen. in d.
conſ.76.lib.1. num. 6. & 7.* quod filius non
habeat a patre,ſed à maioribus,nã hoc prę-
ſuppoſitum in indiuiduo reijcit Piſtor. vt
ſup. ita quod nec lege nec ratione vlla ſit
ſuffulta hæc opinio,imò e contrà, & omni
lege,& & omni ratione ſit deſtituta,aperte-
que

que rationi, & legi reſiſtat, ſecundum prædicta, quibus addenda quæ in term. terminantibus allata ſunt ex Iſern. Loffr. & addit. ad Iſern. ſupra hic *ſub d. numer. 52. & ſeqq.*
73 † Sic feudatarium ſeù hæredẽ priuari feudo dicit *Cald. de renou. empb. q. 4. numer. 31.*
74 *Piſtor. q. 18. num. 1. vbi V.* † Quicquid etiam aliter ſentiat *Roſent. in d. cap. 1. concl. 5. ſub num. 6. & 7.* diſtinguendo feudum informe, vt in eo pręiudicetur filio à feudo formi pro ſe & liberis, quod in hoc non præiudicetur, nam idem eſſe in omnibus, iam ſupra oſtendimus, & in ſpecie ſequendo Piſto. vbi ſupra dixit *Carol. à Kircherb. erroris eſſe pleniſſimam hanc diſtinctionem in ſuo diſc. feu. cap. 5. num. 100. ſub princ. iunct. num. 97. in fin. et 99. in fin. et erroneum omninò* (quod ſubijcit) textus feudales de feudo informi loqui, nõ de feudo pro ſe & filijs, vel liberis, vt alibi etiam ſupr. oſtenſum fuit tex. feudales loqui de feudo proprio, & recto &c. & nullam eſſe differentiam, ſi Inueſtitura expreſſim nominet filios, vel ſi tacitè ipſi contineãtur vide ſupra.
75 † Concluſio ſit quod ex non petita Inueſtitura intra annum per patrem, ſecundum Doctor. filius non priuetur feudo ex pacto & prouidentia, hanc eſſe communem in ſpecie, & in indiuiduo huius caſus, Aſt in genere de omni culpa magis communem eſſe, quod priuetur, quia generaliter traditur ex quacunque culpa patris filio præiudicari, Hancque eſſe præferendam alij magis communi (in illo ſcilicet tantum caſu non petitę tempore congruo inueſtituræ) ex infraſcriptis collige: primò, quia textus feudales pro ea ſtant, & rationes inuincibiles de quibus ſupra, hiſce enim ſimul iunctis licitum eſt à communi opinione, in indiuiduo illius caſus recedere, vt alibi ſupra iam dictum eſt. Accedat quod pro hac ſtet opinio Iſern. Pincipis Feudiſtarum, & ex profeſsò tractantis vnà cum Loffic. & addit. ad Iſern. vt apud eos videre licet, cum alij, vel conſulẽdo, vt parti inſeruirẽt, vel aliud agendo, ideſt dum tractarent de agnatis tãtum iuxta facti ſpecies propoſitas, promiſcuè filios & agnatos nominauerint, non autem quod ex profeſsò quæſtionem de filijs aſſumpſiſſent, diſcurre per omnes præcit. & rem ita ſe habere videbis, & prætereà cũ alij ſenſerint filijs, & agnatis præiudicari, alij verò nec filijs nec agnatis, hic optima erit tibi occaſio conciliandi Doctores diſtinctione, vt filijs præiudicetur, agnatis nõ præiudicetur, cum in conflictu opinionum maxime attendãtur doctrinæ per viam di-
76 ſtinctionem conciliantes † Sunt tamen hoc in puncto declarationes nonnullæ, ſeù limitationes, *quas vide apud Piſtor. d. q. 16. à nu.*
77 *24. vſque in fin.* † maximè ſi tempore immemorabili præſcriptum eſſet, *Bero. conſ. 115. lib. 1. num. 24. & ſeqq.* aut alia præſcriptione ibid. *& ad Menoch. conſ. 304. num. 64.*
78 *lib. 4.* † Et indubitanter etiam ex Docto. ſententia contra ſentientium, vt filijs pręiudicaretur ſi iam mota eſſet lis cum patre, *vt Socin. Sen. d. conſ. 66. num. 18. in fi. & nu. 19. lib. 3.*
79 † Et fortè negligentia tranſiret in contemptum, ita quod etiam agnatis præiudicaretur, ſi Vaſallus monitus, & interpellatus à Domino, adhuc negligeret petere Inueſtituram *ex ſententia Sylua. de feu. q. 87. in fin.* de qua tamen dubito, prout eam reijcit in ſpecie *Piſtor. q. 18. ſub numer. 6. Roſent. cap. 11.*
80 *concl. 17. numer. 12. et ſeqq.* † ſed male in eo, quatenus feudũm ad Dominum deuolui cenſuit *ex §. denique, qua fuit prim. cau. benef.*
81 *amitt.* † Tum quia nõ valet argumentum à delicto in omittendo ad delictum in comittendo, *iuxta Bart. in l. licet. §. fin. ff. de pecul. Dec. conſ. 178. aliàs 177. numer. 3. ad tex. et ibi Bald. in l. Argentarius. §. eum autem. ff. de eden. Prob. ad Monac. cap. 2. numer. 1. de cenſib. in 6. Crau. conſ. 988. num. 3. Surd. conſ. 342. nu. 17.*
82 † Tametſi vterque, & omittens quod facere debet, & committens quod facere non debet contrafacere dicatur *id. Surd. cõſ. 369.*
83 *num. fin.* † Tum etiam quia §. ille denique: continet caſum ſpecialem, vt Dominus habeat ſuę iniurię vltionem, ergo non trahendus in conſequentiam *l. quod verò contrà ra-*
84 *tionem. l. vis ſingulare ff. de legib.* † Cęterum de proclamate, vt omnes ad certum vſque tempus veniant ad capiẽdam Inueſtituram alioqui feuda amittent, caducitatem ipſo Iure cenſeri cauſatam ob vim proclamatis *dicit Menoch. conſ. 304 numer. 42. 49. 50. lib. 4.* & an Princeps præſumatur propter eum remiſiſſe pœnas præteritas *num. 50. et ſeqq.*

Expedita primo loco poſita concluſione ex qua ratio manet noſtra elucidata, ſuper-
85 eſt altera, † ſecundum quã dicimus, ſi Vaſallus moritur intra annum, & diem, non petita Inueſtitura integrum eiuſdem anni, & diei tempus ſupereſſe, & filio & agnato, quę concluſio tametſi videatur deſtruere antedicta. Tamen (ab oppoſitis) explicat faciliùs intentum noſtrum, & ratio noſtra ex hoc ipſo quaſi ab oppoſitis melius datur intelligi, & ecce probatam hanc concluſionem communiter ex Docto. *ex Iſern. in primis ad tit. quo temp. mil. etc. ſub n. 2. ex Balzar. ibid. ſub num. 20. Syluan. de feu. recogn. q. 4. Ro-*
86 *ſent. cap. 6. concl. 45. et alij adhuc citandi* † Ità quod quilibet agnatus in cõtumaciam proximioris habeat etiam integrum annum *Cald. de renou. emph. q. vlt. d. num. 11. vſque in*
87 *fin.* † Ratio eſt quia actus Inueſtituræ ſeu

fide-

fidelitatis huiuſmodi eſt actus perſonaliſſi-
mus.
88 † Id verò vt oſtendam, diſtinguo de du-
plici iuramento altero contrahentis, & al-
89 tero ſucceſſorum † *vt in §.fin. de not.feud.&*
*ibid.*de vno effectu. Iuramentum contrahẽ-
tis habet hunc effectum, vt obliget etiã eius
ſucceſſores ad obſeruantiam contentorum
in contractu, ſeu in prima inueſtitura quæ
fit de feudo nouo *iuxta tit. qui teſt. &c.ad fin.*
non tamen vt obliget, vt vinculet animam ſuc-
ceſſorum ad ea quæ dicta ſunt ſupra cap.5.num.
90 *90.& ſeqq.*† Item diſtinguo de duplici actu
vt alter ſit tranſitorius in ſucceſſorem, alter
verò non tranſitorius, ſed cuiuſque perſo-
naliſſimus, vt ſunt perſonaliſſima ea quæ
dependent ab animo, à voluntate noſtra
& quæ meri facti ſunt & in mero facto cõ-
91 ſiſtunt *ad ea quæ eod. cap. 5. per tot.* † modò
ità eſt de actu iſto recognitionis, quę etiam
dicit per inueſtitura, quę fit per ſucceſſores
vt d. tit. qui teſt. &c. vt ſit perſonaliſſimus
ſiuè ex eo quod Dominus dum Iuramentũ
à te ipſo perſonaliter poſtulat animam illa-
queare procurat, vt fortius ei obligeris, ſiuè
ex alijs quoque.
92 † Nam cur ſit iſta renouatio? *dicet Roſent.*
*in cap.6.concl.29.num.6.& ſeqq.*inter cęteras
cauſas, hæc adeſt ne Vaſallus nouus illam
ignorantiæ cauſam prætendère poſſit, ecce
ignorantiam eius propriam, quam eſſe quid
perſonaliſſima conſtat, Item, vt fidelitas
promiſſa, (vt pote perſonalis) ecce ad litte-
ram, ſibi reiteretur. Item quia eſt ſignum re
uerentiæ, & deuotionis, quam Vaſallus do-
mino debet, *vt ibid.cui adde Cald. de renou.*
93 *emph.q.5.ſub nu.15. verſ. eam autem.* † Hæc
verò ſunt ſingulorum propria, nam potuiſ-
ſet pater eſſe Dominus fidelis, reuerens, &
deuotus, poteſt & nolle eſſe filius, id q̧ ſa-
tis indicaret, hanc Inueſtituram non peten-
do quia cenſetur tacite renunciare *vt ibi per*
*Cald.ſub numer.*12.late quare proprio actu,
propria voluntatis declaratione opus fuit
honorifice petendo, &c. vt plenius per eũd.
Roſent.d.cap.6.concl.65.vbi per tot. de modo
94 petendi Inueſtituram † cum ſuam ſibi non
defuncto Inueſtituram petat, *vt ait Iſern.&*
Balzar. in cit. loco quo temp.mil. & nunc addo
Loffr.in paraph. ad eund. loc. verſ.ex hoc patet
*col.2.poſt princ.fo.*18. *Roſent. d.Cap.6.concl.*
45.num.1.in fin.adde his Syluan. de feu. recog.
95 *q.88.num.2.* † Vbi ait ſi Vaſallus moriatur,
tunc quamquam pro ſe & ſucceſſoribus iu-
rauerit, nihilominus eius hæres tenetur Iu-
96 ramentum præſtare, † eo quod Iuramentũ
ex parte Iurantis eſt perſonale, neque per-
97 ſonã Iurantis egreditur. † Non enim poteſt
quis alterius animã obligare, nec alienũ fa-
ctum promittere, quod in ſua non eſt po-
teſtate &c. vt per eund. relatum ad litteram
Schrad. vbi eſt eadem clauſula pro ſe & ſucceſ-
ſoribus par.6. cap.1.num. 4. Surd. in dec.148.
num. 56. vbi eleganter, & etiam quod agna-
tus ſuccederet per ius accreſcendi & eſſe
perſonale etiam in term.eiuſd. Clauſulæ, &
dec.159.num.5. vbi præſtandum perſonali-
ter, licet ibi concludat, quod etiam per pro-
curatorem, ſi ratificetur, & vt in fine cum
diſtinctione prædicta ad ligandum animã,
vel ad validitatem contractus reiciens ver-
borum formalitatem in dicto Iuramento.
& Surd. in d. conſ. 148. refert Illuſtriſſ. Ricc.
*collect.*2150.*ad fin. poſt hæc ſcripta viſus.& dũ*
imprimuntur.
98 † Secus tamen quoad Dominum directũ
nouum, vt ſtante dicta clauſula, ei non te-
neatur iurare *Roſent. & Syluan mox cit. Me-*
noch.conſ.467.ſub num.6.& 7.lib. 5. Quod ta-
men adhuc limita vt per Surd.conſ.208.per tot.
lib.2.
Ex quibus ſic firmatis optimè reſultat illa
concluſio, tempora remanere integra ſiue
filio ſiue agnato, quia hæc vtrique compe-
tant iure proprio, nec obſtet quod filius ſit
hæres non agnatus, ſecundum noſtram
99 rationem, † nam & hæredi poſſe tempora
integra competere eſt tex notandus in pro-
poſito *in l.fin.C. ſi pend.appell.mors interuen.*
vbi hæredes non reſiduum tantum tempus
habent ſed etiam alios quatuor menſes.
100 † Nec enim quod hæres ſis ſpectandum,
ſed an Iure hæreditario, vel proprio cum
alterutrum verificari poſſit in hærede *l. ſi*
duo rei. 93. ff. de ſolut. l. venditrici. 3. de reb.al.
non alien.l. Bębius.30. ff.de pact.dotal.l.non eſt
*nouum.*10.*in princ. ff. de act. empt. cum ſimili-*
bus.
101 † Secundo infertur verius eſſe, vt ſiuè feu-
dum ſit nouum, ſiue antiquum, & in vtroq;
caſu, quod tempora integra eſſe debeant ex
ſententia *Iſern.in d.tit.quo temp.mil.ſub num.*
2. dum inquit ad litteram quod filius in nouo
feudo, maxime etiam in veteri, ſuam non
defuncti Inueſtituram petit. *Schrad. de feu.*
par.6. cap. 2. num. 71. vbi clare rationem à
102 nobis iam tactam ponit. † Quod licet filij
ſuccedant ex facto patris, hanc tamen Inue-
ſtituram non ex patris, ſed ex propria per-
ſona petunt, hanc etiam opinionem ſequi-
tur *Vult.de feu.lib.1.cap.7.ſub num.86.ad fin.*
& dictam diſtinctionẽ tandẽ reicit *Sonsbec.*
*de feu.par.*11.*nu.*12.*per tot.*demum *quicquid*
*Roſent. in tex.ipſo add.cap.6.concl.45.in fi.*ne-
gaſſet quoad feudum nouum *in glo.tamen c.*
*quæ eſt penult.*hanc ſequutus eſt, (relata no-
minatim ipſa ſua concluſ.) dicens textus ge-
neralitatem militare pro hac parte, adiectis
his præciſe verbis. *Quod vt æquius, re bene de-*
liberata in Iudicijs potius ſequẽdum arbitrarer.
& ex

& ex conſuetudine ſeruari dicit *ex Caſſan.*
de qua obſeruantia ex cod. etiam Vult. teſtatus
erat in fin. d. num. 86. hanc etiam (reiecta illa
diſtinctione) ſequutus eſt tam in feudo,
quàm in emphyteuſi *Cald. de renou. emph. q.*
6. ſub num. 20. verſ. cęterum licet, iunctis num.
18. 19 et ipſo num. 20. in princ.

Et acquieſcat Intellectus tollendo præ-
textum erroneũ, is erat penes Docto. quod
feudum nouum filius haberet ex perſona
103 patris, † & ideò cõtinuare debuiſſe tempus
cum eo iam inchoatum *ad tex.* (*licet non al-*
legetur) *l. ea q. 5. §. ſi quando, et §. ſeq. C. de tẽp.*
in integ. reſtit. ſic ſcribit Roſent. d. concl. 45. in
fin. ſic Gayl. lib. 2. obſ. 50. nu. 7. Hannet. de Iur.
feu. lib. 3. cap. 1. ſub fi. Aluar. tit. quo temp. mil.
ſub num. 8. Præpoſ. ſub num. 5. Iacob. in ſua In-
ueſt. verſ. qui quidem inueſtiti num. 34. ſic Vult.
ex aliorum ſententia d. cap. 7. ſub d. num. 86. ſub
verſ. Hanc deciſionem, ſic Syluan. de feu. recogn.
q. 40. ſub num. 3. et 4. vbi allegat *l. Emilius, et*
l. etiam ff. de minor et l. cum antiquioribus. C. de
iur. delib. Hoc autem fundamentum cum ſit
erroneum per prædicta, cum non cadat in
rem præſentem, ergò & ædificium ſuper
ædificatum cadere neceſſe eſt. Non dico
erroneum abſolute, quia abſolutè eſt verum
quæ competunt iure hæreditario tranſire
cum eadem qualitate, ſed dico non benè
applicari, cum huius deciſionis alia ſit
ratio particularis, & congrua illa ſcilicet,
quod renouatio ſpectet nomine proprio, &
ideò tempora ſint propria & tanquam talia
integra præſeruanda, illa verò ſit generalis
quæ non intrat vbi adeſt ſpecialis nec con-
104 uenit huic ſpeciei † Quia cauſa particularis
& immediata eſt attendenda, non remota
aut generalis *l. pen. ff. de cond. ob turp. cau.*
Crau. conſ. 991. num. 61. conſ. 1000. pro gen. in
105 *concl. ſub num. 1. 2. et 3.* † & regula ſpecialis
non generalis *dec. noſtr. bonon. 40. punct. 4.*
num. 30. cum ſimilibus verùm quid amplius
inſudamus? cum adſit tex. in hanc rem ro-
tundus *tit. de Capit. Conra. in princ.* vbi vtriq;
ex Vaſallo per defuncto, & eiuſdem hære-
dibus idemmet anni & diei tempus indiſtin
ctè conceditur?

106 † Cum itaque idem ſit in filio, & in agna-
ob identitatem rationis in vtroque, confir-
matur quod quemadmodum, vbi quid ex
perſona defuncti agnoſcitur nocet factum
eius, ſic pari ratione, vbi ex Iure proprio
nõ noceat; nec eius acceſſione, ſed proprio
iure viamur, Ita ſit, vt contraria iuxta ſe po-
ſita magis eluceſcant, & cum his etiam ve-
ritas præfatæ orationis noſtræ ad tit. An
107 agnat. &c. viua exurgat. † reliquas quæſtio-
nes (ad hanc materiam pertinentes) habebis
ex citat. in diſcurſu præſertim ex Roſent.
Schrad. & Syluan. qui plenius alijs, & ex
profeſſo, pleniſſimè verò *Cald. de renou.*
emphyteotica, vbi omnia ad materiam reno-
uationis propriam hanc noſtram in qua
verſamur.

108 † Non omittamus tamen hanc nouam
inueſtituram minime deſiderari in acceſſio-
nibus, puta vbi ex iure accreſcendi feudĩ
pars capitur, aut in additamentis ad ſupra
cap. 11. num. 39. Sic ſi Vaſallus habens feu-
dum antiquum inueſtiatur de alio feudo no
uo adiuncto ita quod hoc habeat tanquam
alid antiquum, noua fidelitas per eum non
iurabitur, quia hoc eſt acceſſio & additamẽ-
tum prioris & eiuſdem naturæ, & antiquũ
vt illud; Idem verò fieri ſolet iudicium de
109 principali, an additio ſit, † vt augumentum
dotis dos eadem eſt, non noua dos *l. ſi pro-*
prietati. ff. de Iure dot. nec augumentum do-
nationis dicitur noua donatio, nec additio,
ad ſtatutum dicitur nouum ſtatutum ſed
vetus; vt per hæc & alia latè exornans ita
dicit in pũcto de quo ſupra *Perill. D. Ferrar.*
Senat. ſua ætate Eminentiſſimus in reſp. 1. pro
Illuſtriß. D. Leijnici num. 39. & ſeqq. & D.
Gallup. in meth. feud. par. 5. cap. 6. num. 1. &
3. & alia de re vnita cum feudo. ibid. num. 8. et
ſeqq. Adde Capan. de iure rel. par. 4. q. 29. per
tot. et ita deciſum per Rot. apud Farin. in poſth.
par. 1. dec. 752.

110 † Item de iuramento fidelitatis an pręſtã-
dum à Vaſallo, ab Habitatore, à Muliere, à
Ciuitate, ab Vniuerſitate, an perſonaliter, an
per procuratorem, an ante inueſtituram, an
poſt, an priori Domino, an poſteriore, ſi ſo-
lum fiat ſolutio in pecunia, vel cenſu, an re-
mitti à Domino, an præſumatur pręſtitum,
An idem cum iuramento aſſecurationis, &
ſimilia, vide deciſa ex iudicatis de quibus
per D. Nouar. Collect. pragm. Neap. 108. per
tot. et ad infra cap. 57. par. 6. num. 4. 5. 6. et 10.

CAP. QVADRAGESSIMVM OCTAVVM.

De Subinfeudatione.

SVMMARIVM.

1 *Subinfeudatio non fuit ab Imp. Feder. ſublata.*
2 *Subinfeudare quid ſit.*
3 *Subinfeudans non alienat.*
Sed concedere dicitur non cedere, quæ ſunt diuer-ſa. ſub eod.
4 *Vſufructuarius vendendo, aut donando vſum-fructum non dicitur alienare ſed retinere.*
5 *Qui pretio vtitur, non minus dicitur habere, quã qui re principali vtitur.*

Pro-

Prohibitus alienare poteſt fructus obligare non vſumfructum conſtituere. ſub eod. et ibid. de feudo dato in dotem.

6 *Ius alimentorum cedi non poteſt, commoditat poteſt*

7 *Subinfeudans remãet adhuc Vaſallus domini ſui.*

8 *An Vaſallus Vaſalli mei ſit meus Vaſallus.*

9 *Dominus dicitur habere duos Vaſallos ſubinfeudantem, et ſubinfeudatum.*

10 *Subinfeudatus recognoſcit ſubinfeudantem.*

11 *Commiſſa per eum felonia ſubfeudum reuertitur ad ſubinfeudantem.*

12 *Etiam quod fuiſſet leſa maieſtas primi Domini. et num. 13.*

14 *Subinfeudante renunciante in manibus Domini, feudum remouẽbitur ab ſubinfeudato ille tamen tenebitur de euictione.*

15 *Poteſt ſubinfeudato præcipi ne trahat ſubditos extra territorium.*

16 *In concurſu Domini primi et ſubinfeudantis præfertur iſte in ſeruitio.*

17 *Limita niſi Dominus ſit Rex aut ſupremus Dominus patriæ vniuerſalis.*

18 *Declara adhuc, vt remiſſiuè*

19 *Alia de iuribus ſubinfeudantis remiſſiuè.*
Laudimium cui debeatur remiſſiuè. ſub eod.

20 *Duo inſolidum non poſſunt poſſidere, nec Domini eſſe. et num. 21.*

22 *Quæ axiomata declarantur quomodo procedãt aut non et num. 23.*

24 *Primus Dominus poſſidet ciuiliter ſed quomodo.*

25 *Emphyteuta vel feudatarius etiam ciuiliter, ſed quomodo.*

26 *Subinfeudatus poſſidet naturaliter.*

27 *Et etiam omnes eius ſucceſſores.*

28 *Dominium vtile vel directum ſecundum I. C. eſt dominium ſeu quaſi. et num. 29.*

30 *Subinfeudans retinet quaſi dominium.*

31 *Dominium rerum dotalium eſt penes vxorem quaſi dominium penes maritum.*
Intellige reuocabiliter ſub eod.

32 *Idem in Vaſallo, quod tex. probatur.*

33 *Effectus quod ſubinfeudans ſit Dominus, et ſubinfeudatus quaſi Dominus.*

34 *Dominus per vltimũ Conductorem dicitur poſſidere.*

35 *Etiam in liuello et feudo.*

36 *Et dicitur continuari poſſeſſio etiã nõ apprehẽſa.*

37 *Feudatarius eſt poſſeſſor, Dominus proprietarius.*

38 *Vſufructuarius cedere non poteſt vſumfructũ, poteſt tamen vendere.*

39 *Aliud poſſidere, aliud in poſſeſſione eſſe, vel in fructuum perceptione.*

40 *Vt ſubinfeudatio ſit valida requiſita et ſeqq.*

41 *Ne fiat in potentiorem, et qui ſint potentiores. et num. 42.*

43 *In quos nec alienatio.*

44 *Ne in minus idoneum, ſed in æquè dignam perſonam, et quæ ſit æquè digna. et ſeqq.*

45 *Doctor poteſt dici æquè digna perſona, quia nobiles ſunt Doctores, magiſque nobiles quã nobiles genere, et Doctoratus eſt dignitas. et nu. 46. 47. 48. 49.*

50 *Vt fiat ſubinfeudatio in perſona eiuſdem qualitatis vel conditionis.*

51 *Limita in caſibus in quibus etiam ruſtici poſſunt ſubinfeudari.*

52 *Vt fiat ſubinfeudatio ſub eadem lege, qua feudum ipſum.*

53 *Ratio, quia non debet feudum alterari.*

54 *In dubio præſumitur facta inueſtitura ſub eiſdem formis ac prima.*
Non eſt licitum ſubinfeudare ſtante pacto prohibitiuo de alienando. ſub eod.

55 *Subinfeudatio paterna extenditur ad filios. et n. 56. 57. 60. 61.*

59 *Reiecta diſtinctione an feudum ſit ex pacto et prouidentia an etc.*

62 *Agnatis non præiudicat ſubinfeudatio niſi durante vita ſubinfeudantis, et eius ſucceſſorũ. et num. 63.*

64 *An et quando viuente aliquo, interim res poſſit manere penes aliũ, et eo mortuo ceſſare, declaratur ſcilicet quando ius aliquod adhuc manet in perſona viuente et ſeqq.*
Vt in feudo refutato, in ſubfeudo, in vſufructu vendito, in re fideicommiſſaria creditori in ſolutũ data in marito delinquẽte in feudo quoad fructus. etc. ſub eiſd.

72 *Error eorum detegitur qui in alia materia, in qua nullum ius manet penes viuentem idem cenſuerunt, et ratio diuerſitatis et ſeqq.*

73 §. Cornelio Felici *non habet locum in feudalibus.*

74 *Et pro dicto errore detegendo et pro d[illegible]a diſtinne ponderantur tex. feudales* tit. an agnat. Item §. Titius.

75 *Vno repudiante ſit locus ſucceſſioni alterius et quomodo.*

76 *Ex renunciatione feudi Vaſallus amittit omne ius ſuum.*

77 *Reiecto Iacob. qui retorquetur contra ſe ipſum. et num. 79.*

78 *Vſufructuarius ſi cedat vſumfructum ſtatim amittit et remeat ad proprietarium, ſi alienat non amittit, et ratio.*

80 *Reſoluto iure Vaſalli etiam ius ſub vaſalli penitus reſoluitur.*

81 Cedere vel ſubinfeudare ſunt *diuerſa.*

82 *Subfeudatario delinquente in Dominum ſuperiorem ità quod ſit ſubfeudo priuã dus ſubfeudum ad Dominum reuertetur.*

83 *Idem in renunciatione aut alienatione aut in delicto etc. 84. 85.*

86 *Subfeudi iura omnia hodiè ferè ſubuerſa, nec ſubinfeudationes amplius fiunt.*

87 *Sed excandeſcentiæ hodiè conceduntur, et quæ hæ ſint etiam remiſſiuè. et num. 88.*

89 Quæ ſubfeuda Galli retrofeuda *appellant.*

91 *Feuda ruſtica in quibus conſiſtant.*
92 *Quæ poſſunt vendi abſque regio aſſenſu.*
93 *Et tales homines non exercent arma nec aliud nobile officium.*
94 *Conſuetudine quadam introducta retrofeuda.*
95 *Quæ conſuetudo ſeruanda.*
96 *Plenè de feudis ruſticis & in redditu exiguo conſiſtentibus remiſſiuè.*
97 *Subinfeudationes etiam hodiè fieri poſſunt, ex poteſtate ſubinfeudandi in ipſa inueſtitura conceſſa.*

1 SVbinfeudationem non fuiſſe *ex conſtit. Feder.* ſublatam *in tit. de prob. feu. alien.*
per Feder. & quæ requirãtur, vt valeat *ponit*
eleganter Kircherb. in diſc. feu. cap. 5. num. 7. &
ſeqq. Bertaz. conſ 110. lib. 1. ciuil. Vbi tam in
emphyteoſi quam in feudo, & ſine domini
conſenſu poſſe eandem fieri per eoſdem, *&*
alios in §. beneficium ſi à Vaſallo Ibiq, Bammac.
num. 7. 8. 9. & 14. ſi de feu. def. &c. Roſen. cap.
9. concl. 52. n. 8. cum ſeqq. & concl. 48. in princ.
Petr. de Grego. de conc. feu. par. 1. q. 2. num. 11.
12. Camil. de Curt. in 1. diu. iur. feu. §. datur etiã
facultas. numer. 3. & de alijs requiſitis (vltra
prædictos nouiſſimè, *& plenè D. Regen. Lan.*
in rep. §. ſed etiam rex. per quos fiat inueſt. &
Roſen. d. cap. 9. concluſ. 44. & c. 7. concluſ. 46.
& eſſe ſpeciem quandam retentionis expreſ-
2 ſamet eius diffinitione colligi poteſt. † Cum
nihil aliud ſit ſubinfeudare, quàm retento
iure Vaſallitico, aliũ ſibi feudatarium legi-
3 time cõſtituere dixi *retento* &c. † Quia ſub-
infeudans non alienat nec cẽſetur alienare.
Aluar. et Præpoſ. in §. illud quoque. de prob.
feu. alien. per Feder. quia ſe ſuo dominio non
priuat, *& ideò dicitur concedere ad Bertaz. cõſ.*
prædicto. 110. ſub numer. 5. & 6. non cedere,
quia cedendo omne omninò Ius à ſeipſo
abdicaret, *& Surd. conſ. 210. ſub numer. 48. ad*
conſ. 22. ſub nu. 37. ergò *non cedit, ſed cõcedit,*
4 † & eſt exemplum de Vſufructuario, qui
ſi vendat vſumfructum, ſi locet, ſi donet, ſi
precario concedat, nihilòminus vti frui di-
citur, & vſum fructum retinere *l. arboribus.*
12. aliàs eſt 13. §. Vſufructuarius. l. non vtitur.
5 *38. cum l. ſeq. ff. de vſufr.* † Vbi ratio quod qui
pretio vtitur non minus dicitur habere, quã
qui principaliter vtitur, fruitur, ſic dicimus
prohibitũ alienare poſſe tamen earum fru-
ctus obligare, vel alienare, non autem vſum-
fructum conſtituere vt in termin. feudi *per*
Capan. de Iure releuij. par. 4. q. 6. nu. 21. iunctis
num. 16. & ſeqq. vide ante per tot. per plures
part. l. b. q. 7. cum ſeqq. & talis emptor fructuũ
nullum ius habet in re, vnde non capit in-
6 ueſtituram *ead. q. 7. num. 18.* † ſic ius alimẽ-
torum cedi non poteſt, commoditas poteſt
Rot. apud Farin. part. 1. dec. 251. ſub numer. 3.
7 † Item ſubinfeudans remanet adhuc Va-
ſallus domini ſui *§. inſuper. de prob. feu. al. per*
8 *Feder.* † & dicere ſolemus an Vaſallus Vaſal-
li mei ſit meus Vaſallus *Natt. conſ. 487. nu.*
9 *32. 33.* † Imo dominus dicitur habere duos
Vaſallos ſubinfeudantem, & ſubinfeudatũ
ſuæ obedientiæ obnoxios *d. §. illud, et ibi*
Doct. Vult. lib. 1. cap. 10. num. 85. Montan. de
feu. lib. 2. c. 4. in princ. Myſing. cent. 1, obſeruat.
62. in prin. Forcat. cap. 11. ſub nu. 15. D. Borrin.
olim præceptor meus in eleganti ſua Caualc. par.
1. cap. 12. verſ. concluſio tamen, et par. 3. par. 1.
cum ſeqq.
10 † Dixi alium feudatarium; quia re vera
hic ſubinfeudatus recognoſcere habet ſub-
infeudãtem in ſuum Dominum directum,
& immediatum, cuius eſt Vaſallus, & ei fi-
delitatem debet *Surd. conſ. 210. ſub num. 43.*
11 *lib. 2.* † Ità quod commiſſa felonia feudum
ad ipſum, non ad dominum illum mediatũ
redeat *d. §. illud et ibi Aſt. Rayn. et alij Natt.*
cõſ 600. n. 24. cũ ſeqq Surd. conſ. 210. n. 45. Me
noc. cõſ. 338. lib. 4. vbi ſi ſubuaſallus alienauit
12 † etiam ſi fuiſſet læſa maieſtas primi domini
13 *Cran. conſ. 995. num. 12. 16.* † Aut aliter eius
14 perſona offenſa *Natt. conſ. 119.* † licè ſi ſub-
infeudatus renunciet in manu domini etiã
ab ſubinfeudato feudum remouebitur, licet
teneatur tali caſu de euictione ſubinfeudãs
& ſic renuncians *Surd. conſil. 210. numer. 46.*
15 † & poteſt ſubinfeudato præcipi ne trahat
16 ſubditos extra territorium *num. 47.* † & in
concurſu ſuperioris domini, & ſubinfeudã-
tis, ſeruitium, ſeu adiutorium debetur ſub-
infeudanti. *D. Borrin. in Caualc. part. 1. c. 12.*
& 13. per tot.
17 † Vbi tamen limitat niſi ſuperior ille do-
minus eſſet Rex, aut ſupremus vniuerſalis
patriæ dominus, *et idem dixit Menoch. conſil.*
604. num. 8. et ſeqq. lib. 7. Surd. d. conſ. 210. nu.
18 *53. lib. 2. conſ. 561. num. 40. lib. 4.* † Declara vt
per *Menoch. conſ. 1176. num. 19. 20. 21. lib. 12.*
19 † Alia de Iuribus ſubinfeudantis cum ſub-
feudatario *V. apud Intrigl. cent. 2. de feu. ar. 5.*
num. 641. et pluribus ſeqq. D. Præſ. à Ponte de
Laud. q. 24. et ibid. Elegantiſſ. addit. Dom. Senat.
Blancardi. ad quæſt. cui. debeatur laudimium
Capan. de Iure rele. par. 3. q. 34. per tot. vbi de
releuio et alijs iuribus in ſubuaſallos.
20 † Nec dicatur, quod duo in ſolidum non
poſſunt poſſidere *l. ſi vt certo. §. ſi duobus ff.*
commod. l. hæreditate. §. pater peculij ff. de caſtr.
pecul. Vacan. lib. 4. declar. 57. ſub numer. 12.
21 † Nec domini eſſe *Surd. in term. dec. 288. n. 2.*
Menoch. conſ. 1156. ſub num. 50. lib. 12. Cald. de
renou. Emph. quæſt. 15. ſub num. 23. ad fin. ſub
num. 25. ad fin.
22 † Quia reſpondetur duo in ſolidum poſſe
poſſidere, ex diuerſis tamen cauſis *Coſt. de*
ratio. ratæ. quæſt. 71. nu. 4. Surd. deciſ. 51. nu. 8.
23 † ſeu diuerſimode, & reſpectu diuerſæ qua-
litatis

litatis poſſeſſionis *March.quaſt. delphin.655.*
num.2.par.2.et q. 93.*num.2.par.1.*& ita eſt
in ſpecie noſtra,quod oſtendo,diſtinguẽdo,
& cōſtituendo huiuſcemodi perſonas; pri-
mò dominum directum, ſecundò dominũ
(vt aiunt vtilem) ideſt emphyteotam, aut
feudatarium, & tertio ſubinfeudatum, ſeù
24 ſubemphyteotam.†Nam primus dominus
directus poſſidet ciuiliter, vera, & propria
ciuili poſſeſſione, *Cald.de renou.emph.q.13.*
25 *num.34.*† emphyteota autem, vel feudata-
rius, qui ſubinfeudauit poſſidet etiam ciui-
liter vera & propria ciuili poſſeſſione, ſed
alio modo, ideſt propriam penſionem ſi eſt
emphyteuſis, ſeu proprium ſeruitium ſi eſt
feudum, quod ſibi debet ſubinfeudatus.
26 † Ipſe verò ſubinfeudatus poſſidet natura-
liter abſolute,quatenus eſt in actuali rei poſ
ſeſſione, & percipit fructus *Cald.de renouat.*
emph.q.15.num 50.vbi ſic reſpondet in ſpe-
cie ad prȩfat. obiectum. *V.*omninò nouiſſi-
me *Poſt. de mand. de manut. obſ.52. num.20.*
72.*et per tot.* quomodo ſinguli poſſideant,
27 † & procedit etiam ſi eſſet longa linea ſub-
infeudatorũ, quia ſinguli pro ea penſione,
ſeruitio, aut alio quod recipiunt ab eorum
quolibet reſpectiue ſubinfeudato,dicuntur
poſſeſſores vel domini,& ita diuerſis reſpe-
ctibus,quo caſu non intrat obiectum,& da-
ri hunc caſum patet *ex Lanar. in repet. §. ſed*
etiam res,per quos fiat Inueſt. num. 47. et ſeqq.
vbi poſſe ſubinfeudari in primum,ſecundũ,
& alios vſque in infinitum, & etiam in mi-
nimo,& in feudo eccleſiaſtico,et quoad ex-
candentialia ſolita,& rem parem vtilem,&
quoad augumenta.
28 † Item aliter dici poſſe exiſtimarem, et
fortè melius,ſi vtilis, vel directi dominij ſe-
motis parumper nominibus, propria Iure-
conſultorum dominij, & quaſi dominij &
commoditatis vocabula huc aduocare lice-
ret, vt dominium ſit Domini infeudantis,
quaſi dominium ſit ipſius Infeudati, At rei
ipſius vtilitates,& commoditates ſubinfeu-
dati *ad Capye. dec.162.numer.7.& Surd.conſ.*
210.ſub num.43.ante fin. Kirch.in diſ.feu.cap.
29 *4. num. 142. & ſeqq.* † dum ibi vtitur voce
quaſi dominij,& vtilis vocem reijcit,ad quod
ipſum *adde Forcat.de feu.cap.2. ſub numer.4.*
Cuiac. in 2. obſer. cap. 35. Duaren.in 1.diſput.
anniu.cap.17. Eguin. Baro.lib.4.de benef. cap.
7.Borcholt.de feu. cap.1.de defin. feu.num.14.
& ſeq. Ant.Vtil.ad §.omnium.ſub num.58.&
ſeqq.Inſt.de action. & licet ipſe in verbis non
30 contendam, † Tamen in propoſito,ſi dico
ſubinfeudantem retinere quaſi dominium
bene me dicere arbitrarer,licet penes alium
ſint fructus, & rei adminiſtratio, *cum I. C.in*
l.cum in fundo.78.in princ.ff.de iur. dot. in l.in
rebus. l. prædium. C.de Iur.dot.Surd.conſ.225.
num.15. Cald.de renou.emph.q.13.numer.53.
31 † Vbi quod quaſi dominium rerum dotaliũ
eſt penes maritum,dominium penes vxorẽ,
quod tu intellige reuocabiliter *V. Capan. de*
Iu.rel.par.4.quaſt.11.num.10.& ibid.per tot.
ad materiam feudi dati in dotem ab vxore
ipſi marito *& q.12.*

At ſi dicam retinere vtile non tàm benè
quia hoc eſt penes quem eſt vtilitas rei, &
ſic penes ſubinfeudatum, quare ſaltem
quoad hunc animi conceptum explicandũ
liceat eis adhærere,qui vtilis dominij voca-
bula non probarunt,loco eius quaſi domi-
nium collaudarunt, quid? eis adhȩrere;
32 † Quinimò verò cum tex. ipſo libere hoc
ipſum profiteri; *eſt enim in tit. Inueſt. de re*
alien.fact.§.rei autem lib.2. Rei autẽ p beneſi-
cium inueſtitæ Vaſallus hanc habeat poteſtatem
vt tanquam dominus poſſit à quolibet poſſiden-
*te ſibi quaſi vindicare.*notando verba impro-
prietatis illa *tanquam quaſi &c. & ad tit. de*
controu. int. vaſ. & alium de benef. ibi, *Cauſa*
per Vaſallum etiam domino abſente, quaſi pro-
pria ad finem perducatur. notando verbum
Domino abſque voce *quaſi*, vbi agitur de Do
mino infeudãte,& verbum *quaſi* vbi de Do-
minio feudatarij.
33 † Vnde ex ijs ipſis capio aliam occaſio-
nem reſpondendi ad obiectum, vt ſcilicet
cum Infeudans ſit Dominus, Infeudatus
quaſi Dominus, Cȩteri nec Domini ſint,
nec quaſi Domini vllo modo, ac ne poſſeſ-
ſores quidem propriè, ſed detentores, quia
poſſident Domino immediato, qui ſubin-
34 feudauit † Non ſecus ac ſolemus dicere
Dominum,per vltimum conductorem dici
poſſidere *l.qui vniuerſas §.fin. vbi Alex. ff.de*
atq. poſſ. Caroc. de loc. par. 1. tit. 22.numer.2.
35 † & in term. liuelli aut feudi *Menoch. conſ.*
36 *338.nu.2.lib.4.*† & continuari poſſeſſionem
etiam nõ apprehenſam *Affl.dec. 167.Benint.*
dec.12.Carroc.de loc.par.3.cap.103.ſub.com-
37 *mun. de vſucap. num. 3.* † feudatarium verò
eſſe poſſeſſorem, Dominum eſſe proprieta-
rium *eſt in §.fin.de Inueſtit.de re alien. fac.V.*
nouiſſimè Gallup. in meth. feu. par. 4. in prȩ-
lud.n. 1. & 2. vbi an Dominus ſit proprieta-
rius & alia de hoc dominio directo & eius
vt ibid.per tot.et par.5.per tot.ad materiam vti
38 *lis dominij et de effectib. et iurib.* † & ad hæc
aliud exemplum afferri poteſt in Vſufru-
ctuario, quiquidem cedere non poteſt vſũ-
fructum niſi proprietario & ſi cederet ad
Dominum rediret, attamen ità poteſt loca-
re,vel vendere nummo vno,vt ipſum quidẽ
Ius remaneat penes maritum,perceptio ve-
rò fructuum ad mulierem pertineat, elegãs
tex. in l.ſi vſusfructus 66.in fin. ff.de Iur.dot.
Bertr.conſ.296.num.2. 3. lib. 8. ſic et hic vt in
ſubinfeudante ipſum quidem Ius maneat,

in ſubinfeudatum fructuum perceptio trã-
ſeat, non tamen quod dominus aut poſſeſ-
ſor ſit, ſicut nec ille cui vſusfructus locatur
ſit vſufructuarius, ſed dicitur eſſe in poſſeſ-
39 ſione, vel fructuum perceptione, † Quæ
aliud ſunt quam vere poſſidere *Alex. conſ.*
83. num. 7. lib. 2. His quod vſusfructus non
poſſit transferre ſed commoditas poſſit ad-
de *Redoan. de reb. Eccl. etc. q. 58. nu. 46. et ſeqq.*
vbi egregie ad prędicta, *et q. 15. num. 10. 11.*
& differre vſumfructum à cõmoditate ſeù
à fructibus ipſis, ità quod hęc poſſint vendi
non autem vſusfructus plene incõparabilis
memorię *D. Ricc. I.C. nunc Illuſtriſſ. Epiſcopus*
dec. cur. Archiep. Neap. 118. par. 1. viden. in
propoſito feudi.

40 † Demum in ea diffinitione addidi verbũ
legitime quia vt ſubinfeudatio ſuſtineri poſ-
ſit valida, ac legitima quædam requirit.
41 † Primò ne fiat in potentiorem *Roſent. cap.*
9. concl. 44. et cap. 7. concl. 46. Natt. conſ. 491.
42 *num. 4. et ſeqq.* † Vbi etiam qui ſint poten-
43 tiores. † In quos nec alienatio quidem fit
44 *Menoch. conſ. 104. num. 58. et ſeqq.* † ſecundò
ne in minus idoneum, ſed in ęque dignam
perſonam, quia abeſſe debet omnis fraus
§. profectò. Vbi Doctor. de Cap. Conr. in §. 1. per
quot fiat inueſt. in §. ſi verò vel totũ. qual. olim.
pot. feu. alien. §. ſimiliter. de lege Conra. d. §. be-
neficium ſi à Vaſallo. ſi de feu. def. Ozaſc. conſ.
27. num. 22. 27. Petr. de Grego. de conc. feu. par.
45 *8. q. 16. num. 16. et 20.* † Vbi quod Doctor
46 poteſt dici ęquè digna perſona † Quia Do-
ctores ſunt in numero nobilium *D. Cabal.*
crim. 228. numer. 10. Fab. dec. 9. cum ſeq. C. de
47 *dignit.* † Sunt in dignitate *Boſſ. de indic. num.*
48 *111.* † Magis nobiles, quàm nobiles genere
Alex. conſ. 94. n. 2. in fi. lib. 1. et de quibus plura
49 *Surd. conſ. 122.* † & doctoratus eſt dignitas
50 *Natt. conſ. 537. nu. 65. in fin.* † Differunt hęc
perſona ęque digna & perſona ęque habilis,
& quæ ſint perſonę ęquè dignę aut habiles
Bolognet. conſ. 6. num. 56. 57. Adde de Docto-
re quod etiam eius filij ſunt nobiles *Guid.*
Pap. dec. 389. Illuſtriſſ. Ricc. dec. cur. Archiep.
Neap. 93. num. 5. par. 2. vbi non poſſe puniri
pęna triremium.

Tertio vt ſubinfeudatio fiat in perſona,
quæ ſit ſimilis conditionis, & qualitatis ad
ſeruiendum cuius eſt ipſe Vaſallus, licet nõ
ſit paris dignitatis, vel nobilitatis cum Va-
ſallis, *vt ait Kircherb. d. cap. 5. nu. 9. in diſc. feu.*
51 † licet dentur caſus, in quibus poſſent etiam
inferiores, & ruſtici ſubinfeudari, *vt per*
52 *Rol. conſ. 1. num. 97. 98. 99. lib. 1.* † Denique
ità debet fieri ſubinfeudatio, vt Vaſallus ſub
eadem lege, qua ipſe feudum accepit in-
ueſtiat, non ſub alia *d. §. profectò. de Cap. Cor.*
exornat Kircherb. d. cap. 5. numer. 11. et ſeq.
53 † Ratio eſt quia non debet primę Inueſtitu-
rę tenor, vel ſolitum conſuetudinis alterari,
Curt. de feu. par. 2. q. 6. Bammac. d. §. beneficiũ
54 *à Vaſallo. num. 5. et ſeqq. ſi de feu. def.* † & in
dubio præſumitur quod ſub eiſdem formis
facta cenſeatur, *Surd. dec. 236. nu. 13. latè Ber-*
taz. conſ. ciu. 39. et 40.

Quæ tamen ſublimita, vt non liceat ſub-
infeudare ſtante pacto de non alienando,
quia tunc requiritur cõſenſus Domini, nec
in feudo exiſtente intra fines territorij in
quo Dominus habet Iuriſdictionem, nec
in decimis quas laicus tenet in feudum ante
Cõcilium Lateranenſe, & alijs caſibus pro-
ut plenè *Lanar. d. §. ſed etiam res. num. 47. et*
ſeqq. vbi pariter ponit requiſita pęrdicta ad hoc
vt teneat ſubinfeudatio.

Sed de his ſatis, nunc ad inſtitutum no-
ſtrum principale, Infeudatio rationis noſtrę
veritatem ex pluribus confirmat. Primo
quatenus ſubinfeudatio facta à patre ad fi-
lios extenditur, vnde eodẽ Iure vtuntur cũ
ſubinfeudato, ac pater, & ſubinfeudationẽ
non poſſint infringere paternam, vt proba-
tur *primò ex tex. in §. fin. tit. 4. ſi de Inueſt. feu.*
55 *contr. fuer.* † Vbi loquitur de ſubinfeuda-
tione, & ſupponit quod ſubinfeudante ſine
hærede decedente feudum deuoluatur ad
Dominum, & deficiat ſubinfeudatio, quæ
à contrario ſenſu nõ deficeret, ſi deceſſiſſet
pater cum hærede, nam in eo continuaſſet
& feudatarius hæres, & ſubfeudatarius pro-
pter exiſtentiam hæredis *et in §. rurſus. quib.*
56 *mod. feu. amitt.* † Vbi ſubinfeudatus nullo
Iure poteſt ſe tueri aduerſus Dominum,
quominus feudum redeat ad ipſum ex cau-
ſis vt ibi, inter cæteras ea eſt, ſi Vaſallus ſine
hærede deceſſerit, ergò contrarium ſi cum
hærede, ideſt filijs deceſſiſſet *et ità tenent*
Doctо. Curt. par. 4. numer. 85. Surd. ad §. Titius
num. 5. ſi de feu. def. etc. Ioan. Schon. diſp. feu. 9.
th. 11. Clar. in §. feudum. q. 32. verſ. ſed circa.
Roſent. cap. 9. concl. 48. numer. 4. iuncta gl. c.
57 † *Vbi de comm.* (licet ipſe non aſſentiat) *iun-*
ctis omibus in glo. a citat. per eund. Roſent. ità
quod non ſit dubitandum de hac cõmuni,
& vera opinione.

58 † Sed quid immoramur? cũ ſit tex. in term.
d. §. profectò de leg. Cõrad. vbi clarè quod qui
habet feudum pro ſe & ſuis hæredibus po-
teſt dare cum eadem formula ſubfeudata-
rio, id autem non poteſt intelligi, niſi cum
ſuppoſito facultatis ſubinfeudãdi etiam ad
præiudicium propriorum hæredum, & pa-
tet.

59 † Nec hic eſt quod diſtinguas de feudo
ex pacto & prouidentia, & de feudo hære-
ditario, quod eſt refugium hactenus omniũ
commune *Roſent.* (*qui de hoc refugio in hac*
diſtinctione conſtituto) *d. cap. 9. concl. 48. nu. 7.*
Lanar. §. ſed etiam res. per quos fiat Inueſt. n. 54.
vbi

vbi ſaltem in feudo ex pacto, & prouidẽtia
filium poſſe reuocare ſubinfeudationem, ſi
ſit hęres cum beneficio &c. quia tex. de ſub-
infeudatione tractantes ſunt manifeſti, &
præſertim §. *profectò.* cum in termin. feudi
proprij (id eſt quod vocatur ex pacto, & ꝓ-
uidentia) loquantur. quare quo te vertes?
60 † Et ita firmatur (hac maxime occaſione)
ratio poſita, cum nulla alia poſſit dari, niſi
quod filij iure nitantur paterno, vnde eius
facto ſtare cogantur, *& in puncto Bald. conſil.*
265. ſuper eo quod excipitur ſub num. 2. libr. 5.
61 † Vbi quod agnatus non poteſt reuocare
ſubinfeudationem exiſtente filio ex ſubin-
feudante defuncto, quia [ait Bald.] in iure
patris ſuccedit filius in Vaſallitico paterno.
62 † Id verò fortiùs patet ex oppoſito, ſi
quidem agnatis non præiudicare ſubinfeu-
dationem, niſi viuentibus ſubinfeudante, &
eius poſteris certiſſima communis & indu-
bitata eſt opinio, *vt patet ex Surd. d. num. 5. §.*
Titius. ſi de feu. def. Vult. cap. 10. ſub num. 82.
verſ. tertiò ne fiat, & cap. 11. num. 106. vbi ex
Piſtor. q. 44. num. 16. ab Interpretibus ſiuè haeſi-
tatione id receptum ait, & ad omnes alios ſupra
citatos. Mar. free. de ſubinfeu. titul. quis dicat.
ſubfeudat. ſub nu. 11. fol. 99. Reg Lanar. in rep.
§. ſed etiam res, per quos fiat inueſt. nu. 9. et 10.
14. & ſeqq. & Menoch. conſ. 810. nu. 63. lib. 9.
Bal. d. conſ. 265. num. 3. lib. 5. Ex quibus vides
rationem noſtram in omnibus verificari, tã
quoad filium, quam quoad agnatum, non
ſolùm quia afficitur filius illa patris ſubin-
feudatione paſſiuè, quia cogitur ei ſtare,
ſed etiam actiuè, quia vt ſucceſſor in idem
ius paternum, tandiù dum viuit arcet agna-
tum propter ius paternum in ſe ipſum con-
tinuans, nec (niſi eo demum cum tota ſua
deſcendentia defuncto) admittatur agnatus
ad feudum ex perſona propria, vt ex pręcit.
63 apparet † *& eſt tex. in §. hoc quoque de ſucceſſ.*
feu. vbi ſi frater dedit in ſubfeudum, aut ad
liuellum, aut fecit Inueſtiri filium de feudi
paterni propria parte, quæ ad eum peruc-
nerat, eo tamen ſine maſculis decedente
corruunt huiuſmodi ſubinfeudationes, &
inueſtituræ, & feudum ad fratrem reuerti-
tur.
64 † Ex his autem omittere non poſſum vnũ,
quod tango *infra cap. 55. de renunc. num. 17.*
et ſeqq. aduertẽdum eſſe in hac materia, an,
& quando viuente aliquo, interim res illa
poſſit penes alium manere, eo verò mortuo
ceſſare. Ad quod ita reſpondetur id eo verè
in caſu verificari, quãdo ius aliquod adhuc
remanſit in perſona illa viuẽte, finge agna-
tum refutaſſe feudum remotiori agnato,
hic quia agnatus ille refutans non abdicauit
a ſe omne omnino ius feudi refutati, ideò
durante eius Vita durabit refutatio, & feu-
dum refutatum apud illum agnatum remo-
tiorem remanebit: *vt in d. cap. 55. fuſius viſũ*
65 *eſt & cap. 54. par. 1. num. 58. et ſeqq.* † ſic finge
datum quid fuiſſe ad liuellum, aut in ſub-
feudum, hic quia ius quoddam adhuc re-
manſerat in dante, ita ad vitam eius ſuſtine-
66 ri poterit datio, vt ſupra viſum eſt. † Idem
& in vſufructu vendito *vide infra de refutat.*
ſub verſicul. capiam quædam num. 65. et ſeqq.
67 *et infra numer. 78.* † ſic finge datam rem
fideicommiſſo ſubiectam creditori, tandiù
durabit datio, quandiù viuet debitor *l. peto.*
68 *§. prædium: de legat. 2.* † ſic in marito delin-
quente, qui priuatur fructibus fundi dotalis
eo viuente *Mar. free. de ſubfeu. lib. 2. auth. 29.*
69 *nu. 2. fol. 356.* † ſic quandiù fideicommiſſa-
70 rius viuat, fiſcus capiet fructus † ſic nec ſub-
ſtitutus ſuccedet, ſi Monachus fuit grauatus
reſtituere, quia interim niſi ſequuta morte
71 naturali, nullum ius habet ſubſtitutus. † Sic
penes debitorem poſſunt manere feuda, vt
de fructibus ſibi ſatisfiat, interim dum viuit
debitor, vt hæc *infra de execut. in fructib. adde*
aliud exemplum ſimile infra cap. 65. ſub nu. 20.
72 *et §. fin. et ibi et aliud infra cap. 50. in fin.* † vt
propterea errauerint ij, qui in termin. vel
alienationis, vel renunciationis idem dixe-
runt *vt Roſent. Myſing. Iacob. à S. Georg. citati*
infra cap. 55. num. 18. et ſeqq. et cap. 54. nu. 35.
et part. 3. ſub nu. 71. 72. nam in his omne om-
ninò Ius à nobis tollitur, & ideò ſtatim fit
in alium tranſlatio, cui de Iure *ad infra cap.*
55. ad fin. et cap. 56. numer. 21. quod ceſſat in
primis caſibus, in quibus Ius nullum nundũ
quæſitum eſt alijs, cum vel nundum caſus
venerit, vel Ius aliquod remãſerit in primo
poſſeſſore. Vnde poteſt intrare alia perſo-
na, vt fiſcus, aut alius quaſi aut ſubrogata ei-
dem perſonæ, aut quaſi eandem repreſen-
tans dum illa viuit perſonam ſed in caſibus
alienationis, renunciationis, repudiationis,
aut etiam delicti, aliud eſt, quia continuò
Ius omne receſſit ab huiuſmodi ꝑſona alie-
nante, renunciante, repudiante, vel delin-
quente, vnde rectè ad quem, ſui natura de-
bet tranſire, illicò tranſit, ad agnatum putà,
73 vel ad dominum. † Vt id confirmant ij, qui
l. ſtatius florus. §. Cornelio Felici. ff. de iur. fiſc.
non habere locum in feudalibus cenſuerũt,
Mar. free. de ſub feu. lib. 2. auth. 29. ſub num. 2.
74 *ad fin. princ. fo. 356.* † & ita aduerte ad modos
loquendi auctorum feudalium, & quidem
in term. alienationis, vel etiam refutationis
quatenus cadit in ſpeciem alienationis no-
ta *§. Titius. ſi de feu. def. ibi, pretio reddito etiam*
Viuo Titio. Item in term. repudiationis nota
tit. An agnat. etc. in eo ablatiuo abſoluto, *quo*
repudiato ad agnatos (ſi paternũ ſit) pertinebit.
Item in tit. an ille qui interfec. fratr. etc. ibi, pri-
uabitur beneficio ad agnatum proximiorem feu-

75 *dum pertinebit*,& alibi paſſim. † Sic dicimus
quod vno repudiante fit locus alij aut per
Ius accreſcendi, *vt in l. vtrum.5. ſub princ.ff.*
de adſign.libert. aut aliter vt ſucceſſione pro
76 ximioris *ad inf.tit.de Repud.ſub princ.* † & ità
intrat ratio *Iacob. de beluiſ. dicentis*, quod cũ
Vaſallus feudum renunciauit, perdit omne
ius ſuum, ità quod nullæ reliquiæ feudi re-
maneant apud eum. ergò ſtatim debent ad-
mitti agnati àd reuocandum, quem meritò
ſequutus fuit *Tom. de Mar. titul. 2. de feu.ex*
pact.et prouid.ant.ad conſtit. regni ſub nu.130.
verſ.tertia concluſio, et retulit Iacob. in ſua in-
ueſt.verſ.et vnus ex dictis. ſub num. 8.verſ. ſed
77 *pulchrum* † qui licet teneat contrarium, nõ
tamen reſpondet ad hoc fundamentum ſo-
lidiſſimum in Iure, & iura quæ pro ſua opi-
nione adducit non faciunt ad propoſitum,
cum pertineant ad caſum ſuperiorem hic
tactum, quando ius aut eius reliquiæ manẽt
78 in transferente. † Exemplum ſit pulchrum
in Vſufructuario de quo obiter iam *ſup. hic*
numer.4. 38. et 39. et 66. qui ſi cedat vſum-
fructum, quia Ius abdicatur totale, illicò re-
meat ad Proprietarium, ſi alienet tranſit in
eum, cui alienatur durate vita Vſufructua-
rij *l.ſi vſusfructus 66. ff. de iur. dot.* quia hoc
poſteriore caſu ius manet in alienãte, Huic
textui vtrunq; caſum amplectenti non in-
uenio reſponſum; *et ad inf. de Refut. par. 2.*
num.1. et Idem ſi Vſufructuarius intret Mona-
ſterium vide Redoan. ſupra cit. nu.39. vbi alia
ſimilia, alijque referuntur, ex quibus hæc
veritas detegitur & Beluis. & Mar. Non eſſe
ſolos dignoſcitur.

79 † Et ſi benè conſideretur *Iacob. ſub d.n.8.*
retorqueri poteſt contra ſe ipſum eius dictũ,
quod durante Iure refutantis debet durare
Ius acceptoris, quia hoc quidem dictũ ve-
rum in ſe ſit, & rectè procedat cum ſuppo-
ſito quod in ſemetipſo continet, quod ſit
Ius in refutante; At ſi nullum remanſerit,
non ne & illicò (ſecundum hoc ipſum di-
ctum) Ius acceptoris ceſſare neceſſe erit? vti-
que dubio procul. Ita ſit vt (ad rem noſtram
redeamus, vt hoc ipſum axioma, quod reſo-
luto Iure datoris, etiam ius penitus reſolua-
tur acceptoris, optime cadat, & verificetur
80 in ratione vaſalli ad ſubuaſallũ † vt in term.
quod reſoluto iure Vaſalli, etiam ius ſubua-
ſalli penitus reſoluatur, ità quod huiuſmodi
ſubinfeudationes neque agnatis, neque etiã
ipſi domino quicquam præiudicent, *dicit*
Kircherb. in diſc. feu. cap. 5. num. 14. ex §. hoc
quoq; de ſucceſs.feu. ex §. rurſus. quib. mod. feu.
amitt. Curt. part. 4. num. 85. verſ. declaratur, et
alijs vt ibi, et ad alios per nos iam ſup. hic rela-
81 tos verſ. id verò. † & diuerſa eſſe *cedere, vel*
ſubinfeudare optimè *vt per Surd. conſ. 210. ſub*
num.48.

82 † Addite hic alium caſum, nam ſi ſubfeu-
datarius delinquat in Dominum ſuperiorẽ
eo genere delicti, quo ſubfeudo ſit priuan-
dus, quæritur an ſubfeudum tandiù (dum
viuit ſubfeudatarius, manere habeat penes
fiſcum, vel dominum? aliqui tenebant quod
hic, *vt deſcribit Marin. frec. de ſubfeu. lib. 2. au-*
thorit. 29. nu. 1. et 2. fol. 355. Contrarium fuit
tamen deciſum, *vt ibid.* qua ratione? ecce,
vt ibi ſub verſ. nec obſtat poſt med. col. vbi hæc
ſunt formalia verba, *ſi deliquit ſubfeudatarius*
ea culpa, qua priuatur, reſoluitur illicò ius ſuũ,
quod ex Inueſtitura habebat. quando verò nõ
reſoluitur, quia nõ eſt tale delictum, ex quo
feudo priuetur, habet fiſcus ex ſua perſona
eo viuente, *et ad fin. d. verſ. nec obſtat. Hoc ego*
tenendum puto quod ſubfeudatario delinquente
eo viuẽte redit feudum ad Baronem à quo tenet,
nec interim percipiat fiſcus fructus, quos ille ſi
viueret percepiſſet ridiculũ videtur, quod fiſcus
eos capiat fructus ex perſona ſubfeudatarij poſt
delictũ, quos ſi percepiſſet reſtituere teneretur,
hac Frec.

83 † Et concludamus quod, quicquid in ſim-
plicibus terminis renunciationis, poſſit eſſe
magis comm. opinio quod feudum maneat
penes dominum durante vita renunciantis,
& ſucceſſorum *ad cap. 55. numer. 17. et ſeqq.*
tamen (auſim dicere) in genere magis cõm.
eſſe contrariam. In genere (dico) omnium
occaſionum, quibus ius abdicatur omnino
à nobis, ſtatim aperiri ſucceſſionem vel de-
uolutionem, cui de iure; & quidem perpe-
tuo non ſuſpenſiue.

84 † Sic in termin. alienationis vel delicti in
ſpecie. *§. denique. quæ ſit pr. cau. benef. amitt.*
pleroſque ſenſiſſe expreſsè Mar. frec. in propoſi-
to noſtro de ſubfeu. lib. 2. auth. 29. ſub numer. 2.
verſ. nec obſtat, paulò ante fin. fo. 357. et veritas
detecta eſt infra cap. de renunciat. à verſ. quæ-
ritur igitur et ſeqq. vbi quod deuoluitur feu-
dum ad dominum perpetuò, & non ſuſpen-
ſiue. Sic etiam in term. repudiationis vt in-
fra proprio *cap. de repud.* Idem & in termin.
refutationis vt ſuo loco quoque *cap. 54. par.*
2. num. 1. & de vtraque ſcilicet de repudia-
tione, & refutatione dictũ eſt hic ſupra hoc
cap. à verſ. ex his autem, & infra vſque huc.
& ſi ita eſt in hiſce ex receptis communiter
opinionibus, cur nõ idem eſſe debeat in re-
nunciatione? non obſtante in term. eiuſdẽ
communi opinione in contrarium, cum ſit
altera in alijs omnibus magis communis, &
vlterius ratio, quę eſt in omnibus cõmunis,
etiam renunciationi ſit congrua, vnà cum
textibus ipſis tàm feudalibus, quàm iuris cõ-
munis, ità quod ex tot tantiſque ſimul iun-
ctis, facilè ab illa comm. in renunciatione
recedere poſſe etiam in iudicando, & con-
85 ſulendo. † Et hæc eò magis cum in term.

nun-

nunciationis habeamus tex. *ex profeſſò agẽtem in tit.de mil. Vaſ. qui arm. bell. depoſ. vbi Clericus, qui ſeculo renunciauit, non retinet feudum donec viuit, ſed ad Dominum & vel agnatũ deuoluitur prout extant, vel non extant agnati feudi illius capaces, & ibid. ſic fuiſſe iudicatum vt in §. qui clericus.tit.ſi de feu.defunc.fuer.cõtrouerſ.int.dom.& agnat. vaſ.* & ità parui facerem in hoc *Piſtor. cit.ad d.cap. 1.de renunc. ſub d.verſ. nec habeat*, dum ità non diſtinxit, & contra tex.ipſos manifeſte irruerit, & cõtrà Com.opinionem, quàm ipſe falſus eſt ibid.*ideſt.in q.15.num.* 50. quicquid conetur caput excutere.

86 † Hodiè omnia fere, circa hæc, Iura perverſa ſunt, nam ſubinfeudatio hodie ab aula fere receſſit, cum Inferiores ab Imperatore, aut Principe iura imperialia habente nec infeudent, nec ſubinfeudent. *vide etiam Gallup.de hac materia mox.ſeq.nu.citand. per tot.cap.3.*

87 † Sed excandentias, quas vocant, tantum concedant, ideſt feuda conſueta dari alijs in feudum per Comites, vel Barones, &c. *vt per D.Gallup.in Metho. feud.part.2.cap.3.nu. 15. & ſeqq. vbi deſcribit & alia, & etiam plenius Petr.de Gregor.de conceſſ. feu. par.1.q.2.*
88 *num.6.13.20. & per tot.* † Vbi de his excandentijs *Affl.de his qui feu.da.poſſ.ad princ.nu. 33.in fin.Camil.de Curt. in diu. iur. feu. par.1. §.ſed vnde.num. fin. pag. 12. Loffr. in regno.in paraph.de contr.inueſt.§.ſi quis de manſo.verſ. vbi non dat.etiam ſub princ. & verſ.ſeq .fo. 4.*
89 † Quæ ſubfeuda Galli retrofeuda appellãt *Caſſan.ad conſuet. Burg. de feu. §.5. num.5.D. Sol ad antiq. Sabau.decr.tit.de nomin.dom.glo. 2.num. 5. vbi per tot. de ſubuaſallis Mar.Frec. ſubfeu.lib.2.tit.quis dicat.ſubfeudat.num.9.fo.*
90 *99.vbi plenè* † Et quod non cenſeatur nobi-
91 les niſi *vt ibid.n.11.& 13.* † & ſunt etiam feu-
da ruſtica, quę conſiſtunt in terris aratorijs. vineis, paſcuis, et cmis, quibus mediantibus redditur domino par caponum. vel aliquid amplius ſingulis annis, quæ non habent naturam feudi, ſed emphyteoſis *Affl. in præl.*
92 *feu.num.70.Gram.dec.77.num.7.* † Quę poſ-
ſunt vendi nec requiritur Regius aſſenſus in horum alienatione, niſi ipſiuſmet Baronis qui ſubinfeudauit *Afflic.dec.243.ſub t.n. 1. & ſeqq.* & præſumuntur allodialia niſi probentur feudalia vere vel præſumptiue
93 late *D.Præſ. Bello.conſ.44.* † & tales homines
non exercent arma, nec aliud nobile officiũ *Menoch. conſ. 65.num,30.& ſeq. lib. 1.Gram. d.dec.77.num.11.Garzon.de fæm.ad feu.recip.*
94 *n.88.& ſeq.* † fueruntque huiuſcemodi con-
ſuetudine quadam paulatim recepta cõtrà rigorem Iuris *Clar. ad §. feudum. q. 33.verſ.*
95 *fin.* † Quę conſuetudo eſt in hiſce ſeruanda
96 *Roſent.cap.2.concl.64.* † vbi plene de huiuſ-
modi feudis ruſticis, & in redditu exiguo conſiſtentibus. Ad ſimilitudinem eorum de quibus *in tit. qui dica. dux. verſ. valuaſore*
97 *autem.* † Non tamen id aſſerimus, quin ali-
quo etiam nunc caſu vigere poſſit ſubinfeudatio, putà ſi daretur feudum cum poteſtare ſubinfeudandi, *vt in caſu apud Ozaſ.conſ.23. per tot.* Quæ ſic obiter dicta ſint, dum ſtet confirmatio ex alijs de quibus ſupra rationis ad tit. An Agnat. &c. quod erat principalis inſtituti & ex quo tàm vberes fructus percepti, quàm colligi poteſt ex veris variorum textuum intellectibus hac occaſionẽ apertis, & ex verioribus opinionibus, quibus intellectus acquieſcat, per hæc vltrò promanatis.

F I N I S.

Tertiæ Partis circa practicandam rationem nouam ad tit. An Agnat.vel fil.in modis, quibus feuda retinentur.

Sequitur quarta pars circa practicandam nouam rationem tit.An agnat, vel fil. in modis, quibus feuda finiunt ſiu deſinunt.

ANTONII MONACHI

DE RECTA FEVDORVM INTERPRETATIONE,

Pars quarta. Cap.49.

Circa nouam rationem tit. An Agnat. vel fil. practicandam in modis, quibus feuda finiunt ſeù deſinunt.

PRÆFATIO.

SVMMARIVM.

1 *Deſinit ſeù finit feudum Euictione.*
2 *Ceſſione bonorum.*
3 *An poſſit reuocari alienatio feudi ob ſuperuenientiam liberorum remiſſiuè.*
4 *Interitu rei feudalis.*
5 *Interitu obligationis.*
6 *Interitu perſonarum, in qualibet dignitate(etiã Regali)conſtitutarum.& num.7.*
8 *Princeps poteſt ſtatim poſſeſſionem feudi apprehendere, ſecus ſi ex cauſa delicti.*
9 *Niſi alius ſit in poſſeſſione.*
10 *Item feudum deſinit præſcriptione libertatis.*
11 *Non tamen contra Imperatorem.*
12 *Præſcriptio quadragenaria ſufficit.*
Item feudum deſinit mutuo receſſu. ſub eod.
13 *Quaſi interitu perſonarum, vt ſi fiat quis Monachus, Clericus, mutus, &c.*
14 *Culpa Vaſalli, exhæredatione, alienatione, infiſciatione refutatione, renuntiatione, & repudiatione.*

CVM Ratio noſtra hactenus verificata & practicata fuerit, in modis, quibus acquiritur feudum, & etiam quibus retinetur, ſequitur modò vt (iuxta propoſitum ab initio ordinem) in modis quibus
1 feudum finitur eadem experiatur. † Primò deſinit feudum euictione *de qua Schrad. par.*
2 *9. cap. 10. & par. 5. cap. 6. nume. 5.* † Ceſſione ſecundo loco idem auctor *d. cap. 10. num. 4. & ſeqq.*
3 † Et ibi an poſſit reuocari alienatio ob ſuperuenientiam liberorum de quo etiam *Tiraq. ad. l. ſi vnquam. verſ. donatione largitus num. 337. C. de reuoc. donat.*
4 † Item interitu rei feudalis *Sonsb. par. 12. num. 103. Vueſemb. cap. 15. num. 2.*
5 † Item interitu obligationis, putà ad tempus dato feudo, quod ſit finitum vt tit. *de feu. Guald. tit. de pign. dato feud. Ioan. Schon. diſp. feu. 10. theſi. 4. & 6.*
6 † Interitu perſonarum: *tit. qual. olim. pot. feu. alien. tit. apud quem vel quos Vult. cap. 11. numer. 1. & 7. libr. 1. Ioan. Schon. d. diſp. 10. th. 9.*
7 † In quauis dignitate (vel Regali) conſtitutarum *Ozaſc. conſ. 41. numer. 1. cum ſeqq.*
8 † Ità quod poſſit Princeps ſtatim poſſeſſionem apprehendere, quicquid ex cauſa delicti non poſſet *Surd. conſ. 440. num. 1. ad Menoch. conſ. 160. num. 1. lib. 2.*
9 † Niſi alius ſit in poſſeſſione *Surd. d. conſ. 440. num. 15.*
10 † Item deſinit feudum præſcriptione libertatis *Duar. cap. 8. numer. 2. Myſing. Cent. 4. obſ. 28. Gayl. lib. 2. obſ. 160. Ioan. Schon. d. diſp.*
11 *10. th. 8. Ozaſc. d. conſ. 41. num. 5.* † Non tamẽ contra Imperatorem *ibid. num. 4. Surd. conſ. 323. num. 26.*

Vbi

12 † Vbi 40. annis præſcribi facultatem in feudis. *A. Ponte. qui feu. da. poſſ. num. 40. cum ſeqq.* Item mutuo receſſu *tit. de fidelit. 76. in*
13 *fragm. feud. Cuiac.* † Item quaſi interitu perſonarum, ſi fiat quis Clericus, Monacus, mutus, Surdus aut aliàs impotens ad ſeruitia feudalia exhibenda *tit. de mil. Vaſ. qui bell. arma &c. tit. ſi de feu. def. §. qui Clericus tit. de benef. ſem. Tit. clericatu feudum, amitti 109. apud Cuiac. in fragment. feud. tit. An mut. vel aliàs imperfect. tit. Epiſcop. vel Abb. §. mutus.*

14 † Item Culpa vaſalli, Exhęredatione, Alienatione, Inficiatione, Refutatione Renũciatione, & Repudiatione: Regẽs à Ponte *conſ.* 147. *num.* 1. *lib.* 2. ad quos modos reſtringemus tractatum; ad hos etenim omnia, quæ tradi poſſunt pro verificatione rationis noſtræ, facile reducuntur. In quibus explicandis mirabiliter exurget veritas dictæ rationis ex textibus claris, & apertis, multęque confuſiones, & inconciliabiles (aliàs) cotrouerſiæ dirimentur.

A Culpa inchoandum.

CAP. QVINQVAGESSIMVM.

De Culpa.

SVMMARIVM.

1 *An culpa noceat filijs vel agnatis Variæ opiniones proponuntur & ſeqq.*
2 *Doct. Vocant acrem ac dubiam quæſtionem.*
4 *Auctor putat facilem & deciſam textibus, filijs nocere non agnatis regulariter.*
5 *Regulariter non nocet agnatis, quia datur exceptio quod aliquando noceat.*
Nempe ſi Dominus directò offẽdatur, vt habeat ſuæ iniuriæ vltionem. ſub eod.
6 *Secus ſi non directò. & num.* 8.
7 Proximiorum *appellatione intelligũtur agnati.*
8 *Et eſt error eorum, qui tantum de filijs & deſcendentibus intellexerunt.*
Vox (quandoque) ponderatur ad §. denique. quæ fuit prima cau. &c. ſub eod.
Et Vox (nullatenus) *ibid.*
Tex. an illa qui interf. frat. &c. explanatur. ſub eod.
9 *Et ſunt manifeſti pro dicta diſtinctione an directò vel non.*
10 *Et eſt commun. opinio & ſeqq.*
11 *Et ità pluries iudicatum.*
Idem in Maioratu. vt ſub eod.
14 *Ratio differentiæ inter filium & agnatum, quia filius à patre ius ſuũ dimetitur, non agnatus.*
15 *Menoch. palinodia decantata adnotatur.*
16 *Eſt error eorum qui dixerunt, quod culpa agnati Dominum principaliter offendentis non noceat alijs agnatis ſit æquior.*
17 *Pater Perduellionis reus iudicatus facit quod etiam filij hæreditate priuentur & memoria damnetur.*
18 *Propter immanitatem delicti, ob quam etiam animalia bruta aliquando ſuſpenduntur.*
19 *Ex hoc errore in alios incurſum oſtenditur, & in alias confuſiones circa priuationem vel non priuationẽ agnatorum omnium, aut aliquorũ etc. et ſeqq.*
22 *Cauſa horum errorum detegitur & remouetur. et explicatur tit. ſi vaſ. feu. priu.*
23 *Auctoris explicatio dicti tit. aduerſus alios. et ſeqq.*
24 *Verbum* Vesbigratia *quid importet.*
25 *Dominus poteſt facere gratiam feudi.*
26 *Gratia eſt ſtrictè interpretanda, maximè ſi contrà ius commune. et num.* 28.
27 *Non extendenda de vno defectu ad alium.*
28 *Ea quæ ſunt contra ius in primo actu conſumũtur, et de eo ſolo intelliguntur.*
29 *Conceſſio an ſit perſonalis vel præſumatur. et num.* 30.
Rationes dubitandi ad d. tex. ponuntur. ſub eiſd.
31 *Et ratio decidendi.*
32 *Reſpondetur ad contraria quia feudi anceſio per viam gratiæ retinet propriam naturam.*
33 Gratia *principis non extendenda in præiudiciũ tertij.*
34 *Secus ſi ex ea nemo lædatur niſi ipſe Princeps.*
35 *Admiſſis fæminis ad feudum hoc eſt beneficium non priuilegium.*
36 *Re ſua poteſt quis vti vel abuti quia dominus et moderator.*
Remiſſa felonia an feudum maneat antiquum ſub eod.
37 *Filio admiſſo ad feudum per gratiam an vſque ad quartum gradum an vſq in infinitum. nu.* 38 39. 42. 43. *et* 44.
38 *Ad ius antiquum datur facilè reditus.*
40 *Vox* (etiam) *eſt ampliatiua.*
41 *Copula* (&) *repetitiua præcedentis orationis.*
45 *Aduerſus rationem præſumptionis ſeù ſuſpicionis contra agnatos intra quartum gradum remiſſiuè.*
46 *Si principaliter etiam filijs aut agnatis ſit feudũ conceſſum non amittitur feudum ex culpa in Dominum, ſed contra vt per Auctorem.*
47 *Delictum vnius alteri non nocet.*
48 *Nec nocet ſi vaſallus ſit in contumaciam damnatus.*
49 *Auctor hoc concedit in agnato non in filio.*
50 *Quia filius vti hæres ſuccedit in vitium defuncti.*

51 Et

51 *Et illi nocet eius contumacia.*
52 *Etiam agnato prȩiudicat, ſi offenſa principaliter Domini perſona.*
53 *Patre delinquente, ſiue auo, nepot non priuatur.*
54 *Ratio, quia hoc caſu filius non ſuccedit patri nec ex eius iurè, ſed ſuccedit auo & ex perſona ſeù iure ipſius. & num. 55.*
56 *Generale eſt quod filius aliunde habet quàm à patre, id non amittat ob culpam patris.*
Filius occidat patrem, nepos ſuccedit auo occiſo in feudalibus, at non in burgenſaticis, & ratio diuerſitatis. ſub eod.
57 *Filius non priuatur feudo, ſi patre viuente delinquerit. ſed contra.*
58 *Filius dicitur ius habere in bonis paternis etiam patre viuente.*
49 *Si primogenitus committat rebellionem contrà Regem non ſuccedet ad primogenium poſt mortem patris, ſed ſuccedet ſecundogenitus.*
60 *Nec ad Dominum reuertetur & ratio.*
61 *In feudo indiuiduo altero ex duobus delinquente alteri non præiudicatur.*
62 *Item nō amittitur feudum, ſi filij remiſſa culpa reinueſtiantur.*
An princeps poſſit facere gratiam in prȩiudiciū Vaſalli remiſſiuè. ſub eod.
63 *Item ſi conceſſum feudum* Titio & filio eius Sempronio, *ſed contra Auctor.*
64 *Pœna quod Dominus habeat iniuriæ ſuæ Vltionem, non competit fauore Domini ſuperiorem recognoſcentis, prout nec pȩna confiſcationis.*
65 *Delictum vnius ex pluribus feudi poſſeſſoribus non nocet alijs, feudi tamen eiuſdem portio manet penes Dominum durante vita delinquentis.*
66 *Factum fratris non nocet fratri ſucceſſori, qui iurauerat Domino fidelitatem nullo antepoſito.*
67 *In officio an culpa patris noceat filijs.*

1 AN † culpa vaſſalli, ob quā feudo priuādus veniat, noceat filio, aut agnato?
Hanc porrò dubiā eſſe quȩſtionem, ꝑꝑ iura
inuicem pugnantia, ac propter diuerſos, ac
varios intellectus, dum quilibet ſuam tueri
conatur opinionē aſſeruit nouiſſime *Camil.
de Curt. in diu. iur. feu. par. 1. §. nunc de altera
num. 43. fo. 59. col. 3.* & ita eſt, alijs cenſentibus
in feudo nouo filijs præiudicari, non in
antiquo In hæreditario ſemper alijs, in alijs
verò aliquando, vt quando delictum reſpicit
dominii immediate. Atqui ne(in hiſce
coaceruandis, nauſeam faciam, remitto te
*ad Victor. quȩſt. iur. q. 16. nu. 1. & ſeqq. Roſent.
lib. 11. concl. 1. cum plurib. ſeqq. Clar. in §. feudum
q. 66. Vult. lib. 1. cap. 11. num. 69. & ſeqq.
Ioan. Sebon. diſp. 11. ſub th. 3. diſp. 6. th. 124.
Intrigl. ſq. 51. numer. 286. 287. & nouiſſimè
omnium infinitis relatis, (ex quibus & tu alios
quos volueris, habebis) Carol. a Kireberb. in ſuo*
2 *diſcur. feu. cap. 5. numer. 94.* † Vbi acrem eſſe
(ait) diſputationem, eamque dubiam eſſe
quæſtionem, & vix ſuſtentabilem, & per
3 *num. ſeqq.* † & etiam alijs dicentibus filijs
nominatis nomine proprio non nocere delictum
Patris, quos citat ità tenens *Menoch.
conſ. 304. num. 26. lib. 4.* Nobis verò aliter
longè ſe rem habere viſum eſt; & eſſe inter
haſce ambiguitates credimus quam facillimam
veritatis inuentionem, & ex textibus
ipſis ad litteram, & ex ratione noſtra, & de-
4 mum etiam ex iudicatis ipſis. † Ex quibus
hoc manifeſte verius eſſe conuincetur, filijs
præiudicare culpam parentum: Agnatis regulariter
non præiudicare: Regulariter di-
5 co, † quia etiam eis aliquando præiudicat
culpa agnati defuncti, ſcilicet vno caſu tantum,
quando culpa huiuſmodi directò Dominus
offenditur, nam tunc fuit ſpeciali ratione,
& contra regulas iuris, ſeù iure ſpecialiſſimo
*ait Bald. in §. ſi Vaſallus culpā n. 1.
tit. ſi de feu. def.* conſuetudine comprobatum,
quod & ipſis agnatis noceat culpa agnati
vt habeat Dominus (*inquit tex. in §. denique
que fuit pr. cau. benef. amitt.*) ſuæ iniuriæ
vltionem *& ibid. omnes communiter D.
Patrim. Bagnaſ. int. conſ. Ozaſ. vol. 2. conſil. 8.*
6 *num. 11.* † Sin verò immediate Dominus nō
offendatur, agnati non amittent, imo ad eos
pertinebit, vt ibid. ad fin. ibi *& non ad dominū,
ſed ad proximiores pertinent; ſi tamen beneficium
fuerit paternum, ſic enim ſæpè pronunciatum
ſcio*: Ecce de duobus agi, primò de
feudo antiquo, quia paternum dicitur antiquum:
& ſecundò ad proximiores pertinere
ait tex. & ſic excluſiue ad filios, incluſi-
7 ue ad agnatos: † quia appellatione, *proximiorum*
intelliguntur agnati *ad titul. de nat.
ſucc. feu. ibi & hoc eſt quod dicitur ad proximiores
pertinere, iſti verò proximiores, &c.* vt ibi,
& ita, *in term. dicit glo. ſuper ipſo verb. proximiores
d. §. denique addit. hæc verba,* & non ad
8 filium Vaſalli: † *& erraſſe Tom. de Mar.* qui
hanc vocem hic intellexerat pro filijs, &
deſcendentibus *dixit Menoch. conſ. 99. num.
127. Vaſ. feu. priu. cui deferat. Vaſalli (ait. tex.)
feudum delinquentis, licet ad agnatos quandoq;
pertineat, filius tamen ad id nullatenus reſpirabit
&c.* ecce *quandoq;* ait quia non ſemper
agnati admitterentur. *Menoch. conſ. 99. num.*
186. nam ſtat firma diſtinctio *d. §. deniq; quæ
fuit pr. cau. benef. amitt. filius tamen nullatenus
ait*, quæ eſt vox negatiua magis afficiens,
perpetua, & ſemper verificabilis idem importans
quod *nullo modo cap. ſtatutum. ext. de
reſtit. & plenè Alb. in diction. in ipſo verbo.*

Alium non minus apertū ſi deſideras ecce

in

in tit. *An ille qui interf. frat. dom. ſui &c. vbi ſi quir interfecerit &c. priuabitur beneficio: quia tamen erga dominum non fuerit facta, ad agnatum proximiorem feudum pertinebit, ſi paternũ fuerit* ecce tria primò replicatam diſtinctionem illam an offenſa principaliter reſpiciat Dominum, an non: & ſecundo quia offenſa non reſpicit Dominũ, ecce ad agnatum (vis clarius) proximiorem feudum pertinebit ergò excluſiuè ad filium *l. cum prætor. ff. de iud.* & tertio quia ſi paternum fuerit. Ergo de antiquo, *iuxta tex. & ibi Docto. in tit. de ſucceſ. frat. verſ. quod ità intelligendum,* prout nec niſi ad antiquum admittuntur agnati, vt in facti ſpecie ſupra *cap.* 1.

Nec ſi adhuc contentus ſis, accipe alium, omnium hanc in rem optimum *in §. ſi Vaſallus culpam. tit. ſi de feu. def. &c. ſi Vaſallus (ait tex.) culpam commitat propter quam feudum amittere debeat, neque filius, neque eius deſcendentes ad id feudum reuocabuntur, ſed agnati (qui quarto gradu ſunt) dummodò ad eos pertineat. Neque filius (ait)* ergò de feudo nouò, de quo non dubitatur: *neque deſcendentes* ergò de antiquo, quia feudum nouum eſt in filio reſpectu patris primi acquiſitoris, in quo admittitur facilius præiudicari *Menoch. conſ. 1088. ſub num. 41. 42. lib. 11.* & antiquũ in alijs poſt filium immediatè primò acquiſitori non ſuccedentibus. *Sed agnati (ſubijcitur in tex.)* nota aduerſatiuum, ſed hoc ipsũ efficatius explicans diuerſum eſſe in agnatis &c. Nec omittamus aliũ extra text. ordinarios in *tit. 78. Culpã vniur.* ex cohæredibus cęteris nõ prętudicare. *apud Cuiac. in fragm. feud.* quatenus viuo delinquente vel ſuis hęredibus, feudum ad cæteros agnatos venire non poteſt: ergo apud Dominum interim manebit: Ecce quod culpa delinquentis nocet ſibi & ſuis hæredibus in feudis, non nocet agnatis, quia hi demum poſt mortem delinquentis & hæredum admittuntur, ex quorum exiſtentia, ſi nullum delictum interfuiſſet, nihilominus interim manebant excluſi *iuxta not. cap. 48. num. 64. & ſeqq. & alijs ibid. adductis iuncto cap. 10. numer. 1. & ſeqq.*

Nec pugnat *tit. 98.* ex delicto Vaſalli feudum ad Dominũ redire in eiſd. fragm. Vbi videtur dici quòd interim non ad Dominũ ſed ad agnatos pertineat, quia *hoc tex.* recẽſentur cotrarię opiniones, & vltima opinio ibi relata concordat, quod interim ad Dñm pertineat: aut ſi dicas huic vltimæ nõ videri adhęrere Compilatorem: dic hac opinionem non ſequendum ex tex. non approbato contra alios textus approbatos, ſic vt ſupra diſtinguentes, vt durante vita delinquẽtis feudum ad dominũ pertineat, poſt mortem verò eiuſdem & hæredum ad agnatos.

Quid ergò amplius (vt ad rẽ redeamus)
circa culpam & præiudiciũ allucinabimur
in tanta totq, cõtextuum claritate, quin fa-
teamur omnino culpam filijs etiam noce-
9 re, non agnatis? † meritò ob id quod textus
ſint pluſquam manifeſti religioni ſibi eſſe
debere putauit ab ijs quoquam modo rece-
dere, & cum alijs nonnullis aduerſo vento
verificari velle in cõtrarium proteſtatus eſt
Carol. à Kicherb. in diſc. feu. cap. 5. numer. 99.
10 † Vbi pariter hanc veritatem quoad agnatũ
communioribus votis fuiſſe receptam dicit
relatis Doctoribus *ex Clar. in §. feudum q. 66.
& magis communem ex Gozadin. conſ. 84. nu.
3. Burſat. conſ. 148. num. 9.* & durum eſſe ab
illa in iudicando recedere *Curt. Iun. in tract.
de feu. par. 5. num. 2. vti ſubijcit ibi. Kicher. in
fin. eiuſd. numer. 99. et idem quoque Surd. conſ.*
11 *110. n. 1. in fi.* † vbi amplius ità fuiſſe pluries
iudicatum; & in eadem claritate nulla ſub-
eſſe deberet difficultas, & his addendi *Piſto.
q. 15. por tot. Vult. cap. 11. ſub num. 71. verſ.
quod ſi delictum & in fin. d. numer. 71. Roſ. cap.
11. concl. 10. glo. f. vbi de comm. iudicatis, &c.
Fulu. Lanar. nouiſſimè de veriori & comm. cum
iudicatis per eum traditis in add. ad Reg. Lan.
ſi vaſ. feu. priu. numer. 1. & ſeqq. vbi numer. 3.*
idem in maioratu erecto de bonis Regis,
ſecus in erecto de bonis eius qui obtinuit
maioratum.
12 † Quare in eadem claritate vllus, nec
quoad filium eſſe ſcrupulus deberet, prout
latiùs oſtendit Idem *Kicherb. ibid. num. 97. &
ſeqq. vbi ex Menoch. conſ. 99. num. 144.* & ex
Piſto. communem pronunciat affirmando
ex hiſce ab hac opinione tàm in iudicando
quam in reſpondendo recedendum nõ eſſe,
& his adde Bero. conſ. 114. numer. 59. libr. 1.
13 † Vbi filios priuari non Collaterales *D. Ca-
bal. reiecta cõtraria caſ. crim. 182. ſub num. 19.
Menoch. exornans conſ. 954. num. 21. & 33. cũ
ſeqq. lib. 10. & conſ. 1080. num. 16. lib. 11.* licet
in agnato ſecus, (*vt. ibid. num. 17. 18.*) teneat
& male, vt ſupra, *& conſ. 304. nu. 15. & ſeqq.
lib. 4.*
14 † Ad rationem An alia afferri poſſit, quã
illa, quod filius ius feudi à Patre dimetitur
vel recognoſcit, nõ item agnatus; profectò
non poteſt ex alio fonte iſtud deriuare, &
ità in term. præcisè iſtis Piſtor. quem iam
ad id attulimus *d. cap. 9. num. 40. 41.* At verò
quod contrariæ factionis Docto. dictam ra-
tionem admittent tantum in feudo nouo
ſecundum citat. ſupra *nu.* 1. reſoluat quiſq;
hoc libentius in poſterum admittere etiam
in antiquo, cum textus ſupracitati expreſsè
in antiquo loquantur, ad quos non video re
ſponsũ & propterea ad repugnãtias Doct.
15 etiam ſibimet ipſis aduerte † exemplo Me-
noch. qui non ſatis ſibi conſtans modò erit
mo-

Digitized by Google

modò negas, Nam in *conſ.99.* tenuit ob delictum contra Dominum agnatum priuari, *cantauit verò palinodiam in conſil. 304. ſub num.35.verſ.reſpondetur ſecundo. et num ſeq. et conſ. 305.ſub num. 9. lib.4.aduertit.Vult.d. cap.11.num.71.ad fin.princ.*(nauta ſi clauum
16 deſerat, ſubmergetur)† *et ipſe conuenio cum Camil. de Curt. in par. 1.diu.iur.feu.§.nunc de altera nu. 64. par.1.ibi defendendo, quod culpa agnati immediate dominum offendentis, noceat etiam agnatis*, inſurgit contra eos, qui dicunt alteram opinionem contra Dominum pro agnatis eſſe ęquiorē *et addit hanc æquitatem cerebrinam non præferendam rigori, quando nō oritur ex iure ſcripto, et non omne quod inclinat vel trahit nos in aliquam ſententiam, eo ipſo poteſt dici æquitas, vt illam ſequamur, et cum tot ſint iudicia, quot capita, iam legum machina tot vigilijs ordinata penitus concideret, vt ibi num. 65.et ſeqq. vbi num. 68.et 69.* hanc opinionē pro Domino contra Vaſallum, quando directò offenſa fuit Domini perſona confirmat rebus iudicatis, Nam & ſi, vt hanc haberet Dominus iniuriæ ſuæ vltionem hanc ſolum ob cauſam ità fuiſſet ſtabilitum, & rigori hoc ipſum cuidam tribuēdum foret, non ne obſtaret, lex ità ſcripta eſt iuxta *l. proſpexit ff. qui et à quibus. prout ità in term.*
17 *Vult.cap.11.ſub n.71.ver.verumtamen* † Nec caremus in iure exemplo, quo filius priuatur hæreditate, ſi pater fuerit perduellionis Reus iudicatus, quid enim peccauit filius? & tamen ità eſt, memoria.n.etiā damnanda erat, *vt inſtit.de hæred.quę ab inteſt.defer. §.interdum autem. l. quiſquis C. ad leg. iul. maieſt.*
18 † Propter immanitatem delicti, ob quam etiam animalia irrationalia aliquando ſuſpenduntur *vt in dec. noſtr. Luc.9.numer.9.et ſeqq. et ad addit.ad eam et Bald.ad hæc in term. noſtris videndus in §. ſi vaſallus culpam, num. 1.tit. ſi de feu. def. etc.et ad infra cap.53.n.14.* vbi omnino vide.

Quamuis autem ex his ſit firmata concluſio, quoad agnatos, vt hi ex delicto in Dominum principaliter non commiſſo omnes admittantur ad feudum tamen ne nihil non turbulentum maneret, erroribus additi er-
19 rores, confuſionibus confuſiones. † Si quidem alij putarunt, eos tantum feudo priuari qui ſint iuxta quartum gradum tātum, idq; propter nimiam propinquitatem cum Va-
20 ſallo, qui deliquit. † Vnde eadem infectio eos teneat ex iuris præſumptione, per quā quanto proximiores, tantò & infectiores eadē delinquentis macula cenſeantur *Piſto. qq. iur.q. 15.num.9.* vbi innumeros citat, & ex eis dicentes hanc opinionem in iudicando ſeruandam *et num.* 10. vbi adijcit dictam rationē nominatim, quibus addo *Borgholt. cap.8.numer.152.* vbi hanc opinionem communiter approbari *Menoch. conſ. 99.numer. 145.et ſeqq.lib.1.Ioan. Schin. diſp.11 th.5.in glo.d.alios etiam recenſet D. Cabal. conſ. crim. 182.num. 19.* licet hanc ipſe opinionem nō probet. *Roſ.cap.11.concl.10.gl.c.* vbi multos
21 (more ſuo) refert. † Alij verò è contrà, vt nemine excluſo, omnes vſq; in infinitum admittantur agnati *Piſtor. d.q.15.num.17.vſq; ad num.19. incluſiuè, vbi ſub nu.16.verſ.deniq. alios recenſet, ſub d.num.19.*(exploſa præcedenti opinione) huic aſtipulatur, & ſecundum hanc reſpondendum eſſe ac iudicandum ſine hæſitatione vlla concludit, quem ſequutus *eſt Roſ. d.cap.10.concl. 10.in fi.iuncta ibi glo.f.Vult.cap.11.nu.71.in fi. vbi Piſtor. collaudat* veriſſime ſcripſiſſe, & demonſtraſſe, & contrariam opinionem ineptam, & inſulſam, vnde etiam factum ſit, vt exoleuerit, nec vſu ſeruetur, alios refert *Roſ.d.glo.f. et optimè* quidem, quia & hanc iam ſupra firmauimus.
22 †Sed id, quod cauſam dedit edicto dictisq; controuerſijs, nundum (quod videam ſublatum: *hic eſt tit. ſi vaſ. feu. priu. cui defer.*) *ob illa verba ad eius petitionem admittuntur, qui quarto gradu ſunt remoti ab eo, qui id acquiſiuit, et etiam vſque in infinitum*, quæ verba primæ ſententiæ auctores interpretantur vt ſtent excluſiuè, quoad exiſtentes intra quartum gradum, non autem quod alios vlteriores; At alterius ſententiæ Docto. dicunt ſic, ſcilicet dicta verba ſtare determinatiuè, vt ſenſus ſit, admitti eos, qui ſunt in quarto gradu, & etiam vſque in infinitum, non quia ij, qui ſunt proximiores excludātur, ſed vt determinetur vſq; ad quem gradum agnati admittantur non vſq; ad quartum tantum, vt alias, ſed vſque in infinitum *vt eſt hic in d.tex. ita explicat Piſtor. d. cap.15. num.17.Fachin.controu. iur. lib.7.cap.1.col.3. in princ.et huic adhæret ibid. verſ. in hac igitur. ad D.Patr.Bagnas.int. conſ.Ozaſ.vol.2.ſub nu. 7.et ſeq.præcipuè 10.11. et ſeq.*

Verum (liceat mihi vna cum ipſo Fachin. cōtra hęc exclamare) *quid enim (ait Fachin.) magis repugnat, quam agnatos admitti, qui ſūt in quarto gradu Vbi mox adijciat eoſdemmet admitti vſque in infinitum. Aut quid magis obſcurum eſſe poteſt, quam dicere agnatos admitti; qui ſunt in quarto gradu remoti ab eo, qui feudū acquiſiuit, ſiue ſenſus ſit eos, qui ſunt in proximiori gradu non admitti, ſiue ſenſus ille ſit, admitti vſque ad quartum gradum? priorem ſenſum ſi author habuiſſet, id debebat exprimere, addita diſtinctione excluſiua eorum qui ſunt in propinquiori gradu, ſi poſteriorem, illa dictio vſque, adijcienda erat hoc modo agnati admittuntur vſque ad quartum gradum. Hæc doctiß. Fachin.d.col.3.verſ.ego video:* ex quo quid dices de noſtro feudorum Compilatore, non

ne

ne cauſam hinc capies peroportunam ir-
ruendi in eum, & in me quoque perpetuum
eius defenſorem? Ipſe tamen (hac vice) in-
ſurgam, & magis contra Compilatorem vr-
gebo, & quidem hunc in modum, *nam ſi eo
tex. tit. ſi vaſ. feu. priu. et c. in princ. rē de agna-
to ſtabilierat*, cum præciſe admittendo, &
indefinitè prout etiam in alijs contextib. to-
ties ſupra relatis, ad quid *in fine eiuſd. titul. ſi
Vaſall.* adieciſſe caudam hanc repetitam ad-
huc *in §. ſi vaſallus culpam. ſi de feu. def. etc.*
ibi in illis verbis, *ſed agnati, qui quarto gradu
ſunt, dummodò ad eos pertineat*: quid enim ſi
non ſint in quarto gradu, quid ſi vltrà, non
ne de omnibus agnatis idem eſt iudicium?
non ne omnes agnati indiſtinctè tam aliàs
vocati erant iuxta textus relatos ſupra *ſub
num. 3. et ſeqq.* quid mirum ſi lites? *quid mirū
ſi dicat Fachin. d. col. 3. verſ. ego verò, hanc litē
oriam eſſe partim ex repugnantia textuum feu-
dalium, partim ex obſcuritate, et hos tex. per tot.
in ſeqq. verſ. obſcuros dicat, et cōqueratur valde.*
Ego verò totum e diametro a quanto ma-
gis conſidero tanto, eò magis inſitam iuris
ſcientiam continue contextuum harum ſeu
Compilatorum doctrinas probo & libētiſ-
ſime ſequar.
23 † Aduertendum eſt pro eorum vera in-
telligentia nouiſſime tandem. *In dict. titul. ſi
Vaſallus etc.* duos caſus exprimi, & ſtabiliri,
primū *in princ.* vt ex culpa Vaſalli filius feu-
do priuetur, agnatus nō priuetur: Alterum
ibi in verſ. niſi id iterum, et infra, vſque in fin.
in caſu vbi dominus faceret gratiam de feu-
do ipſi filio, quo ob delictum patris & ipſe
priuatus manebat aut priuandus; ſed ante-
quam deueniat ad ſuum principalem ſco-
pum, ſupponit gratiam validam, & eam po-
tuiſſe fieri, quia nulli ſint agnati ex parte
Vaſalli, qui deliquit, ſed ſolus adſit filius, &
id eſt ad quod reſpicit verſ. ille (*verbigratia
ſi non ſint alij ex latere, quibus aperiatur*)
24 † Verbum enim (verbigratia) repreſentat
exemplum quia eſt verbū exemplificatiuū
Cepol. de extenſ. in princ. num. 86. & eſt ſimilis
modus loquendi cum dictione (*ſi*) *apud I. C.
in l. ſi per emptorem. 5. ff. de peric. & com. rei
vend. in l. nauiſ. §. fin. verſ. ſed diſtinctio. ff. Ad
leg. Rhod. de iactu. in princ. Inſt. de except. cum
ſimilib.* & ità ſuppoſito exemplo gratiæ, in
caſu poſſibili, ſcilicet ſi non ſint agnati à la-
tere eius qui deliquit feudi capaces; quid ſi
ſint agnati? diſtingue aut conſentient &
habebit locum gratia *ad tit. An Agnat. &c.*
aut non conſentient, & non habebit locum
in præiudicium agnatorum *ex eod. tit. An
agnat.* ibi conſentientibus agnatis quaſi à
contrario ſenſu, vt ipſis non cōſentientibus
non poſſe ità filium Dominus inueſtire; ſi-
cut vt in caſu noſtro, nec gratiam facere,
vnde quod ibi per argumentum à contra-
rio ſenſu inferri poteſt; vide quomodo hoc
citra argumentum ad litteram habes in *tit.
ſi Vaſall. &c.* in d. clauſula, *verbigratia ſi non
ſunt &c.* & ità nota quomodo leges per le-
ges intelligantur, & quomodo inui-
cem quid mutuent ſibi ipſis hi duo iuris
feudiſtici loci: quę quidem vel obiter dicta
ſint ad latentes tamen ſenſus magis ac ma-
gis demirandos, tantum abeſt quod ad dila-
cerandos.
25 † Cum hoc itaque ſuppoſito, quod Do-
minus poſſit gratiam facere filio (ſi non ſint
agnati) quibus præiudicetur vt in term. d.
tit. ſi vas feu. &c. vel ſi ſint, ſed conſentiant,
vt in *term. d. tit. an agnat. &c.* nata hinc occa-
ſio fuit quęrendi de ſucceſſione horum ip-
ſorum qui deſcendant ex hoc filio ità gra-
tiato, an primò ſuccedere poſſint in hoc feu
dum, & qui, & an omnes vſque in infinitū
an verò aliter. Nam ratio dubitandi fuit,
quod iſti ſuccedere non poſſent, quia ex
quo ſemel ius ammiſerunt ex eo delicto,
quod omnibus etiam deſcendentibus præ-
iudicauit *vt in l. d. §. ſi Vaſallus culpam. tit. ſi
de feu. def. ad litteram*, iam non detur regreſ-
ſus ad ius ſemel ammiſſum, vt infra *tit. de re-
nunc. numer. 9. cap. 55.* nec obſtat gratia, quia
ea facta eſt filio non deſcendentibus, qui di-
ſtinguuntur inter ſe, vt patet ex *d. §. ſi* vaſal-
lus culpam; ibi *neque filius, neque eius deſcen-*
26 *dentes*, &c. † & gratia eſt ſtrictè interpretan-
da nec amplianda, ſed reſtringenda, maxi-
me ſi contra ius commune, vt hic, quia dici-
tur potius priuilegium, aut diſpenſatio, quā
beneficium, & ideò ſtrictè, &c. *Natt. conſ.
504. num. 4. 5. conſ. 164. num. 5. & ſeqq. conſ.*
27 *600. num. 32. 33.* † vbi non extendenda de
vno defectu ad alium *Loffred. conſ. 7. in term.*
28 *feu. ſub num. 58. & ſeq.* † Vbi in his quæ ſunt
contra ius de primo *actu intelligi. & ad dec.
noſt. bon. 69. num. 15. & ſeqq.* & quando con-
ceſſio eſt perſonalis eſt indubitatum, hic
autem videtur perſonalis, quia electo filio
29 videtur eius perſonæ induſtria electa, † Itē
quia vbi agitur de feudo agitur de vſufru-
30 ctu *§. fin. in quib. cau. feu. amitt. lib. 2.* † Quibus
caſibus conceſſio præſumitur perſonalis
*Bal. in l. apud Iulianum §. ſi quis alicui. de leg. 1.
Ang. Aretin. in term. conceſſionis Principis, &
etiam inueſtituræ conſ. 117. num. 6. & 7. iunctis
num. 4. 5. 6. 8. & 9.* Alia de gratia & requiſi-
tis ad eam, & an pax, & an cogi ad pacem
*Vide Excellentiſſ. D. Nouar. dec. Neap. 32. per
tot.* vbi copioſe, vbi non poſſe niſi poſt mul
tos annos reus abſtinuerit à loco propter
pacem ei recuſatam.

At Senatus Pedemontanus conſtito de
recuſatione interinat gratiam ſub conditio-
ne quod abſtineat a loco, vel à contrada
vbi

Digitized by Google

vbi habitat offenſus & *ad infra cap.53.num.*
62.
31 † Hoc tamen non obſtante, contrarium
deciſum fuit, ſcilicet deſcendentes ab eo fi-
lio gratiato ſuccedere poſſe, dummodo ſint
maſculi, vt ibi dum tamen hos conſtet ab eo
per maſculos deſcendiſſe, ratio decidendi
eſt, quia hæc eſt natura feudi vt deſcenden-
tes maſculi ſuccedant *in eo tit. de ſucceſſ. feu.*
tit. de nat. ſucceſſ. feu. eſt indubitatum.
32 † Ad contraria reſpondetur ſecundum
dicta *ſupra cap.24.* quia feudi conceſſio per
viam gratiæ non tollit quin feudum ſit feu-
33 dum nec eius alterat naturam, vt ibi, † Item
reſpodetur gratiam Principis non eſſe extē-
dendam in præiudicium tertij, *vt ait in feu-*
dis Menoch. in conſ. 103. numer. 16.36. lib. 1.
34 † Secus ſi ex ea nemo lędatur, niſi ipſe Prin-
ceps, quia latiſſime interpretanda *Loffred.*
35 *conſ.24. num. 8. vſque ad nu.14.* † Sicque ad-
miſſio fœminarum ad feudum, beneficium
cenſetur non priuilegium, ideò latiſſime in-
terpretandum *Menoch. conſ. 331. num. 36. et*
ſeqq. vſque ad 40. In caſu præſenti nemo ter-
tius lęditur, quia iam præiudicium aderat
ſtante amiſſione ex delicto, ſolus Princeps
ſibi ipſi damnum infert, feudum ad ſe deuo-
36 lutum à ſeſe abdicando. † Poteſt enim, vti,
& abuti, quia in re ſua quiſque dominator
eſt, & arbiter *l. in re mandata C. mand.* An autē
remiſſa felonia feudum remaneat antiquū
examinat *Reg. Lan. in rep. tit. de vaſ. decrep.*
ætat num. 56. et ſeqq. vbi vide varias, & con-
trouerſas opiniones, ſed ipſe concludit eſſe
feudum antiquum, vt ait *add. ibid. litt. b.* licet
non videatur reſidere in opinione Iſern. di-
ſtinguentis *ſub num. 56. verſ. Iſern. verò inn-*
cto num 66. verſ. tenendo opinionem Iſern.
ego autem non examino, quia nimis diſtat
à propoſito noſtro referre tamen volui obi-
ter & remiſſiue tantum. Cæterùm an noua
inueſtitura ſit petenda vide *Regen. Lanar.*
grauiß. I.C. ad §. ſed etiam res nu.68. per. quos
fiat inueſtit.

Ad rem redeundo: ad illud, quod diceba-
tur beneficium eſſe perſonale, vel quod ele-
cta induſtria perſonæ, vel quod in feudo ſit
vſusfructus, reſponſio reſultat ex ſupra ſcri-
pta natura feudi, ſucceſſores etiam his non
obſtantibus admittente, ex quibus autem
dignoſcatur fuiſſe electam induſtriam per-
ſonæ vide *Illuſtriß. & Reuerendiſſ. Epiſc. D.*
Ricci. par. 1. dec. Neap. cum Arch. Epiſc. 269.
per tot. vbi in princ. quod regulariter electa
cenſeatur *Menoc. conſ. 54. n. 14. & ſeqq. 41. &*
ſeqq. conſ. 93. num. 2. & ſeqq. 31 & ſeqq.
37 † Dubitatio altera erat, an iterata iſta ad-
miſſio filij ita gratiati ad feudum, deberet
intra cancellos quarti gradus intercludi,
iuxta ius antiquum, de quo in *§. hoc quoque.*
de his, qui feu. da. poſſ. ex §. hoc quoq, de ſucceſſ.
feu. & videbatur dicendum quod ſic ob eā-
38 dem rationem gratiæ reſtringendæ: † Et
quia facile ad ius antiquum aditus datur *l.*
ſi vnus. §. ſi pactus. ff. de pact. et innuitur hæc
ſubdubitatio in eo modo loquendi compi-
latoris, dum primo innuit de quarto gradu
et eſt prętereà tex. in d. §. ſi Vaſallus culpam. tit.
ſi de feu. def. etc. Quibus non obſtantibus li-
buit ſuccedi vſque in infinitū, vt ibid. ſubie-
cit tex. ratio eſt illa, quam ſemel adduximus
quia ſumus in materia fauorabili, & ampliā-
da &c. & ampliata ad omnes deſcendentes
primi Acquiſitoris, ſeù (vt hic dici poſſet de
filio iſto) primi Recuperatoris feudi, iuxta
vltimum ſtatum feudorum quod omnes
in infinitum ſuccedant, quem eſſe attendē-
dum ſupra deffendimus *cap. 12. per tot.* &
non illum quod vſquè ad quartum gra-
dum.
39 † Ad contraria reſpondetur vere ea fuiſ-
ſe motiua cōtinendi ſucceſſores intra quar-
tum gradum: ſed placuit conſuetudinę am-
pliare etiam vſque in infinitum. Vnde nota
modum loquendi Compilatoris *in tit. ſi Va-*
ſal. vbi non dixit ſimpliciter, *quod in infinitū*
detur ſucceſſio: ſed primò poſuit quartum gradū
verbis quibuſdam adeò efficacibus, vt velle
hic pedes omninò figere videretur & ità
etiam eſt tex. ille particularis, *in d. §. ſi Vaſal-*
lus, ex quibus omnibus datur intelligi in
hoc caſu gratiæ animos Auctorum Feuda-
lium magis remanſiſſe ſuſpenſos, an adhuc
intra quartum gradum eſſet retinenda ſuc-
ceſſio: ex conſuetudine antiqua quicquid
vbi incipit feudum à mera beneuolentia, &
merito fuiſſet facta extentio vſque in infi-
nitum) cum ab hac extentione videretur in
alio caſu retrahere radix infecta maſcula
ſuperuenta: ſed tandem tamen reſoluerunt
etiam ad hunc caſum ampliare & omnem
hunc eorum conceptū ſatis repreſentarunt,
primò quoad animi ſuſpenſionem ſecun-
dum conſiderationem mox tactam, cui ad-
de aliam, adeò ſollicitū fuiſſe Auctorem feu
di de hoc quarto gradu in hac ſpecie, vt in
dubio an quartus gradus eſſet computādus
perſona delinquentis an à perſona filij, hoc
dubium auferre procurauerit, dum reſoluit
vt à perſona filij acquirentis, & ſic amplia-
tiue ad fauorem ſucceſſorum: *ibi remoti ab*
eo, qui id acquiſiuit, nam ad filium referri pa-
tet, quia is fuit acquirens, *vt ibi filius etc. licitè*
acquirat etc. vt eſt in tex. & quoad animum
ampliandi ibi in illis verbis poſtea ſubiectis
40 *et etiam vſque in infinitum.* † Vim faciendo
in voce (etiam) ampliatiua, & caſum ma-
gis dubitabilem includente *Soc. conſ. 23. poſt*
num. 7. vol. 1. Curt. in l. ſi ex falſis num. 4. C. de
tranſact. Balzar. de feud. tit. per quos fiat inueſt.
ad

Digitized by Google

41 *ad tex. num.3.* † Et in copula (*et*) repetitiua
precedentis orationis *Balzar. in §.eſt et alia.
in princ.quæ fuit pr .cau.benef.amis.* ex quibus
facilè animaduertes emphaſim in tota ora-
tione, & finem emphaſis in eo eſſe, vt indi-
caretur & ſuſpenſio animi Compilatoris cir
ca hunc caſum, & eiuſdẽ demũ deliberatio
finaliter explicata, ſecundũ prædicta, quod
ſuccedatur in infinitum.
42 † Vnde concludes primò tex.ſi Vaſallus
culpam:non officere quia vere eo tempore
quartus gradus dominabatur: ſed in eo nõ
placuit poſtea inſiſtere iuxta aliũ *tit. ſi.Vaſ.
feu.etc.* vbi ſuppletur quod ibi deficit, quar-
tum quidem ibidem gradum referẽdo, ſed
in alio quod vſq; in infinitum ſiſtẽdo & in-
ſiſtendo.
43 † Concludes ſecundo hanc partem *tit. ſi
Vaſ.etc. poſteriorem* non facere ad ea, quę di-
cuntur an agnati amittant feudũ intra quar-
tum gradum, an aliter: quia hæc materia
cadit, vbi ex delicto Vaſalli ſimul, & de fi-
lijs, & de agnatis dubitatur an feudo priuati
ſint, Caſus noſter cum præſuppoſito gratię
factæ filio Vaſalli delinquentis, id agit, vt
declaret eiuſdem *filij* ſucceſſores: vt dictũ
eſt, Id autem toto cęlo diſtat ab eo, an agna-
ti feudum amittant intra talem gradum, aut
aliter; ad quod alij quidem inſeruiunt. iſte
autẽ nihil, & ideò hoc (quod adeò faſtidie-
bat, ſublato, nec ad rem faciente (Achiles
eorum) ſeu clauus ab eorum manibus erit
detractus, qui voluerunt agnatos ad quar-
tum gradum admitti, non alios, & melius
qui cẽſuerunt omnes in infinitum admitti,
quia cum tex.iſte non impediat hunc intel-
lectum ſeu ſenſum (vt non faciens ad rem)
manent alij contex.ſalui pro hac parte cir-
cumſcripto omni repugnantiæ prætextu
inter duos mox tactos context. & diligen-
44 ter nota; † quia etiam ſequaces huius opi-
nionis, quod omnes agnati ſuccedant in in-
finitum valde elaborarunt in dando verò
ſenſu ad dictum text. vt aduerſatijs reſpon-
derent, ſed fruſtrà, niſi hunc noſtrum capias
ſenſum vide omnino inter cęteros *Piſto. qq.
iur.q.19. nu.9.11.18. et 134.et q.15.num.17.
Roſ.d.cap.11.concl.10.num.5.* & huc confer,
& videbis, & apud eos alia, &c. quæ hic cõ-
ſulto, omitto, ſufficiat arcanum detex. iſſe
ex ſenſu nouè allato.
45 † Maxime vero aduerſus rationem præ-
ſumptionis, ſeu ſuſpicionis contra agnatos
intra quartum gradum *vide Piſto. d.q.15.nu.
19.Roſ.d.num.5.Menoch.conſ.820.nu. 27.28.
lib.9.* vbi ſeipſum retractat, & bene apud
quos non procedere hanc ſuſpicionem in
agnatis, *& ad repugnantias ex Fachin.dec.* (vt
pariter dictum eſt) textus non eſſe repugnã-
tes, ſed diuerſos, quemadmodum oſtenſum
eſt, & ideò ſtare firmiter conclusionem, filiũ
priuari ex delicto patris, Agnatum nõ pri-
uari (niſi eo caſu vbi delictum directò reſ-
picit dominum) & ex his rationem noſtrã
ad tit. an agnat.&c. ſemper ſibi ipſi coęqua-
lem aduerte; *& hac quicquid dixerit nouiſſimè
D.Galupp.in meth.feu.par.4.cap. 5.numer.60.
& ſeqq.at præcipuè de illo quarto gradu, & eius
contextu num.67.68. quem I. C. de iure feudali
alioquin benemeritiſſimum & in alijs libẽter ſe-
qui ſolitus ſum; In hoc vellem replicationem ad
meum intellectum vt ſupra per me datum ad d.
tex.§.ſi Vaſallus culpam tit.ſi de feu.defun.&c.*
cum alijs ad excluſionem omnium agnato-
rum concordantiſſimum, tantum abeſt vt
diſcordem.
46 † Limitant pleriq;, vt nec filijs, nec agna-
tis culpa anteceſſorum noceat, ſi principa-
liter etiam eis fuiſſet conceſſum, *putà cum
clauſulis de vno in alium, omnibus principaliter
vel genere Id.Gallup.eod. cap.5.ſub nu.7.verſ.
ſic etiam:* verùm vbi delictum principaliter
non reſpicit Dominum id concedentem,
tàm in filijs, quàm in agnatis ex vi dictarum
clauſularum, per quas cõceſſio fit ad modũ
fideicommiſſi *vt per Gallup. ibid. numer. 71.*
Atqui ſi principaliter, nec in filijs, nec in
agnatis: Ratio eſt quia vel agnatis (etiã abſ-
que huiuſmodi clauſulis) feudum ſpectat
principaliter, & iure ꝓprio, vt toties repli-
cauimus, & tamen priuantur, vt Dominus
habeat iniuriæ ſuæ vltionem: quare quid
plus poſſunt tribuere huiuſmodi clauſulæ?
*& ita Camil.recedit ab hac limitatione, quia ſu-
pradicta concluſio deſtrueretur in d. §. nunc de
altera.ſub num.70.par.1.diu.iur. feud.pag.61.
vel 3.Occulatiſſ.D.nepos Fulu. ad Reg. lan.pa-*
47 *truum ſi vaſſ.feu.priu.num.4.* † Niſi expreſsè
dictum foret, quod delictum vnius alteri nõ
noceat, *vt nu.71.& ſeqq. Fulu.ſub eod. d.n.4.
Roſ.cap.11.concl.7.ſub numer. 7.vbi ait ſe non
animaduertere, qua ratione per iſta verba dictis
textibus derogatum cenſeri debeat: niſi vbi ex-
preſſum eſt, vt delictum vnius alteri non noceat,
vt ibid.& in gl.b.* hanc in puncto iuris verio-
rem iudico. Cęterùm pro alia ſunt quãplu-
res *vt apud Roſ.d.concl.7.glo.a.vbi teſtantes de
Com.vide adhuc Piſtor. q. 16. num.27. et ſeqq.*
vbi differentiam facit inter formulas, & for-
mulas. Cęterùm in hoc opinionum confli-
ctu quid variatum fuerit circa intelligentiã.
*Bal.vide doctiſſ.Reg.Lanar.in rep.d.titu.ſi vaſ.
feu.priu.&c.num.34.* & irreſolutionem *ipſius
Lan.* aduerte, dum ſimpliciter refert, *et num.
ſeq.* & ipſe relatione conſenſus conquieſcit.
at Fulu. nepos d. num. 4. firmat, & reſidet in
opione, quod non noceat vt hic ſupra, ſed
videtur etiam cum hoc tranſire ipſe *Reg.
Ian.num. 35. dum refert* opinionem Bald. &
ſic dimittit, non ſe expreſsè declarans.

Li-

Digitized by Google

48 † Limitant ſecundo loco, vt nec filijs, nec
agnatis noceat, ſi vaſallus in contumaciam
damnatus ſit *Roſ. d. concluſ. 7. gloſ. fin. in fin.*
49 † Ego in agnato concederem, ob aliam ra-
tionem, quia delictum agnati agnato non
nocet, & pro hac ſententia *Burſat. conſ. 225.*
num. 97. 98. vol. 2. In filio ſecus, ob eam ra-
tionem, quia venit ex iure patris, ac hæres
50 ſuccedit in feudo † Hæres autem ſuccedit
in vitio defuncti. *c. is qui in ius. de reg. iur. in*
51 *6.* † & illi nocet eius contumacia *Neuiz. cõſ.*
20. nu. 29. & ſeqq. vbi plurib. probat. D. Cabal.
reſol. crim. 298. num. 38. & ſeqq.
52 † Imò etiam præiudicaret agnato ex ea
cauſa per quam Dominus directo manſiſſet
offenſus *ad Roſent. eod. loco, ac (vt exiſtimo) re-*
ctè ſecus ſi non directò, vt per Burſat. mox. cit.
53 † Tertio limitatur, vt ſi pater deliquerit
viuo auo, filius eidem auo ſuccedat *Bal. in l.*
qui ſi patris. ſub num. 7. verſ. et collige argumẽ-
tum. C. vnde lib. Gayl. de pace publ. lib. 2. c. 13.
num. 25. et ſeqq. Piſtor. qq iur. quæſt. 16. nu. 33.
54 † ratio eſt quia odium, & delictum patris
non nocet filio, niſi quando filius venit, &
ſuccedit ex perſona patris *Bart. in l. Gallus. §.*
quid ſi is. num. 2. ff. de lib. et poſt. Menoch conſil.
928. num. 46. lib. 10. iuncto ſub nu. 54. vbi filio
in totum acquiritur abſque vſufructu Patri
dando: ſecus ſi ex perſona patris quia exclu-
deretur filius, quod & contingit in feudis,
vt ſupra firmatum eſt, *& Menoch. hic nu.* 80.
ecce vel ex hac limitatione exurgere clare
55 rationem noſtram. † Quare ſi pater nepotis
ſucceſſiſſet auo, ita vt nepos non niſi ex per-
ſona patris ſui ſucce[illegible]et, non procederet
dicta limitatio, *vt ſub*[illegible] *Piſtor. ſub d. num. 33.*
ſecus ſi pater repudiaſſet quia iſte ſuus filius ſuc-
cederet Speculat. de feu. §. Nunc dicamus. ſub n.
56 *2. in fin.* † & eſt generale; quod filius ex pro-
pria perſona aliunde habet id non amittit,
etiam in terminis hæreſis, vel leſę maieſtatis
patris, quod verò ex patre, & ex perſona, &
cauſa patris amittit. *Menoch. conſil. 1128. nu.*
6. et ſeqq. lib. 12. conſ. 805. num. 7. et ſeqq. conſ.
808. num. 13. et ſeqq. lib. 9. & in term. pręfatæ
limitationis eandem opinionem ſequitur
Add. ad. D. Lanar. in rep. tit. ſi vaſ. feu. priu. ſub
num. 14. vbi diſtinguit de feudo radicato in
perſona patris, vt delictum eius noceat filijs
a feudo non radicato in perſona patris, vt
non noceat tradito exemplo aui iuxta d. li-
mitationẽ. *Ambo Patruus et Nepos elegantiſ-*
ſimè de re feudali ſcriptores legendi & obſer-
uandi, ſecus vero ſi iſte nepos non fuiſſet
conceptus in vita Aui, ſed poſt mortem, nã
ex perſona aui non poteſt, quia nullo iure
cognationis eum attigit, nec ex perſona pa-
tris propter delictum, ità *Gallupp. in meth.*
feu. par. 4. cap. 5. num. 74. & ſit prima ſubli-
mitatio.

Secũdo Sublimita, vt ſi filius occidat pa-
trem, nepos ſuccedat auo occiſo in feudali-
bus ſecus in burgenſaticis, ex ratione diuer-
ſitatis, quia primo caſu pater per patricidiũ
factus fuit incapax, & ſic factus locus alteri
poſt ipſũ, vt in ſecũdo pater factus fuit indi-
gn', cui fiſcus ſuccedit, & ideo nepos nõ ſuc
cedit non ex eo ꝙ delictũ patris extẽdatur
ad ipſum, ſed quia pater ſuus præuenit ſuc-
cedendo, ſed fiſcus ab eo abſtulit, *vt in ead.*
add. nu. 15. fo. 583. de Ponte de poteſt. progreg.
tit. de refutat. §. 9. fo. 426. & eſt pulchrum dictũ
V. D. Ful. Lan. in add. ad c. vn. ſi vaſ. feu. priuet.
num. 15. verſ. ſed quid ſi fil. eum quo ſimpliciter
& remiſſiuè tranſit Gallupp. cit. ſup. ſub numer.
45. ipſe (inquam) ibid. cit. num. fin.
57 † Item limita vt filius non priuetur feudo
ſi patre adhuc viuo deliquiſſet in Dominũ
tali delicto, ob quod feudo eſſet priuandus,
ſi illud penes ſe haberet *vt eſt tex. §. quæſitũ*
de Capit. qui Cur. vend. verùm contraria con-
ſtitutio inoleuit, & vſus cum ea pręualuit,
vt non ſuccedat in feudo poſtea patre mor-
tuo ex diſpoſitione *§. in ſuper. & §. ſeq. de*
prob. feu. al per Fed. Balzar. ad dict. §. quæſitum
nu. 4. de Capit. qui cur. vend. Id autem incidit
58 in rationem noſtram. † Quatenus filius di-
citur ius quoddam habere in bonis paternis
etiam patre viuente *vt in l. in ſuis. ff. de lib. &*
poſt. Cuius ratio haberi potuit ad eum tali
iure de præſenti & in habitu, & mox in actu
feudo ipſo priuandum, niſi ea, quæ tradun-
tur *in d. §. in ſuper ſeruentur. & ità hanc deci-*
ſionem huic iuri, quod habet filius in feudo tan-
quam in re paterna, eſſe innixam pateat nomi-
natim ex Balz. ſub d. num. 4. verſ. qua ſtante. in
princ. col. 2. & fac. in verſ. limita in filio dum
dictam deciſionem procedere ait in feu-
do quod habet à patre, ſecus in eo quod
59 habet ab alio † Vnde in caſu primogenij, ſi
primogenitus committat rebelionem con-
tra Regem, non ſuccedet ad primogenium
poſt mortem patris ſed veniet ſecundo ge-
nitus, nõ fiſcus, q̃a fiſcus nõ capit niſi iã quę
ſita tempore publicationis bonorum, non
quæ poſtea acquiruntur, *ità D. Fulu. Lanar.*
ad patr. in repet. tit. ſi Vaſ. feu priu. nu. 16. vbi
60 *examinat,* † Sed an ad Dominum *ipſe in fin.*
etiam tenet, quod nec ad Dominum directũ
per rationem, *quia Rex (ait) non contemplauit*
perſonam in ſpecie iſtius primogeniti delinquen-
tis, ſed deſcendentes omnes primi acquirentis
feudum cum ordine primogenituræ, vnde donec
adſunt deſcẽdẽtes fideles, feudum non poteſt ad
Dominum deuolui: hæc Fuluius. ſed an alia Ra-
tio reddi poſſit? quia nempe pater, ob deli-
ctum filij non fuit priuatus feudo, quod in
eo remanſit, quare cõtinuari potuit in alios
ob facilitatem continuationis, ſecus vbi
qui deliquit erat Dominus, & poſſeſſor

R feudi,

feudi , quia cum ei tanquam Domino , & poſſeſſori fuerit ademptum , fuit interupta continuatio, per quam ſolam ſuſtinetur feudum in alijs, & ideò rectè intrauit quæſtio, an ex priuatione eiuſdem feudi in perſona poſſeſſoris fuerit præiudicatum alijs? Circa quam dictum eſt fuiſſe præiudicatum filijs ſemper, agnatis verò vno caſu tantum, cum offenſio reſpicit perſonam Domini directò, & immediate iure ſpeciali vt Dominus habeat ſuæ iniuriæ vltionem.

61 † Item limitat in feudo indiuiduo, vnde ſi ex duobus fratribus obtinentibus feudum alter proditor ſit Principis, totum feudum maneat apud alterum fratrem *Menoch. conſ. 305. num. 12.13. iunct. etiam conſ. 304. in ead. cauſa lib.* 4. quia (aiũt) iure non decreſcendi tranſit in alium poſſeſſorem *ad eũd. cõſ. 304. num. 2. in fine, & num. 3. eod. lib.* 4. & Idem ſi duobus inſolidum *D. Protop. Bellon. conſ. 30. ſub num. 26. & ſeqq.* nec enim acquirere ſed retinere dicitur , & ideo totum retinet per ius non deſcreſcendi *vt ibid. eleganter (more ſuo)* nec poteſt alter in alterius præiudiciũ alienare *ibid. num. 41.*

62 † Item ſi remiſſa fuiſſet culpa reinueſtiẽdo putà filios *Menoch. conſ. 304. nu. 15. lib.* 4. An poſſit Princeps facere gratiam de homicidio vel alio delicto in præiudicium Vaſalli de iuriſdictione omnimoda inueſtiti, quid quoad bona confiſcata *Teſſ. quæſt. for. 71. lib.* 4.

63 † Item limita ſi dictum fuiſſet patri, & Titio filio eius, vt filius proprio nomine vocatus nõ priuatur feudo ob eam cauſam, quia eius contemplatione & non patris fuerit conceſſum, ſecus ſi non eſſet proprium nomen filij expreſſum, quia tunc cenſetur datum filio contemplatione patris, putà ſi inueſtitura dicit *Petro , & filio eius, ità tenet Excellentiſſ. Fulu. ad Reg. Lanar. tit. ſi Vaſ. feu. priu. num. 5. allegat. Iſern. ad hunc tit. num. 4. latiſſimè Regent. de ponte in ſuo conſ.* lib. 2. *Gallup. in meth. feu par. 4. cap. 5. ſub num. 70.* At huic opinioni obſtarent dicta per nos *ſupra cap. 23. nu. 123. & ſqq. & cap. 34. per tot.* tum ex eo quia negamus ibi hanc in filium contemplationẽ, vnde deſtructa cauſa, & ea ceſſante ceſſare habeat & effectus, tum etiã ex eo , quia tam viget ſuſpicio infidelitatis ſemel commiſſę per patrem in filio expreſſim nominato , quam in alio caſu filiorum non nominatorum, quia ſimplex illa nominatio nunquam ſuſtulit hoc vitium . Aſt ob hoc ipſum, & hanc ob ſuſpitionem priuantur filij & agnati quoque ad ſupra hic *num.* 20. 45. Nec Iſern. loquitur ſimpliciter in his term. ſed loquitur quando fuit filio etiam datum feudum , vt viuo patre habeat . *hæc enim ſunt verba Iſern. & hoc niſi datum eſſet feudum patri & filis nominatim non patris cõtemplatione, vt filij habeant tunc partem etiam viuo patre: vt iam d. cap. 23. ſub num. 132. ſub princ. fuit à nobis tactum , & animaduerſum,* ideò non repeto , & ità eum intelligit, & in his term. loquitur *Menoch. conſ. 304. num. 24. 25. & 26. lib. 4. ſupra num. 3.* hoc cap. præcit. dum ait copulatiuè conceſſionem fuiſſe patri , & filijs factam, ità quod filij ipſi habeãt non ex perſona patris eiuſque contemplatione, ſed ex ſua cauſa ſuaque perſona , vt tunc in parte filijs obtenta non noceat delictum patris, noceat autẽ in parte alia, quę obtigit patri , & rectè quia ad illam admittuntur filij in vim contractus, ad illam verò per ſucceſſionem: vnde fiant quæ alibi dicta ſunt fuſius *vt cap. 19. per tot. & d. cap. 23. paſſim* , & vbi filij veniunt ex perſona propria, hoc ius præ dominatur cauſę præſumptæ in contrarium ſuſpicionis contra eum, & ideò quid mirum, ſi filius hac non obſtãte, in proprio iure continuet? Ad Pont. non reſpondeo , quia perquiſiui locum tam in lib. 2. quàm in primo per quàm diligenter & non reperi *cõſ.* allegat. & credo non eſſe inſertum in dictis libris, poſteaquam *D. Lan. eum citant, non ponit numer. conſil. dicit tantũ in ſuo conſ. vt ſupra,* quem ità, vt reperi, ſic & ipſe retuli. Certe (vt ingenuè fatear,) videre voluiſſem Auctorem.

64 † Item declara, vt prædicta vltionis pęna, vel etiam cõfiſcationis feudi, aut bonorum non habeat locum , ſi ſubditus immediatè offendat feudatarium Dominum ſuũ non habentem iura Imperij , *vt fuit iudicatũ per Excell. Senat. in vna. Aſtenſi confiſcationis bonorum referẽte per Illuſtri. D. Senatore Ferraris die... Martij: 1632. & vidi. Doctiſſimi (in re non parum dubia ob diuerſitates opinionum) Deciſ. Domini mei Excellentiſſ. Præſid. Bentij qui exactiſſimè hanc rem examinauit .* Addita declaratione , niſi in caſu quo feudatarius fuiſſet à ſuo ſubdito occiſus cõtemplatione, & in perniciem Domini directi iura imperialia habentis *ex Bal. conſ. 59. num. 2. lib.* 1. *Boer. de ſedit. q. 6. num.* 12. & alijs vt ibi per eum quem ſpero hanc vtilitatem Reipublicę inter cęteras aliquãdo allaturum vt promulgari ſemel permittat fæcundiſſimas elucubrationes.

65 † Item limita & declara prædicta , vt ſi vnus ex pluribus feudi poſſeſſoribus cõmiſiſſet culpam , ob quam feudum amitti deberet eiuſdem portionem ad Dominu quidem deuolui , ſed tandiu tantum , quan diũ viuet delinquens *ex tit. Culp. vn. ex cohęred. cęter. non præiudic. in fragm. feud. apud Cuiac. & ad ſupra hic ſub num. 8. in fin.*

66 † Nec fidelitas , nemine antepoſito facta ab altero ex fratribus qui diuiſerunt feuda à duo-

Digitized by Google

à duobus Dominis habita per primum inueſtitum, nocet alteri fratri ſuperſtiti, qui non tenetur alterius huic Domino talem fidelitatem iurare *iuxta tex. tit. factum fratr. in feu. pat. frat. non nocere; qui eſt 93. inter fragm.feud. Cuiac.* vnde ratio, quod factum agnati agnato non præiudicet, quod antedictis apprime reſpondet & congruit.

67 † Quid in officio, An patris culpa in adminiſtratione officij noceat filijs vbi pater ſibi & filijs officium fuit ſtipulatus *Capyc. dec.121.* videtur tenere quod noceat arguẽdo a feudis ad officia. Nouiſſimè vero diſertiſſ. I. C. Horat. Montan. in tract. de Regalib. dum meus tractatus imprimitur, ſuperueniens diſtinguit de officio patri & hæredibus conceſſo, vt hoc caſu præiudicet, vel patri & filijs & non præiudicet, vel ſi patri cum facultate nominandi & noceat *in tit.de Regalib.offic. numer.52. per tot.* Regij conſiliarij fuerunt Ancipites in ea cauſa relata per Capyc. & nihil deciderunt. At velamine ſublato cum nouo fundamẽto, quo etiam feudum ſub formula pro ſe & filijs ex culpa amitti quia quid hæreditarium, liberius admittimus etiam in officijs culpam parentum filijs præiudicare ſub dicta formula conceſſis cum Capyc. & Iſern. per eund. D. Horat. citat. & adductis, licet confutando: eo præſertim iuncto, quod ſupra *cap.23. ſub numer.* 104. 105. & 106. defendebamus valere argumentum à feudis ad reliqua eo recurre. & ſi titubauerunt Regij Conſiliarij refer tu ad cauſam, quia Duce certo carebant tunc, nunc demum (ſi Dijs placeat) forte fortuna vere detecto.

CAP. QVINQVAGESSIMVM PRIMVM.

De Exhæredatione.

SVMMARIVM.

1 *An exhæredatio patris præiudicet filio in feudis & de controuerſijs ac diuerſis opinionibus, & num. ſeqq.*
8 *De legitima exhæredatione hęc intelliguntur, aliàs non afficeret.*
9 *Auctor ſequitur opinionem quod præiudicet indiſtinctè in feudis, & nu.11.*
10 *Et ratio, num.12. 13.*
14 *Ex iure patris tranſeunte in filium denominatũ fuit feudum paternum.*
15 *Dicta opinio auctoritate pluriũ docto. probatur, & num.18. vbi de Comm.*
16 *Et filio nominatim comprehenſo nocet exhæredatio ex opinione Authoris.*
17 *Secut tamen ex comm. opinione.*
18 *Proponitur quod aiunt, con exhæredatio noceat nec ne, non eſſe ex eo dimetiendum an feudum ex iure paterno proueniat. ſub eod.*
19 *Data inſtantia de dote materna debita filio iuris miniſterio, à qua tamen poteſt filius exhæredari.*
20 *Reſpondetur & arguitur Affl. quod inciderit in caſum l. in ciuile.*
Et perpenduntur auth. de nupt. §. fin. & §. ſoluto. cum gloſ. in eiſd. locis ſub eod. & ſub n.22.
21 *Exhæredatio verificatur circa ea, que iure hæreditario competunt.*
23 *Lucra nuptialia, patronatus & ſimilia beneficio parentum deberi auctoritate probatur reprobatis Roſent. & Affl. & nu.24.*
25 *Æquiparatio de feudis ad fideicommiſſa vel primogenia improbatur.*
26 *Et æquiparatio Salic. de §. videamus. Cod. de rei vxor. actio. ad feuda.*
27 *Nec ex eo quod per exhæredatum non ſtet, ideo poſſe feudum retinere rectè applicatur.*
In feudo nouo exheredatio afficit. ſub eod.
Et ratio quia videatur quid hæreditarium.
28 *Et à patre haberi, & num. 29. 30.*
31 *Vnde poſſit pater præiudicare.*
32 *Improbato Roſent. quoad feudum nouum.*
Reſpondetur ad eos qui in feudo nouo & antiquo non admittunt exhęredationem.
33 Tit. de ſucceſ. feu. in princ. explicatur, *& num. ſeqq.*
34 *Nec obſtare facultati exhæredandi oſtenditur. ibid.*
35 *Verba ſunt ſecundum ſubiectam materiam intelligenda.*
36 *Multò magis ſi eorum proprietas concurrat.*
37 *A verborum proprietate non recedendum niſi in caſibus expreſſis.*
38 *Naturaliter & non ciuiliter intelligenda.*
Ordinationis diſtinctio in poſitiuam & priuatiuam, & quid vtraque. ſub eod.
39 *Verba* ordinare ſeu diſponere *propriè eſt quãdo poſitiuè.*
40 *Id attenditur & pręualet quod principaliter agitur.*
41 *Vbi quid negatiuè diſponitur, nec circa rem nec circa perſonam dicitur ordinatum.*
42 *Ex diſpoſitionibus negatiuis nõ inducitur habitus.*
43 *Non eſt eadem ratio ſi verbis affirmatiuis concipiatur ſententia vel ſi negatiuis.*
44 *Legitima non poteſt alterari vel minui.*
45 *Et tamen poteſt filius in totum ea priuari & ratio.*
46 *Iura patronatus interuerti non poſſunt.*
47 *Et tamen poteſt filius ab eis exhæredari.*
Iuſpatronatus eccleſiaſticum eſt quid hæreditarium, non poteſt repudiata hæreditate retineri,

ri, differt ab alio ciuili liberorum. ſub eod.
48 *Ex verbis* tit. de ſucc. feu. Nulla ordinatione *&c. non eſſe comprehenſam exhęredationem.*
Subiecta materia proxima inſpicienda non remota. ſub eod.
49 *Fidelitas eſt æqua, & coequalis in omnibus.*
50 *Et omnes tenentur inſolidum.*
51 *Iuramentum eſt indiuiduum, vnde non obſtat diuiſio feudi.*
52 *Si onus eſſet æquale, commodum verò inęquale, ob inęquales portiones turbaretur omnis ordo feudalis & omini Dintentio, & nu. 53.*
54 *Et offenderetur Dominus quatenus voluit omnes æqualiter admitti.*
55 *Quã ob cauſam fuit ità particulariter ſtabilitũ.*
56 *Si Princeps dat facultatem alienandi, non tamen dat auctoritatem mutandi modum & legem ſuccedendi.*
Tria ſunt quorum vnum non eſt aliud, feudi alienatio, formæ mutatio, & nouæ legis ſucceſſioni feudi datio, et qui hęc tria conglutinat facilè errat. ſub eod. & nu. 60.
57 *Paritas iurium adeſt inter Dominum et Vaſallum, vt ſicut non poteſt Dominus priuare ſine cauſa, ſic nec Vaſallus alterare ſucceſſionem, et num. 58. ſub nu. 60. et 61.*
Et ideo non poteſt prælegare vni altero omiſſo, adeo quod nec debeatur æſtimatio. ſub nu. 58.
59 *Quia prælegando alteratur forma ſucceſſionis vel contractus.*
Poteſt tamen præiudicarę priuando ex cauſa. ſub eod.
61 *Tex.* §. prædictis modis. Quæ fuit priu. ſcau. benef. amitt. *ponderatur, et nu. 62.*
62 *Poteſt tamen fieri diuiſio in feudis, et pater vni aſſignare de aliorum conſenſu. ſub eod.*
63 *Vox,* in feudo, *ad tit. de ſucceſ. feu. ponderata.*
64 *Vbi verba non conueniunt, ceſſat diſpoſitio.*
65 *Multa permittuntur in conſequentiam, quæ non principaliter.*
Diſpoſitionem negatiuam diſponere et contrà. ſub eod.
66 Nullum, nihil, aut inefficax *æquiparantur.*
67 Tit. de ſucce. feu. *traditur forma ſuccedendi, et declaratur.*
68 *Accelleratur ad Dominum reuerſio feudi per exhæredationem.*
69 *Et remiſſiuè de alijs ad d. tit.*
70 *Et de vocibus ordinationis, ordinamenti, vel diſpoſitionis, et nu. 72. 73.*
71 *Vltimarum voluntatum octo ſpecies.*
74 *Ex ordinamento nullo an impediatur ſtatutum deferens ſucceſſionem, puta domorum maſculis decedente defuncto ab inteſtato ſeu cũ aliquo cum ordinamento tametſi nullo.*
Ad intellectum ſtat. Taurinenſis, et ſeqq.
75 *Reprobus denarius eſt denarius.*
76 *Teſtamentum nullum eſt teſtamentum.*
77 *Valens ad declarandum.*
78 *Ad faciendum incidi in edictum.*
79 *In pœnam.*
80 *Vt competat actio ad exhibendum.*
81 *Vt tollat ius accreſcẽdi etiam inutilis ſubſtitutio.*
82 *Vt pariat obligationem naturalem.*
83 *Suſtinetur vt vna ſpecies vltimarũ voluntatũ.*
84 *Si ſtatutum prohibeat inter viuos alienari, ſit rectè alienatio iuſſa, licet ex teſtamento nullo.*
85 *Omnis minimus defectus ſufficit ne ſit ſtatuto locus.*
Et ambarum qualitatum ſtatuti deſideratur cõcurſus. ſub eod.
Et exiſtentia caſus ſtatuti debet verificari. ibid.
86 *Alia de actu nullo, an nullius omninò ſit momẽti an verò è contra, remiſſiuè.*

1 AN † Exheredatio patris afficiat filium etiam in feudo? & hic ſunt ſcilmæ, alijs dicentibus afficere in hæreditario, non in feudo ex pacto & prouidentia *Mar. Frec. de ſubfeu. lib. 3. tit. diff. feu. diff. 23. Ioan. Schon. lib. 7. diſp. 6. th. 48. Barcholt. cap. 7. in 2. mod. acq. feu. num. 61. Rolan. conſ. 23. nu. 53. lib. 1. & in hac reſidet Roſent. cap. 7. concl. 10. nu. 8. verſ. in feudo quidem.*
2 † Alijs afficere in feudo nouo ex pacto & prouidentia, non in antiquo *Scheneid. par. 6. cap. 3. de ſucceſſ. deſc. maſcul. ſub numer. 27. ſub verſ. & certè fo. 492. & num. 30. Vult. cap. 9. ſub num. 96. Com. de Mar. tit. 6. ſub numer. 14. verſ. in quo feudo fol. 325. Intrigl. q. 51. n. 171.*
3 † Alijs nec in nouo, nec in antiquo, ſi ſit ex pacto & prouidentia, in qua ſententia reſidet *Roſen. d. cap. 7. concl. 10. ſub d. nu. 8. verſ. feudũ verò ex pacto & ſeqq. iunctis n. 11. & 12.*
4 † Alijs nec in hæreditario ſaltem, quod aiunt ſecundum quid, excluſo hæreditario ſimpliciter *ad Roſent. d. cap. 7. concl. 2. ſub nu.*
5 3. † Nec in vllo alio feudo alijs, *propter tit. de*
6 *ſucceſſ. feu. in princ.* † Quo nulla ordinatio defuncti firma manere poteſt, vel valere circa feudum, & in hac reſidet *Vult. in d. cap. 9. ſub d. numer. 96. ad fin. princ. & ſtandum eſſe regulæ ait Scheneid. mox cit. ſub num. 28.* quicquid mox in feudo ſaltem nouo admittat exhęredationem ſed cogitandum relinquat, id quod innuit etiam *Roſent. d. c. 7. concl. 10. num. 4. in fin.*
7 † Aſt e contrà omninò cenſuerũt alij in omnibus afficere exhæredationem patris, ſiuè antiquum, ſiue hæreditarium ſecundum quid, ſiuè abſolute hæreditarium, vt per Docto. mox ſtatim citandos, dummodò tamen iuſta, ac legitima, fuerit exhæredatio-
8 nis cauſa † Quod ſemper ſupponimus, aliàs enim non afficeret exheredatio in feudo & non ſecus ac in allodio vt declarat *Scheneid. dicto loco ſub num. 30. verſ. ſtante igitur, Iacob. in ſua Inueſtit. verſ. præſentes num. 10. Clar. in §. feudum q. 74. Vult. d. cap. 9. d. num. 96. & alij omnes communiter.*

In

9 † In hac tanta Doctorum diſcordia ipſe
quid diceres ? ego veró vltimam opinioné
omninó ſequar, & auctoritate. Ratio enim
noſtra ſemper viget, ſemper erit clauus te
nendus, quatenus diximus etiam feudum ex
pacto & prouidentia filios à patre habere,
à patre ius ſuũ dimetiri, quare poſſe patré
exhæredando pręiudicare.
10 † Nam vim illius reſolutionis, ex hoc
ipſo pendere, an filij habeant ex patre; an
non, concedunt aduerſæ factionis *Docto. vt
patet manifeſtiſſimè ex Clar. in d. §. feudum. q.
78. ſub princ. verſ. aut eſt valida, Roſent. d. cap.
7. concl. 10. num. 8. & ſeqq.*
Atqui à patre filios feudum recognoſcere,
id eſt quod toties replicamus, & continue
tuemur in omni genere feudi, vnde poſſe
in omni genere, vel exhæredando præiudi-
care, iam non ſit dubitandum, & hæc ſit ra-
tio, quæ probatur *primò ex tex. in §. prædictis
quæ fuit prim. cau. benef. amitt. Vbi quod omnes
cauſæ, quæ ſufficiunt ad exhædationem libero-
rum, ſufficiunt ad feudi priuationem*, & ſic lex
feudalis approbauit legé de exhæredatione
liberorum loquentem, exhęredatio autem
non niſi quæ ſunt de hæreditate ſeù iure
defuncti patris compræhendit, ergo feudũ
quid hæreditarium.
11 † Addò *Iſern.* tenentem exhęredationem
afficere etiam in feudo ex pacto & proui-
dentia *in tit. Imp. Loth. ſub num. 5. paulò ante
fi.* ratione ſupraſcripta adiũctabis *formaliter
Verbis; Tamen in vero negari non poteſt à patre
proueniſſe, qui etiam in hoc feudo potuiſſet eum
exhæredare, ſi culpam in patrem commiſiſſet. &
ante eum Iacob. Ardiz.* (quem ipſemet citat
in locis mox allegand.) *in ſum. de ſucceſſ. feu.
§. ſed adhuc quæritur ſecundum addit. ad Iſern.
ad tit. de ſucceſſ. feu. ſub num. 1. col. 4. lit. A. in
verſ. de filio exhæredato, ſeù ſub rubr. An filius
ſuccedat in feudo, ſecundum Curt. de feu. par. 3.*
12 *memb. 2. numer. 7. fo. mihi 269.* † Vbi filium
exhęredatum non ſuccedere in feudo ea ra
tione, inquit, *quia per patrem videtur conſequi
bona auita. refert. Curt. de feu. par. 3. memb 2.
n. 7. verſ. An filius pag. 269. ſic Bartol. Camer.
in rept tit. An agnat. vel fil. oppoſ. 1. num. 13.*
13 *in fi. dixit in hæc verba*, † *Cumque ea ratione
pater in feudis exhæredet filium, quia copulati-
vè concurrunt patria poteſtas, & res quæ certo
modo fuit patris recta ratione &c.* & (ſecundũ
hoc, eoque relato) ità concludente *Camil. de
Curt. in par. 1. diu. iur. feu. §. nunc de altera. nu.*
14 *119. fo. 64. col. 4. in fi.* † ex hoc .n. iure pater-
no denominatio illa feudi paterni deriua-
uit, *vt apud Loffred. in conſ. 1. ſub nu. 157.* vbi
teſtatur in ſpecie præciſe exhæredationis
Iſern. clare dixiſſe filium in huiuſmodi feu-
do habere cauſam à patre, *iuncto num. 155.
& ſeqq.*

15 † Auctoritates non deſunt, vt infra, nam
pręter auctores mox citat. qui rationem ad-
duxerunt (vt viſum eſt) adfero pro hac par
re adhuc *Iſern. Principem, & Auriga Feudi-
ſtarum in pluribus locis ad tit. de ſucceſſ. feud.
ſub num. 1. col. 3. verſ. eſt ratio. in fin. col. & col.
ſeq. in princ. vbi citat Ardizo. in ſum. &c. in tit.
de alien. pat. feu. ſub nu. 7. poſt med. vbi pluries
de hoc dixiſſe profitetur, & in fin. eiuſd. princ.
In tit. quæ fuit prim. cau. benef. amitt. ſub num.
5. col. ſeq. in prin. Vbi quoque ſe refert. ad dicta
in tit. de ſucceſſ. feu. & in §. omnes. ſub numer. 2.
paulò ante fin. tit. ſi de feu. def. &c.* Vnde non
eſt captandus Iſern. ſi alibi aliter dixit, nam
aut obiter tunc loquutus eſt, aut ſe remiſit
ad alios locos, in quibus ſępius ſic ſenſerat
& dixerat aut non eſt loquutus in term.
noſtris præciſè, prout, ità reperi *eſſe in tit.
de ſucceſſ. feu.* vbi dixit exhæredatũ non ſuc
cedere in feudo ex pacto & prouidentia ſed
tamen ſuccedere ſi ſit nominatus nomine
proprio, quare vide, & nota quod primo
admittit in filio nomine proprio nomina-
to, & ſic (quoad hoc) non eſt ſibi contrarius,
ſi quidem nullo alio loco loquutus eſt de
tali filio. *& ità benè reſpondit Ald. ſuper verb.
exheredatus ad eund. Iſern. tit. de feu. cognit. nu.
5. verſ. ſucceſſione*, qui eſt locus ille, qui ab
alijs contrarius ſupponitur, res miranda ſa-
nè cum locus ad quem facta erat remiſſio
tollat difficultatem, & ſe ſatis explicet, vt
viſum eſt, & videas *adhuc eund. Iſern. in tit.
An agnat. &c. num. 4. ante fin.* vbi pariter ità
diſtinguendo ſe bene explicans omnem abi
16 git dubitationem. † Quamquam ego re ve-
ra, etiam in filio nominato proprio nomine
admitterem exhęredationem, cũ non agno-
ſcam differentiam inter hunc, & alios ad
ſup. cap. 23. numer. 123 & ſeqq. & cap. 34. per
17 *tot.* vbi ex profeſſo, † *Communis tamen opinio
ſtat pro Iſern. vt exhæredatus ſuccedat in feudo
ſi fuit nomine proprio ad feudũ vocatus Intrigl.
de feu. q. 47. num. 49. add. ad Petr. de Grego. de*
18 *conceſſ. feu. par. 3. q. 7. lit. B.* † *Cæterùm ad rem
poſt Iſern. in eadem fuit ſententia addit. ad ipſũ
in omnibus loco. pręcit. pręſertim verò add. tit. de
ſucceſſ. feu. ſuper verb. exhæredabit, Prob. ad
Ioan. Monac. in cap. ſi annum de Iud. in 6. Iacob.
à San. Georg. in ſua Inueſt. in ver. præſentes nu.
9. communem enunciat Scheneid. d. par. 6. cap.
3. de ſucceſſ. Deſcen. maſc. ſub numer. 26. verſ.
et communis. ſub n. 27. verſ. nec videtur, et ad n.
30. in fi. prin.* vbi à tantorum patrũ opinione
recedere tutum non eſſe, alij multi conge-
ſti *per Roſent. in d. cap. 7. concl. 10. glo. à et glo.
b. Aſſli. (qui ſequutus eſt Iſern. ad tit. de ſucceſſ.
feu. num. 72.) hanc omnium Summiſtarum aſ-
ſerit eſſe concluſionem in tit. quę ſit prim. cau.
ben. amitt. ad §. prætereà ſi Vaſallus in explica-
tione gloſſ. ſeq. ad eund. §. numer. 27. et refert.*

ibid. Roſent. quibus addo. Cal. de nomin. emph. Vbi in emphyteoſi, et feudo lib. 2. q. 12. ſub nu. 51. ex celebri quam vocat doctrina Bart. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi ſub num. 6. verſ. porrò ſi poneremus. C. de oper. libert. et idem obſeruandū in feudis ex Valaſc. de Iur. emph. q. 45. col. 1. et receptiorem ex Coſta. vt ibi per eum, quicquid diſſentiant Salic. ad l. 2. num. 27. in fin. et (obiter tranſiens eo citato) Iaſ. ibid. ſub num. 188. C. de iur. emph. demum omnium optimè defendendo opinionem Iſern. Camil. de Cart. par. 1. dia. iur. feu. d. §. nunc de altera à num. 99. fo. 63. col. 3. vſque ad numer. 119. et iunctis etiam num. ſub ſeqq. vſque ad numer. 123. incluſiuè, vbi d. num. 119. Lanar. nouiſſimè in repet. tit. de ſucceſſ. feu. à num. 71. ad fin. et in add. num. 49. vbi de communi. Concludamus (ait) veriſſimam eſſe concluſionem etiam in feudo ex pacto et prouidentia patrem poſſe filium exhęredare. qui exhęredatus feudum non habebit. etc. vt ibi per eum *et nouiſſimè etiam Reg. Lanar. in perelegāti rep. tit. de ſucceſſ. feu. à num. 71. ad 74. ad fin. iunct. ibid. add. Nepotis non minus egregriè num. 49. vbi de communi,* quę veritas ex ſolutione cōtrariorum dilucidius apparebit.

Dicunt primo loco Doctores, quod ex eo non eſt dimetienda ratio exhęredationis, quia fundum à patre habeatur, vel quod ex eius Iure ſit dimetiendum, ſeu (vt vno verbo dicam) & eſt in ratione noſtra, quod feudum ſit quid hęreditariū, vel (vt alij dicunt)
19 quod feudum ſit hæreditarium † nam (inquiunt) & dos materna debita eſt filio Iuris miniſterio, itá quod non capiat hanc doté filius, vt hæres, & tamen poteſt filius ab hac dote, & à lucris nuptialibus exhæredari. ergo per hoc quod poſſit exhęredari, non benè concluditur, ergo feudum eſt quid hęreditarium, cum & in dote (quæ tamen nó eſt res hæreditaria vt mox dictum eſt) exhęredatio detur, itá in puncto exhęredationis *Afflic. ad tit. de ſucceſſ. feud. ad prin. ſub nu. 72. verſ. ſed contrà hoc oppono.*
20 † Verùm ad hoc reſpondetur *Affl. videri incidiſſe in errorem l. inciuile. ff. de leg. b. nam allegat auth. de nupt. in §. fin. vbi vix tangitur materia, et omiſſit allegare. §. ſoluto. in ead. auth. de nupt.* ad quem locum ſe implicite remittit, & explicitè deregit *Gloſ. in d. §. fin. ſuper verſ. dictum eſt, et cum qua eſt alia glo. in §. hinc nos alia ſub verſ. ſi autem inteſtatus, ad fin.* vbi pariter vix tangitur. *et adhuc alia in §. et ſuper ijs in verb. diximus*, occaſione pariter eiuſdem tex. qui omnes loci habent relationem *ad d. §. ſoluto*; quo loci hac materia ad extenſum expoſita, & ex profeſsò declarata, ſemper id inculcatur, hæc eſſe propria vel viri, ſi lucra nuptialia, vel matris ſi dos, *vt ſub princ. d. §. ſoluto, ibi, habebunt quidem propria hoc eſt dotem quidem mulier, ſponſalitiam verò largitatem Vir,* & pauló poſt *percipiēt autem lucra, vir quidem ex dote, mulier autem ex ante nuptiali donatione, et erant hæc eis propria, etc.* Vbi datur licentia diſponendi ſicut de ſuo &c. *et ad fin. §. Ad hæredes venient hæc defuncti, tanquam illius ſubſtantię conſtituta.* Quare quicquid circa hæc lucra factum ſit ea conſtitutione, vt poſſint ad filios pertinere etiam non hæredes (in quo ſpeciali lege opus fuit, aliàs de Iure nó eſſet *ad ſupra cap. 13. num. 11. et ſeqq*) Hoc tamen non ſuſtulit, nec effecit, quin hęc iura paterna, vel materna eſſent de paterna vel materna ſubſtantia, *vt eſt in tex.* meritó exhę-
21 redatio potuit ſubintrare. † Quę verificatur & cadit vbi Iure hęreditario quid competit ſecus ſi non iure hæreditario *Camil. de Curt. §. nunc de altera. num. 122. fo. mihi 65.* & cor-
22 ruit prætextus Afflic. † & verum eſt filios à parentibus capere, etiam vbi non diſpoſuiſſent parentes, *vt eſt in tex. Placuit enim nobis (ait tex.) per præſumptionem, quia pater (dum non viuens alienauerit aut expreſſim obligauerit aliquid harum rerum, aut mortuus non expreſſim in alium eas tranſpoſuerit, voluerit magis ſeruare filijs etc.* nota enim patré alienare valentem, notaque & ſeruantem, ſi nó alienauit ipſis filijs ad ea quæ deduximus *de*
23 *retentione num. 1. cap. 46.* † & in term. (licet ad malum finem) lucra nuptialia, patronatus, & ſimilia beneficio patris deberi, & ex parente proficiſci dicit, *Roſēt. d. cap. 7. d. cōcl. 10. num. 9.* dixi ad malum finem quia hiſce textibus vtebantur alij ad dicendum, quod in feudo ex pacto & prouidentia licita ſit exhæredatio, *vt ead. concl. 10. num. 5.* quam comparationé ipſe repellere conatur, oſtédens rationem diuerſitatis inter hæc, quaſi ex beneficio patris habeantur, & feudum quaſi non ex beneficio patris habeatur, ſed aliunde: In quo mehercule Roſ. male, cum toties oſtenderimus etiam feudum ex pacto
24 capi à patre & eſſe de iure paterno. † Quare vterque male, & Roſen. reijciens comparationem, cum tamen vtrobique verum ſit ius paternum ineſſe. & Afflic. admittens cōparationem ſed erroneam, quod nullo caſu adſit ius paternum, ſed tantum miniſterium Iuris, ſecundum quod ob ingratitudinem poſſit priuari filius, etiam propria re ſua quamuis non paterna, & ideó feudum non eſſe hæreditarium, nec ex hoc eſſe dimetié-
25 dam poteſtatem exhæredandi † & ex ijs pariter erronea detegitur comparatio feudi ex pacto, & prouidentia cum fideicommiſſo; quam tamen faciunt Docto. æquiparantes feudum fideicommiſſis, ſeu primogenijs in hac materia, *vt Tom. de Mar. d. tit. 6. ſub nu. 14. verſ. nec obſtat filium, fol. 325. Roſent. c. 9. cōcl. 6. ſub num. 8. iunct. glo. f. Cald. de nomin. emph. lib. 2.*

lib.2.q.12.ſub num. 52.Camil. d.numer.122.ſi quidem in feudo ex pactu & prouidentia adeſt ſucceſſio ex iure patris, & ideò poteſt pater filio præiudicare, etiam exhæredando; in fideicommiſſo non adeſt, quia quilibet iure proprio ſuccedit,& ideò non poteſt *ad Molin.plenè de primog. lib.1. cap.9.nu.2.& ſeqq.Vbi in maioratibus, quem propterea malè reycit Camil.num.123.d.§.nunc de altera,& ad Menoch.conſ.699.num.8.& 9.lib.6.*& ita manet firmum quod feudum etiam ex pacto&
26 prouidentia ſit quid hæreditarium † ſic etiá male *Salic.ad l.2.nu. 27.in fin.C.de iur.emph.* dicit filium non exhæredari in feudo, vel emphyteoſi pro ſe,& filijs,*vſus tex.§.videamus.C.de rei vxor.act.* quia reſpondeo in hoc tex. actio immediate competit filiæ, At in feudo,vel emphyteoſi per ſucceſſionem lureq; hæreditario;& ideo ex diuerſis non infertur.
27 † Nec tu huc applices quæ ſupra paſſim, maxime verò *cap.* 27. dicebamus filium nihilominus in feudum ſuccedere, quando per ſe non ſtetit,quia hæreditas ſibi nó fuiſſet delata, vt hic idem dici poſſit de exhęredato,vt nihilominus ſuccedat in feudo,quaſi per eum non ſtet, quia ſatis dicitur per ſe ſtare, & propriam culpam ei imputari poſſe,cum ex proprio delicto hanc ſibi promeruerit pęnam, *vt ait in puncto Tom. de Mar.d. tit.6.ſub num.14. verſ. quorum ſententiam fol. 326.*

Superioribus adde ſentẽtiam eorum, qui ſaltem in feudo nouo exhæredationem admittunt,*vt ſub princ.ſup. hic num. 2. verſ. alij*
28 *afficere* † Id verò cur ita? *quia,ait,Tom.de Mar. d.tit.6.num.14.verſ.in quo feudo.fo.325.feudũ ex pacto & prouidentia nouum per omnia exæ-*
29 *quatum eſt hæreditario.* † & id quidem ideò, quia videtur eſſe in hęreditate defũcti *Gayl.*
30 *lib.2.obſ.154.ſub num.19.* † & videtur a patre haberi feudum nouum, ità quod poſsit pater omnimodò præiudicare tanquam in re à ſeipſo acquiſita. *Rip. ad l. in quartam nu. 179.ff.ad leg.Falc. Menoch.conſ.1088.ſub nu. 21.lib.11.& ſub lib.4.cap.1.inſp.1.par.3.verſ. alter,& ſecundus in fi.Quarè* ſi ità eſt in feudo nouo, ſeù in ſucceſſore primo in eo feudo nouo, ergo idem & in alijs ſubinde per iam dicta *ſup.cap.11.& cap.10.num.23. & in c.9. verſ.demum ſaltem numer.33.& ſeqq.* quæ hic pro repetitis habeantur.
31 † Et hæc teneas (quicquid in feudo nouo aliter dicat,& ſentiat *Roſent. cap.7.concl.21. num. 9. & ſeqq.*) nam lapſus eſt in ea materia totocęlo.
32 † Iam ad aliam obiectionem accedamus, & eorum quidem qui excludunt ab omni feudo nouo, & antiquo exhæredationem, *vt per Roſent.in d.c.7.concl.10.ſub num. 11.in fin.& num.12.quia(ait) Roſen.res tertio ex cõtractu meo debita, per me ſolum illi auferri non poteſt,niſi conſentiente etiam eo, qui mecum cõtraxit, & ideò pater ſolus priuare non poterit, niſi etiam domini qui conceſſit intercedente conſenſu.* Sed hunc caſum non benè applicari ad terminos feudi latius diſcurſum fuit *ſup. c.23.par.2.num.26.& ſeqq. 33. et ſeqq. 67.& ſeqq.86.93.*
33 † Sed remanet alia obiectio longè difficilior *ex tit. de ſucceſſ.feu.* quod nulla ſit licita ordinatio in feudis, ergò nec exhæredare licebit, vt ſupra dictum eſt ſub verſ. Alij nec in hæreditario, *num.4.* & in hac reſoluenda valde elaborarunt *Docto.& Curt.de feu.part. 3.mem.2.ſub num. 6.pag. mihi 268.ſub princ.* cuius dictum eſſe maximam reſtrictionem, & diuinationem *ad d.tit.de ſucceſſ.feud.cẽſuit Scheneid.de ſucceſſ.deſcen.maſc.ſub num.28.vt Camil.de Curt.in d.§.nunc de altera.ſub d.num. 99.vbi exactè,& alij qui afferri poſſent,*iſti ſufficiant.
34 † Sed mihi videtur tex. hunc nil facere aduerſus exhęredationem iſtam, de qua diſ-
35 putamus,patris in filium. †Suppono primò quod verba ſunt ſecundum ſubiectam materiam intelligenda, a qua omnis diſpoſitio recipit interpretationem, *Menoch.conſ.106. num.271.vbi alij concord. l.ſi vno ff. locat.l.inſulam. ff de praſcript. verb. cum ſimilibus.*
36 †Multò magis ſi proprietas verborum concurrat, cui in dubio ſtandum eſt *l.non aliter.*
37 *de leg.3.* † nec eſt ab eorum proprietate recedendum, niſi in caſibus expreſsis *Surd. in*
38 *term.feudi conſ.407.ſub nu.1.* † Naturaliter, & non ciuiliter intelligenda. *l. qui habet. ff. de tutel.l. de fideicommiſſo.ff.de cond.et demonſ. cum ſimilib. vt per Bero conſ.71.num.20.21. 22.lib.1.Maluaſ.conſ. 22.num.40. & 41. Menoch. qui contra eos conſuluit in eadem cauſa, conſ.981.numer.16.17.lib.10.omnes in fen. dit.*

Suppono ſecundo differentiam inter ordinationem poſitiuam, & ordinationem priuatiuam, Vt ordinatio, per quam aliquid ponitur, fit, conſtituitur circa rem aliquam, hoc vel illo modo, ſit propriè ordi-
39 natio † & in hoc verba *ordinare,ſeù diſponere* proprie verificẽtur. *Feder. de Sen. in conſ. 195.ſub numer.1.vbi plura ad propoſitum,*ſed in primis illud *quod ait,hoc verbum(ordinare)* accipi pro omni actu circa rem aliquam exercendo. nota circa rem aliquam, quia facit ad propoſitum noſtrum. Non ſit e cõuersò *ordinatio,*vel ſi ſit,ea ſit impropriè,vbi non circa rem aliquam fiat, Vnde res ipſa afficiatur principaliter,ſed circa aliud,putà vbi perſona ipſa principaliter afficitur, licet in conſequentiam veniret negatio rei ab ipſa perſona, nam hoc caſu non dicitur

ordinatio circa rem , ſed circa perſonam,
40 quæ principalis eſt in ea diſpoſitione† Vn-
de ſequitur id attendi , & prævalere quod
principaliter agitur, non quod in conſequẽ-
quentiam ad Dec. Noſtr. Bonon. 68. nu. 38. &
ſeqq. num. 52. 73. 74. & dec. ſeq. numer. 20. &
ſeqq.
41 †Imò verò, ꝓpriè quidẽ loquẽdo, nec circa
42 rẽ nec circa perſonã dicetur ordinatũ† quia
ex diſpoſitionibus negatiuis non inducitur
habitus l. ex facto. ff. de hæred. inſtit. Bal. in l. 2.
in fin. C. de cond. inſert. Surd. conſ. 456. ſub num.
34. ſub verſ. parùm etiam & ad numer. 47. ſub
43 verſ. ſecundo reſpondeo.† & dicimus quod
non eſt eadem ratio ſi verbis affirmatiuis
concipiatur ſententia, ac ſi verbis negatiuis,
44 Amat. dec. Mareb. 75. numer. 21. † ſed magis
proxime ad rem noſtram , habemus legiti-
mam non poſſe alterari , vel minui l. omni-
45 modò. l. ſcimus C. de inoff. teſt. † & tamen po-
teſt filius ea priuari in totũ ex cauſa §. aliud
quoq; capitulum auth. vt cũ de appell. cognoſc.
principaliter enim afficitur perſona , quæ
ſua culpa hanc ſibi noxam traxit, non legiti-
ma ipſa, quę non tangitur ſaltem principa-
liter , quicquid in conſequentiam ſuccedat
eius priuatio.
46 † Sic habemus iura patronatus interuer-
ti non poſſe l. 4. ff. de iur. patron. & ad l. vt
47 iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. libert.† & ta-
men poteſt filius ab eis exhęredari , vt per
Bart. in d. §. ſi liberi. ſub num. 6. verſ porrò quẽ
referunt, & ſequuntur communiter alij, vt pa-
tet ex Curt. d. par. 3. mem. 2. ſub d. num. 6. pag.
268. in princ. Valaſc. de nomin. emph. q. 12. nu.
51. lib. 2. & in propoſito noſtro (ad quod tendi-
mur) Camil. de Curt. in d. §. nunc de altera nu.
103. f. 64. col. 1. in princ. Quæ intellige de iu-
re patronatus liberorum prout de iure com
muni ciuili: Cęterum quoad eccleſiaſticum
certum eſt adeò eſſe quid hæreditarium vt
non poſſit repudiata hæreditate retinere vt
egregiè per inſignem I. C. D. Ricc. Deciſ. Cur.
Arch. ep. Neap. 126. per tot. par. 1.
48 † His præmiſſis dico eis verbis d. tex. de
ſucceſſ. feu. Nulla ordinatione defuncti in feudo
manente, vel valente, non fuiſſe comprehen-
ſum caſum exhęredationis . Primò ex mox
prædictis à num. 42. huc vſque.

Secundo ſi ſubiectam in materiam proximã
inſpicias, quæ eſt àttendenda , non remota,
ſecundum prædicta. num. 35. & ſeqq. quibus
adde Surd. in term. feudi conſ. 312. numer. 23.
24. 25. lib. 3. Menoch. conſ. 153. num. 4. 20. 27.
& ibi fallentia ponitur eo contex. modus ſucce-
dendi, quod filij tantum ſuccedant, non filię, quod
æqualiter , quod nepotes ex filio loco ſui patris,
nulla ordinatione firma manente, vel valente.
Ita quod (ſecundum ſubiectam materiam) non
valeret vlla ordinatio contra diſpoſita hoc
tex. putà, vel filiæ legando, vel vni ex filijs
maiorem partem aſſignando , cęterum de
alijs præter hæc non loquitur tex. nec de
alijs prohibet ordinari , In eorum numero
non eſt exhæredatio quæ eſt in iſto , quare
de hac lex non loquitur & ità dicta verba
Nulla &c. propter præcedentia accipien-
da eſſe , & de ordinatione qua inæqualiter
diſponeretur dicit Piſtor. q. 4. ſub num. 64. vbi
d. tex. hoc modo interpretatur, & ad q. 13. n. 62.

Tertio ſi remotam inſpicias , ea huiuſ-
modi eſt, quia aliter faciendo quam quod
diſponitur ex tex. natura feudi penitus alte-
raretur in præiudicium Domini, cui fideli-
tas eſt debita, & cuius cauſa datur feudum,
49 †Quę (vt eſt ęqua in omnibus) & coęqualis.
50 §. omnes filij. ſi de feu. def. † & omnes tenen-
tur in ſolidum Bammac. ibid. num. 16. 18 &
ſeqq. & ibid. communiter alij, Vult. de feu. cap.
7. ſub numer. 91. Camil. de Curt. par. 1. diu. iur.
feu. §. cum igitur num. 28. 29. 69. pag. 40. ità
partes debent eſſe coęquales, & omnibus
51 æquę ſaluę eſſe,† Ità quod nec obſtaret di-
uiſio inter eos , propter Iuramentum quod
eſt indiuiduum, Intrigl. de feu. q. 40. num. 19.
52 & ſeqq. † Alioquin turbaretur hæc inten-
tio , & omnis ordo feudalis cum Domini
53 damno manifeſto , † ſi onus æquale eſſet
commodum vero inæquale ob inęquales
portiones, arg. l. quoties ff. ad trebel. l. nonnun-
quam. §. cum pater hæreditatẽ l. lucius §. lucius.
ff. de leg. 2. Rayn. in §. præterea ducatus. ſub nu.
22. de prob. feu. alien. per Feder.† & offende-
retur Dominus , quatenus voluit omnes
æqualiter admitti , Bart. in l. vt Iuriſiurandi.
55 §. ſi liberi. ad fin. ff. de oper. libert.† Hæc ne
contingerent inconuenientia neceſſarium
fuit ſtabilimentum circa hoc particulare &
ecce in tit. 1. lib. 1. §. & quia in fin. ibi. Quod
hodiè ità ſtabilitum eſt , vt ad omnes æqualiter
filios pertineat, ſublata etiam ibi ipſis Dominis
facultate eum quem voluiſſent ex pluribus eli-
gendi , quæ anteà illis competebat, vt ibid. ergo
multò minimus ipſis Vaſallis debebat eſſe
permiſſũ, & ecce aliud hoc in tex. cõprehen
ſum : hiſce verò adde omnino tex. in tit. ſi
plures ſint Domini vel Vaſalli An plures
fidelitates vel ſeruitia debeantur 77. apud
Cuiac. in fragm. feud. & ibid. alium tit. 102.
Non cogi Vaſallum pro vno feudo duas fideli-
tates facere.
56 † Id quod in tantum procedit, vt tametſi
Princeps det alienandi facultatem non ta-
men intelligitur dare auctoritatem mutan-
di legem, & modum ſuccedendi , quod ſpe-
ctat ad ſolum Principem Cãnit. in extrauag.
Volentes. §. ſed neceſſaria. num. 9. & ſeqq. fol. 9.
& ibid. num. 14. ait quod tria ſunt quorum vnũ
non eſt aliud, feudi alienatio , formæ mutatio, &
nouæ legis datio feudi ſucceſſioni, quorum vnum
non

non eſt aliud, qui ergò iſta tria (inquit) congluti-
nat facilè errat , *& Cannet. refert ac ſequitur*
Menoch. in conſ. mox citando num. 59. & biſce
addi poſſet Piſtor. d.q. 4. num. 64. & d.q.13.
num. 62.

57 † Et tu ex hac paritate Iurium inter Do-
minum, & Vaſallum, & de qua toties in feu-
dis *vt in tit. ſi dom. prop. feu. priu. &c.* Infer ꝙ
ſicuti licitum eſt Domino ex cauſa priuare
Vaſallum feudo *tot. tit. quib. mod. feu. amitt.*
& tit. in quibus cau. feu. amitt. tametſi non li-
ceat eidem alterare ſucceſſionem in hunc,
vel in illum, ordinando aliter, ac fuit lege
58 feudali ſtabilitum. † Ita dic tu hac eadem
ratione non poſſe quidem Vaſallum altera-
re ſucceſſionem, hunc vel illum eligendo,
prælegando, aut aliter, *vt per Curt. qui de cō.*
par. 4. num. 131. plenè Bammac. in d. §. omnes fi-
lij. num. 38. & ſeqq. ſi de feu. def. &c. Roſent. c.
7. concl. 7. num. 4. niſi accedente domini conſen-
ſu vt ibid. gl. d. ex pluribus. cit. quibus addo Petr.
de Grego. de conceſſ. feu. par. 3. qu. 7. per tot. no-
uiſſimè Lanar. rep. de ſucceſſ. feu. ſub num. 102.
vbi relatis contrarijs opinionibus *à nu. 94.*
& ſeqq. tenet non poſſe prælegari cuiuſcūq;
generis ſit feudum: Ac ne quidem æſtima-
tionem deberi probat cum iudicatis *Add.*
Nepotis num. 40. & ſeqq. adde cap. ſeq. num. 28.
59 *& ſeqq.* † Namque prælegando alterari for-
mam ſucceſſionis vel contractus dicit, *Me-*
noch. conſ. 286. num. 4. lib. 3. & in term. in conſ.
161. num. 26. lib. 2. & omnino conſ. 953. nu. 21.
& ſeqq. lib. 10. & Cannet. d. extrauag. volentes.
60 *§. ſed neceſſaria. nu. 9. & ſeqq. fo. 9.* † ex quibus
etiam conſtat magnam differentiam eſſe in-
ter alterare ſucceſſionem, & alienare. Poſſe
tamen patrem diſponere priuādo ex cauſa,
vt dominus poteſt, & ità bene ij, qui (ad de-
monſtrandum facultatem exhæredandi in
patre) vſi ſunt eo tex. *§. prædictis modis, quæ*
ſit prin. cau. benef. amitt. vt Aluar. ad tit. 1. §.
& quia, lib. 1. in vſibus feu. ſub num. 14. Laudēs.
& cęteri teſte Camil. de Curt. in d. §. nunc de al-
tera. ſub num. 99. col. ſeq. fo. 63. refert ſigillatim
Roſen. cap. 10. conclu. 13. in gloſ. a. & male qui
horum opinionem reiecerunt, *vt ibid. Roſen.*
nu. 2. Scheneid. de ſucceſſ. deſc. maſc. ſub nu. 27.
verſ. nec videtur obſtare. fo. 492. Tom. de Mar.
tit. 6. ſub nu. 13. verſ. quia paulò; Iterum Roſent.
in cap. 7. concl. 10. ſub nu. 10. nam admittimus
quod, & ipſi volunt, *eo. §. prædictis*, literaliter
non loqui, niſi de cauſis, quibus priuari poſ-
ſit Vaſallus a Domino. Sed tamen alterū ne-
gari non poterat, quin induci poſſet tex. etiā
ad materiam exhæredationis patris quoad
filium hoc modò, vt ſicuti Domino licet ex
cauſa priuare Vaſallum, ità & patri liceat ex
cauſa priuare filium, vt ęqualitas ſupradicta
Iure feudali inter Dominum, & Vaſallum
61 paſſim recepta ſeruetur. † Et hæc collatio
inter ambos reſultat manifeſta, *in d. §. prædi-*
ctis, dum primo dicit tex. beneficium prędi-
ctis modis debere amitti, ſcilicet, *vt ſupra*, ad
fauorem Domini, idq; generali ratione, ibi,
tàm naturalis quàm ciuilis ratio ſuadet; quam
dum fundat idem text. ſuper conſtitutione
de exhæredatione loquente, *& iuſtas* (vt eſt
in tex.) *exhæredationis* cauſas enumerante,
hinc duo reſultant, vel caſum patris in filiū
eſſe comprehēſum ſaltem illatiue ex colla-
tione promiſcua inter vnum, & alterum ca-
ſum filij, & patris, Vaſalli, & domini, eodem
themate æqualitatis iurium ſemper reten-
to; vel eſſe comprehenſum proprie, prout
ratio eſt expreſſa in tex. quæ cum ſit eadem,
& in patre cum filio, ac Domini cum Vaſal-
lo, dicitur ambos caſus continere, non ex-
tenſiue, ſed comprehenſiue *vt ſupra cap. 44.*
num. 56. et ſeqq.

62 † Et ita cum communi faciat tex. ille ad
caſum noſtrum, quicquid nil ad propoſitū
facere dixerit *Roſent. d. c. 7. concl. 10. ſub n. 10.*
& quicquid vehementer miretur de prædi-
ctis, qui hunc tex. patri applicarunt, *Cam. de*
Curt. in d. §. nunc de altera. ſub d. num. 99. d. col.
ſeq. fol. 63. poteſt tamen fieri diuiſio inter
fratres, & pater vnì aſſignare de conſenſu
aliorum *Gayl. lib. 2. obſ. 116. num. 9.*

63 † Hęc de ſubiecta materia cui reſpondet,
& proprietas verborum; Intrant enim per
hoc dicta *ſupra num. 42. et ſeqq.* Namque ſi-
ſte in vocula illa (*In feudo*) Cur in feudo nul
la ordinatio maneat, vel valeat? quia voluit
tex. reſtringere ordinationem ad feudum,
ideſt circa feudum, circa rem ipſam iuxta
proprium ſignificatum eius verbi, de quo
dictum eſt: Atqui dum pater exhęredat filiū
diſponit circa perſonam, nó circa feudum,
de pſona verò nihil vetat tex. ille quin poſ-
ſit pro arbitrio ordinari, ergo hic caſus non
64 fuit eo text. comprehenſus. † Quia verba nō
conueniunt, & ità ceſſat diſpoſitio *l. 4. §. to-*
tiet. ff. de damn. infec. & licet in conſequentiā
65 contineat filium feudo priuari, † Tamen
multa permitti in conſequentiam, aut per
indirectum, quæ non principaliter, certum
eſt in iure noſtro, & patet ex *Roſent. d. cap. 7.*
concl. 10. in princ. ſeu per accidens non princi-
paliter vt ſub num. 8. ibid.

Quid ſi aliquis omnes omninò filios pri-
uaret etiam ſine cauſa, non ne (oppeneret
adhuc aliquis) hęc eſſet diſpoſitio negatiua?
& non ne hac diſpoſitione priuarentur fi-
lij, ergò etiam priuatiua ordinatio diſponit.
Reſpondetur huiuſmodi diſpoſitionem ne-
gatiuam ſine fundamento alicuius, cauſæ
manere nullam, & inanem, & perinde ac ſi
facta non fuiſſet, & ita ceſſat obiectum, neq;
enim ex actu nullo reſultat aliqua diſpoſi-
66 tio, † Quia nullum, & nihil, aut inefficax
æqui-

Digitized by Google

æquiparantur *l. dari. ff. de verb. oblig. Zaſ. in l. cum quærebatur. nu. 3. ff. de re iud.* Ideoque, *huiuſmodi ordinatione non obſtante,* firma manebit diſtributio ſeudi inter filios, ſecundũ regulas feudales, quæ ratio nullitatis ceſſat vbi exhæredatio eſt iuſta, & valida, & manet priuatio quuad exhæredatum citra lęſionẽ *dicti tex. de ſucceſſ. feu.* per ea quæ dicta sũt &c. Communiter recepta, & ex obſeruantia ipſa cõprobata, quicquid vel diſtinguãt nonnulli feudum à feudo, vt ab initio huius cap. relatum eſt.

67 † Sed vt demum, hæc ſatis fusè explicata ad breuem certitudinem aliquam reducantur, proponimus aduertendum diligenter Compilatorem *eo tit. de ſucceſſ. feu.* tradere modum, & naturam ſuccedendi. Hęc enim ſunt verba tex. *ſequitur de ſucceſſione feudi videre, ſi quis igitur deceſſerit filijs, & filiabus ſuperſtitibus ſuccedũt tãtũ filij æqualiter, vel nepotes ex filio loco ſui patris, nulla ordinatione defũcti in feudo manente vel valente.* Natura, inquã, quia de natura feudorum eſt vt tantum maſculi ſuccedant, modus vt æqualiter, & nepotes loco parentum; Ad hęc ſequuntur verba *Nulla ordinatione defuncti in feudo &c.* de qua ordinatione poteſt intelligi, niſi de illa ordinatione poſitiua, quæ ſit contra diſpoſita in hoc tex. & quæ ſit de ſeudo in ſpecie; vt mox iã dictũ eſt. An ad illũ caſum poſſint pertinere dicta verba prohibentia ordinationem, qua filius à patre exhæredatur? de hoc ne minimum quidem verbum in tex. nec ylla ratio ad eum poteſt trahere. Imò ratio diuerſitatis hoc efficacius oſtendet, diſtinguendo de duplici genere perſonarũ hanc in rem intercurrentium, & de ſingulis earum iuribus, porrò hæ perſonę vna eſt Domini, altera Vaſalli. Ad Dominum, & eius iura pertinet quod fili; tantum maſculi ſuccedant, & quod æqualiter ob fidelitatis cauſam, vt ſupra iã retulimus, *et probat tex. §. omnes filij, ſi de feu. def. fuer controu. int. dom. et agnat. Vaſal.* meritò nulla ordinatio defuncti contrà hoc ſtabilimentum erit admittenda, tanquam ipſi Domino, ipſi naturæ ſeudorum præiudicialis, Ad Vaſallũ patrem & eius iura pertinet quod poſſit filium ex cauſa exhæredare, exhæredat, & eo ipſo filius, vt hæreditate ita, & feudo priuatur, de hac negatiua ordinatione non intelexit *tex. ille,* quia eius intentio fuit iura Domini & naturæ ſeudi conſeruare, non iura Vaſalli patris tollere, de quibus ne minimum quidem veſtigium. Id verò ita eſſe, quia leges per leges veniunt intelligendæ, ecce ex alio contex. difficultatem ſublatam relato *iam ſupra ſub nu.* 10. *in fin.* & ratio eſt in promptu, quod iura cuique ſua ſalua eſſe oportet, & illa interpretatio facienda, per quam vtrique parti æquè conſulitur, *vt* ſupra *cap. 35. numer. 10. cap. 22. numer. 14. 15.*

Nec adhuc obſtinatus inſiſtas in verbis *nulla ordinaitone in feudo.* hic verò per exhæredationem feudum tangi, nam aliud eſt ordinationem fieri in feudo in indiuiduo, & principaliter, aliud fieri in perſona, licet in conſequentiam veniat feudum, quia in primo caſu loquitur tex. non in ſecundo, Vbi alia diuerſaque ratio ſubintrat Iuris paterni, & alia adhuc quod multa in conſequentiã *vt ſupra num. 65.* & demum alia quia filium exhæredari nil Domini interſit, quinimò
68 ei expediat † Quia per hoc acceleratur ad
eum reuerſio feudi, quę dicitur ipſi Domino fauorabilis *§. ſi de ſucceſſ. fratr. tit. ſi de feu. def. mox. cit. in princ. tit. de Vaſall. decrep. ætat. in princ. Felyn. c. per. tuas. nu. 9. de prob. Carol. de cau. priuat. ob lin. fin. numer. 56. Ad Petr. de Grego. de conceſſ. feu. par. 3. quæſt. 7. ſub princ. num. 12.*
69 Cætera vide apud Docto. præcit. Scrad.
& alios declarationes ponentes, quas omittimus, ne chartas de alienis paſſim obuijs
70 impleamus † & de vocibus *ordinamenti, ſeù*
ordinationis, aut diſpoſitionis adde Dec. Noſtr. flor. vlt. numer. 17. et ſeqq. et Bonon. etiam vlt.
71 † Et vltimarum voluntatum octo ſpecies
enumerans *Guid. Pap. q. 543. Caſſan. de cõſuet. Burg. tit. de ſucceſſionis. §. 3. en aultremente dicte teſtam. nu. 3. fo. mihi 237. et in §. 5. ad princ. num. 3. fo. mihi 241. Surd. conſ. 380. numer. 33.*
72 *lib. 3.* † *Vbi quid diſponere ſeù ordinare* & in no
73 rabili caſu ſtatuti Taurinen. † *De verbo ordinãmenti apud Crau. conſ. 236. ſub num. 6. cum*
74 *ſeqq. Surd. conſ. 572. ſub num. 68. lib. 4.* † Nec
omitto caſum, qui mihi obtigit in facto, de vno qui ordinauit ſorores eſſe ſuas hęredes ſed non legitime omninò. Nam quæſitum fuit coram Excellentiſs. Senatu, an agnatus foret admittendus ad domum, vigore eius ſtatuti, Cuius hæc ſunt verba. *ſi quis vel ſi qua ab inteſtato deceſſerit nullo facto ordinamento rerum ſuarũ etc.* vocans eo caſu maſculos de parentela excluſis fæmins. & fuit reſolutum ſtante dicto ordinamento, licet nullo non intrare ſtatutum, & ideò maſculum nõ admittendum excluſis fæminis, eo ordinamento tali quali, vocatis ad ſucceſſionem quia non erat verũm, deceſſiſſe nullo facto ordinamento; poterat enim dici quod deceſſerat ab inteſtato, & quod poſſet maſculus diuidere bona vnà cum ſororibus, quaſi ab inteſtato omnes ſimul ſucceſſiſſent, quia ordinamentum nullum, non facit deficere cauſam inteſtati *Magdal. de num. teſt. in teſta. par. 1. 1. cap. 4. num. 51. et ſeqq.* ſed non poterat dici quod deceſſerat nullo facto teſtamento, ita quod poſſet maſculus excludere

re

re à domo totaliter vigore ſtatuti,erat enim
75 ordinamentum, licet nullum. † quia etiam
reprobus denarius, eſt denarius *l. elegantur*
76 *§.qui reprobos.ff.de pign.act.* † & teſtamentũ
eſt *l.2.§.1.ff.quemad.teſt.aper.Rayn.in §.pena*
77 *ad fin.de prohib. feu.al.per Feder.* † ad aliquid
valens putà ad declarandum *l. fin. ff.de reb.*
78 *eorum Teſſ. dec.192.num.12.* † ad faciendum
incidi in edictum *l.3.§.item ſiuè iure. ff.ad l.*
79 *C.Sylan.* † In pænam *Surd.dec.102.num.22.*
80 *et ſeqq.* exornans. † Vt competat actio ad
81 exhibendum *l.1. ff. de tab.exhib.* † Vt tollat
ius accreſcendi etiam inutilis ſubſtitutio
82 *Surd.dec.152.num.19.* † Vt pariat obligationem naturalem, vnde per modum excipiẽdi poſſent ſe tueri fæminæ prædictæ, maximè quia erant in poſſeſſione bonorum ſine vitio aduerſus dictum maſculum, qui nihil poſſidebat *Bertran.conſ.1207.num.5.lib.6.& plenius Magdal.de num.teſt.in teſtam.par.3.c.2. numer.28. & ſeqq. vbi de vera, & com.*
83 † & ſuſtinetur tanquam vna ſpecies vltimę
voluntatis, licet imperfectæ *ad Mantic. de*
84 *coniect. vlt. vol.lib.3.tit.20.num.8.* † Vbi traditur effectus, ſi ſtatutum, prohibet inter viuos alienari, poſſe tamen alienationem fieri ſi teſtator iuſſit, licet nulliter ex teſtamento nullo; & non obſtante nullitate teſtamenti oppoſita per filium præteritum, hæres in eo ſcriptus poteſt immitti in poſſeſſionem hereditatis à Iudice donec lis finiatur *Craſſ. in §. teſtamentum. q.48.in fin. vbi de comm.* & illud verbum, *ordinamenti*, importat etiam minorem quam libet diſpoſitionem, quæ non ſit vna ex illis octo traditis à *Pap.in d.q. 543. ſeù ex illis ordinamentis*, vt vocat *Caſſan. in præcit. loc.* & ideò deficiente hac qualitate ſtatuti (*nullo facto ordinamento*) quia non eſt verùm dicere nullum fuiſſe factum ordinamentum, cum factum ſit, & de eo appareat ex depoſitionibus quinque teſtium (licet nulliter) non potuerit ſtatuto locũ eſſe.
85 † Cum omnis minimus defectus ſufficiat, ne ſit ſtatuto locus *Rol. à Val. conſ.10.n.22. 28.vol.3. Natt.conſ.214.nu.12.Sol.in antiq. Saband.decret. dec. Blancha par. 3.glo.vn.ſub numer.12.Ozaſc. deciſ. 59.numer.4.deciſ. 88. num.6.*

Et cum ſtatutum duo copulatiuè deſideret, deceſſiſſe ab inteſtato, & ſine ordinamẽto, concurſus ambarum qualitatum erat verificandus, alias non potuit ſtatuto eſſe locus, *teſte Alex. conſ.155.numer.5.in fin.& numer. 6.lib.7.* confert quod dicitur debere exiſtentiam caſus, de quo in ſtatuto verificari, aliàs non intrabit ſtatutum, *Crau.conſ. 313.ſub num.1.* vbi plura ad idem, & ità fuit iudicatum me conſulente, & fęminę ſimul cum maſculo admiſſę ad omnia bona etiã quoad domum. & ſententia habuit effectũ in cauſa Bernardini, cum Bernardini, referente Per Illuſtriſ. D.Senat.Craueta poſtea
86 Pręſide Primario. † Ad illud de actu nullo, an nullius omnino ſit momenti an verò è contrà vide pulchrè *vt per Felyn. in cap. ex tenore. num. 9. de reſcript. cum alijs citat. per Mancin. tract. de Iuran.par. 4. eff. 203.& par.5.quæſt.9.*

CAP. QVINQVAGESSIMVM SECVNDVM.

De alienatione feudi licita.

S V M M A R I V M.

1 *Alienatio diſtinguitur in licitam in caſu permiſſo, & in illicitã in caſu prohibito, & quæ vtraque, & nu. ſeqq.*

Vendere & alienare eadem cenſentur eod.nu.1.

Si de conſenſu Domini & agnatorum, ſi conſuetudo alienandi, ſi per modum ſubinfeudationis ſub eiſd.

4 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*

5 *Illicita eſt nulla ipſo iure, et quæ vtraque, numer.6.*

Niſi appoſita clauſula ſaluo cõſenſu domini. aut ignorantia excuſet vel conſuetudo.

7 *Huiuſmodi alienationes licitæ vel illicitæ legitimæ vel illegitimæ appellantur.*

An Alienatio feudi præiudicet filij vel agnatis. ſub eod.nu. 7. & ſeqq.

9 *In feudo hæreditario nocet ſemper alienatio etiã agnatis.*

11 *Varię opiniones an præiudicet alienatio referũtur, & ſeqq.*

16 *Similis eſt contentio de emphyteoſi eccleſiaſtica, quæ egeret Cęſarea deciſione.*

17 *Patrem in emphyteoſi antiqua non poſſe præiudicare, ſi ſit eccleſiaſtica, ſecus ſi priuata, qui ita ſenſerunt.*

18 *Feudum nouum poſſe cum domini conſenſu ab Acquirẽte prælegari, ſeu alienari ad ſucceſſorũ præiudicium omnes concurrunt, & nu. 28. & 31.*

19 *Ita quod beneficium inuentarij nihil prodeſſet.*

20 *Feudum nouum poteſt conuerti in primogenituram.*

21 *Ratio cur feudum nouum poſſit alienari ex aliquorum opinione.*

22 *Sed reijcitur quia contractus inter duos ad fauorem tertij poteſt ab eiſdem reuocari.*

23 *Alia ratio ſecundum alios cui reſpondetur, remiſſiuè.*

24 *Alia ratio, quia fortiùs eſt paternum quàm nouum*

Digitized by Google

uum etiam reijcitur, nu. 25.

26 *Qui dicunt filios conſequi non poſſe feudum niſi ſint patris hæredes: & de Com. quod in nouo pater poſſit præiudicare.*

27 *Quid in emphyteoſi.*

29 *Teſtamentum nullum poteſt confirmari à Principe.*

Quod conſenſus ſuperueniens poſt mortem prælegantis feudum nouum ſufficiat. ſub eod.

30 *Declara niſi in contrarium ſit conſuetudo prælegandi.*

32 *Feudum nouum non habet agnatos, et non cadit quæſtio an eis in feudo nouo præiudicetur.*

Præiudicatur filijs prælegãdo in vnum de capacibus etiam ſine conſenſu Domini. ſub eod.

33 *In feudo antiquo præiudicari poteſt filijs non agnatis. Niſi ipſis alienationi conſentientibus iuribus et filijs eorum tali caſu præindicatur, nu. 36. 37. 38. et ſeqq.*

34 *Conſenſus eſt neceſſarius alicuius quando ſua intereſt.*

35 *Citationes, monitiones et proclamata ſunt neceſſaria ob eos quorum intereſt.*

37 *Sine conſenſu viuentis feudi inueſtitura concedi poteſt tertio ſub conditione ſi ſibi feudum eccleſiaſticum aperiatur.*

38 *Non eſt opus aſſenſu dummodo nullum tibi detrimentum contingat.*

39 *Non filius, ſed agnatus admittitur ad reuocationem feudi refutati in ſpeciẽ §. Titius, numer. 40. 41.*

42 *Error omnium, qui cenſuerunt filijs non præiudicari, & num. 43.*

44 *Et ratio, quia filij omni caſu feudum acceptò referunt parenti.*

45 *Vnde eius factum præſtare debent.*

Etiam non obſtante beneficio inuentarij. ſub eod.

46 *Hodie tamen inualuit vt filijs non poſſit præiudicari in feudo ex pacto & prouidentia.*

48 *Et fundamenta remiſſiuè.*

Si non fuerit hęres, aut ſi ſit ſed cũ beneficio legis & inuentarij. eod. 50.

47 *Et tamen veritatem nouiſſe prodeſt etiam ad intelligentiam textuum feudalium.*

49 *Agnatis non præiudicari in feudo ex pacto & prouidentia.*

50 *Quid ſi hæredes ſint, aut cum beneficio legis et inuentarij remiſſiuè.*

Ratio noua ad tit. An agnat. etc. verificari oſtẽditur; ſicut e contra alię. ſub eod.

51 *Quid in feudo mixto an poſſit præiudicari filijs vel agnatis variæ opiniones referuntur, et num. 52.*

52 *Opinio Auctoris. ſub eod.*

53 *Confirmata auctoritate Docto. quod filij non reuocãt, agnati reuocant, dummodo non ſint hęredes, vel cum beneficio legis. ſub eod.*

54 *Verùm hæc doctrina in iudicijs ægrè obtineret.*

55 *Tamen valdè variatum circa hoc.*

56 *Et eſſet conſultius reiecta hac diſtinctione ex textib. feudalibus quæſtionem hanc definire.*

57 *Piſtoris Commendatur.*

58 *Quicquid Roſent. ab eo ſæpe quaſi de induſtria diſcedat.*

59 *Quicquid et Kicherb. à Piſto. & ipſe diſſentient.*

60 *Idem in feudo informi.*

61 *Inuentarij et legis beneficium conſeruat iura ꝓpria, non quæ ex perſona defuncti.*

62 *Non prodeſt inuentarium in feudo ex pacto et prouidentia filijs.*

63 *In feudo mixto, et etiam ex pacto et prouidentia ſaltem nouo. nu. 65. 66.*

64 *In feudo hæreditario.*

67 *Quod ſemel aſſumptum nunquam dimiſſum.*

68 *Feudum nouum etiam ex pacto et prouidentia fuit per omnia feudo hæreditario æquiparatũ et inuentarium non releuat. ſub eod.*

69 *Repilogatur ius agnati diſtinctione, aut Agnatus eſt hæres in allodio abſque Inuentario, et non reuocat. quod intellige.*

70 *Aut agnatus eſt hæres cum beneficio legis etc. et poteſt feudum reuocare.*

71 *Si tamen tantum ſit in hæreditate, quanti feudũ æſtimaretur.*

72 *Et reuocans tenetur omittere bona inuentario ſcripta.*

73 *Diſtinguendo, vt remiſſiuè.*

74 *Reprobato Vult. qui cenſuit agnatum hæredem cum inuentario reuocare non poſſe.*

75 *Agnatus non poteſt reuocare pro rata bonorum de Comm. licet contra.*

76 *Reſoluitur ſecundum docto. in feudo ex pacto et prouidentia admitti etiam filios ad reuocandũ feudum alienatum.*

77 *In feudo mixto vix diſcerni, quæ ſit magis cõm. opinio an proſit ſeu non proſit Inuentarium, et nu. 78.*

79 *Conciliatio inter hęc doctor.*

80 *Quid de feudo informi.*

Quid in feudo nouo ex pacto et prouidentia, nu. 87.

82 *Quid in feudo nouo hæreditario mixto.*

Quid in hæreditario ſimpliciter. ſub eod.

83 *Obiectio tollitur, quod ſi alienatio ſit nulla ea poteſt reuocari ab ipſo alienante, et per ſucceſſores eius. nu. 84.*

84 *Nec Hæres nec contrahens poteſt venire contra actum à ſe geſtum, contra legem annullãtem actum non fauore contrahentis ſed alterius.*

85 *Vbi lex factum conſiderat ſeu animum faciẽtis committitur pœna.*

86 *An emphyteoſis alienatio poſſit reuocari, quibuſdam caſibus aduotatis, remiſſiuè.*

In regno alienans feudum reuocare poteſt alienationem reddito pretio. ſub eod.

87 *An in feudo nouo erecto in primogenituram ſeu conceſſo iure Francorum poſſit pręiudicari.*

Præ-

1 PRæmittendum † eſt alienationem, feu-
di ſeu venditionem , quod idem eſt
*ad tex. in §. fin. Cap. vn. de coutr. ius. dom.
et empio. poſſe fieri* vel in caſu permiſſo,
& licito; vel in caſu illicito & prohibito. In
caſu permiſſo multifariam putá cum con-
ſenſu Domini directi & agnatorum quo-
que, quatenus heret in extraneum, ideſt qui
non ſit de deſcendentibus feudi capacibus
ſeù inueſtitura comprehenſis *ad tit. de alien.
pat. feu. ad tit. An agnat. vel. fil. & c. ſeqq. nu.
fin.* vel etiam ſine Domini conſenſu, ſed nõ
ſine conſenſu agnatorum proximiorum *iux
ta caſum §. Titius. ſi de feu. def. & c. Roſ. cap. 9.
concl. 69. nu. 7. & concl. 28. per tot. & ad infra*
2 *cap. 54.* † Vel ſi ſit conſuetudo alienandi
etiam ſine conſenſu Domini *Roſ. d. cap. 9.
concl. 58.* quæ tamen conſuetudo eſt probã-
da, & quomodo *Rol. conſ. 2. nu. 117. & ſeqq.*
3 *vol. 1.* † vel ſi fiat per modũ ſubinfeudatio-
nis *ad §. fin. de alien. feud. §. ſed etiam res. per
quos fiat inueſt.* In caſu verò prohibito á con-
trario ſi ſine conneſu Domini aut agna-
4 torum, † vt contrariorum eadem ſit iuris
diſciplina. *Inſt. de his qui ſunt ſui vel al. iur.*
5 † Quæ quidem alienatio in caſu prohibito
eſt ipſo iure nulla *vt ſupra c. 44. n. 51. & ſeqq.*
niſi conſuetudo excuſet *vt ſupra mox. nu. 2.*
aut aliud putá ignorantia, quia facta ſit alie-
natio ab ignorante *iuxta tit. de contr. int. dom.*
6 *et empt. feu.* † ſeù quatenus facta fuiſſet alie-
natio ſaluo beneplacito ſeù conſenſu Dñi
*Gram. dec. 49. in fi. Teſ. q. for. 53. lib. 1. Schrad.
de feu. par. 6. cap. 2. Rolan. conſ. 51. nu. 29. lib.
2. Ozaſc. dec. 166. num. 4. et ſeqq.*
7 † Huiuſmodi verò alienationes licitas
vel illicitas, legitimas vel illegitimas Doct.
appellant *add. ad Iſern. d. §. Titius filios. ſub
princ. verſ. cum conſenſu lit. K. ſi de feu. def. etc.
Craſſus in § Hæreditas. q. 12. num. 29. Roſ. d. c.
9. concl. 28. et plurib. ſeqq.* de licita primò
8 agendum: † An hæc itaque præiudicet? &
dicimus regulariter filijs tantum præiudi-
care, non etiam agnatis, loquimur (aduerte
ſemper) in feudo recto, & proprio, (nam de
9 hereditario ſimpliciter nõ loquimur. † Quia
in eo etiam agnatis nocet alienatio *Burſat.
conſ. 49. num. 46. Vult. cap. 11. num. 77.*) Dixi
regulariter, quia eſt caſus quidam ſpecialis,
quo etiam agnatis alienatio præiudicat, *vt
infra num. 3. et ſeqq. 19. et ſeqq. cap. ſeq.*
10 Et tamen (licet ipſi rem hanc totam itá
reſoluamus, & veritatem itá ſe habere mox,
Deo dante, ad oculum oſtenſuri ſperemus)
vide quot altercationes, *Ar. Pinel. ad l. 1. par.
3. num. 97. circa princ. et ſub num. 91. circa fin
cum ſeq. confuſionem Docto. et tenebrat hac in
re exclamat altis verbis, et voce.* & hoc eſſe
fortiſſimum dubium dixit *Affl. de alien. pat.
feu. numer. 19.* Intelligere poſſumus ex ipſo
*Iſern. Auriga noſtro ad d. §. Titius. et ad d. tit. de
alien. pat. feu. verſ. et ſi clientulus,* vbi confuſiſ-
ſimus paſſim caſum licitæ cum caſu illicitæ
alienationis confundit , textum generali-
ter loquentem ad feudi noui terminos re-
ſtringit, & pleraque alia comminiſcitur, &
ab re aliena , & inter ſeſe , ſi diligentius
intueare pugnantia. Intelligimus *ex Pinel.
ſub d. num. 91.* dum varias opiniones; & non
ſolum alias alijs, ſed etiam ſibi ipſas plerũq;
repugnantes commemorat, *Intelligimus ex
Roſen. d. cap. 9. concl. 66. cum ſeq.* dum pariter
ea Pyleanorum, vel Neapolitanorum im-
maginaria inuoluitur factione.
11 † Alijs feudum nouum ab antiquo diſtin-
guentibus *Ant. Sol. de feu. decr. quia in pleriſq;
par. 1. glo. vn. num. 5. verſ. quarè cum verbum,*
12 † Alijs filijs præiudicare non etiam agnatis
Piſtor. qq. iur. q. 13. & 14. par. 2. Vult. cap. 11.
13 *num. 88.* † Alijs nec filijs, nec agnatis *Iſern.
ad d. §. Titius ad prin. ſi de feu. def. Mõta. in vſus
feu. lib. 4. cap. 5. vbi crebriorem dixit, Piſtor. d.
q. 13. num. 18. Ioan. Schon. lib. 1. diſp. 9. th. 134.
Craſſ. in d. §. hereditas. q. 12. numer. 19. Schrad.*
14 *par. 8. cap. 8. num. 3. cum ſeqq.* † Alijs feudum
informe ab formi diſtinguentibus, & ad re-
medium inuentarij confugientibus alijs,
vt Ozaſc. cõnſ. 30. per tot. et dec. 181. 182. Vbi
etiam ſi ſine beneficio legis, & Inuentarij in
feudo ex pacto & prouidentia, *vt num. 15. et
ſeqq. ead. dec. 182.* refert has opiniones *Pinel.
d. par. 3. ſub num. 92. Surd. ad §. Titius. num. 25.
cum ſeqq. ſi de feu. def. Rol. de Inuent. par. 4. q.
incip. Nunquid hæres fo. mihi 148. Clar. in §.
feudum. q. 41. verſ. 1. in fi. Coru. Neoſt. de feu.
Olan. ſucceſſ. cap. 3. in fin. Soac. in præl. feu. cap.*
15 *46. num. 5. et ſeq.* † Et alijs feudum hæredita-
rium á feudo ex pacto & prouidentia di-
ſtinguentibus *Afflic. deciſ. 112. et ibid. Vrſil.*
16 † Et eſt ſimilis contentio in emphyteoſi Ec-
cleſiaſtica , adeò quod Cæſarea eſſet opus
deciſione *dicat Magon. dec. Lucen. 7. num. 10.
et dec. 44. in princ. Tiraq. in 1. retr. §. 11. glo. 6.
numer. 23. 24. et §. 32. gloſ. 1. num. 2. Clar. in §.
emphyteoſis. q. 16. verſ. his præmiſſis, Gabriel.*
17 *lib. 3. com. opin. de iur. emph. concl. 2.* † & patrẽ
in antiqua emphyteoſi non poſſe præiudi-
care *adde Barz. dec. bnon. 66. Ric. in ſuis collect.
2126. ad fin.* ſi ſit Eccleſiaſtica, ſecus ſi ſecu-
laris, ſeù priuata, *Gam. dec. luſit. 8. et ibid. add.
per tot. maximè num. 5.* á quibus nos facili ne-
gotio ipſos liberabimus, & ratione duce, &
a partium enumeratione.
18 † Incipiamus á feudo proprio; & recto
nouo, ſeù (quod aiunt) ex pacto & proui-
dentia in quo nulla eſt difficultas, cum om-
nes communiter conſentiant primum ac-
quirentem cum conſenſu Domini poſſe
ſucceſſoribus alienando præiudicare *gloſ.
communiter approbata , in §. hoc quoque. de
ſuc-*

Digitized by Google

ſucceſſ.feu.tex.in §.ſi fuerint. quib. mod. feu.
amitt.Roſent.cap.9.;concl.66.Vult. cap.11.nu.
76.Rot.apud Farin.par.1. dec.435.ſub nu.13.
& deciſ.438.ſub num.1.Affl.dec.112.nu.5.6.
Vbi etiã in feudo antiquo facto tamẽ nouo.
19 Ozaſ.vol.4.conſil. 4.nu.9.† Ita quod Inuen-
tarium nihil prodeſſet Sol.in d. verſ. quarè cũ
verbum.ſub num.5.fo.81.col.1.in fi.& col.ſeq.
in princ.ſuper decr.quia in plerisque par.1.gloſ.
vn.de feu.in antiq.ſab.decr. V. etiam Piſtor.q.
20 4.per tot.† Et poteſt feudum nouum conuerti in
primogenituram Bec.conſ.52.per tot.Do.Præſ.
Bellon.conſ.9.num.34.vbi plenè.
21 † Id verò cur ita?quia in feudo nouo pri-
mus acquirens præiudicare poteſt ſuis ſuc-
ceſſoribus,inquit Vult.ſub d.num.76. ſed hæc
22 non eſt ratio, eſt dictum ipſum † Quia duo
contrahentes pactum in fauorem tertij cõ-
tractui ſuo adiectum mutuo conſenſu illo
tertio inſcio., & inuito tollere, & mutare
poſſunt inquit Roſent. cap.9.concl. 65.num.3.
cum.ſeqq.et concl.ſeq.;num.4. et ſeqq. ſed hæc
doctrina (licet ſit in ſe vera) tamen non be-
ne applicatur, quia procedit vbi illi tertio
acquireretur immediate, & principaliter,
nos ſumus vbi per viam ſucceſſionis, ergò
ex diuerſis non fit illatio ad ſupra capit.23.
part.2.num.67.& ſeqq.iunctis mox dicendis
per nos in; applicatione rationis noſtræ.
23 † Quia(alij dicunt) facilius poteſt quis præ-
iudicare in re à ſe ipſo quęſita, vt cap.præced.
numer.28. & ſeqq.& ad cap. 30.numer.51.
51. 55.& ſeqq. ſed ibid.vide reſponſionem.
24 † Quia fortius eſt feudum paternum quàm
nouum(ait Bolognet.conſil.4. num.10.et 39.)
25 ſed nec hæc conuincit.† Quare quæ alia ra-
tio remanet, niſi illa, quia filius etiam in
feudum proprium, ſeù quod vocant ex pa-
cto,& prouidentia ſuccedit, vt in ius patris,
ex quo facultas pręiudicandi ſtatim ſeſe of-
fert,& accedit iuxta ea, quæ (ne rem actam
agamus,iam fuſius dicta ſunt.d.cap.23.num.
26 25.et ſeqq.† Confert ratio eorum qui dicũt
filios conſequi non poſſe, niſi ſint patris hę-
redes,Roſent.cap.7.concl.7.num.3. Vbi hanc
eſſe communem omnium fere ſententiam
teſtatur, quod filijs in feudo nouo poſſit
27 pręiudicare iuncta glo.A.B.et ſeqq.† Et licet
Bertaz.in conſil.114.et 116. in term.emphy-
teoſis contrarium conetur edocere, tamen
aduerte,quod in conſ.;113.(quod eſt in eadẽ
cauſa, concedit in feudo nouo poſſe præiu-
dicari, ſaltem domini conſenſu accedente
num.13. vnde quæ in alijs conſilijs inſuper
addidit ad caſum noui feudi nõ pertinẽtia,
non attendenda,tanquam obiter, & maiorẽ
exagerationem,& cumulum inſuper addita
28 (vt ſæpe faciunt Docto; † & profectò de
vtroque) & quod pater poſſit alienare in
feudo nouo, & quod prælegare cũ domini
conſenſu ad præiudicium filiorum, eſt cõ-
munis, communior, & communiſſima, &
veriſſima opinio, & ſecundum quam fuiſſe
iudicatum videndus Bammac. poſt alios in §.
omnes filij.n.49.vbi in fi. neminẽ eſſe qui cõ-
tradicat,et ſub num. 50. 51. vbi de iudicatis
circa validitatem teſtamenti, vbi Rex præ-
29 ſtiterat aſſenſum &c. † Imò teſtamentum
iam nullum poſſe poſtea confirmari à Prin-
cipe Loffr.conſ.8.num. 24. et ſeqq. ſed nõ ſuf-
ficere,in propoſito,conſenſum Domini ſu-
peruenire poſt mortem dicit poſt Burſat.Ber-
30 taz.d.conſ.113.ſub d.nu. 13. † Intellige tamẽ
prædicta niſi ſit conſuetudo prælegandi,
31 Menoch.conſ.104.num.22.lib.1.† ſed ad rem,
alienationem feudi noui præiudicare filijs
acerrimè defendit Piſto. q.4. lib.2.qq.iur. cui
ſubſcribit, et ſecundum eum reſpondendum, et
iudicandum aſſeruit nouiſſimè omnium relatis
pluribus Kireb.in diſc.feu. cap.5. numer.6.poſt
Piſtor.idem met atteſtantem d.q.4.ſub num.63.
32 ad fin.† Hæc de filio non cadunt in agnatũ,
quia feudum nouum non habet agnatos,
Bammac.in d.§.omnes filij.num.49.in fi.tit.ſi de
feu. def.etc. & ſi fiat alienatio aut prælegatũ
in capacem ea teneret etiam ſine conſenſu
Domini excell.D.Bellon. conſ..9.nu.34.35.
33 † Controuerſia verè eſt de feudo ex pa-
cto,& prouidentia antiquo,in quo(retentis
eiſdem term.)dic alienationem in caſu per-
miſſo filijs quidem præiudicare non autem
agnatis. Id verò manifeſtè probatur ex titu.
de alien.par.feu.quo loci aperte dicitur alie-
nationem paterni feudi non valere etiam
Domini exiſtente conſenſu,niſi etiam adſit
conſenſus agnatorum, nã agnatis non præ-
iudicatur, niſi conſenſus proprius accedat;
ratio eſt in tex.ipſo ibi. Ad quos (ſcilicet ad
Agnatos)beneficium quandoque eſt reuer-
ſurum, ergo excluſiuè ad filios alienantis,
& quorum nec requiritur conſenſus,prout
è contra requiritur cõſenſus agnatorum,ſic
dicimus in refutatione non requiri Domi-
ni conſenſum,quia fit inter agnatos iã feu-
di capaces; An verò ꝓximior vel remotior
feudum habeat nihil ad eum, quia nihil eius
intereſt de quo infra cap.54.par.1.ſub n. 27.
34 † Ex eo quia conſenſus deſideretur eorũ
quorum intereſt non aliorum ad actus per-
fectionem ad l.vlt.C.de remiſſ. pign.l.ſi conſẽ-
35 tiente. C. de donat. ante nupt. † Propter quod
monitiones,citationes, & proclamata fiunt
& ſunt neceſſaria ob eos qui,vt ius prætẽ-
dentes poſſunt contradicere ad titu.C.de iur.
dom.impetr.et ad tit. in nouiſs. conſtit.Sabau.de
form.ac ſolemn.obſeru.pro confirm. contr.et ibi
D.Sol.maximè glo.3.numer.9. 10.11. 13.et ad
36 Dec.Noſtr.Flor.7. per tot. † ſed quò longiùs
abimus? cum non deſint auctoritates nam
ita dicit in term.Iacob.in ſua Inueſt.verſ.et cũ
pacto

pacto et 2. ſub numer. 32. verſ. contrarium, nec
deſint tex. feudales in tit. de Cler. qui Cur. vendid.
37 † Vbi in feudo Eccleſiaſtico ſine voluntate
feudi poſſeſſoris viuentis poteſt fieri Inue-
ſtitura ſub conditione ſi ſibi aperiatur, ratio
eſt, quia, non eſt in huiuſmodi feudo ſucceſ-
ſor hæreditarius, & ideò nihil ſibi aut ſuc-
ceſſori ſuo præiudicatur In tit. de feu. dat. in
vic. leg. commiſſ. reprob.
38 † Vbi non opus eſſe conſenſu, dummodò
detrimentum ſibi non contingat ad tit. quid
iur. ſit, ſi poſt alien. &c. vbi, profectò ſi Domini
voluntate vendiderit &c. & ad tit. de feu. alien.
per Feder. ſub princ. ibi, ſine permiſſione illius
Domini ad quem feuda ſpectare dignoſcitur &
optimè in tit. ſi de feu. def. §. moribus. in fi. in illis
verbis, & in tali inueſtitura cõſenſus eius de cuius
feudo ſit, exquiri non oportet. Id cur ità? quia
nihil eius intereſt, & ità in caſu noſtro filio-
rum nihil intereſt, quia pater ſibi, & eis prę-
iudicauit, & ideò non eſt eorum opus con-
ſenſu, aut interuentu ad huiuſmodi aliena-
tionem, ſed tantum agnatorum, quia eorũ
intereſt, & ſimile in tit. An agnat. vel fil. &c.
Vbi agnatorum conſenſus deſideratur, vt
de veteri poſſit noua fieri Inueſtitura, in
filium ipſum, vt ibi. & in §. Titius ſi de feu.
39 def. † Vbi pariter non filius ſed agnatus
admittitur ad reuocationem, & conſenſus
ex quo manifeſte conuincitur hoc ius filijs
eiuſdem deſideratur tacitus, vel expreſſus,
vt teneat refutatio in remotiorem agnatum
40 non filij, nequaquam competere, † quia
alioquin agnatus tanquam remotior in gra-
du excluderetur, vt ad litteram Kircherb. in
41 diſt. feu. cap. 5. ſub n. 51. † Nec pro filio adeſt
vllus ex Iure feudali locus, qui hoc Ius ei
tribuat, ideò nec nos id ei dabimus, cum ni-
hil ſit ſine certa Iuris auctoritate firmandũ
vt ſubdit ibid. Kircherb. & refert ante eum
Piſtor. q. 13. num. 34. 35. (quicquid ſibi quaſi
contrarius, aliter poſtea dixerit contrà Piſto.
ipſe Kircherb. d. cap. 5. à numer. 61. ad 78.)
42 † quare (quantum errauerit communis in-
terpp. Schola, quæ tenuit non præiudicari,
teſte Vult. d. cap. 11. numer. 86. Piſtor. d. q. 13
43 num. 18.) † pateat ex iſtis, quę manu palpã-
tur, meritò Piſtor. d. q. 13. à num. 33. & ſeqq.
aliam ſtrenue defendit, & eum ſequens
Vult. d. cap. 11. num. 88. ait in genere feudi fi-
44 lijs à patre præiudicari † quia (ſubdunt)
& ecce in rationem noſtram reincidentes,
verius eſt filios omni caſu feudum acceptò
45 referre patri. † Eius igitur, ſine quo ad feudũ
ipſis nullus eſt aditus, factum præſtare ne-
ceſſe habent, & vt per eund. Molin. de Hiſp.
primog. lib. 4. cap. 1. num. 25. vbi alios, & etiã
46 Inuentario facto. † Scio te mihi ſtatim obie-
cturum, quicquid ſit, hodie inualuiſſe, vt fi-
lij non minus, quam agnati poſſint reuoca-
re alienatum, ex pacto & prouidentia feu-
dum antiquum vt tenent communiter Docto.
in tit. ſi de feu. def. §. 1. Intrigl. de feu. q. 51. nu.
13. & ſeqq. ſecundum quam ità fuit iudicatum
etiam in emphyteoſi Eccleſiaſtica teſte Illuſtriſſ.
Ricc. collect. 2126. & Gam. dec. Luſit. 8. per tot.
iunct. add. ibid. ad num. 6. vbi de comm. & à qua
in conſulendo vel iudicando nõ ſit recedẽ-
dum, ſi hæres non fuerit, aut ſi fuerit quidẽ
ſed cum beneficio legis, & Inuentarij, ſecus
ſi ſimpliciter; & hanc ſententiam, vel ea de
cauſa potiſſimum recipiendam, quod iam
dudum cõſuetudine inualuerit, dicit Myſin-
ger. obſer. 85. cent. 4. vbi tamen inuoluit, &
pleniſſimè Præclariſſ. Præſ. Bello. conſ. 48. per
tot. (At nos ad ipſum §. Titius in cap. 44.
extricabimus) à qua in Iudicijs recedendũ
non eſſe dixit Kircherb. d. cap. 5. num. 53. in fi.
tametſi ipſe contrarium ſentiat, vt num. 51. ibid.
& pluribus citat. oſtendit communiſſimam
Roſent. cap. 9. concl. 67. in princ. & lit. à. ità
quod nunc eſſet contra iſtimulũ calcitrare.
47 † Scias tamen, & tu mecum, vnà cum
Piſtor. d. quæſt. 13. ſub numer. 76. verſ. non latet
nos; quicquid hæc ità ſint, prodeſſe poſſe
cognouiſſe veritatem, & præterea illud, cõ-
trouerſias tantas ex incognita cum variorũ
textuum, qui nihil ad rem facerent peruer-
ſione exarſiſſe, nam quid huc intrudere tex. tit.
d. ſucceſſ. feu. quod nulla diſpoſitio teſtantis
valeat, vt faciunt cita. in d. glo. A. ſi ibi de mo-
do ſuccedendi, eoque non alterando agitur
& nos de alienando, inter quæ eſt toto cęlo
differentia, vt cap. præced. tactum eſt, vel quid
facit ad rem, quod filius dicatur proximior agna
tus, vt in eadem glo. a & Kircherb. d. cap. 5. ſub
num. 52. tàm quia non cadit agnatio nec ea-
dem in filio ratio, quæ viget in agnato,
quam etiã quia textus omnes, aliter in filio
aliter in agnato diſtinctim decernunt vt in d.
§. Titius. ſi de feu. def. d. tit. de alien. pat. feu. d. ti.
an agnat. vel fil. p quo adde Piſto. d. q. 13. n. 44.
& ſeqq. quã verò illud erroneũ, quod filij nõ
habeant à patre? cum tamen toties contra-
48 rium verius eſſe oſtenſum fuerit? † Cęterùm
reliqua fundamẽta pro hac opinione, quod
filius poſſit reuocare recenſuit Piſto. d. q. 13.
num. 1. & ſeqq. quæ tamen omnia iam ceſſa-
re poſſunt ex traditis paſſim à nobis, ſed ſi
gillatim per Piſtor. ead. q. 13. num. 62. & ſeqq.
reſpondendo ad fundamenta nu. 2. & ſeqq.
& Excellentiſſ. D. Bello. in d. Conſ. 48. num. 49.
ſeqq. (forte, oculatiſſimus vir hoc pręca-
uens) ad aliud & quidem magis tutum ac-
ceſſit fundamentum poſitum in nullitate
alienationis ob defectum ſolemniũ vt ibid.
per eũd quod cauſam in tuto collocauerat.
49 † Agnatis autem non præiudicare con-
cedimus, prout & hi omnes aperte probant
mox allati, qui in filio, & agnato loquuntur
Kir-

Kircherb.d.cap.5.numer.45.& ſeqq.Roſen.d.
concl.67.cap.11.num.9.Vult.cap.11.num.93.
50 *& ſeqq.*† Vbi quid ſi hæres ſit, aut cum be-
neficio legis, & Inuẽtarij, *Craſſ.in d. §.hæredi*
tas.q.vlt. num. 29. Piſtor. q. 12.per tot.etc.vt
ſupr.

Inferamus ad rationes vel aliorum, vel
nouam; Hãc verò, vtrunque caſum com-
plecti, & filij, & agnati, etiam in his term.
conſpicis, & ſemper veram experiris ſecun-
dum (vt in his term. loquar) vera Iuris Feu-
diſtici principia, quicquid garrierint poſtea
alij, nam præiudicatur filijs, quia ius me-
tiuntur à patre; non præiudicatur agnatis,
quia Ius non dimetiũtur ab agnato. In quo
iacet vis rationis noſtræ.

Age verò aliæ rationes *ſupra verſ. Iduerò,*
num.21. & ſeqq. ex aliorum ſententia allatę
huc non applicantur, quia omnes radicem
agunt in primo acquirente; & tamen etiam
alij vltra primum acquirentẽ poſſunt præ-
iudicare, vt dictum eſt, ergo ratio non eſt
vniuerſalis, ad omnes caſus, ergo mala *ſupr.*
cap.4.num.30.& ſeqq.

Et ex ratione noſtra vniuerſali, & ex idẽ-
titate formularum ſiuè informium, ſiuè for
mium *pro ſe, & filijs, pro ſe, & hæredibus*, idẽ
omninò fieri iudicium contingit, vt quod
dictum eſt de feudo ex pacto, & prouiden-
tia, nouo vel antiquo, idem quoque dici
oporteat & de feudo, ſiuè informi, ſiue mix
to, quod non detur reuocandi poteſtas filio,
detur agnato, & cum hoc moderamine tem
perentur opiniones inter ſeſe contrarię cir-
51 ca feudum mixtum, † Alijs dicentibus in
feudo mixto filium, & agnatum reuocare,
Piſtor.q.14.à num.2.vſque ad num.33.incluſi-
52 *uè.* † Alijs e diametro nec filium, nec agna-
tum *à num. 34. ad 53. incluſiuè*, nam ſecun-
dum principia feudalia filij nullo pacto re-
uocabunt, nec ſi fecerint Inuentarium, vt
mox dicam, Agnati reuocabunt dummodo
non hæredes, vel ſi hęredes; dummodo ſint
53 cum beneficio legis, & Inuentarij. † Et ità
ex rei veritate idem eſſe in feudo mixto ac
in feudo ex pacto, demum tenuit *Piſtor.d.q.*
14.num.54.vbi omninò vide. In feudo autem
ex pacto & prouidentia ita ſenſuiſſe, vt filij
non reuocẽt, patet ex loco ad quem ibid. ſe
retulit, & eſt locus ſupra *cit.num.*48. & licet
54 communiter aliter receptum ſit.† Ità quod
*(vt ipſe ait) ad fin.d.num.*54. hæc doctrina in
55 iudicijs egre obtinere.† Tamen etiam ſcias
quod in hijs term. feudi mixti *dixit Id.Roſen.*
cap.9.concl. 67.in glo.K.in fin.quod ſi conferas
loca de hoc loquentia, tantam plerunque inue-
nies veritatem, vt inter conſulentes ferè omnes
ſibi ipſis contrariates, vt neceſſe omninò habeat
hoc negocium ex legibus, & rationibus, non ex
neglecto quid vſu, & in Iudicijs obtineat, non
56 *auctoritatibus, determinare,* † *Hæc Roſent* con-
fert quod ſubijcit *Piſtor.ſub d.num.54.paulò*
ante fin. Quod valdè eſſet conſultius reiecta cõ-
muni diſtinctione, ex iuris feudalis textibus quę-
ſtionem hanc definire, atque hinc de feudo pro ſe
& hęredibus idem ſtatuere, quod in feudo alicui
ex liberis conceſſo Iuris eſſe probaueras, ne dum
figmentis commentatorum inhærentes, de ina-
nibus vocabulis diſceptamus, ipſam rei veritatẽ
amittamus, quod pleriſque in hac materia con-
57 *tigiſſe videmus* † *Hæc ille (Vir ſanè exactiſſimus)*
& de re feudali, (iuditio meo) benemeritiſſimus,
tametſi non in omnibus, & per omnia tutus
ſed qui multa penetrauit, proxime acu rẽ
58 tangens in pleriſque.† *Quicquid Roſent.* ab
eo diſcedere, quaſi de induſtria, ſæpe videa-
tur, ſed ſenſus occultos (licet ſcripta eius
præuiderit) aut penetrare noluit Roſent.
aut ſi penetrauit, amplecti recuſauit, ſuo
quiſque ſenſu laborat, omnes duce vero &
59 fide caruerunt. † Et ideò æque deceptus
Kirch. qui eandem contra *Piſtor. opinionem*
tuetur in diſcur.feu.cap.5.à num.61.ad.78.vbi
num.66. de com. Roſent. tamen per eum non
allegato, cum tamen quaſi ad verbum eum
tranſplantaſſe videri poſſit legenti, & à qua
opinione ipſe *Kircherb. paulò ante ſub num.*
51.non abhorrebat.
60 † Ex eodem fonte deriuat, vt idem omni-
nò ſit dicendum in feudo informi, & omni
alio & nullo caſu prodeſſe Inuentarium
filijs, prodeſſe tamen agnatis, niſi vno aut
altero caſu, quando ſcilicet feudum eſſet
abſolute hæreditarium, aut quando per illi-
citam alienationem feudum Domino de-
61 uolueretur.† Nam certum eſt quod Inuen-
tarij, & legis beneficium cõſeruat Iura pro-
pria, iura proprio nomine competentia, nõ
ea quæ ex perſona, & iure competunt de-
functi, *l.ſcimus.§.et ſi præfatam.et.§.in compu*
tatione, et ibi ſcrib.C.de Iur.delib.et alia iura ci-
62 *tata infra ca.64.nu.158.*† Ac ne longius di-
uagemur, in term. feudi ex pacto & proui-
dentia non prodeſſe Inuẽtarium filijs *Surd.*
conſ.423.num.36. lib.3. multos referẽs, Molin.
de Hiſp. primog. lib.4 cap.1.num.25. vbi alios
& indiſtinctè in omni genere feudi ſiue hę-
reditarij, ſiue familiaris, *Ioan. Schon. lib. 1.*
diſp.q.th.130.Vueſemb.de feu.cap.11. ſub nu.
63 *18.Surd.*† in feudo mixto & etiam ex pacto
ſaltem nouo *in conſ. 305.numer.45.et ſeqq.*
64 † vbi inuentarium non prodeſſe quoad ea
quæ fuerunt hæreditaria defuncti, & eo nõ
obſtante, hæredem teneti habere ratum de-
functi factum, non ſecus ac quando feudũ
eſt abſolute hæreditarium, in quo Inuenta-
rium, indubitanter non ſaluat *Phan. tract.*
diu.de inuent.cap.243.nu.37.iuncto.à nu.133.
ibid.verſ.cæterùm et infra num. 42. Roſent. in
cap.9. concl. 71. num.19.quatenus (ait) filium
reuo-

reuocare non poſſe, etiam ſi hæres non ſit patris,
nam idem multò minus, ſi hæres ſit (licet cum
65 beneficio legis) † & idem ſi ſit feudum ex pa-
cto,& prouidentia,dummodo nouum,iun-
cta ibi glo. h. vt recenſet Docto. quod feudū
ex pacto nouum,non poteſt reuocari per fi-
lium hæredem cum beneficio legis, & In-
uentarij, quam ſententiam in feudo nouo
communiorem, & ſine difficultate eſſe reſ-
pondit Burſat.conſ. 49.num. 50.vol. 1.retulit
Vult.cap. 11.num.94.et Roſent. ibid.cum alijs,
66 vt ibi † & eſt generale, ſiue delictum reſpi-
ciat Dominum directe,ſiue nō Vult.cap. 11.
num.7. cum alijs,vt ibi, Infer tu hinc ad duo.
Ad primum, quatenus firmatum eſt filio
præiudicaſſe alienationem paternam, ergò
ſumus in prima parte dicti Roſenr. Ad ſe-
cundum,quatenus admittit in feudo nouo,
nam ſi datur caſus quod ab initio cum feu-
dum conſtituitur,feudum fuerit ità hęredi-
tarium,vt Inuentarium nō proſit, profectò
dicere nō poſſumus naturam ſemel aſſum-
67 ptam fuiſſe dimiſſam,† Iuxta illud quod ſe-
mel aſſumpſit nunquam dimiſit, et ad ſupra
ad cap.9.num.33.et ſeq.verſ.demum ſaltem,
68 vbi vide.† Et feudum nouum ex pacto fuiſ-
ſe feudo hæreditario per omnia exæquatū
etiam dicit Tom.de Mar.tit.6.ſub num.14.ſub
verſ.In quo feudo pag.mihi 325. & propterea
Inuentarium non releuare Idem tit.3.de feu.
ex pact.et prouid..ſub numer.16.verſ.pręterea
fo.251.Reg.de Pont.conſ.16.num. 80.lib.2.et
conſ.14.numer.27.eod.lib. Quarè non poſſūt
iſta ſeparatim cenſeri feudum nouum, &
feudum antiquum in eadem perſona filij,
quicquid ſit in perſona agnati,vt ſupra c.11.
num.7.et ſeqq.et cap.9.num.33. et ſeqq.
69 † Ex his,vt vides, diuerſa eſt ratio in agna-
to,ad cuius rei vberiorem diſcuſſionem, ita
diſtinguamus, Aut agnatus eſt hæres in al-
lodio ſimpliciter abſque Inuentario,& om-
nes communiter tenent non poſſe feudum
alienatum reuocare, vt comm.affirmat Piſtor.
q.11.num.11.Clar.in §.feudum q.42. verſic.
ſucceſſiuè quæro,Roſen.cap.9.concl.69.nu.15.
Surd.conſil.353.num.5.lib.3.Kircherb. in diſc.
feu.cap.5.num.79.alios referens, quod tamen
intelligit procedere, pro ea parte tantum,
pro qua eſt hæres,ſi alios habeat cohæredes
vt num.80.ex trad.ab Piſto.q.9.num.12.vſque
ad num.16.cui addo Molin.de hiſp: primog.lib.
4.cap.1.ſub num.24.Surd.conſ. 73.ſub nu.34.
conſil.150.num.83.84.Pinel.ad l.1.par.3.ſub
num.79.ad fin.et ſeqq.pag.513.et ſub num.80.
pag.517. Vbi ſi nihil ſit in hæreditate C.de
bon.mater. Facbin.lib.7.contr.iur.cap.13.ſub
lit.A.in fin. Roſen.c.9.concluſ. 75.et ad concl.
73.
70 † Aut agnatus eſt hæres cum beneficio le-
gis & Inuentarij,& tunc ei prodeſt ad reuo-
candum feudum alienatum, ſiquidem ad
eum proprio Iure, & ex perſona propria
ſpectat feudum, nō autem ex Iure defuncti,
Vnde Inuentarium ei prodeſt,quia agit de
ſaluando propria Iura; et ita Clar.mox cit.
Pinel.num. 93.Roſen. cap.9.concl. 71.nu.1.2.
(licet loquatur etiam de filio cum alijs; ſed
erroneè ſecundum feudorum Iura.) Atque
ita omnes tenere ait Curt.de feu.par.4.n.148.
71 refert kirch.d.cap.5. num.81.† ſi tamen (ſub-
dit) num. 82. tantum non ſit in hæreditate,
quanti feudum ipſum æſtimaretur, vt ibid.
per tot.et ad Petr.de Grego.de cōceſ. feu.par.3.
q.6.num.16. et ibi add.fin. cui adde Roſen.d.c.
9.concl.72.num.7.et ſeqq.concl. 74.et cōcl.71.
num.3.et 4.et Surd. in term. feudi et Inuentarij
conſ.353.nu.7.lib.3.conſ.571.ſub nu.55.lib.4.
72 † & tūc qui vult reuocare tenetur bona In-
uentario ſcripta omittere, & alienata reuo-
care, Menoch. conſil.203.ſub num. 25.et ſeqq.
73 lib 3.† & pro qua parte, vide eundem caſus
diſtinguentem in conſil. 125.lib.2.& hoc de
74 agnato ſic procedit † Quicquid Vult. cap.
11.ſub num. 94. volu.prim. poſt princ. ſenſerit
agnatum hæredem etiam cum Inuentario
non poſſe reuocare,ibi,verſ.quod autē agna-
tur, idque ex eo,quia ſit regula Iuris indubi-
tata, quod hæres facto defuncti cui ſuccedit
contrauenire nec poſſit,nec debeat, nā hoc
non procedit quoad ea quæ proprio Iure
ſpectant ad hæredem,vt ſupra num.70.dictū
75 eſt.† Alij dicunt vt pro rata bonorum non
poſſit reuocare et hanc eſſe comm. opin. à qua
in conſulendo,& iudicando non ſit recedē-
dum;Hoc dicit (licet teneat cōtrarium add.
ad Gam.dec. Luſit.8.ſub num.6.verſ. de hęrede
verò)& quidem optimis fundamentis,vt ibi
per eum, cuius opinionem exiſtimo veriſſi-
mam ſed alia opinio(vt dixi)inualuit At nō
aliter prodeſt inuētarium niſi tribus ſimul
concurrentibus,quod filij ſint hæredes pa-
tris, Item & cum inuentario, & tandem ꝙ
nullum ſentiant commodum ex hęreditate
vt ait eleganter D.Piſc.int.conſ.Ozaſ.volum.2.
conſ.21.num.71.inneſt.ad quæ dictam receptam
opin.num.70.
76 † Hæc eſt recta linea rationis, & Iurium
feudalium,tu ſi vis ſcire communes opinio-
nes,dic quod in feudo ex pacto,& prouidē-
tia plerique admittunt ad reuocationem tā
filium,quàm agnatum Roſen.cap.9.concl.71.
in prin.et lit.a.et concl.72.etiam in princ.Craſſ.
77 in §.Hæreditas.ſub num.29.verſ. alij verò.† In
feudo mixto, vix quæ ſit communior opinio, diſ-
cernet,ſi videat Roſen.in d.cap.9.concl.72.glo.
a. Vbi Inuentarium non prodeſſe collata gl.
d.vbi prodeſſe, et pro qua de iudicatis in Came-
ra Imperiali vt ſub num.5. et in Senatu Pedem.
vt in d.glo.d.ex Ozaſ.dec.180.numer.fin.et ad
Craſ.in d.§.hæreditas ſub nu. 29.verſ.cōtrariū,

Vbi non prodeſſe, *licet Roſent.d.cõcl. 72.ſub d.num.*5.intrepide,&recte ſcribere pileanos
dicat prodeſſe ſentientes, & recte quidem
eum ſuppoſito communi, quod mixrum ſit
idẽ ac feudũ ex pacto *vt ibd. Roſen.* & quod
ad iſtud ſuecedant filij iure proprio, non tã-
quam à patre capientes, ſed tanquam à ma-
ioribus licet hoc ſuppoſitum ſit erroneum.
Vnde ſecundum veritatem, nec in feudo ex
pacto,& prouidentia nec in mixto filius re-
uocaret, quia iure nititur defuncti, agnatus
78 reuocaret, quia ex iure proprio † & hoc ꝑ
cedit in vrroque feudo ex pacto,& prouidẽ
tia,& mixto, vt toties dictum eſt,& *Pincl.ad*
79 *l.1.par.3.num.94.C.de bon.mut.* † Quare con
eiliãdi occaſio erit aperta, vt vna opinio ad-
mittens reuocationẽ procedat in agnato, al
tera nõ admittẽs ꝓcedat in filio *ad Brun. cõſ.*
18.*nu.*16.vbi in ter.ità diſtĩguit, licet nõ aſſẽ
tiat *Roſ.in d.cap.72.in gl. d.col.ſeq.ſub princ.*
80 & vere *Docto.* loquantur etiã in filio † Quo
ad feudum informe, eadem eſt ratio, ſiue il-
lud vt mixtum intelligas ſiue vt ex pacto,
ad.*Roſen.cap.2.concl.*50.niſi quia ſi vt feudũ
ex pacto,& prouidentia conſideres facilior
erit reſolutio, quod admitti poſſit ad reuo-
cationem feudi, ſecundum traditiones Do-
cto. ſi ſit hæres cum beneficio legis, & inuẽ
tarij, ſin ſi vt mixtum tantum pauló diffici-
lior euadet diffinitio, propter opiniones in
mixto magis diſſentientes. Dic agnatum cũ
beneficio legis ad reuocationẽ feudi in for-
mis admitti ſecundum *comm.traditiones Ro-
ſent.d.cap.9.concl.72. nu. 1. ad quẽ ſimpliciter
ſe remittit Vult d.cap.11.num. 91.in fin.*
81 † Quoad feudum nouũ ex pacto, & pro-
uidentia ſubſiſtunt antedicta *nu.18.& ſeqq.*
82 † Quoad verò hæreditarium mixtum, nec
inuentarium quidem ſaluare, quia teneatur
ſeruare factum defuncti *Affl.dec.112. num.
3. & 4.* multó magis quoad hæreditarium
ſimpliciter, in quo nec agnato, nec filio pro
deſſe inuentarium *communiter tenent. Roſen.
d.cap.9.concl 72.num.6. & glo.e.Cruß.in d.§.
hæreditas quæſt.12.ſub num.32.verſ. uut loqui
mur* in feudo mero,& recte quia merus hæ-
res in eo ſuccedit *ad ſupra cap.38. num.2.&
ſeqq.*& ideò vt in ius defuncti non vt in pro
prium &c. *& ad ſupru num.64.hoc.ipſo c.* 52.
83 † Vna ſupereſt obiectio tollenda, quia ſi
vt ſupra num.5.6.dictum eſt alienatio eſt nul-
la facta ſine conſenſu agnati, ergo,& alienãs
ipſe,& eius hæredes poterunt quandocun-
que reuocare,& ſic filij, & ſic veriſſima erit
communis opinio, ęque filios ac agnatos ad
84 mittens ad reuocandum † Reſpõdetur hãc
nullitatem ob defectum conſenſus agnato
rum non tangere ius publicum, ſed ſolum
priuatorũ, & non eſſe ipſo iure nullum ſed
inualidum vt ait *Gallup.ſub.num.86.infra ci-
tandi num.*14.& tangere præiudicium ipſo-
rum agnarorum, qui poſſunt ſuo iuri renun
ciare, & ſibi ipſis præiudicare conſentien-
do vel alienando ad ſupra *cap. 23.par.2.nu.*
100. quare nec ipſimet alienantes nec filij
aut alij hæredes admittenrur ad reuocandũ
feudum alienatum: vltrà quod vt pariter ad
uertendum, nec contrahens nec eius hæres
poteſt contrauenire actui etiam contra le-
gem facto, quando lex annullat aut prohi-
bet actum non fauore contrahentis ſed alte-
rius vt hic quia prohibita eſt alienatio ad p̃-
iudiciũ domini derecti principaliter *ad Thã.
de Inuent. par.7.num.111.verſ.15.quum qui-
dem & num.148.verſ.nunc. dicamus, & num,
ſeqq. in tract. diu. de Iuuent. quæſt.244.Surd.
conſ. 196.ſub.num,58. lib.2. Mol.de Hiſp.pri-
mog. lib. 4.c.1.num.17. & ſeqq. Roſen.*

CAP. QVINQVAGESSIMVM TERTIVM.

De alienatione feudi illicita.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio in caſu illicito, vt ſine conſenſu Domini cui præiudicet plures opinioner etiam remiſſiuè.*
2 *Et Interpretum lites adnotantur.*
3 *Auctoris opinio ex §. denique. Quæ fuit pr.cau. benef. amitt. vt & fily & agnati priuentur vt habeat Dominus iniuriæ ſuæ vltionem. & num.19.*
4 *Adduntur & alij tex. & eſt comm. opinio. et num.5.*
6 *Quicquid ſit controuerſia, quę ſit magir Cõmunis et num.7.8.*
9 *Auctor probat magis cõmunem, vt filij et agnati priuentur.et num.10. 11.*
10 *Et in puncto iuris veriorem nec attendendam allegatum æquitatem.et num.14.et ſeqq.*
11 *Ad inſtar delicti quo directò offenditur perſona Domini.num.12.et 13.*
15 *§. Denique hanc in rem ponderatur. et nu. 18.*
16 *Magis conſulto et deliberatè factum præſumitur quod repetitur.*
17 *Actus geminatur difficilius tollitur, et geminata renunciatio impedit reſſiſſionem contractus.*
18 *Ratio de contemptu Domini perpenditur.*
20 *Hoc ius ſpeciale, vt habeat Dominus iniuriæ ſuę vltionem, reincidit in principia feudalia, et id quomodo oſtenditur.et num. 21.*
Conſiderato ſtipitè infecto vel vno ramo tantum ſub eod.

22 *Fide-*

22 *Fidelitas eſt indiuidua, et de ſubſtantia feudi.*
23 *Forma ſicut dat eſſe rei, ità ea læſa ipſa res deſtruitur.*
24 *Et conceptus mentis de toto corpore ſeù familia circa eius fidelitatẽ inficitur et intrat alius cõceptus in contrarium.*
25 *Et loco beneuolentiæ, qua ab initio Vaſallum feudo honorauit, intrat intumeſcentia.*
26 *Natura intumeſcit quando offenſus videt iuxta ſe vel offenſorem, vel eius proximas perſonas, et totius familiæ candor primus interrumpitur.*
27 *Exemplum quod per vnum tota familia læditur in muliere corporis ſui prodiga.*
Qui fornicatur, in corpus ſuum peccat, non ſolũ ſui ipſius, ſed etiã totius Eccleſiæ, et per vnũ membrum macula in omne corpus diffunditur. ſub eod.
28 *Et loco honoris et deuotionis, quam natura feudorum deſiderat intrat indignatio.*
Nec Vaſallus videtur amplius poſſe honeſtè ſtare incuria. ſub eod.
29 *Vox* ſuæ, ad d. §. denique *ponderata.*
30 *Et vox* (ſaltem) *quæ eſt ſubſidiaria et diminutiua. et num. 32.*
31 *Nulla alia pęna fuit comparata pro tali alienatione illicita, quam priuatio feudi.*
33 *Menoch. reprobatur dicens quod non obſtante pacto quod feudum ad Dominum reuertatur feudum aut emphyteoſim antiquam ad eum, non deuolui.*
34 *Quęſtio de beneficio inuentarij non intrat ex quo omnimodo feudum ad Dominum reuertẽdum eſt.*
35 *Item ſubuertitur dictum Roſent. quod ſucceſſores reuocent feudum illicitè alienatum.*
36 *Item eorum qui; quod in vita tantum alienantis teneat Dominus.*
Nemo tamen niſi Dominus poteſt opponere de nullitate talis alienationis. ſub eod. *et num. 63.*
37 *Quia hoc intelligitur ſi Dominus velit et poſt eius declarationem non antea.*
38 *Idem quamuis ius tertij eſſet excluſiuum intentionis agentis, vt intelligatur ſi ipſe tertius velit.*
Et debet eſſe conqueſtum in vita Vaſalli. ſub eod.
Nemo poteſt allegare defectum conſenſus Domini, nec agnatus quidem ibid.
39 *Fallit vt etiam agnatus ſi ipſius interſit.*
40 *Etiam non obſtante proteſtatione, nec iudicio inchoato.*
De proteſtatione contraria facto, remiſſiuè. ſub eod.
41 *Exempla remiſſa caducitatis accipiendo decimas.*
Et quid ſi feudum ſit indiuiduum, vt non amittatur. ſub eod.
42 *Si pars tantum alienetur, ea tantum amittetur ſi tamen ea pars tanquam feudum et nomine feudi alienetur.*
43 *Secus ſi vt allodium et nomine allodij, quia totũ amitteretur et ità conciliantur contrariæ opiniones.*
44 *Idem in fideicommiſſo. 45. & ſub num. 47. vbi limitatur.*
46 *Quid in non ſoluente Canonem, remiſſiuè.*
47 *Quid in emphyteota partem deteriorante remiſſiuè.*
48 *Quid ſi feudum negetur, idem vt in illicita alienatione. & num. 51.*
49 *Inficiatio alienatione peior.*
50 *In quo dolus probandus.*
52 *Differentia* an quis negauerit, an verò dubitauerit.
53 *Tàm de Vaſallo quàm de emphyteota negante, remiſſiuè.*
54 *An & quando noceat inficiatio, remiſſiuè.*
55 *In fideiuſſore & ſocio aut emphyteota negantibus, remiſſiuè.*
Sed probandum contrarium rem eſſe feudalem, nec admittitur penitentia poſt litem conteſtatam. ſub eod.
56 *Priuationem intellige præuia citatione & ſententia.*
57 *Etiam ſi culpa eſſet notoria.*
58 *Etiam non obſtante* clauſula ipſo iure, *nam neceſſaria eſt ſententia pro auocanda poſſeſſione.*
59 *Si præſcribatur tempus, & poſt illud negetur audientia.*
60 *Si alienatio feudi vel emphyteoſis ſit nulla.*
In crimine læſæ maieſtatis non amittitur ipſo iure dominium, ſed adminiſtratio. ſub eod.
61 *Quid ſi de facto Princeps capiat bona à rebelle remiſſiuè.*
62 *Princeps poteſt aliquando de facto ſpoliare.*
64 *Valet alienatio tendens ad augumentum feudi.*
65 *Alienatio facta ab ignorante excuſat.*
66 *Alia de bonis Rebellium proditorum, et eorum publicatione, ſententia creditis detrahendis.*
67 *Quædam de neceſſitate aſſenſus Domini directi expreſſi non taciti cum limitationibus remiſſiuè.*

1 DIctum † eſt de alienatione licita; Quęramus nunc eo caſu, quod Vaſſallus alienaret feudum ſine conſenſu Domini, & ità in caſu illicito Cui præiudicet alienatio: & in hoc variæ ſunt opiniones, nam vſque ad ſeptem *ipſe Roſ. refert. cap. 9. concl. 68. nu. 1. et ſeqq.* poſſet; & adijci quaſi octaua ex *eod. num. 11. et 12. iuncto num. 7. et glo. 9.* vt ſi feudum ſit ex pacto & prouidentia admittantur agnati ſaltem hæredes tunc beneficio legis, & inuentarij *Surd. conſ. 382. ſub nu. 35 et ſeqq.* vbi ſaltem poſt mortem alienan-

tis reuerti ad agnatos reſtituto pretio,& re-
dire ad agnatos, ſed interim viuo alienante
manere penes Dominum cenſuit Iſern. pro-
ut refert Mar. Frec. de ſubfeud. lib. 2. author.
29. ſub num. 1. et ſub 2. fo. 356. verſ. nec obſtat.
ante fin.

2 † Et tot eſſe, & tantas interpretũ noſtrorũ
lites, vt ad eas componendas Palæmon ali-
quis non immeritò foret requirendus dicit
3 Kicherb. in diſc. feu. cap. 5. num. 105. † Breuiter
non aberrabimus, ſi cum textu præmanibus
hanc queſtionem diſiniamus: is eſt in §. deni-
que in fine, quæ fuit pr. cau. benef. amitt. vbi, &
filios, & agnatos priuari ob contemptum
Domini, vt habeat Dominus ſuę iniurię vl-
tionem.

4 † Adeòquod (cum hoc tex. tam claro,
iunctis alijs vt in tit. quid iur. ſi poſt alien. feu.
Vaſal. id recup. vt in tit. de proh. feu. alien. per
Fed. §. callidis. verſ. pœna authoritate noſtra etc.
vt tit. de Vaſ. qui cont. conſt. Loth. reg. feu. al.)
qua fronte quis contrarium aſſerere audeat
ſe neſcire videre profeſſus ſit Piſtor. quæſt.
5 17. num. 9. in fine. † et ibid. in princ. communem
dicens, et etiam hanc communem dicit Burſ. cõſ.
49. num. 42. 43. lib. 1. communem, et veriorem
non cauillando iura, Franc. Aretin. conſ. 14. nu.
11. ante fi. et alij quos refert, et ſequitur Kicber.
d. cap. 115. vbi à d. num. 105. vſque ad nu. 123.
poſitis hic inde opinionibus reque diligen-
ter examinata hanc tenet, & tuetur, quàm
ſtrenuè, & idem facit Sonsb. de feu. par. 13. à
num. 78. vſq, ad num. 90. alij citantur à Roſ. d.
cõcl. 608. in gl. a et gl. b. et in gl. c. nouiſſimè Excel
lentiſs. D. meus Pręſ. Benc. alleg. 19. (vbi eam
cum tex. et doct. ſedulò enumeratis confirmat)
verſ. non obſtat etiam, & ſeqq.

6 † Cæterum hæc opinio an ſit magis com
munis valde ex Tom. de Mar. dubitari con-
tingit qui tit. 2. de feu. ex pac. & prouid. relatis
hinc inde opinionib. etiam teſtantib. de commu-
ni pro ſingulis reſidet in ea opinione magis
communẽ eſſe agnatos non priuari: & idem
reſultare poteſt ex Roſ. in d. concl. 68. in glo.
d. in qua de filijs magis dubium at nõ de agna-
7 tis. † Attamen ſiue de filijs, ſiue de agnatis
& ad ſingulorum fauorem alios hinc inde
de crebriori teſtantes adducit Kicherb. d. cap.
5. nu. 105. 106. et 107. Item Menoch. conſ. 226.
numer. 218. lib. 3. vbi à numer. 189. vſque ad
fin.

8 † Roſ. autem in d. concl. 68. ſub numer. 12.
ſentiens vim eius tex. §. deniq, cenſuit quod
ſit intelligendus de feudo hæreditario & de
feudo informi, quod hæreditario ait eſſe ſi-
mile & ità excludit feudum ex pacto & pro-
uidẽtia, vt ad hoc ipsũ filij & agnati admit-
tantur, nec eo priuentur vt ibid. num. 11. ſe-
quendo ſeptimã opin. de qua ibid. num. 7. et ſub
num. 14. verùm alibi reiecimus hanc ſuam
imaginatiũ, quod tex. feudales loquantur
in term. feudi informis, ideò non repetam;
& certè magna eſſet reſtrictio ad tex. iſtum:
et ad tot alios: quos loqui de feudo rectò, &
proprio, quod ex pacto, & prouidentia ap-
pellant, pluſquam eſt certum: alibi fuſius
aperuimus, nec vllus, qui, vel limina feudo-
rum tetigerit, eſt aliter vnquam dicturus.
9 † Atqui ſi cum Doctoribus ſentientibus pri
uari etiam agnatos coniungas aliam opi-
nionem, qua dicitur delictũ directò in Do-
minum commiſſum æque agnatos afficere,
10 proculdubio erit magis communis; † Quia
hanc in caſu delicti huius eſſe magis com-
muniter receptam, & in iudicando ſeruan-
11 dam dicit Vult. cap. 11. nu. 71. per tot. † Quod
autem coniungi poſſint, & debeant, patet,
quia actu coniunguntur à Doctoribus, dum
ad id probandum adſerunt, & vtuntur d. §.
denique, quæ fuit pr. cau. benef. ammitt. vide
Vult. et alios citat. ſupra cap. 6. et ſeqq. vbi vi-
debis ex Doctoribus omnes textus ſimul cũ
mulatos de delicto loquentes cum tex. d. §.
denique, & quod plus eſt ratio, qua vtuntur
vt habeat Dominus ſuæ iniuriæ vltionem,
12 non eſt niſi in tex. d. §. denique † quinimò,
quod mittit falcem ad radicem, ipſe §. deniq;
poſt culpam, caſum alienationis immediatè
ſubiecit, idem in ea ſtatuens litteris rotũdis.
13 † & non eſſe diſtinguendum inter delictũ
& alienationem cedit Roſen. d. concl. 68. num.
13. et 14. quicquid pleriq; (vt ait) diſtinguãt
in gl. l. citati. et Lanar. in rep. tit. ſi vaſ. feu. priu.
hanc tenet detecto egregiè errore glo, (à qua
ſumpſit originem prima opinio Doctorum
non coſiderantium). ibid. ſub nu. 37. verſ. quid
dicendum. et numer. ſeqq. iunct. num. ante 36.
ad quem virum Eminentiſſimũ in hac di-
ſciplina remitto, quia etiam reſpondet
contrarijs, nec ego ſoleo columnas trãſpor-
tare. Poſt hęc ſcripta viſus. vbi ſub verſ. quid di
cendum. hanc opinionem in puncto iuris ve-
riorem teſtatur & peroptime confirmans
re bene examinata, vt ibi. & idem aſſerens
quando feudum amittitur ob ſeruitium nõ
pręſtitum, quia hæc omnia non ſolum re-
ſpiciunt directò Dominum ſed etiam totũ
Imperium, & Reipublicæ vtilitatem num.
14 40. † Nec huc mihi obijcias æquitatem ſta-
re pro altera opinione, quod agnati non pri
uentur cum Bald. in d. §. ſi Vaſallus culpam
ſub num. 1. ſi de feu. def. qui (in term. delicti lo-
quens) adducitur in term. alienationis no-
ſtris ab Roſ. d. cap. 9. q. 68. glo. d. in princ. quia
vltra reſponſionẽ in propoſito iam accomo
datam ſupra. d. cap. 50. verſ. ad rationem num.
16. vbi omninò vide: & vltra reſponſionem,
quæ ex hoc ipſo reſultat, quatenus confun-
ditur delictum cum alienatione, & ità intrãt
prædicta Adde tu aliam reſponſionem ad

iſtud

iſtud, quod iſtiuſmodi prætenſa æquitas eò
magis effugienda, hincq; penitus ablegan-
da proponitur, quod in nimis multa impe-
tum faceret, nimis multa violaret; primo
textum ipſum, ſecundo imò plures plures
textus, & eorum litteram, tertio rationem
expreſsã. Seù cauſam finalem. quarto ratio-
nem tacitam. quintò, & vltimò intentionẽ
peculiarem, quæ paulò exactius ex noſtri
ſententia (cum alij aut non tangant, aut vix
tangant, aut nõ omnia iſta tãgant) voluimus
vt ſequitur enarrare.

15 † Ad primùm violatur *tex.d.§. deniq*, vbi
tex. legi poteſt ad litteram; nec eſt dubitan-
dum quin loquatur in feudo etiã antiquo,
& ſic contrà agnatos, quia *in toto illo §. agna-
ti complectuntur manifeſtè* & ità ex eodem
ipſo tex. colligi fatetur *Roſ.d.cap.9.concl.68.
ſub num.14. Piſtor.q.17.num.11.* & alij com-
muniter, licet quidam de nouo tantum in-
tellexerint, citati à *Roſ.d.concl.68.gl.m.* quos
ipſe non recepit *vt ibid. ſub num.14.* nec ta-
cere volui, vt ſcires nihil eſſe ſine contradi-
ctione.

Ad Secundum violantur plures tex. ad lit
teram iam ſupra citati *num.4 hic et cap.50.
16 num.6.et ſeqq.* † nam magis conſultò, enixè
conſiderate, ſeù deliberate pręſumitur fa-
ctum quod reperitur pluribus in locis repe-
titum *ad l. Baliſta ff. ad Trebel. cum alijs citat.
in dec.noſt. Luc.13.num.33.dec.33.num.15.
17 et in flor.56.num.23.* † Ex actus geminatus dif
ficilius tollitur & geminata renunciatio im-
pedit reſcitionem contractus *Dec.conſ.181.
col.3.verſ.ſecundum eſt Alciat. in cap.cum cõ-
tingat.num.89.verſ.limitatur ſecundo.* de iure-
iur. cum his, & alijs cumulatis per *Menoch.
conſ.412.num.87.lib.5.* quare maior detegi-
tur iſthęc violatio, eoq; propterea minus fa-
cienda dicta opinio violatrix.

18 † Ad Tertium violatur ratio ſeù cauſa fi-
nalis in ipſomet *d.tex.§.denique* expreſſim cõ
prehenſa, illa nempe, *quia Dominum conte-
mnere videtur.* quæ cum ſit generalis & com
plectatur omnes non poteſt aliquo pacto re
ſtrigi excluſiue ad filios vel agnatos vt con-
cedit hanc eſſe rationem generalẽ ipſe *Roſ.
d.cap.9. concl.68. num.14.* vt mirandum ſia
quod hoc ipſum agnoſcens tantus vir, con-
trarium tamen ſenſerit, coanguſtato tex. vt
tãtum procedat in feudo informi, aut huic
ſimili hęreditario *vt ibid.num.11.& ſeqq. ſe-
quendo opin. ſeptimam, quã retulerat ibid.num.
17 7.* † Dixi etiam cauſam finalem, hunc verò
finẽ quomodo aſſequeretur Dominus niſi
per modum alicuius pęnę, quę non eſſet ſeù
proficiſceretur de iure ipſo, nam ſi ita eſſet
de iure, Cur addidiſſe *vt habeat iniuriæ ſuę vl
tionem*, cum aliter quàm ex hac ſpeciali cau-
ſa Domino conſultum foret? *vt paulò latius
ad infra hic nu.29.& ſeqq.& ad ſupra cap.15.
num.16.& ſeqq. vbi omni no vide.*

20 † Ad quartum hic ſupra de ratione ex-
preſſa, Addamus quod, & ratio quędam ta
cita violaretur, quatenus, ſi bene conſidere-
tur, ratio illa ſpecialis videtur in ius com-
mune reincidere, & ad iuris feudalis princi
pia redire, & hæc in ea verificari, & intra-
re, ſi quidem quando Dominus concedit
feudum, neminem videt, in via ordinaria lo
quẽdo, niſi Vaſallum ipſum quem inueſtit,
filios, & deſcendentes prę oculis non habet.
21 † quid ergo ſibi ſe ſe offert prę oculis? quo
dam veluti corpus ſimul connexum, & in
confuſo, à quo toto corpore in Vaſallo tan-
quam in capite, & in deſcendentibus tan-
quã in membris, omnia munera fidelitatis
ſperat, & expectat *iuxta tit. de forma fid. &
tit. de no forma fidelit:* itaq; hoc corpus, vt
cunq; videatur à ſuis membris aliquam pa-
ti poſſe ſeiunctionem, ſicuti flumen quod di
uiditur in plures ramos, qui mox inidem re
incidunt. Ita, & filij, & agnati ex eodem
ſtipite, quatenus vel filij p cõtinuationem
in eadem linea dicuntur cum primo ſtipi-
te continuare. vel agnati propter interrup-
tionem lineę dicuntur quaſi riuuli ex pri-
mo fonte originali ad tempus quodammo-
do ſeiuncti eundem tamen fontem ſemper
recognoſcẽtes, non tamen vltimum defun-
ctum, & ita ex proprio eorum iure, vt hæc
alibi diſcuſſa, hæc tamen ſeiũctio nullo mo-
do conſiderari, vel dari poteſt in ratione ad
Dominum, & eius reſpectu, quatenus eius
perſona directò offendatur, licet enim per-
ſona offendens ſit vna ſola tamen in ea, &
per eam manet culpa in toto corpore, & in
tota maſſa vt ſic dicam, comprehenſa: non
ſecus ac ſi effingeres in ramo arboris duas in
fectiones vnam, quę ipſum tantum ramum
infecerit, & hic ſatis erit hunc ramum ab-
ſcindere, & huic comparabimus caſum, quã
do iniuria non reſpicit Dominum directò,
nam ſi delinquentem ipſum ſolum abſcin-
damus, ideſt feudi priuatione puniemus, id
ſatis erit. Alteram verò infectionem quæ
primo in ramum, deinde in ſtipitem tam ci
tò, tamq; violenter inciderit, vt non ſolum
ramus ille, nec ſolum ſtipes, ſed, & omnes
alij rami ad quos infectio forte nondum pe
netrauerat, ſint omnino ſcindendi, & eradi-
candi, & huic comparabimus caſum, vbi
Dominus immediate offenditur, quia fideli
tas à toto illo corpore in maſſa conſiderata
22 fuit etiam per vnum ſolum infecta, † Quia
eſt indiuidua, & quę eſt de ſubſtantia imò
verò ipſamet ſubſtantia, & forma feudi vt
late *Kicherb. in diſc.feu.cap.4.nu.119.& ſeqq.
23 Vult.lib.1.de feu.cap.6.* † & quemadmodũ
forma dat eſſe rei, ita lęſa forma ipſa res læ

24 ditur, & deſtruitur † & loco fidelitatis in
mente ſibi conceptæ per dominum de toto
corpore illo de tota familia illa, intrat alius
conceptus mentis in ſuſpicione de ea conſi
ſtens quia ſępe ſolet eſſe ſimilitudo, & auda
cia eadem in talibus coniunctis, vt *ait in ſpe
cie Bald. in d. §. ſi vaſſallus culpam ſub. num. 3.*
25 † & loco illius beneuolentiæ, & gratiæ
qua dominus ab initio complexus eſt vaſſal
lum, & ramos eius id eſt ad diſcendentes, &
propter quam motus fuerat adiudandum *vi
xta tit. in quib. cauſ. feu. amitt. & tit. de feud.
dat. in vic. leg. comm. in ſi. princ.* intrauit intu
26 meſcentia † Natura enim intumeſcit, quan
du offenſus videt iuxta ſe non ſolum offen-
ſorem, ſed etiam eiuſdem proximas perſo-
nas, *vt ad hoc propoſitum vtar dicto Bald. in d.
§. ſi vaſſallus culpam ſub. d. nu 3. ſi de feu. def.
& totius familiæ* nitor ille, & candor conſer
uatus diu ante huiuſmodi culpam, hodie in
terrumpitur, non ſolum quoad delinquen-
tem, ſed etiam quoad familiam in quam to-
27 tam plerumq, macula inſpergitur † Vt dici
mus de muliere corporis ſui prodiga quam
conſtat toti familiæ eſſe opprobrio *ad l. ſi
qua illuſt. C. ad ſen. conſ. vt orfic. rant. de null.
ex defec. mand ſub num. 24. & per tex in c. ſed
& illud 26. q. 2. ſed & illud (dixit tex) Adde
quoniam, qui fornicatur in corpus ſuum peccat,
nō illud corpus ſolū, quod templum dei effectum
eſt, ſed at illud quod dicitur, quia omnis Eccleſia
corpus Chriſti eſt, et in omnem Eccleſiam vide-
tur delinquere, qui corpus ſuum maculauerit,
quia per vnum membrum macula in omne cor-
pus diffunditur* quem textum etiam ſuperio-
28 ribus accomoda † vnde loco eius honoris,
& deuotionis, quam natura feudorum pręci-
pue deſiderat in vaſſallis, intrat indigna-
tio, rubor indecentia, per quę fit facile quod
Vaſſallus de eadem radice non videatur am
plius ſtare poſſe honeſte in curia domini, vt
pariter hunc punctum tangit, & conſiderat
*Bald. in eod. illo §. ſi vaſſallus culpam ſub d. nu.
3. ſi de feu. def. etc.*
29 † Ad quintam, & intentio quædam pe-
culiaris violata animaduertetur abſcondita
in pronomine illo ſuæ, & in ea voce ſaltem
debet habere dominus vltionem ſuæ iniu-
riæ, id eſt debet habere ſatisfactionem ſuæ
id eſt propriæ iniurię: haberet ne ſi feudum
vel filijs ſecundum aliquos vel agnatis de-
uolueretur atqui nihil minus: vt ſupra *verſ.
ad tertium num.* 18. dictum eſt. Haberet ne
aliquo pacto aliam, & ne hoc quidem, & da
30 tur intelligi ea voce ſaltem † Quæ eſt ſub-
ſidiaria, & diminutiua *Pariſ. conſ.* 134. *nu.* 7.
lib. 3. & profecto ita eſt finge enim vaſſal-
lum non eſſe ſubditum domino, ſed tantum
eum recognoſcere, quia feudum ab eo tene
31 at, † Profecto nulla alia pæna comparata
eſſet quàm priuationis feudi *tex. in Clem. pa
ſtoralis in ver. deniq, et ibi latè Card. et cæteri de
ſent. et re iud. Ozaſ. conſ. 64. num. 10. Gayl. de.
pignor. lib. 2. obſ. 15. ſub nu. 3. adde ad maiorem
declarationem Meno. conſ. 99. num. 95. et ſeqq.
Natt. conſ. 593. num. 2. et 4. et conſ. 594. nu.
19. Roſſ. de crim. læſæ maieſt. num. 106. et de
pæn. num. 47. Surd. conſ. 47. num. 32. 33. d. Ca-
32 bal. caſ. crim. 172. per tot.* † Quod ſi vaſallus
ex alio ſit ſubditus aduerte ſtare etiam di-
minutiue eam vocem ſaltem, *vt ibid. Pariſ.
& luc. de pæn. l. iuſtus ſub princ. C. de iure fiſc.
lib. 10. vt ad minus* pæna hęc intret, vt feu-
dum ad dominum, ſi non aliud deuoluatur
ecce autem æquitaſne vnquam ſuggeret, vt
pæna nulla remanat tantę maculę imò quis
non inclinabit vnà cum tex. vt ſaltem feudi
dominus habeat hanc ſuæ iniuriæ vltionē,
vt ex his libere profitear me nullo pacto ab
hac opinione vnquam receſſurum, & conſu
lendo, & iudicando, ſi caſus (qui abhoren-
33 dus eſt) huiuſmodi contingeret † & mul-
tò liberius repellerē opinionē *Menoc.* in cōſ.
*558. num. 10. lib. 6. vbi, etiam in pacto inueſtitu
ræ adiecto quod propter alienationem ſine con-
ſenſu domini factam feudum ad dominum reuer
tatur,* negat deuolutionē feudi antiqui, aut
emphiteoſis ad dominum vnde nec mirum
ſi ipſemet nec ſibi ſatis fidēs, accedit ad aliud
adminiculum *ibid. ſub d. n. 10. in verſ. rurſus,
34 & quidem meo iudicio, rectè ibi vide* † & per
hæc erit ſuperflua quęſtio de inuentario in
caſu illicitę huius alienationis, quia ſi feudū
omnino deuoluitur ad dominum etiā quo-
ad agnatum ergo multo minus intrabit in
hærede licet cum beneficio inuentarij, &
ita tantus labor *apud Roſ. cap. 9. concl. 71. &
35 72. erit caſſus* † & ita etiam ſubuertetur *quod
ait id Roſ. concl. 68. ad fin.* ſucceſſores reuoca
re feudum illicitè alienatum, quia cum pri-
mis hoc non detur quomodo dabitur alijs
36 † Item & aliud, quod in vita alienantis tan
tum teneat dominus feudum quia ſi tene-
bit ſemper ad quid ità reſtringere, & pro
hoc adde *ſupra cap. 48. nu. 64. verſ. ex his au-
tem* declara tamen prædicta, vt nemo niſi
dominus poſſit opponere de conſenſu ab
eodem non pręſtito in alienatione vnde dū
nondum oppoſuit dominus interim poſſet
feudum in alium transferri *vt infra nu. 63.*
37 † Quia licet alienatio ſit ipſo iure nulla, hoc
tamen intelligitur ſi dominus velit, & poſt
eius declarationem, non antea, *ita Ruin. cōſ.
2. num. 7. lib. 1. & ſequutus eſt Natt. conſ. 475.
num. 14. & ad Meno. conſ. 355. ſub num. 8. & 9.
lib. 4. in conſ. 597. num. 7. conſ. 587. num. 19.
lib. 6. conſ. 626. num. 19. & ſeqq. lib. 7. & benè
conſ. 745. numer. 48. lib. 8. & ad conſil. 959.
numer. 7. lib. 10. conſ. 792. numer. 9. 10. lib. 8.*
38 † vbi etiam ſi ius tertij ſit excluſiuum iuris

agen-

agentis, quia intelligitur ſi ille tertius voluerit conſ. 1080. numer. 10. & ſeqq. lib. 11. vbi
oportet eſſe conqueſtum in vita Vaſſalli, &
de quo per plura exempla conſ. 994. numer.
12. & ſeqq. lib. 11. & neminem poſſe allegare defectum conſenſus Domini, nec agnatū
quidem idem conſ. 129. num. 31. 32. conſ. 158.
39 nu. 97. conſ. 157. ſub num. 30. lib. 2. † Id quod
amplia, & extende, vt tametſi dominus declarauerit at poſtea executus non fuerit ſed
receperit puta penſionem, vt hoc caſu cenſeatur caducitas remiſſa Meno. conſ. 635. nu.
8. 9. 10. lib. 7. conſ. 650. num. 7. eod. lib. 7. vbi
hanc eſſe communem & ſeruandam in practica, & in conſ. 674. num. 12. 13. 14. & ſeqq.
40 eod. † vbi etiam non obſtante proteſtatione,
vt in eo caſu, nec iudicio inchoato. vbi vide
de materia proteſtationis contrariæ facto,
an, & quando proſit vel non, de quo tamen
adhuc vide Surd. dec. 317. num. 25. & ſeqq. &
41 conſ. 435. nu. 62. lib. 3. † Alia exempla in emphiteoſi, & feudo remiſſæ caducitatis accipiendo decimas Alex. conſ. 14. nu. 10. & ſeq.
lib. 2. & forte etiam ampliari poſſit, ſi feudū
eſſet indiuiduum ad ſupra cap. 50. numer. 61.
42 † Item intellige vt ſi alienetur pars tantū
ſine cōſenſu Domini pars eadem tantū ammittatur ſi tamen ea pars tanquam feudum,
43 & nomine feudi alienetur. † at ſecus ſi vt allodium, & nomine allodij fuerit alienatum
libere, quia totum amitteretur tit. de vaſ. qui
cont. conſt. Loth. reg. feu. alien. hoc diſtinctionis moderamine intelligendus, & opiniones diuerſæ concordandæ Tom. de Mart. tit.
2. ſub. num. 21. Natt. conſ. 479. num. 3. & ſeq.
vbi in feudo, & emphyteoſi Hōd. conſ. 51. nu.
34. 35. lib. 1. Magon. dec. flor. 145. numer. 11.
44 † vt in fideicommiſſo, in quo alienans tantū partē, tātū a parte cadit alienata Meno. cōſ.
45 164. nu. 21. lib. 2. † Sed cōtra (cantans) palinodiam, & dicens, ſe animaduertere alteram
opinionem eſſe magis communem in conſ.
325. num. 78. & 79. lib. 4. & conſ. 827 numer.
24. lib. 9. Petra late, & per plura exempla de
46 fideic. q. 10. nu. 34 & plurib. ſeqq † & quid in
non ſoluente canonem Affl. dec. 153. Meno.
47 conſ. 1068. nu. 11. lib. 11. † & quid in emphiteota partē deteriorante Corb. de cō. priuat. ob
deter. numer. 7. limita in fideicommiſſo, vt
cadatur a toto in caſu vt per D. meum Præſid.
Bellon. conſ. 17. num. 1. 2. 3. & 4.
48 † Item intellige, vt quod dictum eſt de
alienatione illicita multò fortius procedat,
quando feudum quis negat, ſeu inficiatur
49 † quia inficiatio eſt alienatione peior, vt
quæ non modo trāsfert iniuſſu domini, ſed
etiam feudum ipſum radicitus euellere cōtendit, vt ait Forcat. de feu. cap. 11. numer. 20.
50 † In qua dolus probandus Ozaſ. conſ. 64. nu.
51 18 Surd. conſ. 151. num. 45. lib. 2. † Vbi a iure
cōmuni indici ab neganti feudum eius priuationē ex Affl. dec. 255. et alijs, vt ibi Bammac. in §. vaſallus ſi feudum, et ſeq. ſi de feu.
52 def. alij in §. fin. de lege Conra. † Quibus etiam
locis diſtinguitur, ſi quis vel negauerit, vel
dubitauerit. Alia ad idem Balzar. ſi de inueſt.
fuer. contr. ad princ. ſub num. 7. verſ. ſed ſi iurauit. col. 3. et 4. per fol. 35. Surd. in conſ. 371.
53 num. 82. et ſeqq. † Vbi fuſius tam in vaſallo
quam in emphiteota negante Teſſ. dec. 50.
54 nu. 4. et ſeq. † Vbi an et quando noceat inficiatio Iacob. in ſua inueſt. verſ. dict: que vaſalli promiſerunt non committere feloniam num.
55 34. 35. † Vbi in emphiteota fideiuſſore, vel
ſocio negantibus. Alia de negante in pluribus caſibus deciſionibus confirmatis ſcribit
nouiſſime D. Nou. Collect. ſup pragm. N. cap.
141. per tot. viden. At ſi negauerit ſe poſſidere rem feudalem neceſſe erit vt conuincatur de mendacio probando contrarium,
qua probatione priuabitur feudo in pænā,
& applicabitur directò Dominò, nec poſt litem conteſtatam licebit ei amplius pænitere, & recognitionem facere fatendo feudū
§. vaſallus ſi feudum, et §. fin. de lege Conrad. et
ita deciſ. per Sent. Dolan. vt per Griuel. dec. 63.
Gallup. in meth. iur. par. 5. c. 7. ſub nu. 7. et etiam
Ozaſ. dec. 29. per. tot. vbi vide quod non ipſo
iure, ſed ſi petatur, & quod vſque ad ſententiam poteſt pænitere Mantic. de tac. et amb.
lib. 22. tit. 31. ad cand. materiam.
56 † Item amiſſionem, ſeu priuationem in
prædictis caſibus intellige præuia citatione
& hinc ſententia Borcholt. de feu. cap. 8. num.
17. Clar in §. feudum q. 45. verſ. item quæro et
q. 62. Siluan. plenè de feu. recogn. q. 22 23. plura
ad idem per Capan. de iure rele. par. 5. q. 3. per
57 tot. vbi V. maxime nu. 22. et queſt. 4. † etiā ſi culpa eſſet notoria Ozaſ. conſ. 64. ſub. num. 12.
Crau. conſ. 983. ſub num. 31. Curt. de feud. par.
4. prin. nu. 155. vbi limitationes Balza. de prob.
58 feu. al. per Fed. §. callidis † Vbi non obſtantibus verb. ipſo iure opus eſſe ſententia declaratoria, pro auocanda poſſeſſione, et in §. inſuper nu. 7. vbi de alijs verbis Menoch. in conſ.
59 1125. num. 35. et ſeq. lib. 12. † Vbi ſi præſcribatur tempus, & vltra illud negetur audientia in term. feudi Burſat. conſ. 82. nu. 7. Surd.
60 dec. 51. nu. 18 † Vbi ſi alienatio ſit nulla feudi aut emphyteoſis Reg. Lan. in repet. tit. de
vaſ. decrep. ætat. num. 70. in crimine læſæ
maieſtatis non amitti ipſo iure dominum,
ſed adminiſtrationem, & hanc eſſe verior.
opin. Idem ſi linea finita, vt non niſi per
ſententiā capiat Dominus quicquid ſit hodie reducunt Principes ad manus ſuas Gallup. in meth. feud. par. 4. cap. 7. num.
61 22. 23. † Quid ſi de facto Princeps
auferat bona, & feudum a rebelle Crau
conſ. 319. ſub. num. 2. 3. Boſſ. tit. quom. proc. in

Digitized by Google

crim.not.nu. 16.17. 18.*et de ſent.num.*58.*ante*
62 *et poſt Menob.conſ.*96.§.*nu.*3.*lib.*10.† Vbi de
facto poſſe aliquãdo ſpoliare &c. Alia de re-
belle *per Gallup.in meth.feu. par*3.*cap.*2.*nu.*
58.*et ſeqq.et ad par.*4.*c.*6. *vbi plura de confiſca
tionibus,gratijs reſtitutionibus,et indulgẽtijs per
plures queſt.et ad ſupra c.*50.*num.* 30.
63 † Demum intellige,vt de nullitate aliena
tionũ nemo dicere poſſit niſi Dominus vel
agnatus quorum intereſt *Surd.conſ.*382. *nu.*
25.*conſ.*305.*ſub.num.*50.*& ſeqq.lib.* 3.*& ſu-*
64 *pra num.*36. † & quod vbi alienatio tendat
ad augumentum feudi teneat *vt per Surd.
conſ.* 58 *num.fin.lib.* 1.*conſ.*451. *num.* 23. *lib.*
4.*Menob.conſ.*1199.*num.*4.*lib.* 12. *& per tot.*
65 † & quod ab ignorãte facta excuſat à priua-
tione *Surd.conſ.*442.*ſub.nu.* 11. *Menob.conſ.*
894.*nu.*13.*& ſeqq. lib.*9. §.*ſi vaſallus feudũ
tit ſi de feu.def.&c. et tit.de contro. inter dom.*
66 12. † & alia plura quod bona rebellium fi-
ſco ipſo iure applicentur, an opus ſenten-
tia in confiſcatione, quę in ea bona veniant,
& quod veniant etiam aduentitia, an recu-
perentur mediante gratia, An ſpectet pu-
blicatio bonorum ad illum cuius tempore
delictum commiſſum eſt, quis proditor,
quis rebellis,an bona prohibita alienare ve-
niant, eſſe prius detrahenda credita quam
expenſas litis factas per fiſcum, & publica-
tionem in contumaciam contra hæredem
exequi vide locupletiſſimũ Nouar.Collect.
dec.Neap.42.plene(vt ſolet) iudicatis; ha
bebis vbi pedes figere valeas.
67 † Et adde,adhuc pro complemento quę-
dam, quod aſſenſus Domini directi ſit ne-
ceſſarius in alienatione feudi,qui debet eſſe
expreſſus non tacitus, Idem in locatione in
perpetuum,in permutatione, in pignura-
tione; cum pluribus limitationibus in qui-
bus aſſenſus non exigitur vt pleniſſime re-
latis iudicatis per eund.D. Nouar.Collect.
ſup. pragmat.regni Neap. 104.*per tot.vltra
ſupra cap. anteced. ſub num.* 1.*et in infra cap.*
54.*partic.*2.*ſub num.* 23. *& partic.*3. *numer.*
37.*et ſeqq.cap.*39.*num.*7.*et ſeqq.cap.*44.*num.*
46.*et ſeqq. cap.* 52. *numer.*31.33. *et ſeqq. &c.*
Adde etiam pleniſſime de materia aſſenſus
quomodo obtinendus, A quibus,quando
Dominus poſſit cogi ad aſſentiendum,qua
forma ſit expediendus, quo tempore
ſit obtinendus, & alia magiſtraliter
& methodore iuxta propriam eiuſdem met
libri inſcriptionem, *& per Gallupp. in ead.
Metho.par.*2.*cap.* 1. *per tot.* & conſenſum ſi-
ue ſententiam de alienando debere eſſe, ex
preſſam, nec ſufficere tacitã *Doctiß. D. Se-
nat. & Aduoc.Patrim.Bagna.inter conſ. Ozaſ.
vol.*2.*conſ.*22.*num.*11.12.*& ibid.nu.*13.quod
ſtatutum requirens conſenſum intelligatur
de expreſſo tantum, & quod in materia alie
nationis feudi ex decret.ducalib.debeat prę
cedere aut ſaltem actui interuenire *ibid. nu.*
20. regulariter poteſt interuenire etiã poſt,
& re non integra *ibid. num.*18.*&* 19. fac.ta-
men contra *d.Piſt.ibid. conſ.*21. *ante eod.* vbi
etiam in term Solis refert ſic iudicatum in,
alijs tamen Tribunalibus *vt ibid. per eum nu.*
34.

CAP. QVINQVAGESSIMI QVARTI.

Partic. 1.

De refutatione feudi interpretationem §.Titius filios.ſi de feu. def.&c.tit.26.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Natura refutationis explicatur.*
2 *Non continens ceſſionem, quia eßet renunciatio non refutatio.*
Renunciatione ſtante nõ daretur amplius regreſſus ad renunciatum. ſub eod.
3 *Refutatio continet quandam ad tempus ſuſpenſionem ſeù excluſionem.*
4 *Seù quandam præuentionem, ſeù anticipationẽ, quod declaratur.*
5 *Quæ anticipatio loci ſupponit locum in ſpe aliquando competiturum ei cui ſit refutatio.*
6 *Vnde non poteſt fieri agnatis in feudo nouo, quibus nullum ius competit nec re nec ſpe.*
7 *Refutans cedit loco,non iure ſuo omnino.*
8 *Vnde feudum refutatum reuertitur ad refutantem eo præmortuo cui fuit refutatum etiam ſi vendidiſſet & euictionem promiſißet. & nu.* 29.
9 *Cauendum tamen, ne ità conueniat, quod in renunciationem tranſeat & caſus proponuntur pro diſtinctione vtriuſque. & ſeqq.*
10 *Renuntiatio eſt,ſi feudũ paternum ità refutetur in manu Domini,vt filij inueſtiantur:ſed contra ad intellectum tit.de vaſ decrep. ætat.*
11 *Ratio adducitur quia occultatur verus actus quoad verba, qui tamen ineſt quoad iuris diſpoſitionem.*
12 *Verba*(Ad hoc)*eod.in tex. ponderantur.*
13 *Renunciatio non eſt,quæ fit inter(ipſos filios vel agnatos) non obſtantibus quibusvis clauſulis in renunciationem ſonantibus. & ſeqq.*
14 *Ratio adducitur, quia verba ſunt ſecundum ſubiectam materiam intelligenda & ad eam reſtrin-*

Digitized by Google

ſtringenda & alia et ſub num.23.

15 *Nec obſtante clauſula* pleno iure *& alijs.*

16 *Nec ſi aquiliana adſit ſtipulatio.*

17 *Fall.ſi conſtet refutantē voluiſſe à ſe omnino ius abdicare,quo caſu ſibi nō hęredibus pręiudicauit.in quo tamen Author contrà,quoad hæredes.& num.18.*

Nec ſi adſint verba, quod refutans cedit omne ius quod habet, vel habere ſperat *et poſſit.ſub eod.*

18 *Exemplum de eo qui refutando omnino renunciauit ad intellectum tit.de eo qui fin.fac.agn. et ſeqq.*

Ideſt quando de antiquo fit nouum.ſub eiſd.

20 *Conciliatur* d.tex.de eo qui fi. ſibi ipſi. & alij tex.de Vaſ.dec.ætat.

21 *Agnati non poßunt ſoli mutare naturam feudi in totum , niſi aliqualiter quoad modum ſuccedendi.*

22 *Ius feudi nunquam refutatione perditur niſi in manibus Domini fiat renunciatio.*

23 *Si tamen fiat abſolutè & omnino , vt dimiſſo feudi paterni non nomine nouum fiat.*

24 *An renunciatio præſumatur realis , an verò perſonalis,quę refutatio appellatur remiſſiuè*

25 *Sublimitatio* ad tit. de eo qui fi. &c. *vt Agnatus admittatur ad feudum omnino renunciatum in manibus Domini ſi non etiam ipſe refutauit aut conſenſerit refutationi.*

Refutatio poteſt fieri etiam inuito Domino ſub eod.

Verba (Niſi feudum omnino refutauerit) *ponderantur.ſub eod.*

Non confundenda refutatio,quæ fit inter agnatos,cum ea quæ fit in manibus Domini , quæ dicitur realis ſub eod.

26 *Renunciatio eſt refutatio quæ fieret extraneo non comprehenſo in inueſtitura.*

27 *Cum remotiori agnato feudi capaci fit refutatio quid iuris ad intellectum §.Titius.& ſeqq.*

Re*futatio poteſt fieri ſine conſenſu Domini . ſub eod.num.27.*

28 *Refutatio duplex propria & impropria,& quæ vtraque* ad intellectum tit. de alien. pat. feu. in fine princ. & glo. ad tit. per quos fiat inueſt.

29 *Si propria feudum reuerti poteſt ad refutantem ſecus ſi impropria.*

30 *Et in hac diſtinctione ſtat vis intellectus §.*Titius & dictæ propoſitionis.

31 *Animus directo probari non poteſt , cum ſolus deus ſit ſcruttator cordium.*

Per indirectum poteſt probari vel præſumi & quomodo.ſub eod.

32 *Et probatur etiam ex factis vt animus adeundi.*

33 *Si Vaſallus non habens liberos refutet,colligitur hinc animus propriè refutātis & cogitantis de reuocatione ad ſe.*

34 *Sicuti è contrà vt habens liberos cogitet de omnimoda renuncia tione abſq; ſpe vlterioris reuerſionis ad ſe.*

35 *Verba §.* Titius*. in hanc rem referuntur apta ad vtrunque thema . & declarantur & ſeqq.*

36 *Habere vel non habere liberos animi diuerſi indicium eſt.& id oſtenditur.*

37 *In obſcuris quod minimum eſt ſequimur.*

38 *Attenditur conſuetudo dandi ad minus lucrum.*

39 *Procedit etiam in obſcuritate opinionum.*

40 *In locatione operarum.*

41 *In teſtibus de pluribus annis deponentibus.*

42 *In confeſſione.*

43 *In pænis,niſi pæna nimis minima eſſet . & num. 44.*

45 *In iudice qui eliget minorem pænam,in promiſſione,in duobus mandatis ſeu actibus,In litteteris Cambij , in melioramentis , In oratione indefinita , vt emphyteoſis non feudum . & ſeqq.*

52 *In dubio videtur quit quantò minus fieri poſſit iuri communi derogare,illud lædere , corrigere.*

53 *In dubio non præſumitur quis ſibi præiudicare voluiße.*

54 *Nec irritam fieri ſuam diſpoſitionem.*

55 *Hæc iura applicantur ad refutationem non habentis liberos.*

56 *Refutans non habens liberos videtur de vita tātum ſuā propria cogitaſſe , ideſt ad vitam ſuā refutaſſe, quę eſt propria refutatio , quæ ad tempus fit.et num.65.*

57 *Exempla traduntur publicationis bonorum,vel alienationis allodialiū, quæ ſaltē ad vitā ſubſtinentur,et id quidem à fortiori in caſu præſenti.*

58 *Ità præſumendum eſt quod ad vitam ſuam tantum conceſſerit refutans.*

59 *Sic ex eo quod Rex dedit marito officium,ſi vxor decedat,non datur in eo ſucceſſio, quia intelligitur eius vita durante.*

60 *Maritus magnæ Dominæ dicitur eiuſdem radijs coruſcare, ſed ea ceſſante et mortua cèſſat coruſcatio . quod applicatur ad caſum præſentem.*

61 *Finito feudo pignus medio tempore contractum extinguitur, et ſeruitus. vt in feudo ità refutato ac refutante extincto locus datus ceſſet et deſinat.*

Quanquam quod valeat alienatio feudi in remotiorem agnatum durante vita refutantis abſque aſſenſu Domini et agnati non ſeruatur in praxi vnde agnatus proximus ſtatim reuocat. ſub eod.num.61.

Maximè ſi non dum tradita poſſeſſio . ſub eod.

Amplia in fæmina, cui fuit de conſenſu Domini alienatum,vt poſſideat durāte vita alienantis ibid.

62 *Qui*

62 *Qui habens filios refutat remotiori angnato, de proprio tãtum loco nõ cogitat, ſed de iure ipſo et num. 65.*
63 *Excedens terminos non miretur ſi et ipſe à ſuis terminis excedatur.*
Hic exceſſus vltra vitã propriam indicat et alienam, et ſic iur alienum non proprium tãtum. ſub eod.
Vox (alienandi) in §. Titius. ponderata cum myſterio apposita. ibid.
Agnatus poteſt ſtatim reuocare feudum alienatum ab agnato filios habenti. ibid.
64 *Vt poſſet ſtatim reuocari ob delictum commiſſum.*
66 *Bald. ignorauit rationem diuerſitatis inter eum qui habet filios, et eum qui non habet, dicens ſoluat Apollo.*
66 *Facti ſpecies* d. §. Titius. *remiſſiuè.*
68 *Alienatio fideicommiſſi an fieri poſſit in agnatũ remotiorem, remiſſiuè.*

1 Hæc † eſt natura refutationis, vt qui refutat loco cedat, nõ ius ipſum cedat,
is cui vnde ſi is cui refutatur, qui nõ poteſt eſ
ſe niſi de agnatis feudi illius capacibus, ꝑmo
riatur ei qui refutauit abſque hęredibus, feu
dum reuertitur ad ipſum refutantẽ, adeò
verum eſt eundem loco tantum ceſſiſſe, ſeù
2 locũ ceſſiſſe, non ius † Quia ſi ius ceſſiſſet,
eſſet renunciatio quędam, vel alienatio, per
quas ità ius noſtrũ à nobis abdicatur, vt nul-
lus amplius detur ad iura antiqua regreſſus,
vt hęc probantur in tit. de eo qui fin. fecit agnat.
& ibi Doct. Surd. conſ. 544. à nu. 6. vſque in fin.
vbi de deſcendentibus eius cui fuit refutatum, &
3 *idem in conſ. 308. num. 26. lib. 3.* † ſic optimè
refutationem, ſeù ad tempus, ſeu ſuſpenſi-
uam quandam refutantis excluſionem con
tinere *aiunt Doct. Roſen. cap. 9. concl. 50. num.*
2. & ibi per tot. de refut. Cam. de prob. feu. al.
per Fed. ad prin. fo. 110. 114. 128. Balzar. de eo
qui fin. fec. agnat. ad princ. numer. 7. cum. ſeqq.
Myſing. cent. 3. obſ. 93. in fi. Ant. Cont. de ſucceſ.
feu. verſ. quidam interpretes pag. 43. in fi. Ioan.
4 *Schon lib. 1. diſp. 9. th. 31.* † Aut quandam prę
uentionem, quia is cui refutatur, hunc ſibi
anticipat quodam modo locum, aliquando
ſaltem in ſpe ſibi competiturum; at certè in
præſentiarum nondum ad ſe pertinentem,
tanquam ab ſuo anteriore præuentum, &
hodie ipſummet locum occupante, locum
dico non ius, nam ius in ſpe agnati remotio
ris, nec occupat, nec impedit, nec præten-
dit anterior ille, quinimo ei iuri in ſpe inni-
xus facit, & poteſt facere refutationem, *Bal*
zar. d. tit. de eo qui fin. fec. agn. ſub. num. 15. ad
fin. & ideò bene diximus refutationem pro-
priè ſumptã non verificari niſi in alio agna-
5 to feudi capace † Quia iſta anticipatio loci,
ſupponit locum in ſpe, & aliquando com-
petiturum, quod non poteſt dari niſi huiu-
ſmodi agnato eiuſdem loci aliquando ca-
paci future, ſi ſuperuiuat *ad Balza. mox. cit. et*
ad addit. Myſyng. egregiè obſ. 23. nu. 4. 5. cent.
6 *6.* † *vbi num. 6.* non poſſe fieri agnatis hanc
refutationem in feudo nouo, quia hi agnati
cenſentur extranei, cum non deſcendant à
primo acquirente, vnde, & ſi fieret, eſſet alie
natio, & reuertetur ad Dominũ, *& ad Iſern.*
tit. de alie. pat. feu. ſub. num. 3. verſ. proximior.
Bammac. in §. beneficium à Vaſallo num. 15. ſi
7 *de feu. def.* † & ceſſare dicetur refutans ab oc
cupatione eius loci, non ſe omninò ab iure
feudi abdicare *Balz. de al. pat. feu. ſub nume.*
8 *15. col. 2. ad fi. f. 295.* † vnde feudũ refutatũ re
uertitur ad refutãtẽ iure reuerſionis *ad Galup.*
in met. feu. par. 3. 4. 5. n. 5. etiã ſi vẽdidiſſet, &
ꝓmiſiſſet euictionẽ *Dom. Morot. prim. præſ.*
reſp. 83. à num. 12. ad nu. 19. fere ſimile quod
dicitur filium ſeu nepotem ſuccedere in
locum ſeù gradum defuncti, non vt in ius,
quia ex ꝑſona propria *ad ſupra c. 6. n. 26. &*
ſeq. ſolueretur tamen releuiũ a refutante ad
quem præmortuo refutatario feudum re-
diſſet, vt latè cum varijs iudicatis per *Capã.*
de iu. rel. par. 4 q. 17. ad inſtar agnati, qui ſol-
uit licet ad eum reuerti dicatur feudum ad
trad. ſupra cap. 10. per tot. iuncto Capan. par. 1.
q. 19. num. 14. dum ibi concludit ſolui laudi
mium a quolibet ſucceſſore etiam in feudò
quia ſit eiuſdem capax, vt agnat. ex primo
ſtipite deſcendens, licet Capan. in hoc vi-
deatur ſibi contrarius, vt in *ead. par. 4. q. 29.*
in fin. vbi tamen ſe remittit ad dicta (vt ait)
ſupra, *& ſit ad d. cap. 17.* Aduertendum ta-
men, & cauendum, ne in renunciationem
9 aut alienationem tranſeat, † Nam etiam ad
fauorẽ agnati huius, ita poteſt refutari feu-
dum, vt non tam mera refutatio ſit, quam
ſimplex renuntiatio, alienatio, ceſſio, vel re-
miſſio, quod vt innoteſcat ſic caſus quoſdã
formo ac diſtinguo.
10 † Primum caſum conſtituo, quando refu-
tatio paterni feudi ita fit in manibus Domi
ni, vt filij inueſtiantur *iux. tit. de Vaſ. decr.*
ætat. hic videtur dicendum renunciationem
intrare, ex eo quia renunciatio ſoleat tum
maximè verificari, cũ in manibus Domini
fit. tit. an agnat. vel fil. ad fin. tit. quib. mod. feu.
amitt. §. rurſus ſi fidelis, vbi verbũ refutauerit
pro verbo renũciauerit ponitur; Contrariũ
verius eſt, prout deciditur *in eo tex. de Vaſ.*
decr. ætat. ratio eſt quia ibi refutatio facta
fuit in manibus Domini, no abſolute, & ſim
pliciter Domino reſignando, ſed cum hac
ſola conditione, & ad hunc effectum rantũ,
vt filij inueſtiantur, & paternum remaneat
feudũ vt bene in tex. quia refutatio hoc ca-
ſu non alterat feudi naturã, & idẽ eſt filijs,
vel agnatis refutare, ac refutare in manibus
Domini

Domini,cum hoc vt ſtatim filios reinueſtiat,
11 † Ratio eſt quia occultatur verus actus quo
ad verba,qui tamē ineſt quoad iuris diſpo-
ſitionem *vt per tex. l. ſingularia de reb. cred.*
ità dicit pereleganter d.Reg. Lanar. ad §. ſed
etiam res num.12.& 13.per quos fiat Inueſt.&
ita fit vt refutans admittatur in parte ſem-
12 pronij decedentis ſine liberis † & ita nota
verba,*adhoc*,ideſt *propter hoc*, & ad hunc fi-
nem reſtricte, vt filij inueſtiantur *Archid. in*
c.ad hoc.63.16.q.1. & poteſt dici hanc eſſe me-
ram refutationem eo ipſo quod filij ex eorum fa-
uore anticipatur acquiſitio, & aperitur aditus,
ad feudum ipſo eorum patre adhuc viuente.
13 † Secundus caſus fit quando refutatio fit
inter ipſos met filios, vel agnatos nam re-
manet pura, & ſimplex refutatio, non ob-
ſtantibus quibuslibet renuntiationibus, aut
pactis abſolutis,aut compluribus aliquibus
clauſulis *eſt tex.elegans in hanc rem in §. fin.*
ſi de feud.def.fuer. contr. int Dom. & agn. Vaſ.
ex iuxta tit.de eo qui fin fec.agn.in prin. Vbi in
clauſula ſibi, & heredibus, & cui dederit,
14 † Ratio eſt quia quicquid agnati diuidētes
feudū,agunt inter ſeſe id ex reciproca agūt
inter ſe metipſos contēplatione, vnde quæ
inter ferunt non ſunt ad alia, aut ad alias
perſonas extendenda,ſed ad ſubiectam ma-
teriam redigenda, & iuxta intentionem
contrahentium ſub intelligenda,*& ità ibid.*
Balz.ſub.num.3.verſ.quo ſtante;Affl. num. 3.
Roſ.cap.2.concl.21.vbi eleganter, & ad glo.6.
ibid.& in concl.20.glo.d.Brun.int.conſ.feu.diu.
par.1.conſ.79.num.2. & ſeqq: Gayl. obſ. 148.
num.4.10.lib.2.Crau. conſ. 1000.in repet.nu.
71.Meno. conſ. 335.num.5.& 37. lib. 4. conſ.
15 *985 num.8.& ſeqq. lib.10.* † Vbi non obſtā-
tibus clauſulis,vt plenò iure, & huiuſmodi
16 alijs *& Surd.in conſ.308.nu.32. & ſeqq.* † vbi
in feudis,& emphyteoſi ſi aquiliana ſtipu-
latio,*& conſ.446.a nu.12.ad ſeqq.lib.3. Rim.*
17 *iun.conſ.461.nu.42.& ſeqq lib.4.* † vbi falle-
re ſi refutans omninò voluit à ſe abdicare,
quia ſibi ſaltem præiudicauit,licet non he-
redibus *d Reg.Lanar.in repet tit.de Vaſ. decr.*
ætat. num.8. et ſeqq. vbi non obſtantibus
verbis,*quod refutans cedit omne iur quod habet*
vel habere ſperat,& poſſit,& alijs vt ibi vbi de
iudicatis,licet quod dicit de heredibus, ego
non tàm facile admitterem per dicta iura
alienationem licitam permittentia *vt in*
cap.53.ſupra,& ex tit. de al. pat. feu. vbi ſi li-
bellum vnus alteri fecerit de feudo paterno,
non eſt libellus, ſed quaſi refutatio.
38 † Sublimita in caſibus *in eod.tit.de eo etc.exce*
ptis, niſi ſcilicet omnino refutauerit, aut niſi ad
hoc refutauerit, vt Dominus eum quaſi de nouo
beneficio inueſtiret,ratio primi eſt,quia ſi om
nino, ergo eſt renunciatio; quicquid adſit
verbum *refutandi*,ratio ſecundi eſt quia vbi
ad hoc fit refutatio, vt fiat feudum nouum
cadunt etiā term. renunciationis, & intrat
quod cenſetur renunciatum, quem ca-
ſum poſſe contingere patet ex *tit. an agnat.*
& ita fuit decisū quod refutatio ſit realis ob
verbi omninò *D. Nouar.collect.prag.Neap.*
106. nu. 14. vbi per tot. vide plura cum iudi-
catis ad præſentem materiam refutationis.
19 † Ratio rationis eſt,quia ex huius modi re
futatione, quæ habet vim renunciationis
mutatur feudi natura, quia de antiquo fit
nouum,vt ait tex.ibi, *ſequuta inueſtitura iam*
feudum erit nouū,non obſtante ea voce *quaſi*
vt ſupra cap. 1. num. 28. 29. & ideò non eſt
amplius locus ſucceſſioni ad fauorem
eiuſdem refutantis, *vt eſt in tex.d.tit.de eo*
20 *qui fin.& c.iuncta etiam ibi glo. fin.* † *In eo dif-*
ferent hic tex.de eo qui fin.fec. agnat. ad fin. ab
ſe ipſo in princ.et ab alio d. tit.de Vaſ.decr. ætat.
quibus ſupponitur feudū redire ad refutan-
tem,quia loquuntur in refutatione ſimpli-
ci, *ſecus in d.tit.de eo in fin.* quia loquitur in re
nunciatione taliter facta, quod inueſtitura
ſit noua, & feudum fiat nouum cum interuē
21 tu Domini † Aliàs enim non potuiſſent ſo
li agnati mutare naturam feudi in totum,ni
ſi aliqualiter, & quoad modos ſuccedendi
inter ſe ipſos, *ad Surd. conſ.304.ſub num.30.*
& ſeqq.& Fulu.add.ad §.ſed etiam res,ſub nu.
73.vt in term. per quos fiat inueſt.fo.339. vbi
plenè ad hanc materiam,vt ſi refutatio facta
fuit ſimpliciter abſque noua qualitate vel
facto manſit feudum antiquum, ſi vero cū
nouis pactis Domini cum aſſenſu,erit nouū
& ad tit.per quos fiat inueſt.ad fin.princ.& ità
in term.vide Loffred.ad capit.1.in princ.de nat.
ſucceſſ. feu. col. 3. in fin. & col. ſeq.in princ.
et circa med.ad paraph.feudal.fo.48.poſt eiuſd.
22 *conſ.* † & Ita bene quod ius feudi nunquam
perdatur niſi in manibus Domini fiat renū-
23 ciatio *Bertran.conſ.48.num. 5. vol. 6.* † Si ta-
men fiat omnino,& abſolutè,vt dimiſſo feu
di paterni nomine,fiat feudum nouum per
prædicta, *et per Ruin. conſ.1.num.21.22.23.*
lib.1.et ad Surd.ità diſtinguentem in conſ.517.
ſub num. 14. in conſ. 544. per tot. vbi etiam in
ampliſſimis clauſulis, *& ſub num. 5.* vbi ſit
24 inter agnatos non cum Domino *lib. 4.* † &
his omnibus locis an renunciatio præſu-
matur realis, & ſic ſit vera renunciatio, an
perſonalis, & ſic ſit refutatio, edocetur, &
plenè *per D.Reg.Lanar.in repet.tit.de Vaſ.dec.*
ætat.num.4.et ſeqq. vbi egregiè. vt ſolet,per tot.
eum libr.
25 † Sublimita tamen exceptionem *trad. ex*
tit. de eo qui fin.& c. quud tametſi feudum fuiſ
ſet renunciatum omninò in manibus Do-
mini,tamen ad idem tum admittatur agna-
tus,qui non refutauit aut non aſſenſit exclu
ſo Domino directo, *vt per Ruin.conſ.1.num.*
9.11.

Digitized by Google

9.11.*lib.* 1. dicens ſecus in feudo hæredita-
rio *num.*12.*& ſeqq.& ad Alex.conſ.*13.*nu.*3.
4.5.*lib.*5.&infertur ex verbis,*niſi feudũ omni
no refutauerit*, quaſi à contrario ſenſu velit,
feudum non poſſe intelligi omninò refuta-
tum deficiente cõſenſu vnius ex agnatis in-
tereſſatis, & ſic quoad eum ſimplex manſe-
rit refutatio non tranſita in renunciatio-
nem, omnem enim agnatum debere con-
ſentire, vt feudum nouum fiat, & ſit mera
renunciatio, *conſtat ex d. tit. an agnat. & ex
dictis ſup.cap.*1.*num.*27.*& ſeqq.* nec eſſe con-
fundendam refutationem, quæ fit inter
agnatos, & dicitur perſonalis, eum ea quæ
fit in manibus Domini quæ dicitur realis
*dicit Reg. Lanar.d.tit.de Vaſ.decr.etat.num.*6.
& 7. Illa enim etiam inuito Domino fieri
poteſt *Myſing. obſ.* 65. *Cent.* 5. *D. Nouar.
Collect.pragm.Neap.*106.*num.*.2.
26 † Secundus Caſus adduci poſſet in refu-
tatione,quę fieret ad finem quod extraneus
non cõprehenſus in inueſtitura feudum ha-
beat, nam hæc eſſet ſpecies ſimplicis renũ-
ciationis, quia patet hoc caſu videri actum
vt feudum ſit nouum, quia noua cauſa feu-
dum efficit nouum, & ſic eſſet omnimoda
renunciatio,vnde nec ad Iura nec ad feudũ
renunciatum daretur amplius regreſſus, *vt
in term.per Natt.in conſ.*564.*num.*8.
27 † Tertiu s(& pro nunc vltimus) ſit caſus,
Cum remotiori agnato feudi capaci ſit refu
tatio, hic quid iuris? Hic incipiunt myſte-
ria,hic difficultates,nam ſumus in tex.diffi-
cillimo *tit. ſi de feu. def.§. Titius filios* & qui-
dem eo ſuppoſito, quod poſſit fieri hæc re-
futatio etiam abſque conſenſu Domini *iux-
ta tit.de Vaſ.qui contr.conſt.Lothar.reg.& ſup-
ponit hic §.Titium.add. ſupra cap.*52.*ſub num.*
33.
28 † Nos ſincere dicamus, Refutationis du-
plex eſſe genus, alterum quatenus refuta-
tio ſtat proprie, & in meris term. refutatio-
nis quam ſupra deſcripſimus, alterum verò
quod excedit,&tranſire videt,vel in ſpeciem re
nunciationis cuiuſdam, vel alienationis, &
vtraque ſpecies poteſt intrare, quando fit
agnato, vt tamen nec renunciatio proprie
vnquam ſit,nec alienatio. Non renunciatio
quia non fit in manibus Domini, non alie-
natio quia non fit extraneo, ad quæ addu-
co *tex.tit.de al.pat.feu.ad fin. princ.* (ibi) *Et li-
cet prohibeatur beneficij alienatio inter agnatos,
tamen ſi paternum fuit concederetur,& ſi libel-
lũ [vnus alteri fecerit de feudo paterno, non eſt
libellus,ſed quaſi refutatio iuncta ibi gl.in verb.
concederetur, & optimè alia glo. in tit. per
quos fiat inueſt.& c.§.ſed etiã res,in verb.pro-
ximiori.*
29 † Si refutatio ſtet propriè,& in ſuis term.
refutans agnatus poteſt aſpirare ad ſe poſſe
reuerti feudum,vt dictum,eſt, ſin minus re-
futans amplius ſperare non poterit,eritque
ei omninò præcluſa via vlterioris ad idem
feudum ſpei, & totam conſequentiam feu-
di aliò diuertere neceſſe erit,*et videmus in d.
§.Titius.* dum ibi de agnato inquiritur,an ſit
admittẽdus,quomodo quãdo,ſeu intrà quod
tempus & aliter vt in tex.
30 † Quare cum ob hanc effectuum diuerſi-
tatem,quomodo ſtet refutatio valde referat,
iaceatque hic difficultas ad iſtud dignoſcẽ-
dum,& difficultatem præuiderint pruden-
tiſſimi feudorum Auctores, hanc eandem
hoc §. Titius filio, tollere conſtituerunt. Ve-
rũ quia an Vaſallus voluerit,intellexeritue re-
futare ſuſpẽſiue tãtũ,an verò abſolute,id in
31 eiuſdẽ animo cõſiſtere cernebãt† Hũcq. di-
rectò probari non poſſe, plane ſcirent,cum
ſolus Deus ſit ſcrutator cordium *Mantic.
conſ.*24.*nu.*4.*vol.*1.*latè Maſc.de probat.concl.*
94. *in princ. & per tot.* At per indirectum ta-
men probari, aut præſumi poſſe non igno-
rarent, putà ab effectibus, ex qualitate facti
autorationis,&c. vt apud eund. *Maſc.concl.*
32 95. *ptot.et cõcl.*43.*per tot.& ſeqq.*† Vbi latè
de probanda aditione ex factis. Item ex eo
quod quis filios habeat vel non habeat ani-
mum probari *ad Tiraq.l.ſi vnquam.verſ.filios
non habens ſub num.*1.*C. de reuoc.donat.*
Ideò ab ijs ſumpto argumento, Feudiſtici
33 compilatores reſoluerunt,† vt ſi Vaſallus re
futans ſine liberis exiſtens refutet, refutatio
ſtet in proprijs ſuis term. vt ſecundum pro-
priam naturam refutationis refutans cogi-
tauerit de reuerſione in ſe ipſum, vnde agna
tus proximior nihil dicere poſſit, nihil in-
34 terim opponere; † vt verò, e contrà,ſi cum
liberis, naturam refutationis ex cedere prę-
tenderit cogitationemque hanc de reuer-
ſione in ſe ipſum dimiſerit, & ablegauerit
vnde ſtatum apertum cenſeri poſſit Agnato
proximiori ſubintrandi, & ſaltem pretio
reddito feudum ſibi vindicandi, niſi con-
ſenſerit &c. prout eſt in text. cuius ſunt ver-
ba.

35 † Titius filios maſculos non
habens, partem ſuam feudi
Seio, partem eiuſdem feudi poſ-
ſidenti agnato ſuo conceſſit. Sem
pronius proximior agnatus mor
tuo demum Titio partem illius
feudi nullo dato pretio recupe-
rare poteſt, quod ſi Titius filios
proprios haberet pr,tio reddito
etiam

etiam viuo Titio; quod ſi conſenſerit alienationi, vel per annum ex quo ſciuit tacuit, omninò remouebitur.

36 †Namque habere, vel non habere filios
animi diuerſi indicium eſſe, in eoque vim
conſtituendam ad animum iudicandum,
cenſuerunt feudiſtici Authores, nec iniuria;
quicquid hunc [vt ſic dicam] paſſum non
fuerint aggreſſi huc vſque Docto. Vlli
quandoquidem [& nos quidem ſic nouè
opinamur] qui filios non habens remotiori
dat de loco ſolo dando, non etiam de iure
totali tranferendo apprime ac veriſimiliter
intelligi poteſt, in dubio enim quis videtur
37 minimum concedere; † Quia in obſcuris
id quod minimum eſt ſequimur *l.in obſcuris
ff.de reg.iur.& ibi Dec.& aly.l.nummis.73.de*
38 *l.3.Rot.Rom.diu.par.1.dec.742.n.3.et 4.*† Vbi
attendi conſuetudinē dandi ad minus lucrū.
39 † Et procedit etiam in obſcuritate opi-
nionum *Natt.conſ.478.num.15.et ſeqq.cōſ.*
40 *306.num.3.et 4.*† In locatione operatum,
vt in dubio detur merces minor, *Guid. Pap.*
41 *quæſt. 252.* † In teſtibus de pluribus annis
42 deponentibus *Natt.conſ.188.numer.3.*† In
43 Confeſſione *Natt.conſ.245.num.3.* † In pę-
44 nis *Natt.conſ.44.ſub numer.3.*† Niſi eſſet ni-
45 mis minima pæna *conſ.346.num.fin.*† In Iu
dice qui eliget minorem penam *Natt.conſ.*
46 *254.num.10.*† In promiſſione ibidem *n.11.*
47 † In duobus mandatis, in duobus actibus
48 *Natt.conſ.372.nu.17.18.*† In litteris cābij
49 *Rot.Gen.dec.7.num.4.et ſeqq.* † In meliora-
50 mentis *Magon.deciſ.Lucen.81.in fine.*† In ora
tione in definita *Bertran.conſ.4.nu.1.vol.4.*
51 † Vt emphyteoſis non feudum *Natt. conſ.*
52 *3.num.2.* † & in dubio videtur quis quantò
minus fieri poſſit iuri communi voluiſſe de-
rogare, illud lędere; aut corrigere *Crau.cōſ.*
1000.num.69.cum ſeqq.iuncto nu.74.in term.
53 *feudi.* † Nec in dubio quis præſumitur ſibi
præiudicare voluiſſe, *Crau.conſ.33.num.24.*
54 † nec irritam fieri ſuam diſpoſitionē *Natt.*
conſ.563.in feudis, Crau.conſ.52. Vbi alia
exempla, & ad eund.citandum infr.*part.ſeq.*
num.1.et ſeqq.

55 † Hęc autem omnia huc turmatim con-
fluunt, nam locus, ad quem reſtringimus,
refutationem, eſt quid minus, longe differēs
à iure ipſo totali in feudo, Item in refuta-
tione ſolius loci in nihilo ius cōmune feu-
dale lęditur:

At In renunciatione iuris lęderetur; in refu
tatione loci non omnino præiudicatur re-
futanti, quia adhuc ſpem retinet reuerſio-
nis ad eum in iuris renunciatione non
poteſt negari, quin magis præiudice-
cetur ob omnem ſpem abſciſſam, quia re-
nunciantibus non datur ad renunciata re-
greſſus, Item refutatio loci firma manet ſal-
tem ad vitam refutantis. Iuris verò renun-
ciatio aut alienatio ſtatim inficit, vt nec mo
mento quidem temporis maneat apud eum
in quem fit renunciatio ſeù alienatio vt in-
fra ſub num.63.et 64.hoc ipſo cap.

56 † Adde tu aliam demonſtrationem, qui di-
cit refutātem ſine liberis refutare, idemmet
fatetur tacite quod de vita propria tantum
intellexerit, ideſt quod ad vitam tantū pro-
57 priam refutauit† Nam & exempla in fortio
ribus habemus publicationis bonorum, vel
alienationis allodialiū quatenus de his ha-
bemus ſaltem ad vitam delinquentis, vel
alienantis ſuſtineri vt in ſpecie feudi eſt lo-
cus inſignis *ſupra cit.cap.50.in fin.* & de iure
comm.eſt in *l. ſtatius florus. 48.§. Cornelio
Felici, cum ibi tradit.ff. de iur. fiſc. quam eſſe
communiter receptam opinionem dicit in term.
Cam.de Curt. in ſuo diuerſ. par.1.§.nunc de al-
tera.num. 97.pag. 63.ex Clar.in §.feudum.q.
78.Gabr. concl.cri.24.* quātò magis hoc ipsū
ſuſtinebimus, non in delinquente, aut alie-
nante, qui omni omnino, & loco, & iure pri
uatur, ſed in refutante qui de proprio quidē
loco (ad quem tanquam ſibi perſonaliſſimū
nemo alius poteſt quicquam prætendere)
diſponit, durante tātū ꝓpria perſona, & non
58 vltrà † Prout ità præſumendum eſt, quod
durante vita propria tantum cōcedere co
gitauerit, ſecundum rej qualitatem, quæ nō
admittit ſucceſſionem, poſt perſonam refu-
tantis, alterius cuiuſquam nec extranei, nec
agnati remotioris in præiudicium proxi-
mioris, ergo ſecundum ſubiectam materiā
de vita ſua tantum durante intellexit, cum
ſola adeſſet abſque liberis *ad Reg. de ponte*
59 *conſ.16.ſub nu.81.lib. 2.* † vbi ex eo, quod
Rex dedit marito officium, quod cōtem-
platione vxoris, & tanquam marito, ſi vxor
decedat non datur ſucceſſio in ea re quia in
telligitur eius vita durante, ſecundum natu-
ram officiorum, prout, & hic de natura feu
di eſt, vt agnato decedenti ſine filijs agnatus
proximus ſuccedat, vnde refutatio facta in
remotiorem agnatum non poteſt niſi ad tē-
pus vitæ eiuſdem refutantis, & non vltra in
60 telligi † Confert quod ſicuti maritus, quan-
do ſumus in magna domina, dicitur vxoris
radijs corruſcare *iuxta Gallupp. in meth. Iur.
ſcu.par.1.cap.5.nu.102.vbi tamen declarat.&
limitat.* & ita quidem vt exiſtentia radiorum
cauſat corruſcationem, ità ex aduerſo per ex
tinctionem radiorum propter mortem vxo
ris, ceſſet etiam corruſcatio, ſicut deficienti-
bus radijs ſolis dies obſcuratur, & finitur, &
ſucce-

Digitized by Google

ſuccedit nox, & ita in caſu præſenti, is cui
fuit refutatum feudũ, corruſcat radijs refu
tantis, quatenus viuit ipſe refutans in quo
ſunt radij, ex quorum exiſtentia corruſcat
in eo loco is cui fuit refutatum, cæterum ſi
deficiat refutans, deficiente radio ſuperue-
nit nox, & ablatio diei ſupradicto cui fuit re
futatum, & intrat vt quemadmodum ſol à
nobis ad indos tranſit, ita apertus ſit ſol, &
61 dies ad agnatum proximiorẽ † ſic dicemus fi
nito feudo ceſſare ſeruitutem ei impoſitam
§. quid ergo de inueſt. de re alienat. facta, & etiã
finito feudo pignus medio tempore contra
ctum extingui. § rurſus, quib. mod. feu. amit.
de Ponte conſ. 147. num. 2. lib. 2. ità & hic fini-
to iure feudi in perſona refutantis, qui de-
ceſſit, locus medio tempore datus extingui-
tur, & ex natura rei feudum ad alium reuer
titur ad quem de iure, & ad infr. hic partic.
ſeq. num. 1. & ſeqq. & ad alia vt ſup. cap. 48.
num. 64. & ſeqq. vbi varia exempla ad hoc
idem, & num. 71. cum quibus, & illud quod
clerico omittente ob delictum temporale
feudum eccleſiæ conceſſum durante vita
eius feudum remanet apud Dominum, ne-
que enim poteſt clericus ſuo delicto præiu-
dicare in totũ ſucceſſioni ad Eccleſiam per-
tinenti per §. fin. de Cap. Conra. verum dictam
opinionem quod valeat alienatio feudi in
agnatum remotiorem durante vita refutan
tis, abſque aſſenſu Domini, & agnati, nullo
modo in practica ſeruari, & quod agnatus
proximior ſtati reuocare poterit, dicit Fulu.
nepos in add. ad §. ſed etiam reſ. num. 74. per
quos fiat inueſt. ex Camer. ad tit. de prob. feu. al.
per ſed. n. 25. lit. a maximè ſi nudũ poſſeſſio tra
dita ad Nouar. Collect. pragm. Neap. 106. nu.
10. amplia prædicta adeo bene proce-
dere, quod dicitur hic in §. Titius interim du-
rante vita Vaſalli refutantis durare effectũ
refutationis in remotiori agnato, vt idẽ etiã
procedat in caſu vbi de conſenſu Domini
feudum fuiſſet alienatum in filiam de quo
ipſa fuiſſet inueſtita, vt eſt in §. hoc quoque
de ſucceſſ. feu. ad prædicta exempla adde
alia in cap. 48. num. 64. & ſeqq. & c. 55. num.
62 19. & ſeqq. † Non ſic iſte intellectus, non ſic
iſta cadunt vbi Vaſallus filios habens, refu-
tat remotiori. Nam non videri hunc Va-
ſallum de loco proprio, & ſolo cedendo co
gitaſſe ex eo dignoſcitur, quia locus eſt cor-
reſpectiuus ad locatum, & ad eum reſtri-
ctus etiam circumſcriptiue, vt aiunt Logici,
& Phiſici. Atqui Vaſallus filios habens, &
refutans ſe de proprio loco exire velle ſatis
oſtẽdit, ex eo quia vitam filiorum, quos præ
oculis habet conſiderat, nec tamen à tali
reſolutione, prout decens fuiſſet, diſtrahi-
tur, ergò vltra vitam propriam cogitatio-
nes ſuas extendit, & quidem cum effectu,
quoad filios propter facultatem, quam ha-
bet eis præiudicandi, ſed an cum eodem
effectu quoad agnatos? nequaquam cum eis
non poſſit aliquo pacto præiudicare, non
miretur ergo ſi ſic refutans non obtineat in
63 tentum quia exceſſit terminos † Et qui ex-
cedit terminos, eidem mirum videri nõ de-
bet, ſi & ipſe à ſuis terminis excedatur, Alb.
in c. cum contingat. de dolo, & contum. Teſſ. dec.
29. numer. 2. & hic exceſſus vltra vitam pro-
priam indicat animum alienantis non locũ
tantum qui in ipſo erat, ſed ius quod incipe
re debebat in filijs circumſcripto loco, per
proprię vitę defectum, extincto. & ita in fin.
d. textus vſurpauit Cõpilator verbum alienan-
di, idque cum miſterio, quia Vaſallus habẽs
filios, & refutans videtur alienare, vnde be-
ne concluditur eod. textu non tenere aliena-
tionem in præiudicium agnati proximoris
ità quod ipſe poſſit ſtatim reuocare concor-
dat text. de alien. pat. feu. in prin. et d. §. ſed etiam
64 res per quos fiat inueſt. † quemadmodum ſta
tim reuocari poſſet propter delictum com-
miſſum, propter quod agnatus veniret
feudo priuandus vt dicit Cam. de Curt. in ſuo
diuerſ. par. 1. §. nunc de altera num. 97. pag. 63.
65 Ex quibus concludo rationem differen-
tiæ habentis filios, & non habentis, vt qui
habet filios, & refutat effectu ipſo animum
detegat ſuum tangere volentis quid de iure
feudi in præiudiciũ proximioris agnati, quod
non potuit ſine eius conſenſu, vt vere qui
non habet filios, & refutat, non detegat hũc
animum, cum ſit poſſibile, quod mere de lo
co tantùm cogitauerit. Nouus ſane intelle-
66 ctus, ſed oblatum accipito † Dum interim
aduertas Bald. ipſum in conſ. 276. ſub. num. 2.
lib. 5. ignoraſſe rationem diuerſitatis dicen-
tem, ſapiens inquirat, & ſoluat Apollo. Reli-
qua (quibus ad inſtitutum confirmandæ ra
tionis noſtrę noſtrum paulatim accedemus
ad hunc §. Titius filios) aggrediamur. Omit-
tam verò facti ſpeciem, quia ex prædictis,
eam quiſque ſibi ex capite facile formabit,
67 † & eam deſcripſit Fachin. contr. iur. lib. 7.
cap. 9. & rationes ſingulas omnium ſepara-
tim particularum hoc. §. Titius. contentarũ
68 aggrediar † Cęterum ſcito, quæ dicta ſunt, vt
poſſit feudum in manibus remotioris agna
ti refutari, non ſic ſimpliciter procedere in
fideicommiſſis, vt latiſſime per Protopræſ.
Excell. Dom. meum Bellon. in. conſ. 1. per tot. ad
quem doctiſſime, & fuſiſſime tractantem li-
benter remitto cum maxime non ſit mate-
ria noſtra.

CAP.

CAP. QVINQVAGESSIMI QVARTI.

Partic. 2.

De ratione §.Titius filios.ſi de feu. def.&c.tit.26.lib.2.

S V M M A R I V M.

1 *Cur mors refutantis, vbi non extant liberi, ſit expectanda ad feudum reuocandum.*

2 *Refutans locū ceſſit, ius retinuit, exemplo vſuſfructus, qui cedi non poteſt, commoditas verò alienari poteſt.*

Feudum vel emphyteoſis aut vſuſfructus poſſunt alienari quoad commoditates iure ipſo retento. ſub eod.

Ita quod durent durante Vita alienantis. ibid.

3 *Idem de Maioratu.*

Actus ad irritum non eſt reducendus ſed ſuſtinēdus. ſub eod.

4 *Feudum eſt vſuſfructus.*

5 *vſuſfructuarius cedens vſumfructū cenſetur id facere quoad commo ditates, vt actus valeat.*

Aliàs enim non valeret, ſed ſtatim ad proprietatium rederet ſub eod.

6 *Cur agnatus mortuo refutante reuocat feudum etiam pretio non reddito.*

7 *Res cum pretio & conſenſu ſunt de ſubſtantia emptionis.*

8 *Cur ſi filios habeat refutans agnatus ſtat im reuocat.*

Ex hoc ipſo quod ſolus agnatus reuocat, non filij ipſi refutantis fundatur ratio quod filij ius à patre dimetiantur ſub eod. & ſub num. 9. & 10.

9 *Nam id ita eſt in agnato vt conſequatur iure proprio, vnde poteſt liberè iure ſuo vti.*

11 *Vnum & idem non poteſt ſibi ipſi eſſe cauſa & effectus.*

12 *Nec mors & vita in vno & eodem actu.*

13 *Nec quod vnum & idem ſit confirmans & confirmatum.*

14 *Error eorum aduertitur qui cenſuerunt alienationem feudi antiqui factū cum Domini conſenſu ſaltem durante vita alienantis validam.*

15 *Cur agnatus proximior reuocat pretio reddito alienationem factam à refutante filios non habente,*

Etiam quod pretium non ſit omninò iuſtum, niſi fraus ſit commiſſa. ſub eod.

Contra quod pretium debet eſſe æquale, ideſt iuſtum, & ſecundum communem valorem & æſtimationem peritorum. ſub eod.

16 *Opinio Auctoris, vt æquale pretium ſit refundendum tametſi iuſtum excedat, dummodo non in fraudem explicato §. etiam res & §. porro præcit. ad numuer. 15. cum §. Titius. concordantibus.*

Et quomodo præſumatur quod in fraudem ſit facta refutatio. ſub eod. remiſſiuè.

Multi pretia confingunt ad fraudem aliorum. ſub eod.

Agnatus ſtante fraude verum pretium ſoluet non conuentum. ibid.

17 *Emit enim locum, quem ſibi anticipat, emit & ſucceſſionem, & quommodo id oſtenditur.*

18 *Nulla æquitas ſuadet quod quis re aliena et pretio vtatur.*

19 *Dominus ſoluit pretium ſi velit de feudo empto diſueſtire.*

20 *Et remotior agnatus, in quem facta erat refutatio, ab refutante pretium recuperabit ac repetet, et ratio.*

21 *Pignori datum feudum, vt pecunia ſua die non ſoluta ſit creditoris poterit quandocunque recuperari ſed pecunia reſtituta.*

22 *AEquitas ſolita ſeruari ex textibus feudalibus.*

23 *Agnato licet recuperare pretio reddito etiam quod reſutationi aſſenſerit Dominus.*

Cui non nocuit Domini conſenſus. ſub eod.

24 *Filius in retractu retrahit, ergo falſum quod factum patris noceat filio, et quod ius dimetiatur à patre. et num. 27.*

Reſpondetur ad hoc obiectum vt ſub eod.

25 *Item aliter reſpondetur non fieri hanc reuocationem omnino per viam prothomiſeos vt oſtēditur. et ſeqq.*

26 *Beneficium retractus eſt mere à lege vel conſuetudine.*

28 *Nec tenetur venditor de euictione, ſed tantum ad pretij reſtitutionem.*

29 *Ratio differentiæ traditur cur nō iure prothomiſeos in feudis et quo alio iure in eis.*

30 *Confirmatur in feudis locum non eſſe iuri prothomiſeos. ſub num. 32.*

31 *Hodiè indiſtincte practicatur quod proximior habeat prælationem contra extraneum pro æquali pretio in quolibet genere feudi. et nu. 32.*

33 *Non probatur Fulu. Lanar. dicens poſſe agnatum vel vti iure prælationis pro æquali pretio, vel vti rei vindicatione.*

Cur ſi agnatus conſentiat amplius non poſſit reuocare. ſub eod. et ſeqq.

34 *Qui conſentit alienationi rei ſuæ validat alienationem nec amplius admittitur ad eam reuocandum. et num. 35.*

35 *Eſt infallibilis regula conſenſum præiudicare præſtitum in transferendo ius ſuum in alium.*

Agnatum remoueri ex ſuo conſenſu à reuocando noceat et eius deſcendentibus. ſub eod.

Quod oſtenditur ponderatis verbis Omnino remouebitur, in d. §. Titius. ibid.

36 *De iure conſenſus non ſolum conſentienti ſed etiam eius hæredibus præiudicat.*

Filius in feudo cauſam à patre habere dicitur. *ſub eod.*

37 *Ex opinione Piſtor. malè reprobati per Roſent.*

Et Piſto. ſequutus eſt Vult ſub eod.

38 *Sufficit agnatorum tempore alienationis proximiorum conſenſus vt alijs præiudicetur eorum ſucceſſionibus ſeù deſcendentibus.*

39 *Declara dummodo omnes agnati conſenſerint omnium linearum, quæ eundem ſtipitem poſſunt recognoſcere, alioqui ſi ſuperſit quis quãuis remotiſſimus ſolus poterit reuocare alienationem agnato remotiori factam. et num.* 40.

41 *Verùm Auctor attenta contrarietate Docto. cõciliationem ad fert et ſeqq.*

42 *Vnus et idem cenſetur conſenſus primi à quo alij dependent, ac ipſorummet dependentium.*

43 *Secus ſi deſcendentes ſint ex diuerſis lineis, quia primus vnius aut alterius lineę conſenſus nõ eſt conſenſus primi aut deſcendentium in altera linea nec ille conſenſus afficit quoad iſtos.*

44 *Oblationes fiendæ proximioribus, ſi fiant nocent et alijs.*

45 *Idem et de proclamatibus, vt teneant contractus abſque periculo. et num.* 46.

47 *Idem vt noceant quoad ſpectantia etiam nomine proprio.*

48 *Alienatio, vt ſtabilis manere dicatur, debet eſſe perpetua.*

Omnes deſcendentes afficiuntur conſenſu præſtito per eorũ anteceſſores, et ità iudicatum ſub eod. et num. 49.

Non afficiuntur ij quorum perſona in capite nõ conſenſerat ſub eod.

50 *Imputandum ementi ſi ob defectum conſenſus contractus non conſiſtat, debebat enim cautè et ſeruatis ſeruandis agere.*

51 *Qui legem contemnit eius priuatur auxilio.*

52 *Circunſcripta diſpoſitione legali, decretali, ſtatutaria, aut ex conſuetudine non teneretur aliàs quiſquam oblationẽ acceptare nec iure ſuo priuaretur non acceptando.*

53 *Oblationum defectus aut conſenſus Anteceſſorũ præiudicat nundum conceptis vel natis tunc temporis.*

1 ET † primò quæram cur mors refutantis ſit expectanda ad reuocandum
feudum refutatum; facilis eſt reſponſio, quia poſſet contingere, quod remotior ille agnatus, cui fuit feudum refutatum præmoreretur ſine hæredibus, ante ipſum
qui refutauit, quo caſu feudum ad eundem
ipſum refutantem reuerteretur. Quare hic
ordo non erat perturbandus, *tit. de ſucceſſ.*
2 *feu. in princ. tit. de nat. ſucceſſ. feu.* † Vltrà
quod refutans locum ceſſit, ius retinuit, exemplo vſusfructus, qui cedi nõ poteſt, quia
perſonalis, alienari tamen fructus, ſeù commoditas poteſt licet vſus nõ *Surd. conſ.* 103.
nu. 12. 13. *lib.* 1. *& ad ſupra cap.* 48. *ſub. verſ.*
ex his autem num. 64. *& ſeqq. & in term. feudi*
emphyteoſis, atq; vſusfructus ꝙ ius retineatur
at quoad fructus, & commoditates teneat
alienatio durante vita alienantis, *Crau. in*
conſ. 213. *num.* 2. *Camil. de Curt. in diu iur. feu.*
§. nunc de altera num. 98. *lib.* 1. *vbi ità indicatum refert.* Ità fit vt quandiù durabit vſusfructus in perſona alienantis, eius commoda ad eum, cui alienatũ eſt tandiù pertinebunt, *vt ait Crau. ibid. numer.* 3. & in perſona
3 hæredum, eius donec viuat alienans † *Vt in*
term. maioratus Mol. de Hiſp. prim. lib. 1. *cap.*
26. *numer.* 9. *Surd. conſ.* 504. *ſub. numer.* 8. *verſ.*
octauo videtur lib. 4. & per hæc reincidimus
in illud quod dicebamus de actu ad irritum
non deducendo, ſed ſuſtinendo *numer.* 34.
vſq. ad 52. quando quidem in hac eadem materia vſusfructus, cui feudum, & emphyteo
4 ſis in hoc comparatur, vt mox viſum eſt †
imò verò feudum eſt vſusfructus, vt eſt in
difinitione feudi *in §. fin. quibus in cau. feu.*
5 *amitt. lib.* 2. † Habemus *ex l.* 1. *caſum deciſum*
C. ſi pign. pigno. dat. ſit, & in l. rem quam C. de
iur. dot. et Crau. conſ. 222. *ſub. num.* 8. *ad fin.* vbi
ſi vſufructuarius cedat alij vſumfructũ intelligitur ceſſiſſe cõmoditatem ipſius vſusfructus, & ſic fructus ipſos, vt ceſſio valeat,
ne alias cadat à iure ſuo, accipiendo vſumfructum proprie, & profectò ita eſt. Quia
cedendo, donãdo, vendendo, vel aliter alienando, ſtatim ille extingueretur, & rediret
ad proprietarium *§. finitur, Inſt. de vſufr. l. ſed*
& ſi quid in fi. ff. de pigno. cum alijs pluribus adductis per Surd. in d. conſ. 503. *numer.* 1. *lib.* 4.
Hæc cum ita ſint ex eo quia hoc ius fuit retentum à Vaſallo, interim nullus potuit alij
agnato eſſe locus apertus ad ſucceſſionem.
6 † Cur verò mortuo Vaſallo, qui refutauit
agnatus iſte proximior feudum alienatum
in remotiorem recuperabit, etiam pretio
non reddito, vt in tex. quia agnatus proprio
iure capit feudum, & cum habeat ſibi apertam viam ad feudum acquirendum mediante ſucceſſione *iuxta tit. de feu. cognit. in fin.* nõ
eget emptione ad eum ſibi comparandum.

Item

Item fuerat locus per agnatum remotio-
rem ſibi pretio comparatus, At hic locus
fuit vna cum perſona refutante extinctus,
quare non poteſt aplicari pretium ad rem,
quæ non eſt,quia non entis nullæ ſunt qua-
7 litates † & res cum pretio iuncto conſenſu
ſunt omnia de ſubſtantia emptionis, *Inſt.de
empt.& vend. ad princ.*
8 †Cur autem ſi refutans filios habeat,at re-
futet, ſtatim proximior agnatus poſſit reuo
care iam poſita eſt *ſup.part. 1.num.38.& ſeq.*
Et infer tu quod ex inclusione agnati
ſpecifica ad hoc quod poſſit reuocare, exclu
duntur filij ne poſſint, & quare excludantur
niſi hac ratione, quod filius vtitur iure pa-
tris,& ideo ei præiudicare potuit pater, ſi-
cut à contrario,quia agnatus venit ex perſo-
na propria,& ex iure proprio, ità non affici
9 tur ex facto huiuſmodi agnati defūcti † ſed
liberè vti poteſt iure ſuo *ad l. Grachus. C. ad
leg.iul. de adult. & in term. Piſtor.qq.iur. q.
6.num.10.in fin.* & euidenter reſultat hæc fi
liorũ excluſio *ex eod. §. Titius* eo ipſo quod
ad conſpectum filiorum expreſſim de eis
nominatione facta admittuntur ſoli agnati,
10 *ad dec.noſt. Bonon.66. num.* 17. † Item ex eo
quod filij hic ponuntur veluti cauſa quædã
diuerſitatis cur agnati vno caſu admittãtur
altero non admittantur, ſi ergò ſunt cauſa,
cur agnati admittantur, vel non admittãtur
non poſſunt ſibi ipſis eſſe cauſa vt admittan
11 tur, vel non† Quia vnum,& idem no poteſt
ſibi ipſi eſſe cauſa,& effectus, actio aut paſ-
12 ſio *l.Vran.ff.de fideiu.*† Mors,& vita in vno
& eodem actu incõtinenti, vita dando agna
to,mors deſtruendo hoc ipſum, dum dare-
tur filio contra iura per me allegata *in dec.
13 flor. 28.num.4.& ſeqq.*† ſeu quod vnum, &
idem ſit confirmans, & confirmatum, con-
firmans in agnato, confirmans,& confirma
tum in ipſamet perſona filiorum, contra *l.
quod per manus,& ibi glo.ff.de iur.codicil.* Ac-
cedat aliud abſurdum de quo mox in ſeq.
14 quæſtio † Hinc inferi poteſt, quàm pericu-
loſa ſit opinio eorum, qui cenſuerunt aliena
tionem feudi antiqui valere ſaltem duran-
te vita alienantis ſi facta ſit cũ conſenſu Do
mini,cum quo tranſit *de Pont.conſ. 14. num.
26.lib.* 2.nam ſi ad fauorem agnati remotio-
ris non tenet,& ſtatim poteſt reuocari,quã-
tò minus pro extraneo?
15 †Cur verò agnatus proximior recuperat
pretio reddito? quia negari nõ poteſt, quin
in aliquo rem alienam prætendat, & occu-
pare inteudat ergo ſi eam velit quod emat,
ſeu redimat pretio reddito ei neceſſe eſt ex
iure prothomileos, vt hic dicunt *Doct. Kirc-
herb.in diſc.feu.cap.5.num. 35.36.vbi ampli-
at*, Vt ſit ſoluendum pretium, quamuis iu-
ſto maius, niſi ab emptore fraus commiſſa
allegetur, *vt ibi per eum,& num.37. et ad Do-
cto.etiam in §.ſed etiam ret.per quos fiat inueſt.
et in §.porrò,qual.olim pot.feu.alien. Roſe.cap.
9.concl.86.per tot.et in glo.b. c. præſertim glo.
c.et glo.1.Schrad.de feu.par.8.cap. 7. Fulu ta-
men Lanar.in add.ad rep. §. ſed etiam reſ. per
quos fiat inueſt.num.41.et ſeqq.* non inelegan-
ter defendit hoc pretium debere eſſe æqua
le, ideſt iuſtum, & ſecundum communẽ va-
lorem, & æſtimationem peritorum, teſtans
ità fuiſſe pluries iudicatum *numer. 64.et 72.
verſ.poſt hæc ſcripta*, & ego ei (iunctis quoque
16 rebus iudicatis) non parum deffero† ſed ali-
quid ſcrupuli mihi inſurgit, quod de vero
pretio feudi non cadat hoc in caſu diſputa-
tio. Conſiderando quod ipſum totum feu-
dum, non emitur à remotiore agnato, ergò
totius feudi non eſt facienda æſtimatio, de
qua loquitur *Fulu.* ſed emitur locus, ſeù an-
ticipata quædam prout *ſupra hoc eod.cap.54
par.1.num.4.et ſeqq.* quę non debet tanti ęſti
mari, ac ius ipſum feudi in vniuerſum, &
ideò minoris ſilicet ad ratã valoris huiuſce
ſic emptæ præuentionis. Quare aut non in
trant termini de feudo in totum æſtiman-
do, in quibus loquitur Fulu. aut ſi intrant ali
qua æſtimatio, hæc cum reſpiciat ius quod-
dam ſolum æſtimabile pro parte, & ex opi-
nione eius cui feudum refutatur, qui poteſt
plus minuſue in pretio habere hanc præ-
uentionem, videtur quod alius, qui vult ab
eo reuocare, non poſſit conquæri, ſi ęqua
le pretium refundat, etiam ſi iuſtum exce-
dat, dummodò non in fraudem, ita enim ſe-
quimur regulam, & iuris communis, quo
idemmet pretium eſſe reſtituendũ, tametſi
iuſtum excedat, *dicit Tiraq.in t.retr.§. 1.glo.
18.num.4.et ſeqq.* & iuris feudalis, quod hoc
dicit *ad literam in d.§.etiam ret, et in §. porrò,
qual.olim etc.* hac phraſi vtendo pro æquali
pretio, per quam, æquale, ideſt æquiualẽs,
& idem pretium indicatur euidenter, *et con
cordat §.Titius ſi de feu.def.* dum pretio red-
dito ait indefinite, ergò illo pretio, de quo
eſt ſermo, & quod datũ fuit ab alio cui fuit
refutatum, vt indicat participium reddito,
ideſt reſtituto, id quod influit ad totalem, cũ
eo quod venit reſtituendum indentitatem
ſaltem ope functionis in genere ſuo, & præ
tereà non carebimus remedio, ſi aliquis for-
te abuſus ſubeſſet, quia, data fraude, locus
erit reuocatoriæ, vnde non eſt neceſſe recur
rere ad communem per peritos æſtimatio-
nem, tum quia non ſumus in term. proprie,
vbi feudum in totum ſit æſtimandum, tum
etiam quia, & ſi eſſemus, quoties inueniré-
tur pretium per fraudem concordatum, eſ-
ſet, vt dictum eſt, locus reuocationi, *vt per
Bald. Martin. Laud. et alios id limitantes, niſi ap
pareret de fraude, multi enim inquit Bald. pretia*

confingunt in fraudem aliorum refert Tiraq.
in 1.retr.§. 1.glo.18.num.5.in fin. Agnatus er
gò ſtante fraude non ſoluet quantum alius
ſe ſoluere velle ſimulet, ſed quantum re ve-
ra ſoluit pretium numerare cogitur, vt ait
Roſen.d.c.9.cõcl.86.in glo.6.et Schard. de feu.
par.8.cap.7.ſub. numer. 6.& ità contra Fulu.
non recedo à communi ſententia in hac re,
prout apparet comm.ex mox cit. & alijs ſu-
pra mox ſub num.15.& ſeqq. & ſi loco partis
pretij intrarent merita, eſſent & hæc in ra-
ta pretij habenda, quia hæc æquiparantur
pecuniæ Gallupp.in meth.iur feud.par. 2.cap.
2.num.27.vbi ita in contingentia facti fuiſ-
ſe conſultum. Ex quibus autem præſumatur
quod refutatio ſit facta in fraudem vide ple
niſſimè apud Capan. de Iur.releu. p. 4. q. 17.
vſq; ad q.24.
17 † Emit enim locũ, vt quem ſibi hac redem
ptione anticipat, emit ſibi & ſucceſſionem,
quandoquidem exiſtentibus filijs ipſi erant
ſucceſſuri in feudo, ſi pater non refutaſſet,
Ipſi verò agnato nundum erat aperta ſuc-
ceſſio, quam tamen ex nunc ſibi acquirit, nõ
ex perſona omninò propria, quare opus eſt
pretio ad hæc ſibi comparanda, ſine quo ali
ter aliena non licet prætendere, ad tit. de
rer.permut. cum ſimilibus;
18 † Nec vlla æquitas ſuadet ꝙ quis re alie
na, & pretio vtatur l.2.C.de action. emp.&c.
19 † ſic idem ſeruatur in Domino ipſo, vt reſti
tuat prætium ſi velit de feudo empto diſue-
ſtire tit.7.de not.feu. ad fin. lib. 1 in tit. 16. de
feu.dat.min.Valuas ibi ſi vero pretium de bene
ficio acceperint, tunc aut pretium reddant, aut
20 beneficium dimittant. † & cum hic remotior
agnatus ſit bonæ fidei emptor, ex eo quia li-
cita ſit in eum alienatio feudi, & poſſit cre-
dere proximiorem ratum habiturum pro-
pter annum de quo in fine tex. §. Titius. Ideò
poterit ab refutante venditore repetere pre-
tium per eum ſolutum venditori ex tex. de
probib.feu.alien.per fed.in fin.princ. ibi empto-
ri bonæ fidei ex empto actione de pretio contra
venditorem competente, vel alias idem pretiũ
conſequi ab illo proximiore agnato red.mé
te, quod idem ſibi erit, cum paria ſint vel ab
eo habere, vel ab altero breui manu.
21 † Sic etiam pignori datum feudum, vt vſq;
ad certum tẽpus pecunia non ſoluta ſit cre-
ditoris, poterit quandocunque à debitore
recuperari, ſed tamen pecunia reſtituta, vt
in tit.de feu.dat.in vic.leg.com.repro.27.lib. 1.
22 † Ex quibus exemplis facile colligimus quã
verum ſit æquitatem ſemper præ oculis ha-
bitam Feudiſticis Auctoribus ſolitamq; ob-
ſeruari, & eam ſequi, vt diximus ſupra cap. 3.
per tot.præſertim num. 5. & ſeqq.
23 † Et hoc amplia, vt liceat agnato pretio red-
dito recuperare, tametſi remotiori fuiſſet
alienatum cum conſenſu Domini, Surd.cõſ.
305.num.23.lib.3. alios citans, ex ratione in
promptu, quia alias ſine eo conſenſu erat va
lida, quoad Dominum, ſed non quoad agna
tum, cui nõ nocuit domini cõſenſus Cephal.
plura cumulans conſ. 307.num. 7. & ſeqq.
lib.3.
24 † Sed, & hic parumper ſiſtamus, non ne ſi
ſumus in retractu filius retrahit? ita eſt. ex
Boer.dec.12.& 138.Tiraq.in 1.retr.glo.9.nu.
46.& ſeqq.& ad dec.noſtr. flor. 28. per tot. &
ita etiam in term.noſtris eſt communis opinio, de
qua Kirch. in diſc.feu.cap.5.52.& alij relati ſu
pra cap.52.num.42. & ſeqq. noniſſimè Gallup.
in meth.iur.feud.par.2.c.2.n.15.& ſeqq.
ergo falſum eſt quod factum patris præiudi
cet filio, & datur inſtantia ad rationem no-
ſtram, quod filius ius ſuũ à patre nõ dimetia-
tur, & qua data ratio allata manifeſtatur er
ronea, & falſa, vt alibi diximus.
Reſponderi poſſet primo loco hæc omnia
eſſe aduerſus tex. apertum in d. §. Titius; vbi
agnati tantum, & quidem ſtatim admittun-
tur, id quod non poteſt intelligi niſi excluſi
ue ad filios tam in vita quam poſt mortem
patris, vt actus ſit perpetuus, & acquiſitio in
agnato proximiore irreuocabiliter duret,
ad ea quæ diximus ſupra cap.30. num. 58. c.
52.num.33.& ſeqq.& c.54.par.1.num. 38.et
ſeqq. & har part.2.num. 8. et ſeqq.
25 † At quia fortè intellectus hactenus non
acquieſcet, aduerte nos paulo in altiori lo-
co verſari, quã in mero iure prothomiſeos.
Namque in re vendita ad quam agnatus
aut alius habet ius prothomiſeos, nec agna-
tus fortè, nec filius nec alius habet aliquod
ius in re aut in ſpe, actu, vel habitu, vnde ſi
vellit retrahere, id ex eo non eſt, quod ius
aliquod ei comperat in re, aut circa rem
26 ipſam, † Sed eſt merum beneficium legis,
aut conſuetudi nis, quod id concedit ſangui
ni, vel vicinitati, vt poſſint cõſanguinei, vel
vicini retrahere, & quia hoc eſt beneficium
legis, vel conſuetudinis factum generi &c.
ita fit, vt quiſq, poſſit retrahere etiam filius,
& nos conceſſimus ſup. cap. 13. quæ à genere
à lege, à rerum natura filijs competerẽt, hæc
eis incolumnia remanere, vbi latiùs diſcuſſũ
eſt, per plura exempla, & in hoc fundata to-
27 ta baſis filiorũ circa ius prothomiſeos † Eis
etiam ex opinione communi conceſſum vt
patet ex Tiraq.mox.cit.numer.50.& ſeqq.vbi
numer.52.allegat l.debitor.§.vlt.ibi. Quia non
28 quaſi hæres. ff.ad trebel. † & etiam in hoc eſt
fundata baſis, quod non teneatur venditor
de euictione, quia (vt ait Henr.Boich. & facit
ad propoſitum valdè noſtrum) in cap.conſti-
tutus numer.7.de in integr.reſti. non eſt verùm
quod teneatur de euictione ad intereſſe emptoris
ex quo res eſt euicta, (ecce & nota ſunt verba
pro-

*propria(propter defectũ Domini ſeu iuris ipſius venditoris, ſe alia de cauſa proximitatis, & retractus, ſed ſolum tenetur emptori ad pretij reſtitutionem, quod quidem pretium iam habet per ipſum retractum, & quem Boich.retulit,& ſequutus eſt ibid.Tiraq.d.num.*52.& quem inſignem Doctorem enũciauerat paulò ante *num.46.ex Socin. vt ibi.* Aſt deberi euictionẽ in feudo,& nõ deberi & quando *vid.Gallup. in metho. feud. cap. 2. part. 2. numer. 47. & ſeqq.*

29 † In facti ſpecie noſtra ius erat ad feudũ in agnato,& in ſpe & in re; in ſpe quia comprehenſus eſſet in inueſtitura, & aliquando ſucceſſurus: In re quia ſaltem quoad ius, ne ſcilicet ſine eius conſenſu poſſet in alium fieri alienatio, hoc ſaltem ius erat præſentaneum,*per tit.de al.pat.feu.& alia iura alibi citata.* In filio ius erat quidem in ſpe, ſed lõge debilius,quia erat in eo,ſub hac intrinſeca qualitate, niſi pater aliter diſpoſuiſſet, etiam abſque eorum interuentu,ſeu conſẽſu *dicto cap.* 52.*numer.*33. Quare in hoc conflictu Iurium oportuit diuerſificare càſum hij, à caſu agnati; In iure illo prothomiſeos iura amborum ſunt ęqualia, quia nullus altero habet plus, vel minus iuris. Id quod habent,eſt ius ipſum prothmiſeos omni alio iure in re ipſa, & quoad eam carentes ſeu deſtituti, quare quid mirum ſi in eo vincat filius? eſt enim proximior,& proximiori datur ius illud. Si e contra ei cedat agnatus,eſt enim remotior, & ideò non niſi poſt alium, & eo tacente, admittendus & ex his puto obſtaculum fuiſſe ſublatum, ex ratione diuerſitatis, & ſic nihil obſtare concluſioni iam factæ quod filius non reuocet feudum refutatum, agnatus verò reuo-
30 cet, † & inferendum tutius non habere locum in feudalibus Ius prothmiſeos, neque ob aliquas conſtitutiones, vel conſuetudines,quia nulla ſubeſt,neque ſecundum iuſtam feudorum naturam, vt ex prędictis apparuit,*& ità teſtatur Franc. dec.* 17. *num.* 11. *Fulu.ad d.§.ſed etiam ref. num.5.per quos fiat inueſt.in rep.ad patruum.*

31 † Hodie indiſtinctè practicatur, quod proximior habeat prælationem contrà extraneum pro ęquali pretio, ſiue feudum ſit ex pacto,& prouidentia,ſiue hæreditarium
32 *teſte Fulu. mox cit.num.* 4. † vbi quod ex tot tantiſque deciſionibus, non poteſt amplius hæc opinio tergiuerſari,*& in term.§.Titius. ad.ſup.num.*82.in quibus tamen,quia eſt materia refutationis, per quam aliter, quã per viam prothmiſeos eſt ſuccurſum agnato, ideo in puncto iuris defendi poſſet non eſſe iuri prothmiſeos locum ex rationum diuerſarum concurſu, de quibus ſupra mox *à nu.*
33 25.vſque ad *numer.*30.incluſiue, † *quicquid dicat D. Fulu. ad d. §. ſed etiam res. numer.* 75. quod poſſit agnatus, vti iure prælationis pro ęquali pretio, vel vti rei vindicatione illud vindicando iure proprio, nam (ſecundum hoc)*tex.§.Titius.*in ſua diſtinctione deſtrueretur,& ſuperflua eſſet diſtinctio adeò deliberata, & longè abeſt à veriſimili, quod vnquam fieret locus *d. §. Titius*, & alijs loquentibus de redemptione reddito pretio, cum data hac poteſtate vindicandi ex prętenſo Iure proprio, quis eſſet tàm inſulſus, quod vnquam accederet ad redimendum cũ pretio prę manibus, ſi poſſet ſine pretio? ſtemus ergo in fundamentis *iactis ad tex.* alias cademus, *nã & Fulu.ipſe Lanar.*patruũ videtur ibid. notare, quaſi non poſuerit ſolutionem, ſcilicet *ad d. §. Titius, & ipſe ſupplendo voluit ponere, ſed fruſtrà per prædicta*, prout re vera patruum non ſoluiſſe patet *ex numer. 35.verſ.oppono ibi reddito pretio.ad eund.§.ſed etiam res fo.* 297.

Cur verò,ſi conſenſerit Agnatus proximior,omninò remoueatur poſteà à feudo? & quidem eo præſuppoſito, quod de eius præiudicio agitur, etiam neceſſarium eſſe conſenſum, *vt diximus d.cap. 52.num.33.&*
34 *ſeqq.*& pręſertim id in feudis,*vt ibid.* † Succedit hinc, vt qui conſentit alienationi rei ſuę validet alienationem,& amplius non admittatur ad eam reuocandam *l. cum quædam.C. de admin. tut. cum alijs pluribus adductis exornando per Piſtor.in term.q.7.num.*51.
35 *& ſeqq.* † & eſt infallibilis regula quod cõſenſus prędiudicat, quando prętatur in trãſferendo Ius ſuum in alium, vt etiam in ſpecie feudi per *Surd.conſ.349.num.11.in fin.& num.*12.

Argue ad rationem noſtram, quatenus iſte agnatus proximior ex ſuo conſenſu, & ſibi præiudicat,& ſuis deſcendentibus quoque.

Alioquin enim verba, *omninò remouebitur*, non verificarentur *vt dictum eſt cap.44.num.*
36 17. *verſ. id autem dabitur*. † Et ità eſt de iure vt conſenſus non ſolum conſentienti, ſed etiam hæredi præiudicet ita quod nec ei regreſſus ad ius detur, cui ſemel fuit renunciatum, *l. fin.C. de remiſſ.pign.& ad infr.cap. ſeq..num. 9.& in term. Surd.conſ.*353.*ſub nu.*27.*Piſtor.d.q.7.ſub num.51.& ſeqq.vbi num.*54.nominatim filios in feudis à patre cauſã habere,& ius ipſorum à patre ita dependere, vt non niſi mediante perſona patris ad
37 feudum queant peruenire. † Qui propterea male,& inconſiderate,&contra tot iura pro hac ratione ſemper vniformia fuit reiectus à Roſent. morem ſuum contrà Piſtor. conſeruante paſſim *ſed in ſpecie in cap. 9. concl. 79.ſub num.7.& 14.At Piſtor. ſequitur*,hãcq; ſententiam veriorem dicit *Vult. infr.part.3,*

38 num.45.ad verſ.id autem citandur. † & ſuffi-
cit agnatorum tempore alienationis proxi-
miorum,& in capite exiſtentium cõſenſus,
vt alijs pręiudicetur ad Surd. conſ. 571.num.
53 in fi.54.& 55.lib.4. Intelligo quoad ſuc-
39 ceſſores ex his ipſis deſcendentes. † Nam in
alio caſu ſi facta ſit alienatio in remotiſſimũ
& qui habet ante ſe primos in capite agna-
tos,& deinde etiam alios ſed tamen in linea
tranſuerſali gradu his ipſis remotiores, ſed
illi remotiſſimo anteriores, dic non ſuffice-
re conſenſum illorum proximiorum in ca-
pite, ſed oportere etiam alios conſenſum
ſuũ accõmodare, ex ſententia Bald.& Collegij
Bononien.in tit.de alien.feu.ſub nu.11.Mantic.
de tac.& ambig.lib 23.tit.25.ſub num.11.verſ.
40 ſed contraria, † vbi ſub nu.15. hanc commu-
niorem eſſe ſententiam ait, & ab ea in iudi-
cando non eſſe recedendum, veriorem, &
longe receptiorem ait Roſen. cap. 9.cõcl.81.
num 4. De Pont. Mant.in pręcit.locis vbi exa-
minat hanc quæſtionem dictam opinionem tenẽs
Piſtor.q.6.à num.11.ad plures ſeqq.& ad idem
q.7.nu.14.15.Clar.in §.feudum q.42.verſ.ſed
maior.
41 † Verùm quia contra cenſuerunt hac in
ſpecie Collegium Mediolanenſe, vt teſtãtur
Bald. Roſent. Piſtor.& Clar.ſupracit. Ideò co-
gitabam poſſe fædere diſtinctionis has opi-
niones conciliari hoc modo; Nam aut re-
motiores illi, ſeù intermedij deſcendunt ex
aliquo illorum proximiorum, qui erant in
capite, & conſenſerant, & hoc caſu eorum
conſenſus præiudicet etiam iſtis, ab hiſce
42 deſcendentibus † Quia vnus & idem vide-
tur conſenſus primi à quo dependent, ac
ipſorummet dependentium Bart. in l. ſi ſu-
peratus.ff.de pigno. Surd.dec.163.num.9. iun-
cto etiam num. 8. Ita enim tex. §. Titius, et alij
ſimiles non erunt poſiti in ludibrio, ex coſẽ-
ſu vnius in capite validata alienatio erit om
nino,& ſemper valida, vt eſt de intentione
feudalium conſtitutionum, Aut remotiores
illi ſeù intermedij nõ deſcendunt ex aliquo
illorum proximiorum conſentientium, &
hoc caſu non præiudicat, ratio, eſt quia licet
prima facie videantur remotiores, tamen
quatenus in ipſi repręſentatur linea tota,&
ſic primus ſtipes eius lineę, qui ſi viueret
43 eſſet ęque proximus, † ideo non afficiuntur
eo conſenſu, vt non afficeretur ſtipes ille, ſi
viueret,& non conſentiſſet, ad Mantic.d.lib.
23.tit.25 nu.18.et 25.de quo plenè ad Roſent.
cap.9.concl.81. per tot.et ad hoc idem facit ali-
quid Caſtr. par. 2. conſ. 44. in fin.et incip.conſ.
circa præſentem Item non afficerentur, quia
ſinguli agnati iure proprio veniunt, vnde
factum vnius alteri non nocet. In his itaque
in term. procedat Collegium Bononienſe,
cum alijs, vt ſupra relatis. In alijs vero mox
tactis hic ſupra ſub num.41.verſ. Ideò cogi-
tabam, procedat opinio Collegij Mediola-
nenſis, & ſaluari poſſit, vt noceat conſenſus
44 in capite. † Sic videtur de oblatione, quæ
in vim alicuius particularis conſtitutionis
ſit fienda proximioribus ad contractum cõ-
ualidandum, nam proculdubio ſi fiat agna-
to proximiori ſuſtinetur, & dicitur aliena-
tio firma, & conualidata exemplo oblatio-
nis fiendę agnatis de feudo alienando vigo-
re decretorum Ducalium apud D.Sol.in ant.de
feu. decr. Yolant.par.2.glo.3.num.8.9.& glo.
45 4.ſub num. 1.& ſeqq. † & exemplo procla-
matum fiendorum, & formę ſeruandę ad-
hoc vt contractus confirmentur,& teneant
abſque periculo, vt in nouiſſ.conſtit.Sab.tit.de
46 form. ac ſolem. obſer. pro confirm. contr. † vbi
D.Sol. in glo. vlt. num. 10.& 11. alienationi
conſentientes vocati, & moniti non compa
rentes intelligi renunciare iuribus ſuis, ita
quod non poſſint amplius alienata reuoca-
re.
47 † Id quod procedit etiam in ſpectantibus
iure proprio Sol.de alien.bon.feu.glo.vn.num.
30., verſ. quarè in nouiſſ. conſtit. Vbi autem
eſſet iſta firmitas,& perpetua contractuum
conſiſtentia, ſi per ſucceſſores cõſentientiũ
48 nec dum forte natos liceret reuocare? † &
ſi alienatio debet ſtabilis, & firma manere
ergò perpetuò l. ſufficit. ff.de cond.indeb. cum
alijs in propoſito §. Titius, noſtri, adductis, per
Caph.in conſ.307. num.22.iunct.num.21.ante
lib.3. ergo de neceſſitate filij,& deſcenden-
tes à conſentientibus continentur eo in cõ-
ſenſu,& eo afficiuntur ex hac opinione Me-
49 diolanenſi, † & ità reperio iudicatum, vt per
Myſing.obſ.50.cent.1. & his adde infra verſ.
id autem amplia.num.45.part.3.& ſupra cap.
44.num.18.& ſeqq.
Non contineantur autem ij, quorum pri-
ma perſona in capite non conſenſerat iux-
ta opinionem Collegij Bonon. quia tunc ſi
50 contractus firmus non conſiſtat, † & quod
poſſit imputari, ei qui emit, cum non ſerua-
tis ſeruandis, & cautè non emerit iuxta reg.
51 l.damnum. de reg.iur. † & qui legem contẽ-
pſit eius priuatur auxilio l. auxilium.in fi. ff.
de minor. cum alijs in propoſito oblationis,
& formæ ſtatuti non ſeruatę vt per D.Sol. de
feu.decr.Blanchæ par. 3. glo.vn. num.12.iunct.
52 num.13.in fin.& num.14. vbi vide † Circun-
ſcripto tamen decreto aut alia lege, conſti-
tutione, vel conſuetudine terminum ad ob-
lationem acceptandam pręfigente, non co-
geretur is, cui ea ſit acceptare, nec non ac-
ceptando, iure reuocandi priuaretur, vide
plenius Roſent.cap.9.concl. 78. per tot.de hac
materia refutationis & de cõſimilibus quę-
ſtionibus egit Gallup. in meth. vniu. iur. feu.
par.2.c.5.ſed in quibus tute, vere, & ſolide,

in

in quibus verò non, tu ipſe diſcerne ex poſito maximè nunc demum vero (ni fallor) intellectu ad d.§.Titius,& Iuncta fundamētal rati onequam defendimus,& continue ad rem applicamus, & ex latius diſcuſſis in indiuiduo *ſupra & per tot.cap.iſtud.*

53 † Cęterum quæ dicebamus oblationes ſeu conſenſus anteceſſorum præiudicare etiam ſucceſſoribus dic vt multo fortius procedat, ſi tunc temporis nundum fuiſſent nati vel concepti *ad ea quę ſupra c.50.ſub nu. 56. dicta ſunt, & per* rationem aliam, quia nullo modò adhuc intererat ęorum fuiſſe factas oblationes aut datos conſenſus, ex quo nondum erant nati ſeù cōcepti,& ideò nec acceptaturi nec recuſaturi, vnde non poſſint hodiè contra aliquid obijcere aut conqueri *vt egregiè* per hæc & alia latius in term. feudi *conſuluit diſertiſſ. I. C. D. Franc. Piſcina inter conſ. Ozaſ. vol.2.conſ.21.ſub nu. 14.ſub verſ.ſed n̄.& n.15.vſq; ad n.20. incluſiuè* dignus pater digniſſimo filio Ioanne Iacobo Piſcina Magno Regię Altit. Sabaudię Cancellario ob eximias animi & corporis dotes meritiſſime ad tantæ dignitatis culmen euecto & Iuriſprudentiæ, & aliarum ſciētiarum, humaniorumq; literarum quā maximo profeſſore ſummis alijs dignitatibus & Senatoris & Primarij Præſidis in ſupremo Senatu, & maximarum legationū apud ſummos Principes, vel Reſpublicas muneribus fęliciſſime defuncto, filio etiamnum Auiti nominis Franciſco,& paternarū virtutum ac dignitatum Æmulatore, Pręclariſſimo iam Senatore, Collega colendiſſimo plane glorioſus in cęlo & in terra.

CAP. QVINQVAGESSIMI QVARTI.

Partic. 3.

De annali præſcriptione ex §. Titius filios.ſi de feu.def. &c.tit.26.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Cur per lapſum anni à quo ſciuit agnatus feudū refutatum, non poſſit poſtea amplius audiri ad reuocandum.*

Quia cenſetur tacitè renunciaſſe iuri ſuo. ſub eod.

2 *Quando tempus præfinitur à lege eo elapſo inducitur renunciatio.*

3 *Verbum* (omnino) *eſt pręciſæ ſignificationis.*

4 *Verbum* remouebitur *eſt præciſæ ab negationis.*

5 *At ſi agnatus ſit minor quid iuris remiſſiuè.*

6 *An agnatus habeat annum à die ſcientiæ habitæ viuo adhuc refutante, an vero poſt mortem.& ratio.*

7 *Non ſufficit ſciuiſſe ſed & quod potuiſſet.*

8 *Potuiſſe non poteſt dici, cui nullum ius ad agēdum competebat.*

9 *Non quælibet ſcientia ſufficit, ſed ſcire perfectè & cum omnibus ſuis qualitatibus.*

10 *Sola ſcientia ſufficit abſque denunciatione.*

11 *Contra extraneum agi non poteſt ad reuocationem poſt trigintaannos.*

12 *Non idem in agnato vbi ſolus annus.*

13 *Vbi adeſt tex. nihil hæſitandum.*

14 *Reſpondetur ad contrarios qui volunt tricennariam præſcriptionem etiam in Agnato, & ſeqq.*

16 *Regula quam aiunt eſſe quod præſcriptio in feudis ſit tricennaria eſt erronea.*

17 *Præſcriptio tricennaria in feudis nominatim prohibita.*

18 *Excluditur argumentum à validitate alienationis, quia eſt nulla ex cap. Imperialem de* prohib.feu.al.per fed. ſub.*nu.20.& 21.& ſeqq.*

19 *Vnde non habet locum quod res aliena vendi poteſt, quod ſupponit validitatem.*

20 *Nec quod poſſit incboare præſcriptio, quæ pariter ſupponit validitatem.*

24 *Nullum in term.d.tit. de prob. feu.al.etc.et inualidum propriè capiuntur, ità quod alienatio verè et realiter ſit ipſo iure nulla.*

25 *Verba* (Non valet) *eadem, quod verba* Non poteſt.

26 *Ex quibus inducitur neceſſitas præciſa omnimodam tollens potentiam, ità quod reddant actū contrarium impoſſibilem.*

27 *Et inducunt formam, quæ facit actum inutilem.*

28 *Cauſa prohibendi alienationes feudorum.et nu. 29.*

30 *Non eſt in poteſtate cuiuſquam ius publicum violare.*

31 *Nulla eſt alienatio cui agnati non conſenſerunt.*

32 *Agnatus ſcit aut ſcire debet alios adeſſe agnatos alioquin eſſet craſſa ignorantia, Immo ſciētia præſumitur inter agnatos ſeù coniunctos. et num.35.*

Craſſa ignorantia nunquam excuſat. ſub eod.

Furtum committit agnatus feudum alienando ad præiudicium tot ſucceſſorum.ibid.

34 *Rei furtiuæ nulla vnquam currit præſcriptio.*

35 *Tollitur ſimilitudo de extraneo, et agnato in præſcribendo.*

Digitized by Google

Legum Romanarum non eſt vilis auctoritas, ſed non tanta vt vſum vincant aut mores. ſub eod.

36 *In ſymbolizantibus facilior eſt tranſitus.*

Non eſt quærendum de conſenſu tacito per annum vbi feudum alienatur. ſub eod.

37 *An conſenſus ſimplex ſufficiat in præiudicium ſucceßorum.*

38 *An in præiudicium ipſius conſentientis & quod ſic vt remißum ſuum ius intelligatur.*

39 *Et probatur ex tex. §. Titius. num. 40.*

41 *Plus eſt expreſſum quàm tacitum.*

42 *Plus afficit voluntas expreſſa, quæ facilius extenditur, quàm tacita quæ non tàm facilè, et reſtringitur ſecundum facti qualitatem.*

43 *Tacitus conſenſus aliquando non habetur pro ſufficienti, ſed opus eſt expreſſo.*

44 *Conſenſus tamen tacitus ex §. Titius. ſufficit.*

45 *Et præiudicat etiam proprijs filijs et deſcendentibus. ſed contra.*

46 *Auctoris opinio an præiudicet filijs et deſcendẽtibus. et ſeqq.*

47 *Vbi res per me, et ex meo iure ad te peruentura eſt, ſi conſenſus mihi qui ſũ principalis præiudicat, tantò magis tibi qui acceßorius.*

48 *Hæredibus conſentientium præiudicaſſe conſenſum verius eſſe dicunt nonnulli.*

Non præiudicatur inſpectantibus iure proprio. ſub eod. et num. 49.

50 *Conſenſus de perſona ad perſonam, de re ad rẽ, de cauſa ad cauſam non extenditur.*

51 *Periculoſa dicitur aſſertio quod pater qui vendidit feudum ſuum tantum ius præſumatur vendidiſſe, non etiam ius filij.*

52 *Communis tamen diſtinctio eſt, vt conſenſus ſimplex noceat tãtum conſentienti, ſecus ſi vltra conſenſum accedat obligatio, vt noceat etiam alijs. et num. 53.*

54 *Conſenſus obligatorius afficit hęredem, cõfirmatorius non.*

55 *Diſtinguitur de hærede alienantis, vel conſentientis, an licitum ſit contrauenire.*

56 *Quoad effectum ne poſſit contrauenire pari paſſu ambulant conſenſus confirmatorius et obligatorius.*

57 *Sed quoad alios effectus, vt ad obligandum de euictione manet differentia.*

58 *Aliud eſt vendere aliud vendenti conſentire, & id in quo verificetur.*

59 *Conſentiens tranſactioni, venditioniuè rei fideicommißariæ an ſibi præiudicauerit caſu fideicommiſſi adueniente, remiſſiuè.*

60 *Simplex conſenſus non pręiudicat, niſi etiam renunciatio.*

61 *Ad interrumpendum annalem præſcriptionem an citatio ſufficiat et alia vt numer. 62. & 65.*

63 *Annalis præſcriptio, de qua* in §. Titius *ad quẽ effectum conſideranda.*

Ponderãtur verba, ſi tacuit; ad d. §. Titius. *ſub eod.*

64 *Inueſtitura in remotiorem non valet ad præiudicium non conſentientis.*

65 *Non præfixo tempore non poteſt intrare quod tempus currat.*

66 *Annale tempus ad diſſentiendum non confundendum cum tempore ad redimendum. & num. 67.*

68 *Præſcriptio tricennaria non poteſt locum vllũ ſibi hæc vindicare & ratio & num. 71.*

Mala fides impedit præſcriptionem. ſub eod.

69 *Monentur Agnati ne permittant elabi annum, aliàs ſilentio contractus confirmabitur.*

70 *Multæ declarationes & ampliationes. remiſſiuè.*

71 *Reprobatur Roſent. immiſcens alienationem in materia* §. Titius *cum pręſcriptione tricẽnaria & cum extraneo.*

72 *Agnatus poteſt ſtatim reuocare feudum refutatum in manibus Domini & ratio.*

73 *Sed contrà.*

1 PErgamus † ad reliqua, cur ſi tacuit agnatus per annum à quo ſciuit, remouetur à reuocando amplius feudo refutato? quia ex taciturnitate cum anni lapſu coniuncta, cenſetur cõſenſiſſe in huiuſmodi refutationem, & tacitè renunciaſſe ſuo iuri & facultati reuocandi feudum refutatum *ſecundum Doct. omnes ad hunc §. Titius. Cephal. cõſ. 307. num. 31. 32. Intrigl. cent. 2. q. 32. nu. 29. Bãmac. ad d. §. Titius. num. 7. & ſeqq. titu. ſi. de feu. def. &c. Kircherb. diſc. feu. cap. 5. num. 83. Sonsbec. par. 13. num. 139. Affl. benè, & ex profeſsò in §. præterea. ſub num. 9. quib. mod. feu. amitt. lib. 1. & ſub num. 16. Gayl. obſer. 19. numer. 13. lib. 2. Myſing. obſ. 85. num. 9. Cent. 4. latè Surd. conſil. 349. num. 28. per tot. Vbi de comm. per Burſat. ibid. cit. & ſub numer. 33. verſicul. tertio dicit,*

2 † & eſt ratio quia eſt generale quod quãdo tẽpus præfinitur à lege eo elapſo inducitur renunciatio *Crauet. conſil. 166. ſub numer. 15.*

3 † & hic vlterius eſt verbum, *Omnino*, quod eſt præciſę ſignificationis *c. qualiter. de iud. Piſtor. qq. iur. q. 8. num. 14. lib. 2.* vbi in term.

4 † & verbum *remouebitur*, quod eſt præciſę (abnegationis) ſeù priuationis *vide ſupra de his ipſis cap. 44. num. 19. et ſeqq. vbi alia ad idẽ*

5 *infra.* † Sed quid ſi ſit agnatus minor *Menoch. conſil. 401. num. 42. 43. 44. lib. 5. Bammac. in §. Titius. numer. 15. ſi de feu. def. &c. Roſen. cap. 9. concl. 90. vt num. 2.*

6 † Sed cadit primò difficultas an agnatus cui ſecundum primum reſpõſum *d. §. Titius.* eſt mors vaſalli expectanda, habeat annum à die ſcientiæ, & ſic etiam viuo adhuc refutante, an demũ poſt mortem? Piſto. mouet hanc dubitationem, & reſoluit quod poſt mortem *in d. q. 8. num. 17. & ſeqq.* & quidem,

[vt

Digitized by Google

(vt opinor rectè) nam inter rationes per eũ
adductas, facit illa maxime quia viuẽte ad-
huc Vaſallo refutante, nullum ius ſibi erat
quæſitum, cuius vigore poſſet proteſtari,
aut cui poſſet applicari conſenſus,& conſe-
quenter renunciatio, nam non entis nullæ
ſunt qualitates &c. reliqua apud eum vide,
7 hanc regulam allegantem *ſub num. 29.* † &
præterea vtrunque requiritur & ſcientia &
proteſtas nec enim ſufficit ſciuiſſe, ſed &
quod potuiſſet ſimul concurrere, aliàs alte-
ro deficiente tempus non curreret *Roſent.*
8 *c.9.concl.96.nu. 3.& q. 84.* † potuiſſe autem
non intelligitur agere, cui nullum ius adhuc
ad agendum competebat *ad l.cedere diem.ff.
de verb.ſign.*

9 † Nec etiam quælibet ſcientia ſufficit, ſed
eſt neceſſarium ſcire perfecte, & cum om-
nibus ſuis qualitatibus. *Piſto. lib. 2.qq.iur.q.
12.num.28.& ſeqq.vbi amplè Kirch.multos re-*
10 *ferens cap.5.num.126.& num.43.* † Non eſt
tamen neceſſaria denunciatio, quia etiam
ſine ea ſufficit ſola ſcientia, *vt ibid.ſub num.
44.Roſ.cap.9.concl.93.num. 11.*

11 † Altera quæſtio mouetur, ſicuti ad fir-
mandum feudum in extraneo in quem fuit
feudum alienatum triginta anni requirũtur
*vt per Gayl.qui de Comm. lib. 2.obſ.19.nu.13.
cum glo. ad hunc §. Titius. in verb. per annum
& ibid.docto. Dec. in conſil. 395. numer. fin.*
An idem ſit & in caſu vbi agnatus refutat
agnato vt ad firmandum hanc refutationẽ
neceſſaria ſit eadem præſcriptio tricẽnaria?
& quidem non ſufficere annalem, eamque
eſſe neceſſariam *ſcribit Kicherb. d. cap. 5. ſub
num.84.& ſeqq.& Piſtor.d.quæſt.8.ſub nu.31.
& ſeqq.*

12 † Veritas eſt in contrarium, quia quod
operatur taciturnitas in præſcriptione tri-
ginta annorum, quando feudum alienatur
in extraneum, idem operatur taciturnitas
annalis agnati proximioris, *vt ait Bammac.
ad hũc §.Titius.num.22.* Vbi plures cumulat,
& eſt communis opinio, vt patet *quia verba
tex.* ſunt clara, & præciſa per verba *omninò
remouebitur,* relatione habita ad omnia ante-
cedentia ex cõmuni opinione *vt per Intrigl.
cent.2.q.32.num.32.vel ipſo.Piſto. d.q.8.num.
31.et ante num. 12.teſte,* vbi vide, quia refert,
& admittit dictam relationem ad antecedẽ-
tia omnia ex com. opinione, *Gayl.cum alijs
ſupra cit. num. 1. hac partic.* vbi in ſpecie di-
ſtinguit agnatum vt habeat annum, ab ex-
traneo, vt opus ſit quoad eum tricennaria
Roſent.d.cap.9.conc.95.nu.1.in fi.et 2. vbi latè
refert hoc *ex verbis tex. omninò remouebitur*
& de magis communi *d. num.1.in fin.et d.nu.
2.ante fin.iunctis glo.v.etc. Myſing.lib.4.obſer.
85.num.5.* vbi pariter quod in agnato remo-
tiore annus, in extraneo 30.anni, & licet iſta
13 ſufficerent, † Cum ſit tex. in puncto, vnde
vlterius nihil hæſitandum ſit, *ad l.ancillæ C.
de furt.* cum opinione communi cõiunctus,
tamen aliquid de aduerſarijs fundamentis
videamus.

14 † *Dicit Piſto.ſub d.nu. 31. et ſeqq.* regulam
eſſe quod præſcriptio in feudis ſit trienna-
ria cui ſtandum ſit &c. vt ibi: *addit kircherb.
in diſc.feu.cap.5. num. 85.* hoc ius reuocandi
niti iuri ſuccedendi ex prima Inueſtitura,
ergò non debet amitti citius, quam ipſum-
met ius ſuccedendi cui innititur, ius autem
ſuccedendi non minore quàm 30.annorum
ſpatio extingui ergo &c. ſed fallax eſt hoc
15 argumentum, † quia ius ſuccedendi etiam
anno ammittitur, *vt eſt in.§.Titius, et commu-
niter ita ſentiunt Docto. vt dictum iam eſt,* ne-
gata itaque maiore, & deſtructo antecedẽti
deſtruitur conſequentia &c. & patet, nec
Docto.allegati faciunt ad rem, quia loquũ-
tur in iure ſuccedendi ordinario, non in iu-
re ſuccedendi feudali, in quo certus termi-
nus præſcriptus fuit nominatim, & ideò ei
ſtandum.

16 † Primum verò regulam eſſe quod præ-
ſcriptio in feudis ſit tricennaria eſt erroneũ,
multa diximus *cap.* 44. dum ibi à partium
enumeratione nullum inuenimus in feudis
locum de hac præſcriptione loquentẽ inter
Dominũ, & Agnatum, ſeu inter agnatos ip-
ſos, quicquid eſſe poſſit in alijs pluribus ca-
ſibus, vt inter Dominum & Extraneum *de
quibus per Schrad.& Roſen. in princ.d.cap.44.
num.45. cit.* Nec dicatur id ſaltem eſſe (ex
Iure communi) regulare, in quo etiam ſe
fundat Piſto.quia hęc regula in alijs, ad feu-
17 da non recte applicari poteſt, † primò quia
huiuſmodi præſcriptio in feudis fuit nomi-
natim prohibita ex conſtitutione *Federici
Imp.in tit.de prob.feu.al.per fed. vt dico d.cap.*
18 *44.numer.48.& ſeqq.* & per alia vt ibi. † per
quam excluditur argumentum, ſi dicas alie-
nationem non eſſe nullam ipſo iure, ſed eſſe
19 de ſe validam, † ex eo quia aliena res vendi
poteſt, *vt ait in puncto Surd.conſ.382.num.23.
24.lib.3.Vult.de feu. cap.11.nu.79. Kircherb.*
20 *d.cap.5.ſub num.5.et 27.*† & propterea poſſe
inchoare præſcriptionem tricẽnariam, quę
alias non poſſet, ſi eſſet nulla *Curt.de feu.par.
4.ſub num.146.col.poſt ipſum num.4.ſub prin.
pag.* 478. quia ad hæc omnia ſatis ſit cum d.
conſtitutione per quam & omnis præſcrip-
tio prohibetur necnon & nulla, & non va-
lens declaratur, *ad ſup.cap.23. partic. 2.num.
102.et c.44. num.51. et ſeqq.*

21 † Huic conſtitutioni accedunt alij cõtex.
feudales, nam primò ſe offert *tex. in tit.de al.*
22 *pat. feu. in prin.dicit,* † *Non valet,* nec dicas,
non valet, ſcilicet cum effectu *cum Vult.cap.
11. numer. 82. Kirch. d. cap. 5. numer. 56.*

Digitized by Google

23 † ſeù comparatiuè non valet ſcilicet quod
ſit nullum, idcſt inefficax, ex quo nullum &
inefficax ęquiparantur *l.ſi dari 25.ff.de verb.*
oblig.Gabriel.in enchir. pariñ.in lit.N.in verb.
24 *nullus.* † Quia hic *non valet* importat nulli-
tatem propriè, ita quod verè, & realiter ipſo
iure alienatio feudi ſine conſenſu agnatorũ
facta ſit inualida, vt declarant *Docto. in cap.*
nõnulli.§.ſunt et alij extr.de præſcrip. vbi Abb.
ſub num. 6. verſ. ego ſum ſolitus, Felyn. in meo
antiquo ſub num.47.ſub princ.Mantu.num.15.
Corſet. lit. V. ſing. incip. verbum non valeat,
25 † Vbi verba (non valet, æquiparat verbis
non poteſt. et *adde ad ſupra cap. 44.num.51.*
et ſeqq.et ad cap.52.num.83. et 84.
26 † Ex quibus verbis inducitur neceſſitas
præciſa & omnimoda potentia tollitur, ità
quod reddant impoſſibilem omnem actum
contrarium *Bero.conſ.27. num.10. et ſeqq.lib.*
2.Mar. Anguiſ.conſ. 42.num.11. Mantu.conſ.
275.num.4.lib.1.Soc.Sen.conſ.283.nu.2.lib.2.
27 † Vbi quod dicta verba inducunt formam,
28 quæ facit actum inutilem. † Porrò enim ità
fuit conſtitutum *in term.d.titul.de al.pat.feu.*
non ſolum pro agnatis, & ad eorum fauorē,
ſed generalius odio occultantium, alterantium,
aut fraudare intendentium iura, &
ſucceſſiones feudales, quod facile cõtingeret,
ſi huiuſmodi alienationes aliquo caſu
ſuſtinerentur, & niſi ipſę ſucceſſiones (ſub
prætextu huiuſcemodi alienationum, tanquam
omninò nullæ, & inualidę haberētur
iuxta in term. titul. de prob. feu. al. per ſed. ſub
prin.et in §.callidis, et alio in tit.de prob.feu.al.
29 *per loth.* † Vbi ſi bene videas Dominorum
ſimul & Vaſallorum præiudicium, & intereſſe
connexũ apparet, Vaſallorum (inquã)
qui denegant ſeruitia Vaſallitica, eo pretextu
quod nihil habeant de bonis exhauſtis à
ſenioribus, vnde bene ſi eam calliditatem
tàm perniciem Domini, quam Vaſallorum
ſucceſſorum tangentē, & ledentem publicũ
30 ſimul bonum conturbare dixerimus. † Quo
caſu quodammodo videretur non eſſe in
poteſtate cuiuſquam iura publica violare
iuxta *Socin.mox cit.et ad ſupra cap. 23.part.2.*
ſub num.100.et ad l.nec ex prætorio.ff.de regu.
iur.et Felyn. in term. clauſulæ non valet in d. c.
nonnulli §.ſunt et alij, ſub num. 48.verſ. nec obſtat
ratio, et ad Affl. §. prætereà quib. mod. feu.
31 *amitt.num. 20. 21. 22.* † & nullam eſſe alienationem
cui agnati non cõſenſerint ſenſit
Ioan.de Anan.conſ.47.numer.5. et 9.vbi etiam
abſque decreto irritanti, Dec.conſil.395.num.1.
et ad citat. per Brun. conſil. 80. num.1. et ſeqq.
& licet ipſe non aſſentiat *vt num.9.10.* tamē
ad contraria non reſpondet, & loquitur
contra *d. tex. §. præterea num. 20.*

Sed ijs alia ratio accedat, per quam impediri
debeat præſcriptio prædicta. 30. annorum
in feudis, nam certũ eſt, quod agnatus
alienans ſcit, aut ſcire debet alios adeſſe
32 aguatos, † eſſet enim nimis craſſa ignorãtia
(ſi eam prætenderet, dum habeat penes ſe
Inueſtituram *ad Rim.iun.conſ. 801.nu. 65. et*
33 *ſeqq. lib. 7.* † & id maximè inter coniunctos
ab eodem ſtipite deriuantes, Inter quos tãtum
abeſt vt ignorantia vt quinimo ſcientia
præſumatur *Tuſc.lit.S.concluſ.62.et ſeqq. vbi*
plenè, et ad dec.noſtr.Bonon.45.numer.9. craſſa
autem ignorantia nunquam excuſat, *Kirch.*
diſc.feu.cap. 5.num. 41. & ideò ſimilis agnatus
aliénans dicitur ſemper in mala fide, &
furari quodammodo feudum, illud alienando
in præiudicium tot forte infantium, pupillorum,
vel etiam aliorum vocatorum
nundum natorum, quos poſt alienationem
34 naſci cõtingat, † Vnde videatur aliquo modo
intrare, quod rei furtiuę nulla vnquam
currat pręſcriptio *iuxta. §. furtiuæ quoq; res.*
Inſt.de vſucap. quod tamen additum ſit abũde.

35 † Nec etiam obſtat ſimilitudo ab extraneo,
qui præſcribit per 30. annos ad agnatum,
quia non bene ſequitur, ità eſt in extraneo,
ergò idem in agnato primo, quia de
agnato eſt tex. ad litterã. *in d.§.Titius* attendendus,
quia legum Romanarũ non eſt vilis
auctoritas, ſed non adeò vim ſuam extēdunt,
vt vſum vincant aut mores, *vt in tit.de*
feu.cognit.ſub prin. poteſt prætereà tradi aliqua
diuerſitatis ratio, nam maiori tempore
opus eſt ad præſcribendum extraneo cõtra
agnatos, ob maiorem violentiam, & alterationem,
quæ fit in ipſa feuda, & ſucceſſiones
legitimos *ad ſup.ſub num.28.29.* quorum nihil
omninò cadit in caſu refutationis inter
agnatos, nam eo excepto (quod remotiori
agnatò conceditur anticipato ei loco, in reliquis
nihil feudum alteratur, cum maneat
inter agnatos ipſos vocatos, & cum facultate
reuocandi, iuxta iam expoſita ex forma *d.*
§.Titius, inter quos pariter videtur poſſe intrare
conſenſus, & tollerantia, quam non
tam facile permitterent agnati ad fauorem
extraneorum, quam inter ſeipſos agnatos
36 † quia in ſimbolizantibus facilior eſt tranſitus
l.an inutilis.§. acceptilatio. l.acceptilatum.
ff.de acceptil.l.in rem.§.item quæcunq,. ff.de rei
vind.D.Morot.in feudis reſp. 30.num.16.

Infertur ex hoc tex. & ex hac differentia
inter extraneum, & agnatum non eſſe quærendum
de conſenſu tacito per annum, vbi
feudum alienatur in extraneum, *quicquid*
Iſern.in hoc.§.Titius verſ.quod ſi cõſenſerit. vnà
cum Bammac. ad eiuſd. tex. numer. 77.et ſeqq.
dicant.

37 † Tollamus vnam adhuc difficultatem,
& finiamus, an conſenſus ſimplex ſufficiat?
quidam contendunt, dum volut ſimplicem
cou-

conſenſum non abſorbere ius futurum fi-
liorum, vel agnatorum, ad quos per mortē
Vaſalli demũ aperiri poteſt feudum *Roſent.*
cap.9.concl. 79. num. 7. ſed in præſentiarum
in eo tantum ſtet quæſtio, an ſimplex con-
38 ſenſus prę iudicet conſentienti? † & quidem
ſimplicem conſenſum ſufficere, vt remiſsũ
ius propriũ intelligatur, ſunt iura notiſſima
l.vlt.C.de remiſ. pigno.l. ſi conſentiente. Cod. de
donat.ant.nupt.l.cum quidam.C. de admin.tut.
D.Sol.in ant.Sab.decr.de tranſact. glo.vn.n.14.
in fin. vbi conſenſum ſimplicem præſtitum
ad actus ſubſtantiam in totum prę iudicare,
& in term. Affl.tit.de feu.ſucceſſ.§.1.ſub nu.6.
ſub verſ.ſed hic quæro, et in §. præterea (vbi tex.
ipſe) nu.2.ſub 9.ſub 16. verſ. vnde reuertendo,
et per tot.quib.mod.feu.amitt. D.Sol.in nouiſſ.
conſt.tit.de alien.bon.feu.nu.26. et ſeqq. Tiraq.
in l.retr.§.1.glo.9.nu.134.in ſpecie d. §.Titius
Crau.conſ.1000.pro Gen. in repet. ſub nu.102.
et conſ.24.nu.9.10. ſed quo longius abimus?
cum caſus ſit deciſus per tex. noſtrum *d. §.*
39 *Titius* † Non dicam vim faciendo in verb.
Conſenſit, quod indefinite prolatum intelli-
gitur ſimpliciter de ſimplici, & indefinitè
40 † ſed, quod plus eſt, & ponit falcem ad
radicem, ad conſenſum inductum ex ipſo
tex. ſeu deductum ex ſola taciturnitate, à
quo agnatus ſciuit, *vnius anni*; profectò
hic conſenſus minus eſt, quam conſenſus
expreſſus, & etiam minus, quam ſimplici-
41 ter conſentire † Cum regula ſit plus eſſe
expreſſum quàm tacitum *leg. fin. Cod. de no-*
uat.l.expreſſa.de reg. iur.cum alijs in propoſito
allegat.per Afflic. de ſucceſſ. feu.§.1.num.25.
42 *lib. 1.* † & plus afficere voluntatem expreſ-
ſam, vt quę facile extenditur, quam tacitam
quæ difficilius, imò verò reſtringitur ſecũ-
dum facti qualitatem, ſcribit *Natt. pluribus*
exornans conſ.77.num.15. Surd.dec 23.num.
12.dec.100,num.4.conſ. 164.num.47.& ſeqq.
lib.2.Surd. benè etiam in ſpecie alienationis cõſ.
43 *421.num.9. & ſeqq.lib.3.* † Adeò verum eſt
quod tacitus conſenſus aliquando non ha-
beatur pro ſufficienti, ſed opus ſit expreſſo
44 *Menoch.conſ.1168.lib.12.* † & tamen ſufficit
iſte conſenſus tacitus in *d.§.Titius*, ergò non
amplius hæſitandum, quin conſenſus iſte
ſimplex ſufficiat ad inducendam remiſſio-
nem iuris ſui in feudi ſucceſſione, ad fauorē
agnati remotioris, cui fuerat refutatum, &
in term. quaſi arguens a fortiori à tacito ad
expreſſum *Menoch. conſ.507.numer.12.verſ.*
ſeptimò, & per tot.num.& ſeqq.lib.6.
45 † Id autem amplia, vt etiam præiudicet
proprijs filijs, & deſcendentibus per ea quę
dicta ſunt *ſupra hic numer.38.& ſeqq.part.2.*
iunctis dictis. num. 18. & ſeqq.in cap.44.& in
term.Petr. de Ceruct. vt refert Bald.conſ.276.
num. fin. lib.5.& Io.Schon.diſp. feud.th.110,
& in lit. D. vbi expreſsè contrariam impugnat
quam tenuit Bald.d. conſ.276.in fin.lib.5.Roſ.
d.cap. 9. concl. 79.num.1.in fin.Vbi de comm.
iuncta gl.a. et ad cap. 6. concl.69.num.23.24.
& in glo.d. d.Marta.fusè conſ.6.numer.20. ex
quibus mutationem inueſtiturę per primos
conſentientes etiam ſucceſſores obligare.
46 † Ego in puncto Iuris veriorem Schon.
opinionem exiſtimo in caſu *§. noſtri Titius,*
47 ductus † Ex regula, quam fortiter tenemus
quod vbi res per me, & ex meo iure ad te eſt
peruentura, proculdubio ſi mihi, qui ſum
principalis præiudicauit meus conſenſus
multò magis tibi, qui & acceſſorius, & ità
quod filijs, & deſcendentibus fiat ex ſimpli-
ci conſenſu prę iudicium rectè ſequatur, vbi
verò non ex mea perſona ſed ex tua propria
& tuo iure eſſet ad te peruentura, tunc &
eo caſu meus conſenſus nullo pacto tibi
præiudicet, & ſic non præiudicet agnatis,
filij enim, & deſcendentes ex paterno iure
agnati verò ex proprio capiunt, vt firmaui-
mus, *Primũ probatur ex eodē ipſo Roſēt.d.cõcl.*
79.n4.& 5. quatenus illas rationes aliorum
non probat, *iuncta gl. e.* Vbi quod obligatio
in pſona defũcti formata, talis qualis forma
ta eſt, tranſit in hæredem, nec hæredi datur
regreſſus ad iura cum defuncti conſenſu
repudiata, per iura ibid. allegata, allegans
48 inter cęteros *Vult.* † *qui in cap. 11.num.102.*
ait verius eſſe hæredibus conſentientium
anteceſſorũ ex ſuorum conſenſu ius reuo-
candi prorſus ademptum eſſe, licet quibuſ-
dam ſecus viſum ſit, *quos refert Piſtor.quęſt.*
7.num.42.vſque ad fin.& Roſent.cap. 9.concl.
116.ſed hodiè eſt d. concl. 79. & his adde ſupra
d.num.38.& ſeqq.

Alterùm verò probatur *ex eod. Roſent.*
quatenus num.3. dicit non præiudicari filijs,
vel agnatis in his quæ ad eos ſpectant &
pertinent nomine proprio, & licet mala ſit
applicatio quoad filios, quos in feudis no-
mine & iure proprio non ſuccedere ſed pa-
49 terno toties fuit dictum, † Eſt tamen bona
quoad agnatum, & verum dictum eſt in ſe
& probant cit.per eum *in gl.d.adde Menoch.*
conſ.426.ſub num.40.verſ.reſpondetur quarto
lib.5.Surd.conſ.15.num.30. lib. 1. Alia enim
eſt perſona agnati ab illo agnato, qui refu-
tauit, à quo ius ſuum non dimettitur ex ali-
50 quo, & intrat quoad eũ alia regula, † quod
conſenſus nec de perſona ad perſonam, nec
de re ad rem, neque de cauſa ad cauſam ex-
tenditur, *vt ponit Roſent.d.cap. 9.concl.80.&*
51 *in princ.& ibi glo.a.* † qua propter periculo-
ſum puto *quod ait num.8.& ſeqq.* patrem qui
vendidit feudum, ſuum tantum ius præſu-
mi vendidiſſe, non etiam, ius filij vel agnati,
nam de agnato concedam, negabo verò
de filio omninò, quia venditio Iuris ſui &
eius

Digitized by Google

eius effectus deſcendit ad proprios ramos,
qui ſunt filij, non trahitur ad agnatos, qui
non ſunt ſui rami, in quos radix illa humo-
rem infectum tranſmittere potuerit, prout
potuit in filijs.

52 † Hæc autem vtcunque in term. iuris &
textuum feudalium ita ſe habeant, commu-
niter tamen (in hac materia præciſe noſtra)
ita diſtinguitur, vt conſenſus ſimplex, & nu-
dus ad ipſum conſentientem reſtringatur
& tàm filius quàm agnatus admittantur ad
reuocandum, & hunc cõſenſum confirma-
torium appellant, ſin veró pater alienatio-
ni conſenſit, & in ſuper ſe obligauit non
contrauenire, vel quicquam contra huiuſ-
modi contractum facere, (quem obligato-
53 rium vocitant conſenſum) † hoc caſu filius
non poſſit contrauenire, ſi ſit hęres, ſecus ſi
non ſit hęres, vt ſolere ità omnes communi-
ter diſtinguere *dixit Curt. de feu. par. 4. num.
150. vſq, ad verſ. quartò ex prædicta excluſiuè
pag. mihi. 481. Craſſ. in §. hæreditas. q. vlt. verſ.
pen. et fin. plures allegans, et ibi pariter de cõm.
Surd. conſ. 15. num. pen. et fin. lib. 1. Roſent. etiã
communi* calculo approbari hanc ſententiã
*d. cap. 9. concl. 79. in princ. et d. gl. a. Surd. conſ.
421. num. 13. 14. lib. 3. Intrigl. de feu. cent. 2. q.
7. num. 22. 23. 24.*

54 † Quia conſenſus obligatorius afficit hę-
redem, confirmatorius verò non ſtringit hę
redem venientem ex proprio iure, vt *dixit
Sol. in nouiſſ. conſt. Sab. de alien. bon. feu. gl. vn.
55 num. 29.* † Et ibi nota quod ex Ripa diſtin-
guit *num. 30.* de hærede alienantis, & de hæ
rede conſentientis, ſcilicet vt hęres alienan-
tis nullo modo poſſit contrauenire etiam
ex iure proprio, vt verò hæres patientis
præſcribi, & ſic tacite conſentientis aliena-
tioni legali, poſſit ex propria perſona repe-
tere, cum ex tacito illo conſenſu defuncti,
qui ex negligentia inſerretur nulla obliga-
tio oriatur, quæ in hæredem tranſeat, vnde
fiat, vt hęres illius ſic ſimpliciter conſentien-
tis proprijs iuribus vti poſſit, *hæc D. Sol. et
hæc ex communibus traditionibus*.

56 † Item aduerte quoad effectum contra-
ueniendi, ideſt ne poſſit contraueniri ei cui
ſemel conſenſum eſt, pari paſſu ambulare
conſenſum cõfirmatorium, & obligatoriũ,
57 † Sed quoad alios effectus, puta ad obligã-
dum conſentientem de euictione, aut ad
aliud inducendum, manet rectiſſime diffe-
rentia, quia ſolus obligatorius, hæc & ſimi-
lia operaretur, confirmatorius tantum non
operetur, *Crau. conſ. 33. num. 19. Viden. Surd.
conſ. 421. num. 14. lib. 3. Mantic. de tac. et am-
58 big. lib. 4. tit. 10. numer. 6. et 7.* † Vbi quod in
hoc verificetur aliud eſſe vendere, aliud
vendenti conſentire *Natt. conſ. 38. in princ.*
59 † Alia in conſentiente tranſactioni, vel ven
ditioni rei fideicommiſſo ſubiectæ, an ſibi
præiudicauerit adueniente caſu fideicom-
miſſi *vide Sol. in ant. Sab. decr. tit. de tranſact.
glo. vn. nu. 13. et 14.* vbi plene, & plura *Surd.
conſ. 70. vbi vide et dec. 208. num. 10.*

60 † Vbi ſimplicem conſenſum non præiu-
dicare, niſi adſit etiam renunciatio, *pleniſſi-
mè Peregr. de fideic. art. 40. numer. 67. et ſeqq.*
vbi etiam in feudis, & emphyteosi in *deciſ.
noſtr. Luc. 60. num. 2. et ſeqq.*

61 † Quomodo autem hic annus interrum-
patur, an ſola extraiudicialis interpellatio
ſufficiat, an etiam citatio, an alterius litis
conteſtatio vide *Piſtor. q. 12. num. 44. et 45.
Schrad. par. 8. cap. 7. num. 59. Vult. cap. 11. nu.
62 108. in fi.* † *Roſent. hic relatus in cap. 9. concl.
94. ſub n. 7.* ſola citatione contentus eſſet, *vi-
de ibid. in prin. et per tot.* neque enim ſingula
alijs communia aſſumpſimus explicanda.

63 † Pro complemento ad iſtum *§. Titius.*
propono vnum notabile, non ſatis animad-
uerſum, nõ agi hic de præſcriptione anna-
li ad effectum agendi, ſed ad effectum tacen
di, vel non tacendi, vt tacenti per annũ cur-
rat præſcriptio ad inducendum conſensũ
eius, non tacenti verò licet non agat nec
currat tempus nec inducatur conſenſus, vt
probat. hoc text. manifeſtè, ibi, (ſi tacuit) quaſi
a contrario ſenſu, ſi non tacuit diſpoſitio
tex. locum non ſit habitura, ergo quoquo-
modo conſtare poterit Agnatum cuius in-
tererat nõ tacuiſſe, ſed loquutum fuiſſe, pu-
ta declarando ſe non aſſentiri huiuſmodi
reſutationi, ſeù poteſtando, iſta ſufficient
ad hanc annalem præſcriptionem euitandã
ad ius ſibi ſuum conſeruandum, ad etiã poſt
annum agendum, & reuocandum, perinde
ac ſi ab initio oppoſuiſſet inueſtiturę, quæ
64 fieret in remotiorem, † Et quæ non valet
in præiudicium non conſentientis *vt ait
Affl. d. §. præterea ſub num. 24. quibus mod. feu.
amitt. et ad tit. de Vaſſal. decrep. ętat. num. fin.
et ad tit. An agnat. vel fil. num. 34. 35.*

65 † Et non præfixo tempore ad reuocandũ
non poteſt dici quod aliquod tempus cur-
rat, *ad Surd. dec. 40. num.* 8. Hęc aliquantulũ
deguſtaſſe videtur *Roſent. d. cap. 9. concl. 94.
num. 3. et 7.* Dum non eſſe proprie præſcri-
ptionem aſſeruit, ſed quia omninò non pe-
netrauit, ideò ſe inuoluit; nam ſi ſola decla
ratio diſſenſus agnati contra reſutationem
ſufficit, vt dictum eſt, quantò magis denun-
ciatio, oblatio, citatio, litis conteſtatio ſuffi-
cienter de quibus ibi per eum.

66 † Pręterea quid immiſceri vnum cum al-
tero, ſcilicet annale tempus ad diſſentiendũ
& annale tempus ad redimendum, ſeu
agendum, inter quæ magna eſt differentia,
quia *tex. §. Titius tempus anni* præſcribit, ſeu
ad diſſentiendum, ſeù ad conſenſum indu-
cendum

Digitized by Google

cendum vt mox dictum eſt. Quare alia ni-
hil ad rhumbum.
67 † Hoc vero præſuppoſito quod vel ex
contradictione ſeù ex non taciturnitate ſit
inductus diſſenſus, ad duo infero, primò an
agnatus poſſit reuocare, & quidem poſſe di-
cit tex. *idem §. Titius*, cū diſtinctione *ſi refu-
taus filios habuerit, vel nō habuerit*, ſed in prio
re caſu præfinit tempus vt durante vita re-
futantis non poſſit, ſi filios habuerit poſſit:
Atqui hoc caſu , aut alio caſu ſi filios non
habuerit poſt mortem refutantis, quo tem-
pore reuocare, ſeù quādo id non aperit nec
dicit tex. *dict. §. Titius. ergo* non ſunt confun-
dendi termini materię conſenſus, cui datus
eſt terminus *ex eo §. Titius*, cum materia vel
reuocationis , ſeù recuperationis, aut iuris
agendi ad rem alienatam, vel refutatam, cui
nulli fuerūt *eo §. Titius term. præfiniti*, & ideò
mala applicatio horum *ad materiam. §. Ti-
tius.*
68 † Secundò infero ex præſuppoſito hu-
iuſmodi diſſenſu per declarationes ſubſe-
quutas, nullum poſſe ſibi locum vindicare
præſcriptionem tricennariam , quia ex hu-
iuſmodi declaratione intrauerit mala fides
alienātis, & eius etiam in quem fit refutatio,
impediens præſcriptionem *iuxta Iſern. in §.
preterea ducatus. ſub num. 48. Affl. ſub nu. 30.
de prob. feu. al. per ſed. Menoch. conſil. 426. nu.
41. lib. 5. omnes Doct. in §. ſi quis per triginta
annos. ſi de feu. def. Borgholt. cap. 7. numer. 5. 6.
Gayl. obſ. 18. num. 2. lib. 2. Menoch. conſil. 1. nu.
457. num. 499. et ſeqq. Roſen. cap. 6. conclu. 78.
num. 3. 6. Rol. conſ. 3. num. 79. vol. 1. Vult. cap.
9. ſub num. 14. vbi de comm. et ità iudicatum ex
Myſing. obſ. 6. cent. 4. et Gayl. d. obſ. 18.*
69 † Reliquum eſt vt moneantur agnati, vt
ſint ſagaces, nec patiātur labi tempus anni,
aliàs ſilentio contractus confirmabitur *l. fi.
C. de his qui à non dom. man. §. penult. qual. ol.
pot. feu. alien. Bammac. ad hunc tex. nu. 78. alios*
70 *citaus, Intrigl. de feu. art. 32. nu. 25.* † Vbi per
totum poſuit multas declarationes, & am-
pliationes poſt *Roſen. c. 9. concl. 95. numer. 3.*
71 *et ſeqq.* † Vbi tamen quod immiſceat alie-
nationem in hac materia *§. Titius*, & dicat
non niſi à tempore mortis alienantis curre-
re incipere præſcriptionem 30. annorum,
non ſatis arridet, ſi verum eſt quod etiam ea
non expectata, agnatus poteſt ſtatim reuo-
care, vt alibi dictum eſt, & fac. *hic §. Titius*;
quia ſi ab agnato ipſo remotiori poteſt ſta-
tim reuocari , eo ſaltem caſu quo refutans
habet filios, quantò magis ab extraneo; Nec
replicetur dari caſum, vbi ab agnato nō re-
uocatur durante vita quia ratio quæ eſt hoc
caſu in agnato, non procedit, nec eſt appli-
cabilis ad extraneum, cum locus qui refuta-
tur congruat agnato, non congruat extra-
neo, & ita in term. *affero Iacob. à S. Georg. in
ſua inueſt. verſ. et vnus ex dictis Vaſallus refu-
tauit feudum. ſub num. 8. col. mihi. 3. ſub prine.*
72 *verſ. ſed pulchrum*, † Vbi agnatum poſſe ſta-
tim reuocare feudum refutatū in manibus
Domini, quaſi cum Vaſallus feudum refu-
tauerit perdat omne ius ſuū, ità quod nul-
le reliquię feudi remaneant apud eum, ergò
ſtatim debent (vt ſubiicit) agnati admitti ad
73 reuocandum, † cuius dicta applicando ad
caſum noſtrum procedant, ſecus tamen ap-
plicando ad refutationem factam in mani-
bus Domini , quia hoc caſu durat durante
vita refutantis & eius filiorum, *vt ibid. cōclu-
dit et eſt comm. vt cap. ſeq. numer. 10. et ſeqq. et
præſertim à num. 18. vſque ad 21. et etiam per
ſeqq.*

Ad alia quæ occurrent inter legendos li-
bros ex firmatis ſanis, (ni fallor) ſenſibus *ad
§. Titius* tu teipſum regulato. Neque enim
omnia quę intellectus capit aliquando poſ-
ſunt ſigillatim calamo committi, improbo
labori quandoque cedendum.

CAP. QVINQVAGESSIMVM QVINTVM.

De renunciatione feudi.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio an præiudicet filijs aut agnatis va-
ria opiniones. et ſeqq.*
6 *Opinio Auctoris an competat ex iure proprio
vel defuncti, vt primo caſu non noceat altero
noceat. et num. 11.*
7 *Adeò quod non obſtet iuramentum ſi non noceat
in præiudicium tertij.*
8 *Probatur text. filijs nocere ad declarationem.
tit. de eo qui fin. fec. agn. et Auctoritate Doct.
et num. 10. 16. et 17.*
9 *Non datur renuncianti et eius ſucceſſoribus ad
iura renunciata regreſſus.*
11 *Pater non poteſt filijs in his quæ iure proprio ad
eos ſpectant vt in fideicommiſſis præiudica-
re.*
12 *Dummodo hęredes non ſint.*
13 *Aut ſi ſint, ſint tamen cum beneficio legis et in-
uentarij.*
14 *Quid ſi non adſit renunciatoria obligatio an præ-
iudicetur filijs. et num. 15.*
17 *Refutatio in manibus Domini durat durante
vita refutantis et eius deſcendentiū non agna-
tis.*
18 *Agnatus an ſtatim reuocet, an expectata morte
renun-*

renunciantis et eius ſucceſſorum.
19 *Quidam quod etiam filij admittantur poſt mortem patris aiunt.*
20 *Repugnantia Doctorum oſtenditur circa hoc.*
21 *Opinio quod poſt mortem refutantis & deſcendentium fieri poſſit reuocatio nullo iure feudali niti edocetur.*
22 *Renunciatio non præiudicat ſi ab initio etiam filijs principaliter fuit feudum conceſſum & ratio.*
23 *Nemo eſt tam ſtultus vt in præiudicium ſui & ſucceſſorum velit Domino feudum renũciare. & num.27.*
De reſignatione officij remiſſiuè . ſub eod. & *num.27.*
24 *Quod nihil eſſet quàm iactare ſuum.*
45 *Maximè quia agitur de honore amittendo.*
26 *Occurrendum abutenti commoditatibus feudalibus.*
28 *Refutationes inquiri ſolitæ, ſed ſemper cum aliqua cauſa, vt filij inueſtiantur, vt fiat feudum nouum, &c.*
29 *Vnus tex. in quo ſimpliciter refutatur* in §.rurſus ſi fidelis. Quib.mod.feu.amitt. *qui explicatur.*
An liceat inuito Domino feudo renunciare ad intellectum tit. de Vaſ.qui cont.conſtit. Loth.reg.&c. *ſub eod.* & remiſſiue. *& nu. 30.*
31 *Princeps non debet admittere renunciationem in manibus ſuis in fraudem creditorum. Nec fuit admiſſus quidam vt num.33.*
Imò debet prohibere Vaſallo ne tradat poſſeſſionem poſt iam ſequutam alienationem ſic inſtantibus Agnatis. ſub eod.
32 *Aliàs competeret actio reuocatoria ex tit. Quæ in frau.cred.*
34 *Et ſi Princeps reciperet renunciationem teneretur ad debita.*
35 *Sicut tenetur quilibet donatarius feudi reſciſſa donatione facta in fraudem creditorum.*
36 *Tit.de reuocand.his.&c. habet etiam locum in feudalibus.*
37 *Grauatus fideicommiſſo an poſſit ante tempus reſtituere in præiudicium creditorum.*
38 *In renunciatione generali feuda non continentur.*
39 *De renunciatione ſororis bonis patris ea premortua an noceat eius filijs et num.40.*

REnunciationem eam eſſe, quæ fit in manibus Domini abſolute, ità quòd feudum ad eum totaliter deuoluatur ſupra diximus *cap.54.part.1.numer. primo & ſeqq.* & ibi etiam vnum pro altero ſæpe accipi huiuſmodi refutationis, & renunciationis
1 vocabula. † Ad rem noſtram, an renunciatio filijs, & agnatis præiudicet? quidã quod & filijs, & agnatis durante tamen tantum vita renunciantis *Myſing. cent.6. obſ.23.n.2.*
2 † Alij diſtingunt vt in hæreditario filijs, &
agnatis. In feudo verò ex pacto, & prouidentia, vt eo mortuo, nec filijs, nec agnatis
Intrigl.q.51.numer.113. vbi de hæreditario
num.114. vbi de ex pacto, & *num.115.* Vbi
Vaſallo renunciante mortuo, *Mar. Frec.de*
ſub feu.lib.3.int. diff.feu.&c. diff.11.fo.444.
3 † Alij quod in feudo nouo, & filijs & agnatis, in antiquo nec filijs, nec agnatis *Roſ.cap.*
9.concl.52.num.1.& ſeqq. niſi ſint patris hæ-
4 redes *ſub num.3.& ſeqq.* † Aliam & ſatis lõ-
gam ex Bal. diſtinctionem adfert *Iacob. in*
ſua Inueſt.verſ.& vnus ex dictis Vaſallis refu-
5 *tarunt feudum numer.8. ad princ.* † Alij quod
feudum hæreditarium poſſit in præiudiciũ etiam agnatorum Domino renunciari, ſecus feudum, ex pacto, & prouidentia, & hãc eſſe communem *Reg. Lan.in rep.tit.de Vaſ. dec.ætat.num.18.ex glo.ad hunc tex.verſ.quod hic dicit, & ex alijs vt per eum.*
6 † Dicendum eſt id totum pendere an ex
proprio an ex alieno iure quia ſi ex iure proprio non nocet, ſi ex alieno ideſt ex iure renunciantis nocet, *ad Natt.in conſ.470.nu. 15.16.& ſeqq.* Vbi id totum dimetitur ex eo
7 quia filius veniat iure proprio † & ideò de-
fendit ei renunciationem non obſtare, adeò quod nec obſtet Iuramentum, quaſi in præiudicium tertij, *Iacob.ſub d.num.8.verſ.addite pulchram limitationem*, dum ait tot eſſe conceſſiones quot perſonæ. Quarè cum etiam in feudo ex pacto, filios ſuccedere ex perſona patris, Agnatos verò ex perſona propria dixerimus, & id ſit continue ſuppoſitum noſtrũ, ideò firmare poſſumus, quod renunciatio filijs ſemper præiudicet, agnatis verò nunquam, niſi ſint hæredes abſolutè, & abſque beneficio legis & Inuentarij, *et ſic benè Natt.* in principali dicto quod renunciatio non obſit venientibus iure proprio, licet in applicatione ad filium malè, cum non ex iure proprio, ſed ex paterno
8 ſuccedat in feudo † Verùm hoc non ſuffi-
cit, arma deſumamus aliunde, *Conuincit in primis tex.cit.de eo qui ſin.fec.agna.in verſ. Niſi feudum omnino refutauerit,* quod idem importat quod renunciauerit, quo indicatur eum qui abſolute renunciauit non poſſe redire ad feudum, & idem ſi nouum factum fuerit feudum, *vt ibid,* id quod apertius colligitur ex eo, quod ſubijcitur de inueſtitura noua, dè feudo nouo, nam de antiquo factũ fuiſſe feudum nouum fuit ſibi præiudicatũ & ideò refutans ideſt ille agnatus non ſuccedit, vt reſoluit *ibid. tex.* de filijs eius nihil adijcit ſcilicet, an licet ipſe nõ ſuccedat, idẽ pariter ſit dicendum & de filijs eius, Attamẽ virtualiter reſultat *deciſio ex eo tex.* etiã contra filios, vt nec ipſi ſuccedant ex eo quod feudum factum eſt nouum, in quo ſuccedit

ſolum

ſolum qui habet ius ab eo cui fuit renunciatum feudum, excluſo refutante, & in conſequentiam eius filijs qui (ſi feudum remanſiſſet antiquum) ſucceſſiſſent, ex eo vero quod factum fuit nouum, ipſi priuati ſunt ea ſucceſſione, alijs ad eundem vocatis, & ſic *patet ex eo tex. manifeſtè* de iuris paterni depēdētia in filios, ſine qua renunciatio illa non præiudicaſſet, præiudicauit, ergo non erat ius proprium in filijs, ſed paternum, profecto *hic tex. ſic vt ſupra, & ſecundū ſuū ſanū ſenſum explicatus rationem tit. An Agnat. à*
9 nobis poſitam non obſcure confirmat † & hiſce omnibus ſuffragatur, applicarique poteſt regula non dari renuncianti, & eius ſuc ceſſoribus amplius ad iura renūciata regreſſum *ex iuribus deductis ſup. cap. 54. part. 1. nu. 2. 3. ex Crau. in term. feudi conſ. 1000. pro gen. in repet. num. 72. Balzar. d. tit. de eo qui fin. &c. num. 9. & ſub num. 16. 17. Corb. de cau. priuat.*
10 *ob renunc. in princ. & num. 35. & ſeqq.* † Nec caremus auctoritate, admittunt Docto. patrem qui renunciauit feudum, & promiſit *pro ſe liberis, & hæredibus*, eis præiudicare, allegando in ſpecie *l. cum à matre. C. de rei vind. vt videri poteſt ſupra cit. numer. 4. Iacob. ſub d. num. 8. poſt princ. verſ. Aut promiſit pro ſe &c.* Vbi eo præſuppoſito, quod pater in renunciatione promiſerit *pro ſe, & eius liberis, & hæredibus* admittit renunciationem eis nocere, *allegat vltra Bald. etiam Paul. de Caſtr. in conſ. 154. ſine lib. ego inueni in meo cōſ. 44. par. 2.* quod volui notare, ſufficit autem dari caſum, in quo admittatur poſſe patrē præiudicare filijs, ad firmandum quod filij ex iure paterno ius proprium dimetiantur, quamquam ſecundū hanc rationem, abſque alia diſtinctione, de qua per eundem *Iacob. ib. d. plenè*, poſſet idem in omnibus caſibus indiſtincte teneri, & vnica regula res iſta
11 terminari † Quemadmodum e contrà pręiudicare (etiam ſi maxime vellet) pater non poteſt filijs quatenus iure proprio niterentur, vt in caſibus fideicommiſſi, & ſimilium, *Peregr. conſ. 7. numer. 33. Albens. conſ. 74. per tot. lib. 1. vbi ſub num. 3.* ità declarat de re, quę
12 iure proprio aut defuncti pertineat † Dummodo tamen hæredes non eſſent filij, qui tunc non ex facto alieno, ſed ex proprio ſibi ipſis voluntarie præiudicarent, & quodammodo per accidens *vt ait Roſent. d. cap. 9. concl. 52. num. 3.* ſeù ex propria voluntate, quaſi contrahendo ſeipſos obligantes, *ad §. hæres quoque. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contr. naſc. iuncta d. l. cum matre. C. de rei vind.*
13 † Quæ ratio cum ſemper vigeat, ideò ipſis etiam agnatis fieret præiudicium, ſi eſſent hęredes ſimplices, ſicut non fieret, ſi nō eſſent hęredes, aut ſi eſſent, eſſent tamen cū beneficio legis, & Inuentarij, *Curt. par. 4. ſub num. 148. in ſpecie feudi. Intrigl. cent. 2. art. 3. num. 19. 20.*
14 † Nec obſtat, vbi non eſt renunciatoria obligatio, *cum clauſula pro ſe, & hæredibus*, filij non pręiudicari, ſed ſibi tantum ſoli *ex Alb. ſub d. num. 3.* quia id verùm, & ecce in idem ſemper reincidentes, in his quæ filijs iure proprio competunt, a quibus rerin. nos
15 longe diſtamus in feudis, † & ideò ſtet firmum, quod ſimplex renunciatio pręiudicet etiam filijs tanquam paterno iure nitētibus, q̃a his etiā filijs ſēper ſeù repudiatio, aut renūciatio p̃iudicat, *Surd. cōſ. 85. ſub n. 13.* ſicut alijs proprio iure venientibus non pręiudicat *Surd. cōſ. 85. ſub n. 13. vt ibid. nu. 2. & conſ. 227. nu. 18. 19. licet malè exemplificans in feudo.*
16 † Sed iam ad auctoritates claras, & pręciſas accedamus, hoc primo conceſſit *Roman. in ſing. 184. incip. Quæro feudatarius.* retulit ſequendo *Caßane. conſ. 28. nu. 6. per tex. in §. neceſſitate namque, verſ. ſi autem dißentiēte, qual. olim. pot. feu. alien.* qui aiunt ex renunciatione feudatarijs ſequentibus pręiudica-
17 ri *Cur. de feu. par. 4. numer. 147.* † dum ait refutationem in manibus Domini durare quandiù viuit refutans, & eius deſcendentes *Paul. de Caſtr. in d. conſ. 44. circa præſentem num. 4.* vbi ęquiparat feudum iuri patronatus *lib. 2.* in nouiſſimè *impreſſis, & ad Clar. in §. feudum. q. 34. verſ. fin.* dum tantum loquitur de agnato, vt ei non præiudicet, de hoc autem quod ei non fiat præiudiciu m in feudo ex pacto, & prouidentia (quicquid ſit in filio) eſt magis communiter receptum, & ſatis eſt videre Docto. ab initio citat. & per tot. hic.
18 † Quęſtio autem quoad agnatum in eo ſit, an ſcilicet agnatus feudum renunciatū poſſit ſtatim ſibi vindicare de manibus Domini, cui facta fuit renunciatio, an verò ei ſit mors ipſius refutantis & ſucceſſorum expectanda, & interim ſuperſedendū *ad Iacob. ſub d. num. 8. verſ. ſed pulchrum num. 4. ſupra cit.* vbi non poſſe niſi demum poſt mortem refutantis, & eius filiorum, & ità fuiſſe iudicatum, & ſe ſępius ita cōſuluiſſe, nec ab hac opinione eſſe recedendum ait *Roſen. d. cap. 9. conc. 52. in glo. b. Intrigl. de feu. cent. 2. art. 7. nu. 17. in fin. Vbi reſpondet ad Iacob. de Beluiſ. & Curt. d. par. 4. numer. 147. Bald. in tit. de feu. ſucceſſ. §. hoc quoque. num. 12.* qui dicit renunciationem non præiudicare agnato niſi viuente ipſo refutante, & filio eius *& in tit. de al. pat. feu. nu. 3.* vbi non præiudicare agnatis niſi viuente Vaſallo, & eius liberis, *Alua. in §. fin. nu. 27. quæ fuit prim. cau. benef. amitt.* Vbi ſi Vaſallus refutauit feudum paternū Domino, non ſit præiudiciųm agnatis, niſi donec viuit refutans, & ſui deſcendentes,

hæc

Digitized by Google

hæc Aluar. & in hoc omnes concordare dicit ex
Cuman.et Moz.Vult.lib.1.c.4.n.76.verſ. ſiuè
aut volũtate in fi.eiuſd.verſ.Piſto.qq.iur.q.15.
num.27.32.& ſeqq.& ſub 46.per tot.ſeqq.par.
2.Soac.in prælud.feu.cap.14.in fin.plures alios
refert Menoch. conſ. 1098. num. 29.lib.11.&
ſe ipſum conſ.89. num.16. & tu adde num.17.
19 *& num.117.lib. 1.* † quamquam nec in hoc
ſibi ſatis conſtant Docto.cum etiam alijs li-
beris huc feudum concedant poſt mortem
patris, *Myſing.alios citans cent.6. obſer.23.*
num.2.

20 †Sed tu hic inſurge,& quomodo impin-
gant Docto. animaduerte, nam ſi refutatio
nõ nocuit filijs ſaltem in feudo ex pacto, &
prouidentia quod dixerunt, *vt ſup.num.2.*
quomodò nocebit in altero puncto, vt dum
viuit pater admitti non poſſint, admittan-
tur tamen agnati? nam ſi in feudo ex pacto,
& prouidentia filij nituntur proprio iure,
æque vt agnati ſecundum eos, cur non de-
beant admitti in hoc caſu etiam, vt agnati?
& tamen hoc caſu (aiunt Docto.) filios non
admitti, id cur tam varie? concorda tu tot
huiuſmodi repugnantias, ſi potes. Firmandi
ſunt pedes in ratione noſtra ius paternum
in filio, ius proprium in agnato conſtituẽte
& demum concede quod filijs præiudice-
tur ex renunciatione patris, agnatis verò
non, quo clauo deſtituti Interpretes, quid
mirum ſi huc vel illuc impulſi fuerunt, mo-
dò vnum, modò illud diuerſum prorſus, &
contrarium incauti aſſeuerantes?

21 † Item] aduerſus communem illam opi-
nionem quod ſit expectanda mors refutan-
tis, & deſcendentium ad reuocandum feu-
dum de manibus Domini cui fuit refutatũ
vltra dicta cap.anteced.par.3. ſub num.71.72.
73.& par.1.n.56.& ſeqq.& c.48.n.64.& ſeqq.
Cui tex. hæc opinio nitatur, non video, nã
quinimò à ſimili, & in caſu minus dubitabi-
li, eſt *tex. §. Titius* Vbi ſtatim admittitur
agnatus proximior ad reuocãdum feudum
refutatũ ab eo qui habet filios. Ad ſummũq;
habet expectare mortem refutantis, qui fi-
lios non habet, idque ob rationem, quia lo-
cus fuit tantum ceſſus, *vt ſup.cap.48.nu.72.*
& ſeqq. quantò ergo minus expectanda ſit
mors in caſu Domini, cui fuit alienatum? aut
cur non ſaltem non debeamus ſequi doctri-
nam de qua in tex. (pro minori malo) deni-
que in renunciatione in manibus Domini
facta video verificari totum ius fuiſſe renũ-
ciatum ex conſolidatione directi dominij
cum vtili, *ergò dictum Iacobi de Beluiſ. de quo*
per Iacob. ſub d. num. 8. videtur bene proce-
dere, quod Vaſallus ſic refutans ſit renun-
ciator, & ita hoc ipſo quia perdat omne ius
ſuum, ideo ſit alij agnato illico aperta via
ad reuocandum; rationes verò in contrariũ
allegatę (ex Bal. & alijs) per Iacob. vnico ver-
bo tolli & non ſubſiſtere eius opinionem
dicendum ex eo, quia non agatur hic de re-
futatione loci, quę hoc importat, vt quãdiu
viuat qui ſubrogauit in locum ſuum alium,
tandiù hic alius teneat eundem locum, ſed
de iure, quod ſemel excluſum à nobis per
translationem puta mediante renunciatio-
ne in alios ſtatim tranſit, non ſecus ac per
mortem tranſeant ſucceſſiones.

22 † Limita, & declara, vt nec filijs noceat
renunciatio, quatenus contemplatione fi-
liorum principaliter etiam fuiſſet ab initio
feudum conceſſum *Sontb. de feu. par. 12. ſub*
num.121. Roſen.d.c.9.concl. 52.num. 2. & ibi
glo. A. latè, et Vult.lib. 1.cap.10. ſub d.nu.76.
d.verſ. ſiuè autem volẽte, Ratio eſt manifeſta,
quia hoc caſu filij iuri proprio innituntur,
tanquam principaliter vocati, de quo alibi
ſupra iam plenius dictum eſt *cap. 13. ante fi.*
et cap.23.partic.1.numer.38. & ſaltem in hoc
caſu poſſit ſuſtineri opinio *Myſing. ſup.num.*
23 *19.relata.* † Cęterùm quod pertinet, ad di-
cta ſupra de renunciatione in Dominũ, ſub-
ijcio me credere quod rarò practicaretur
hæc opinio, cum nemo ſit tàm ſtultus, vt in
præiudicium ſui, & liberorum vellet renũ-
24 ciare Domino, † quod nihil eſſet quàm ia-
ctare ſuum *l.cum de indebito. §.1.ff.de probat.*
25 *Crau.conſ.988.nu. 42.* † Vbi etiam cum aga-
tur de honore amittendo vt ſit in feudis, *et*
26 *conſ.1000.pro gen.num.127.ad fin.* † Vbi etiã
de impendente malè fructus feudi, nedum
feudum ipſum eius profuſioni occurrendũ
27 eſſe † & itá nouiſſime poſt hæc (multis an-
tea annis iam ſcripta, vidi animaduerſum
per Doctiſſ.Lanar.in repet.tit.de Vaſ. decr.ætat.
ſub num.29.verſ. vos autem, dicentem, Vos autẽ
ne credatis quæſtionem inuſitatã in Regno, quaſi
quod non reperiatur quis ita ſupinus, vt velit
Regi feudum refutare inprimis aduertatis etc.
Inſequendo explicare modos ſecundũ quos
non eſſet inutilis quæſtio, an quando, &
quomodo poſſit Vaſallus feudum Domino
renunciare, ad eũ recurre, *et ad Horat. Mõtan.*
exactè more ſuo in ampliſſ. ſuo tract. de Regalib.
tit.de regal.officijs num. 55. per tot. et nu. ſeqq.
vbi & in materia feudi & officij circa reſi-
gnationem, ſed ad principale intentũ redeũ
do eius quod dicebamus non practicari eã
opinionem quia nemo tam ſtultus &c. &
ſupra, moueor adhuc adhoc credendum,
quod oculatiſſimis Feudorũ Auctoribus nũ-
quam tale quid in mentem veniſſe; liceat
adnotare ex textuum feudalium reuolutio-
ne.

28 † Inuenimus enim diligenter inquirentes
refutationem, ſed ſemper cum aliqua cauſa
adiecta, vt filij inueſtiãtur, vt feudum nouũ
fiat, *et ſimilibus iuxta tit. de Vaſ. decr. ætat. etc.*

tit.

Digitized by Google

tit.de eo qui fin.fec.agnat.etc. in titul.an agnat.
29 *vel fil.etc.* † Vnus textus *reperitur, vbi videtur Vaſallus ſimpliciter refutare in § rurſus ſi fidelit.quib.mod.feu.amitt.* & tamen ſi bene inſpicias *hic tex.id dat*, quod, vt aiunt, vendere nõ poteſt, ad liuellum enim dederat, pignori feudum obligauerat, feudum tale ſi refutat Domino quid mirum? dum meliorem conditionem facit, & rei, & Domini quoque, cũ ad eum res libera, ceſſante pignore, & liuello, reuertatur per Regul. quod reſoluto iure datoris reſoluitur ius Acceptoris. Nec ſuam rem lædat, imò forte adaugeat Domino rẽ gratam faciendo, abſque ſuo damno ſaltem notabili, forte quia ei res euaderet inutilis aut magis onerosa eſſet tanquam alij obligata; Vt hæc innuunt verba *tex. ibi, vel poſtquam ad liuellum, etc.* & ibi *tunc ille qui ab eo acceperit nullo iure aduerſus Dominum ſe tueri poterit*; damno id totum cedit creditoris, nõ ſecus ac cũ pignus ſuper fundo feudali deperit, feudo ad Dominum redeunte *vt cap. 54.part.1.nu.61.* atqui dixerit quis, ideò renunciat Vaſallus vt excutiat ſeruitutis iugũ, ſeu ſeruitiorum onus, *ad titu.de Vaſ.qui cont. conſt.Loth.reg.* Vbi licere Vaſallo inuito Domino renunciare, ſed in caſu in quo poteſt renunciare, vtitur iure ſuo, ideò non poteſt ei quicquam imputari ex reg. alibi comprobata. Dixi in caſu in quo poteſt renunciare
30 † Quia *dictum tex.de Vaſal.qui contr.conſt etc.* limitant doctor. ne procedat in quibuſdam caſibus, vt videri poteſt *Lanar.ad rep.titul.de Vaſ.decr.ætat.ſub num.21.et plurib.ſeqq.* ſatis tamen controuerſis, vt ibi per eum, nec ego me intromitto, quia nimis longe à re noſtra, & ipſe Lanar. plene tetigit omnia; ad eum remitto.

31 † Aduertendum adhuc tamen, quod ſi renunciatio fieret ab Vaſallo ære alieno onuſto, forte in fraudem creditorum, ex eo quia Rex feudo ad ſe reuerſo per renunciationem non teneretur ad ſolutionem æris alieni feudatarij, pro quo non eſt feudum cum Regis aſſenſu obligatum, non deberet Rex vel alius Princeps admittere renunciationem in præiudicium crediturum. Imò vero debet ad inſtãtiam agnatorum prohibere Vaſallo ne tradat poſſeſſionem feudi, facta iam alienatione, *vt eleganter per Regen. Lanar.in rep.tit.de Vaſ.decr.ætat.n.31. et ſeqq.*
32 † Vbi *num.34.* quod alias competeret actio reuocatoria, *et haberet locũ titul. quæ in fraud.*
33 *cred.* † & *numer.32.* ait in facti contingentia quendam feudatarium volentẽ cedere Regi offerentem feudum propter æs alienum, quod abſorbebat feudi valorem, non fuiſſe
34 admiſſum, † & ſi Rex admittit renunciationem tenebitur ad debita *Id. Regen.Lanar.ad d.§.ſed* etiam *rei.n.59.60. per quot fiat inueſt.* quando ſit voluntariè ex parte vtriuſque.
35 † Sicut tenebitur quilibet donatarius feudi in effectu reſciſſa donatione tanquam facta
36 in fraudem creditorum, † *quia titu.de reuocabis etc.* habet etiam locum in feudalibus, *vt*
37 *d.nu.60.* † Aliud ſimile afferri poteſt in grauato reſtituere *ſi ſine filijs*: & qui forte grauatus ære alieno, vult præmature reſtituere, vt non poſſit hoc facere in præiudiciũ creditorum, quia in eorum fraudem præſumatur facta talis reſtitutio, vt pleniſſime & egregie (vti ſolet omnia) *per magni, non immerito, nominis Dominum Præſid. Primarium D.Bellon.in conſ 33.per tot.* vbi ex profeſſo diſtinctis caſibus ſublato obſtaculo *d. l. poſt mortem. 12. C. de fideic.* & per alium Eminentiſſimum *I. C. D. Præſid.Benci.meritò in eod. Sacro ordine ſubſequẽtem in ampliſſima dec.Cunctis reſtitutionis fideicommiſſi fratrum de Ferrarijs et Creditorũ Bernardini grauate reſtitutione fideicommiſſi, et onuſti ære alieno.* ex qua quod ita cenſuit Senatus: Prodeant demum in lucem ſingulares eximij viri elucubrationes ad Reipublicæ incredibilem vtilitatem. Adde ad materiam onerum, æris alieni, hypothecę & ſimilium an tranſeant in Dominum vel Agnatum quibus fuit feudum apertum *inf.cap.65.ſub num.99.remiſſiuè, et cap.64.num.55.*

38 † Cęterum in renunciatione generali feuda non contineri *dixi cap.13.num.23.* Niſi ex aliqua coniectura in cõtrarium, puta ſi eſſet reſeruatus vel impetratus Regius aſſenſus in tali renunciatione bonorum ſeu hæreditatum. *Ita D.Gallup.in meth.vniu.iur.feu.par.*
39 *3.cap.4.num.39.* † *Vbi etiam notat.nu.40.* ſi renunciauerit ſoror ſimpliciter bonis patris & fratris &c. tunc ſi præmoriatur eius filijs ipſi non erunt excluſi à ſucceſſione feudorũ Patrui, quia intelligitur renunciatio ſi ſucceſſio deferatur renunciãti & *ibid.* refert iu-
40 dicata. † Idem ſi frater præmoriatur patre ſuperſtite, niſi forſam adeſſet Aquiliana ſtipulatio. *vt ibid. num.43.* ad eum recurre pro alijs quibuſdam declarationibus, neq; enim (vt ſępe conteſtati ſumus, moris noſtri eſt aliena tranſcribere.

CAP.

CAP. QVINQVAGESSIMVM SEXTVM.

De repudiatione.

SVMMARIVM.

1 *Repudiationis et renunciationis differentia et quid vtraque.*
2 *Repudians non dicitur alienare, nondum enim acquiſiuit, et num. 3.*
4 *Nullius præſentia requiritur in repudiando.*
5 *Renũciatio facta ante delatam hæreditatem habet vim repudiationis.*
6 *Niſi adiectum ſit pactum* de non petendo.
Ob renũciationem hæreditatis ſoluitur laudimiũ non ob abſtentionem ſeu ob repudiationem. ſub eod.
7 *In indiuiduis alterum ſine altero ſeparabiliter non conſideratur.*
8 *Indiuidua conſiſtunt tota in toto et tota in qualibet parte totius.*
9 *Qui vult carnem debet habere et os annexum. nec poteſt diuidi contractus.*
10 *Pacta omnia appoſita inſtrumento eodem tempore ſumunt robur.*
11 *Si non ſuſtinetur refutatio nec dotatio in feudis.*
12 *Contractus dicitur vnicus.*
13 *Vno remoto tollitur alterum.*
14 *Si conducta fuerunt plures res ſub vna penſione, ſi vna vti frui non poſſumus licet à tota locatione reſilire.*
15 *Idem in emptore, qui aliàs non fuiſſet partem empturus.*
16 *Indiuiduitas inter feudum et hæreditatem occaſione repudiationis oſtenditur.*
17 *Quæ indiuiduitas tamen non eſt inſeparabilis, qa eſt voluntaria non neceſſaria, vt et pacta poſſunt remitti et ſeparari, nu. 18. 19.*
10 *Repudiatio nocet repudianti et eius deſcendentibus.*
21 *Et ita etiam de iure communi in ſucceſſorio edicto.*
22 *Agnati non excludũtur ex repudiatione expreſſa vel tacita alterius agnati, nu. 23. 24.*
25 *Quidam an filijs prǫiudicet repudiatio patris diſtinguunt.*
26 *Sed loquuntur in term renunciationis, licet verbo repudiandi vtantur.*
27 *Authoris opinio vt filijs predicet, et agnatis ſtatim aperta ſit ad feudum ſucceſſio cõtrà communem.*
28 *Quæ non attendenda cum ſumus in caſu à iure deciſo.*
29 *Nepotem admitti non obſtante repudiatione patris ad emphyteoſim qui dixerunt, male cenſuerunt.*
30 *An repudiatio fieri poſsit per procuratorem & an reuocari remiſsiuè.*
31 *An repudiata hæreditate poſsit ad eandem rediri ex capite bonorum poſſeſsionis. remiſsiuè.*
32 *De clauſula,* Ceſsit, repudiauit, remiſit, *remiſsiuè.*
33 *Quod deſcendens ab eo qui primi acquiſitoris hæreditatem conſequenter & feudum repudiauit admittatur ad ſucceſsionem vltimò defuncti agnati ſi eius ſit hæres defenditur. & ſeqq.*
34 *Qui repudiauit hereditatem vnius non prohibetur capere ex perſona alterius. & num. 39.*
35 *Vnicus caſus datur in quo ambo concurrant & quod oporteat & quod ſufficiat eſſe hæredem vltimi.*
36 *Reg. qui per ſucceſsionem.*
37 *Ceſſante præſuppoſito ceſſat & illatio.*
38 *Ad Ius ſemel extinctum, ſemel renunciatum an detur regreſſus. & num. 41.*
40 *Succeſsio in feudis manet vſque ad vnum ſuperſtitem ad inſtar arboris ſeù Vniuerſitatis.*
42 *Succeſsio eſt modus acquirendi, qui impleri poteſt ex alio modo & per æquipollens. & num. 43. 44.*
45 *Caſus à caſu diſtinguitur.*
46 *Omnes deſcendentes præſumunenr eſſe heredes primi in vtilibus non in damnoſis.*

RENUNCIATIO de qua in prǫced. cap. prǫſupponit ius acquiſitum & exiſtens in renunciante, qui deinde iſtud ipſum renun-
1 ciando remittit, & à ſe abdicat. † Repudiatio verò, de qua in præſenti cap, prǫſupponit ius delatum quidem, ſed nõdum acquiſitum, quod poſsit (ſi velit) acquirere, & ſi noli repudiare, vt proprie hoc caſu ſit repudiatio *Paul. de Caſtr. in l. ſicut C. de repud. hæred. Soc. Sen. conſ. 34. num. 1. in fin & num. 3. lib. 4. Meno. cõſ. 1220. n. 6. lib. 3. Cuiac. ad tit. an agnat. vel fil. apud eũ 54. lib. 4. Ant. Sol. in ant. Sab. decr. de iure emph. decr. in caſibus par. 1. gl.*
2 *1. num. 24.* † Vnde qui repudiat non dicitur alienare nondum enim acquiſiuit, vt poſſit intrare alienatio, *l. alienationis verbum §. qui*
3 *occaſione. ff. de verb. ſign.* † quare qui repudiat feudum, non alienat, non contrahit, nec diſtrahit, ſed proximiori locum aperit *vt egregiè per Frec. de ſub feu. lib. 2. §. pluribus autem modis poſſet limitari hæc conſtitutio numer. 74. fol. 166. Intrigl. de feu. art. 5. num. 796. & ſeqq. Cent. 2. dicitur* tamen alienare aliquibus caſibus & largo modò *Albens. conſ. 541. nu. 7. lib. 3. ex Cagnol. in l. non fraudantur num. 3.*
4 *de reg. iur.* † & ideò præſentia alicuius non requiritur in repudiando, a ſe ſolo fieri poteſt repudiatio, *Surd. conſ. 244. num. 18. in fin. lib. 2.*

Digitized by Google

5 lib.2.† & renunciatio facta ante aditam hę-
reditatem aſt delatam vere eſt repudiatio,
& in vim repudiationis ſuſtinetur vt ait
6 ibid.Surd.num.45.† declarando, ſi ſimplex
ſit renunciatio,non ſi cum pacto de non peten-
tendo ſub d. num. 18.verſ.nec dicere poſſumus.
Sic ob renunciationem hæreditatis eſt de-
bitum laudimium, quia iam ius quæſitum,
non ob repudiationem, quia eſt iuris quidé
delati, ſed nondu tamen quæſiti. Ita Doctiſſ.
Senat.Blancar. Dominus meus in eregia add. ad
Excellent.ſſ.D.Protopraſid.A Ponte in tract.de
laudim.q. 42.ad fin.

Hiſce ſuppoſitis accedat & aliud, nullum
efficacius eſſe teſtimonium, quod vnum ſit
connexum cum alio, quam indiuiduitas in-
7 ter hęc ipſa,† Quia in indiuiduis alterum
ſine altero ſeparabiliter non conſideratur
Bart.in l. Aurelius.§. idem quæſitum.ff.de libe-
rat.lega.Pedroch.in reſp.de Iur.& reſol.contr.
pro Com. Fran. Crau. conſ. 356.num.5.Mart.
num.399.

8 † Quia conſiſtunt tota in toto, & tota in
qualibet parte totius l. via ff. de ſeruit. l. via
conſtitui.§.quacunque,& ibi Bart.ff.ruſt.pręd.
Rim. Inn. conſ. 624. num 2.lib.6.Surd.dec.7.
9 nu.35. & ſeqq. † Vnde illud quod, qui vult
carnem debet habere os annexum,& qui ap
probat iuramentum fidelitatis præſtitum
per aliquos, cenſetur etiam approbare im-
munitatem eodem tempore conceſſam, &
vnus, & idem contractus non poteſt diui-
di, ſed cum cauſa ſuiſque vitijs acceptari
Surd.conſ.52.num.41.vbi hæc,& alia ad idem
lib. 1. ſic qui vult primogenituram debet
etiam onera agnoſcere Idem Surd.conſ.351.
10 ſub numer.35.36.† Sic dicimus quod omnia
pacta eodem poſita inſertaque inſtrumento
eodem, & tempore ſumunt robur, licet vnũ
in fine aliud in principio poſitum ſit, &
cenſetur vna, & eadẽ diſpoſitio, & corruit
in totum contractus, aut ſubſtinetur non ta
men pro parte tantum Surd. conſ.417.num.
11 22.& ſeqq.& num.50.51.52.† Vbi in feudis
ſi non ſuſtineatur refutatio, nec dotatio vt
12 ibi: † & dicitur contractus eſſe vnicus Id.in
13 conſ.217.n.9. vbi pulchrè† & vno amoto tol-
litur alterũ l.etiã §.ex cauſa.ff. de minor.Surd.
14 conſ. 431. num. 52. † vnde ſi quis plures res
conduxit ſub vna penſione, ſi vna tantum
ex rebus conductis vti frui poſſit alia no poſ
ſit ypoterit ab omnibus, & à tota locatione
conductor reſilire Imol. conſ.39.viſis ac pon-
deratis Tiraq. in t.retr.§.23. gl.1.nu.5.Caroc.
de loc. par. 2.cap. 84.de cond.imped.Surd.dec.
295.nu.17.& dec.155.Boſſ.de remiſſ.merced.
15 conduc. num.21.& ſeqq.† & idem in empto-
re, qui aliàs non fuiſſet partem empturus
ead.dec.295.num.16.17.18.& in conſ.13.nu.
19.& ſeqq.ac per tot.conſ.vbi de hoc ſolo.

16 † Hęc indiuiduitas datur nobis intelligi in
eſſe inter feudũ, & hæreditatem occaſione
repudiationis dum habemus t.t..An agnat.&c.
§. filius de Capit. qui cur. vẽd. quibus in locis
dicitur vnum ſine altero à filio recuſari non
poſſe; ſed aut totum, aut nihil: quare feudũ
eſſe quid hæreditarium omninò conuinci-
mur, cum etiam in proprijs term.hæredita-
tis,& feudi eadem axiomata locum ſibi vin-
dicare probauerimus ſupra cap. 6. num.3.7.
9. 23. 34. 43. & ſeqq. & cap. 8. numer. 1.&
ſeqq.

Nec obijcias non ne ratio eadem vigeret
in agnato?& tamen in eo aliud conſtituitur
vt in præcitat.cap.8.num.4.et cap.10.per tot.
ſed ex his ipſis reſultat reſponſio. Non re-
peto.

17 † Hanc indiuiduitatem intellige non in-
ſeparabilem omninò, & neceſſariam, prout
eſt illa, quæ eſt inter animam, & corpus, vt
vno ſublato homo totus deſtructus maneat
ſed inſeparabilem ſecundum quid, quate-
nus intellectu non poteſt intelligi ſeparatio
rerum hæreditariarum ab ipſa hæreditate,
& ſeparabilem ſecundum aliud; quatenus
re vera nec feudum, nec vlla res hæredita-
ria ita connexa eſt hęreditati, quin poſſit ab
ea ſegregari, putà legando, fideicommittẽ-
18 do & vt ſupra cap. 14. per tot. † Nã & pacta
poſſunt remitti, & ſeparari, quæ tamen in-
19 diuidua dicebamus. † Sumus enim in indi-
uiduitate voluntaria aut accidentali non in
neceſſaria ad Cabal. de diuid. & ind. par. 3.
num.57.

20 † Amplia prædicta, vt hęc repudiatio nõ
ſolum noceat filio repudiãti, ſed etiam om-
nibus ex eo deſcendentibus, id enim indica-
tur ex tex.dict.titu.An agnat.&c.ibi, quo repu-
diato ad agnatos, ſi paternum ſit, pertinebit:
quæ clauſula minime verificaretur ſi repu-
21 diãtis filij ſuccederent nõ agnatus. † Prout
ita etiam portat ius commune vt filij repu-
diãtis maneãt excluſi, ex ſucceſſorio edicto
non admittendi §.liberi, et §. ſeq. Inſt.de bon.
poſſ. iunct.§.placebat.et ſeq. inſt.de legit.agnat.
ſucc.clarius in l. 2.in princ. ff. vnde leg.t. l.1.§.
ſciendum.ff.de ſuis et legit.

22 † Agnati verò ſeu proximiores de latere
admittuntur, ſiue ſit expreſſe repudiata hę-
reditas ex tot.tit.de ſucceſſ.edic.et ex tit.C.vn.
23 lib. cum ſeqq. † Siue tacite per anni lapſum
inter deſcendentes, aut per Centum dierũ:
24 inter alios Natt.conſ.488.nu.18.† Ad agna-
tos enim vt iure proprio venientes cæpit
ſucceſſio pertinere, vbi prior noluit, & re-
pudiauit l. 1. §. qui ſemel.d.tit.de ſucceſſ.edic.
propriam enim quiſque bonorum poſſeſſio-
nem repudiare poteſt, alienam non poteſt
d.l.1.§.1.et l.2.ff.d.tit.de ſucceſſ.edic.

25 † Aliter tamen diſtinguunt Docto.vt per

Bal.in l.qui ſe patris. numer.30.C.vnd. lib.per
Alex.eum referentem in conſ. 13. num. 3. lib.
*5.Albert.conſ.521.numer.8.et ſeqq. lib.3.*qui
aiunt repudiationem patris non præiudi-
care filijs in feudo, vel emphyteoſi ex pacto
& prouidentia, ſecus in hæreditario, adeo
quod inuentarium non prodeſſet ex notiſ-
ſima, *et com. Doct. opin. vt ait Alb.nu.9.d.conſ.*
541.

26 † Reſponde Docto. loqui in term renun-
ciationis, licet verbo repudiandi vtantur, vt
datur intelligi vel *ex clauſula promiſſionis de*
non contraueniendo pro ſe et hæredibus vt apud
Iacob de San. Georg. præced. cap. vt num. 18. vel
(etiam ſi loquerentur in term. repudiationis) lo-
querentur contrà tex. tit. An agnat. etc. & non
eſſent attendendi contrà tex. expreſſum; & præ-
terea cum dicta feudorum diſtinctione lo-
quuti ſunt, in qua tamen error communis
27 fuit ſuis locis detectus. † Vt propterea dili-
genter caueas, nec, ab tex. ipſo recedendo
ſecundum rei veritatem, aliter dicas, quàm
quod per repudiationem filij etiam ſit illicò
aperta via agnatis ad ſuccedendum in feu-
do, alijs quibuſcunque ab ipſo repudiante
deſcendentibus omninò præcluſa *Surd. cõſ.*
85. ſub num. 13. vbi in ſuo caſu filios non ex-
cludi renunciatione, vel repudiatione ma-
tris venientes nomine proprio, ſecus ſi ma-
terno iure innitterentur.

28 † Aſt, replicabis, Commun. opinio eſt in
contrarium; eſto hoc; ſed aduerte quod &
illud etiam tradunt noſtri. cum ſumus in ca-
ſu à lege deciſo, *vt hic per d. tit. An agnat. &*
d. §. filius: non eſſe attendendas opiniones
conflictuſue Doctorum, *vt ait Loffred. cõſ. 38.*
num. 3. nec curandum de Comm. opin. quæ
euidenti ratione, & tex. claro falſa conſpici-
tur *vt ſupra cap. 28. partic. 3. num. 43. & ſeqq.*
& (quicquid ſit) hoc ſit tibi ſolatium, quod
intellectus acquieſcat ad veritatem, quę eſt
adæquatio rei ad intellectum ſecundum
29 Philoſoph. † & *ſic male March. quęſt. 104. par.*
2. quod nepos admittatur ad emphyteoſim
non obſtante repudiatione patris, nec mi-
rum ſi titubans hoc dicit, *vt in fin. eiuſd. dec.*

30 † An repudiatio fieri poſſit per Procura-
torem, an, & quando reuocati *vide Surd. cõſ.*
457. num. 31. & ſeqq. lib. 4. & conſ. 523. nu. 20.
31 *et ſeqq.* † Vbi etiam an repudiata hæredita-
te poſſit ex capite bonorum poſſeſſionis ad
32 eam rediri. † & *de clauſula ceſſit, repudiauit,*
remiſit Vinc. de Franc. dec. 101.

33 † Supereſt hoc loco vnica quæſtio diſcu-
tienda, vtrum ita præiudicatum ſit deſcen-
denti ab eo, qui cum hęreditate partem etiã
ſuam feudi repudiauit, vt nullum ſibi ſu-
perſit remedium ad feudum acquirendum?
Quia in re vnicum mihi ſe offerre viſum eſt
remedium (licet à nemine hunc caſum in
puncto tactum viderim) ſcilicet, ſi iſte deſ-
cendens eſſet hæres hæreditatemq; agno-
uiſſet vltimò defuncti agnati; in qua reperi-
tur & feudum, vt poſſet admitti ad feudum,
ſicuti & ad hęreditatem ipſam, per eandem
rationem. quia hæreditas ſcindi non poteſt,
de qua *ſupra c. 8.* & licet ſcinderetur quoad
alium. putà extraneum, feudi non capacem,
non comprehenſum in inueſtitura & tran-
ſiret vel ad agnatum vel ad dominum idem
feudum, ſemota hæreditate, quæ ad alium,
ad quem ea pertinet, pertranſiret *ad not. d.*
c. 8. et ſeqq. præſertim in 11. Tamen non ſcin-
ditur, nec feudum ab ea ſeparatur, quando
alia via non eſt ſuccurſum ſucceſſori ad feu-
dum aſpiranti, putà in filio iuxta diſpoſitio-
nem *tit. an. agnat. vel fil. etc.* & prout in caſu,
quem nunc ſupponimus, de agnato cui ob
repudiationem paternam præcluſa eſt via
ex hoc facto patris amplius ad feudum aſpi-
randi; vnde ſatis ſibi erit, ſi ſaltem alia via
poſſit ſibi eſſe conſultum, hoc autem quanã
alia? niſi admittamus hanc viam, quod ſit
hæres dicti vltimi defuncti, per quàm erit
pariter & hęres primi, & erunt omnia extre-
ma ſimul inuicem ſibi reſpondentia; & ſi-
34 mul conciliata: † Maxime cum de iure certũ
ſit, eum qui renunciauit ſeu etiam repudia-
uit hæreditatem vnius, aut aliter ex ſtatuto
aut ex alio fuit ab ea excluſus, vt hic agnatus
ob repudiationem antecedentem patris ſui,
nõ prohibeatur quominus poſſit ſuccedere
ad eandem hæreditatem, quæ ex perſona
alterius ſibi deferatur, vt proprie eſt in caſu
noſtro *iuxta Angel. conſ. 52. nu. 1. in fin. et n. 2.*
& in term. feudi quod filia, quę renunciauit
hæreditati patris non prohibeatur ſuccede-
re in feudo, quod ſibi ex perſona fratris de-
fertur (vt hic ex perſona agnati, *dicit Dec. ad l.*
quoties duplici. num. 6. ff. de regu. iur. et ad l. hæ-
reditas. num. 8. ff. eod. ſequitur Cagnol. ad d. l.
35 *quoties duplici.* † & hic erit vnicus caſus, in
quo ambo illa concurrant, & quod ſufficiat,
& quod oporteat, *de quibus ſupra cap. 35. nu.*
51. et ſeqq. Nam ad hoc, vt iſte agnatus ad-
mittatur, oportet quod ſit hæres dicti vlti-
mo loco defuncti, cuius occaſione admitti
eum continget ad feudum tanquam anne-
xum hæreditati, & vt quid indiuiduum ab
ea, vt dictum eſt, alioqui iam amplius non
admiſſibilem ob excluſionem eius ex repu-
diatione ſeu renunciatione paterna, vt oſtẽ-
ſum eſt: & etiam quod ſit huius hæres, nam
per hoc ſupplebitur ad defectum paternũ,
pater enim repudiando non fuit hæres, &
ideo remanſit excluſus à feudo cum eiuſdẽ
linea tota, at hoc modo deſcendens hic, &
adhuc in linea exiſtens ſupplet, cui ſufficit
vt ſit hæres vltimi, ad hoc vt poſſit dici hæ-
res & ſucceſſor illius primi acquiſitoris

† per

Google

36 † per reg.l.qui per ſucceſſionem. ff.de reg.iur.et
l.fin.C.de hæred. inſtit. & licet contra opponi
poſſet adhuc aliquid, putà quod in feudis
habeat locum ſucceſſio inter lineas diuerſas
de linea in alteram lineam, cum ſuppoſito
quod altera linea non ſit excluſa iuxta tit. de
nat. ſucceſſ. feu. nec per aliquem interrupta
37 † quo ſuppoſito ceſſante in præſenti ſpecie
videatur ceſſare diſpoſitio, illatio vel con-
ſequentia, vt inter noſtr. dec. Luc.13.num.41.
38 Flor.48.num.4.bon.66.nu.8. † Aut quod ius
ſemel extinctum amplius non reuiuiſcat:
Aut quod renunciantibus ſeu repudiãtibus
& eorum hæredibus non detur amplius ad
iura renunciata ſeu repudiata regreſſus cũ
ſimilibus de quibus in c.40.num.59. ſupra c.
30.num.32.et ſeqq.c.54.part 2.nu.38.et ſeqq.
part.3.num. 35.c.44.num.18.et ſeqq. cap.55.
et hoc cap.num.20.et ſeqq. Tamen (quicquid
dici poſſet de ſubtilitate iuris) opinio hęc
(dici poteſt) videriq; æquior, etiam ex iure
39 cõmuni † quo diſpoſitum inuenimus, poſſe
quem ex perſona ſua repudiare & ex aliena
perſona agnoſcere ad l. ſi mihi purè. 59. ff. de
leg.2.l.ſi ſeruo.101.in princ. de leg. 1. & tantò
magis quia videtur occaſio omnis amplectenda,
per quam actus ſuſtineantur ad cap.
54.par.1.num.54.et part.2.ſub num.3.et ſeqq.
& corpus vnitum non deſtruatur, & vel in
vno illo conſeruetur, & præterea videtur
40 concurrere etiam illud † quod quamdiu
vnus ſuperſit de vocatis, tandiu in eodem
ſucceſſio debeat perpetuare, exemplo arbo-
ris, quæ plures habeat pullos, In qua, vt de-
mus omnes fuiſſe præciſos, ſi tamen vnus
aliquis maneat, vniuerſa virtus in eum con-
currit, & influit vt eleganter per Bald. viden.
in conſ.280.ſub num. 1. verſ. decimò probatur.
lib.3. & exẽplo Vniuerſitatis, q̃ in vno ſuſti-
netur vt ibid.verſ.quarta ratio eſt. Vltra quod
ad contraria ſupra propoſita videtur non
ineptè poſſe eam applicari reſponſionem,
quod procedant aut in linea prorſus extin-
cta, quæ hic non eſt, cum adſit perſona de
eadem linea, inſpecto primo acquirẽte, aut
in iure penitus extincto, quod non eſt in
præſenti ſpecie, vbi adeſt adhuc principale
motiuum ſeu cauſa ſucceſſionis, id eſt ſãguis
& ratio ſanguinis in hoc deſcendẽte, quem
ſupponimus eſſe de ſanguine & deſcendere
41 ex primo ſtipite, † vnde quando ius nõ fuit
penitus extinctum, facilè dari ad iura prima
regreſſum dicit Menoch. conſil.2. num.237.et
42 nu.314.lib.1. † & cum ſucceſſio ſit nõ cauſa
ſed modus ſuccedendi vt alibi ſæpe dictum
eſt præſertim c.18.num.24.c.35.num.59.c.23.
num.25. et ſeqq.nu.37.et ſeqq. maximè nu.59.
43 et c.36.num.31.et ſeqq. † videtur optime in-
trare non eſſe curandum de modo, dummo-
do ſequatur effectus ad cap. 23. par. 2.nu.83.
44 † nec referre quod quid ex ęquipollentibus
fiat vt ead.part.2. num.82.

Hęc eò magis, quia nulla culpa imputari
poteſt huic deſcendenti, ſi pater repudiauit
ad dict. in cap. 27.per tot.cap.23.numer.137.
ex quibus ipſe hanc in ſententiam libenter
inclinarem, & erit caſus iungendus cũ alijs
45 ſupra d.c.35.num.56.et ſeqq. † Aduertendo
tamen (ne confundaris) alium eſſe caſum
præſentem ab illo de quo ibid.ſub numer.52.
verſ.difficultas eſt. nam in caſu, de quo in prę-
ſenti agitur de primo feudi ſucceſſore, qui
repudiauit hæreditatem, in qua feudũ erat.
In altero verò agitur de alijs poſt eum, qui
repudiaſſent hæreditatem, in qua feudum
non erat: ratio diuerſitatis patet, quia primo
caſu intrat defectus poteſtatis diuidẽdi feu-
di ab hæreditate cum feudum in ea inſit: in
altero non cadit quæſtio, quia feudum non
erat nec eſt in hęreditate; & ideo non poteſt
aplicari nec inferri, repudiauit hęreditatem
anteceſſoris, ergo & feudum: qua feudi re-
pudiatione ceſſante, quid mirum ſi tali caſu,
priuandus neutiquam foret agnatus ſequẽs,
ex noſtri ſententia vt ibi.

46 † Illud hic non omittendum, quod omnes
deſcendentes præſumuntur eſſe hæredes
primi media perſona ſuorum parentũ, quia
vbi eis vtile eſt videri hęreditatem agnitam,
intrat huiuſmodi præſumptio gloſſ. Caſtr. et
Salyc.in l.cũ hęreditas.C.de poſit. In term.Ozaſ.
vol.2.conſ.2.num.54.55.56. vbi effectus glo.1.
§.1.verſ.ait autem.in verb.parentes.auth.vt hi
qui obligat. et ante Ozaſc. etiam in term. feudi
Bald.ad tit. An agnat. etc. ſub numer.1. Perill.
Sen.Ferrar. inter reſpon. Illuſtriſſ. D. Leynici.
reſp.7.ſub num.7.vbi num.8. ſecus in damnoſis
ex Tiraq.le mort.ſaiſi. par. 2.decl. 2.num.23.
24. Vbi tamen ipſum Tiraq. notat, quaſi
abutentem auctoritatibus Doctorum affir-
mantium ſuum præſumi hæredem, nam
Docto. (ait D. Ferrar.) loquuntur quando
hæredem præſumi conducit filio, Ipſe verò
Tiraq. cum ei eſt damnoſum, vt cum repelli-
tur à vindicando prędio allodiali vel feuda-
li, in quo etiam articulo notauit Idem Senat.
Ferrar. aberraſſe Rolan. in conſ.3.n.30.31.lib.
4. & hic ſit finis quartæ part. principalis.

F I N I S.

Quartę partis circa practicandam nouam rationem ad tit. an agnat. vel fil. etc. in modis, quibus feuda finiunt ſeù deſinunt.

Sequitur Quinta ſeù vltima pars circa practicandam rationem In acceſſorijs feudalibus.

[illegible]

Digitized by Google

ANTONII MONACHI

DE RECTA FEVDORVM INTERPRETATIONE,

Pars quinta ſeu vltima. Cap. 57.

Circa nouam rationem tit. An Agnat. vel fil. practicandam in acceſſorijs feudalibus.

PRÆFATIO.

DE FRVCTIBVS FEVDALIBVS ad interpretationem §. His conſequenter Hic finitur lex. tit. 28. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Acceſſoria feudi in fructibus, in meliorationibus, & in executionibus conſiſtunt.*

2 *Fructus ſunt de hæreditate.*

3 *Tanquam acceſſoria feudi & eiuſdem naturę.*

4 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*

§. His conſequenter *aſſumitur explicandus. ſub eod.*

5 *Inuectiua Docto. contra hunc locum. & ſeqq.*

12 *Auctor contrà haſce iniurias Docto.* ad defenſionem dicti §. His conſequenter accingitur. *& ſeqq.*

13 *Hæc conſtitutio vel conſuetudo eſt communiter recepta & ſecundum eam iudicatur. & num. 14. 15. & 16.*

17 §. His conſequenter conſecutiuus ad §. antecedentem, *qui ratione nixus eſt.*

18 *Sequela non differt ab eo quod ſequitur.*

19 *Verba*, His conſequenter, *adnotantur cum earum ſignificatu & efficacia.*

20 §. His conſequenter *fuit pluries repetitus.*

Nec eſt contra diſpoſitionem iuris cõmunis. ſub eod.

21 *Ordo ſeruandus in eius explicatione proponitur.*

HActenus in feudis, vt feudis principaliter, vt in ſe ipſis conſideratis, experti fuimus & practiuauimus flexum & reflexum rationis nouæ ad tit. An Agnat, &c. cum particularibus vniuerſę, materię inſtitutis, & miram inter hęc eadem conformitatem, atque conſonantiam euidentem; Quod (ſcilicet) feudum capiat filius a patre, & ideò ſit quid hæreditarium prędefuncti patris: Non capiat verò ita e cõtra Agnatus ab Agnato: Supereſt vt idem et experimentũ etiam in acceſſorijs feudalibus faciamus: Et erit hic tractatus abſolutus.

1 † Acceſſoria in tribus conſiſtunt in fructibus, in meliorationibus ſeu augumentis & in executionibus: A fructibus inchoandũ; quod feudum ſit quid hæreditarium patris, indicium ſit non exiguum *quod ſecundum tex. tit. An agnat. vel fil. iuncto tex. §. his conſequenter. tit. hic fin. lex.* de fructibus debeant

2 ſolui debita hæreditaria defuncti, † Ergò fructus ſunt de hæreditate, & ità concedit *add. ad Iſern. ad d. tit. an agnat. ſub num. 3. lit. b.*

3 *in verb. fructus.* † Hanc autem naturam, vnde fructus hi ſumpſerunt? niſi a ſuo principali, quod eſt feudum, à quo dependent

4 † Per cap. acceſſoriũ de regul. iur. in 6. quicquid inſurgant ſoltis inuectiuis, & in hunc tex. varie Doct. Alijs quippe dicere non du-

5 bitantibus † tex. hũc carere ratione, *vt Bald. et Schon. hic ad Tiraq. in 2. retr. §. 5. glo. 4. num. 3.*

6 † Alijs carere æquitate, *vt Didac. var. reſol.*

7 *lib. 1. cap. 15. num. 14.* † Alijs ruſticum, & ad bene-

beneplacitum, *vt Iacob. de Beluiſ. quem refert*
Montan. ad Vſus feu. lib. 3. cap. 3. verſ. in quo
8 *paragrapho. pag. mihi. 105.* † In mera magis
voluntate quam in iure nixum. Alijs vt per
Mol. de Hiſp. primog. lib. 3. cap. 11. ſub nu. 10.
9 † Alijs etiam contrà regulam iuris com-
munis *Excellentiß. D. Morot. reſp. 12. ſub num.*
1. & col. 4. ad fi. lib. 1. Cuiac. tit. 30. lib. 4. de feu.
Schrad. par. 2. part. princ. 9. ſect. 3. ſub num. 94.
Ioan. Schon. libr. 1. diſp. 11. th. 38. in glo. c.
10 † Vbi tandem concludit non eſſe ſubtilius
inquirendum de ratione, prout & in hoc
ipſum tandem incidit *ipſe Iſern. dum ait, hic*
eſt vſus non lex Imperatoris ad eund. §. ſub nu.
11 *20. col. 2. in med.* † Et irrationabilem diſpo-
ſitionem cenſuit *Reg. Lanar. ad tit. de ſucceſſ.*
feu. ſub nu. 45. referendo, et ſequendo Bal. Alu,
et Anch. et propterea (ſubdens) non exten-
dendum, *his adde Vult. de feu. cap. 110. ad fin.*
princ.

12 † Quæ nobis veriſimilia neutiquam vi-
dentur, tum ex rationibus adductis *ſupra*
13 *cap. 2. et 3. per tot.* tum etiam ex alijs † Quod
primo videamus hanc conſuetudinem paſ-
ſim communiterque receptam apud Italos
vt per Iſern. ſub d. num. 20. col. 2. verſ. talis con-
ſuetudo vbi apud Neapolitanos ex ipſiuſmet
ſacri conſilij Neapolitani Decreto.

14 † Item apud Germanos, & alios paſſim
15 *Roſent. cap. 10. concl. 42. nu. 35. 36.* † & quod
iſta conſtitutio ſeruetur eſt comm. opinio,
vt per Boſſ. tit. debitores an delinquenti ſoluere
poſſint, etc. ſub num. 7. ex Alex. in l. diuortio. col.
16 *2. ff. ſol. matr.* † & ſecundum eam iudicatum
Vinc. de Franc. dec. 19. Pereg. fideic. art. 49. ſub
n. 108. Alia Vini. dec. 8. lib. 1. Gallup. in meth.
feu. par. 4. cap. 7. nu. 5. vbi tamen ſubijcit iſtã
diſtinctionem eſſe localem & proinde pro-
cedere in Prouincijs vbi eſt vſu recepta
& eſſe comunem textibus feudalibus magis
ſubnixam, veriorem & iudicando, & con-
ſulendo ſequendam *Vult. hic vt ſub nu-*
mer. 1. teſtatur.

17 † Quod ſecundo loco aduertam hunc §.
his conſequenter eſſe conſequentiam §. antece-
dentis, quem nixum eſſe ratione admittunt
18 *Doct. et patebit infra cap. vlt.* † ſequela auté
non differt ab eo quod ſequitur, nec acceſ-
ſorium à principali *d. cap. acceſſorium de reg.*
19 *iur. in 6.* † Prout hanc vniformitatem, & cõ-
ſequentiam denotant *verba, his conſequenter,*
vt ait hic ad princ. Balzar. et probatur ex mul-
tis iuris locis l. 12 §. conſequenter vbi glo. ff. de
donat. int. vir. ex vox. l. 2. in fin. ff. pro don. l. his
conſequenter. ff. fam. ercif. §. his conſequens eſt
Auth. de æqual. dot. l. pen. in fi. ff. de ſtat. hom. l.
ſed et ſi 19. §. quibus conſequenter. ff. de vſufr.
l. huic ſcripturæ. 15. ff. ad leg. aquil. l. vt tantum
14. §. his conſequenter. ff. de ſeru. cor-
rupt.

20 † Quod tertiò videam hanc ipſam con-
ſuetudiné toties alibi repetitam, *vt in tit. An*
agnat. etc. et iterũ apud Gotho lib. 2. tit. 86. apud
Cuiac. lib. 4. tit. 86. ambo in tract. de feu. & apud
eũ in ſpecie legitur conſtitutio Imperatoria
de fructibus (per quod ceſſaret dictũ Iſern.
ſupra cõſtitutionem eſſe Imperatoriam ne-
gantis) vnde veriſimile iam ſuppoſitũ, quod
aliqua inſit ratio, magis corroboretur *arg. l.*
quod verò contrà rationem à contrario ſenſu, cũ
l. ſeq. ff. de legib. & quod quarto demũ videã
opinioné contrariam eadé ipſa conſtitutio-
ne fuiſſe propoſitã, argumentũ feci, ſignum
deduxi manifeſtum rei nõ perfunctorie mi-
nuſque conſiderate, ſed ex profeſsò, quaſi-
que contradictorio ventilatæ, vnde eo ma-
gis attendendum, non tam facile adeoq;
ſic ex abruptò inuehendũ, ad iniurias præ-
cipitandum; quid mirum cuiquam ſi & hu-
ius tàm celebris contextus rectam pro viri-
li interpretationem animoſe aggreſſuri ſi-
mus, ab iniurijs defenſuri, & (ſi fieri poſſit)
omnino liberaturi?

21 † Hunc ordinem ſeruaturi, vt verbis *con-*
text. dicti §. His conſequenter relatis præmiſſa
quædam conſtituamus primò loco vt ſecũ-
do rationes tum dubitandi tum decidendi
ſigillatim cum reſponſionibus ad contraria
ſubijciamus. vt tertio de iuribus & materia
fructuum in alis etiam materijs pro maiori
declaratione & complemento diſquiramus
& tractemus.

CAP. QVINQVAGESSIMI SEPTIMI.

Partic. 1.

Præmiſſum primum ad §. His conſequenter; Hic finit. lex.

SVMMARIVM.

1 *Verba tex.* § His conſequenter, *referun-*
tur.
2 *Vbi duæ opiniones fuerunt relatæ circa fru-*
ctus.
3 *Vltimo relata opinio approbata cenſetur. et*
num. 9.
4 *Sed hoc fallit in clara iuris diſpoſitione.*
5 *Seù vbi ſunt verba,* quidam tamen, *et ſimilia*
importantia excluſionem ipſiuſmet loquentis.

Quod

Quod tamen examinatur.et num. 17.

16 Tit.An mut.vel alias Imperf. *declaratur, et an conciliabilis* cum §. mutus.tit.Epiſc.vel Abbat.*et ſeqq.*

9 *Clericus ſeipſum voluntariè excludit à feudo voluntariè renunciando.*

10 *Fæmina non poteſt leuare faydam ſui natura.*

11 *Ratio quod non poſſit ſeruire militat quidem in Clerico,et Fæmina,at non in muto , ſurdo et alijs.*

12 *Inter dictos enim non eſt ſimilitudo.*

13 *Diſtinctione declaratur verſ.quia ipſum ſeruire non valet.*

14 *Incapacitas triplex volũtaria, naturalis,et caſualis.*

15 *Voluntaria in Clerico.*

16 *Naturalis in fæmina et extraneo.*

17 *Caſualis in Imperfectis .*

18 *Caſus diffinitio.*

19 *In voluntaria quæ regulæ procedunt vt cap. damnum.*

20 *Imputandum ei qui ſe in neceſſitatem adegit.*

21 *In naturali quæ iura procedant. et numer.* 22.

22 *Ipſum ſeruire fæminis eſt probibitũ et Clericis. et num.* 29 30.31.

33 *In caſuali quæ iura procedant.*

24 *Aſſlictio afflicto non addenda.*

25 *Imperfecti poſſunt adhuc multa præſtare.*

26 *Imperfecti poſſunt ſeruire per ſubſtitutum.*

27 *An clerici et fæminæ.*

28 *Verſ. Quia ipſum ſeruire non valet nouo intellectu. Donatur,et explicatur.*

31 *Clerici efficiuntur Irregulares etiam pugnando contrà Turcas.*

32 *Tex.an mut.et de paterno feudo nouo eſſe intelligendum.*

33 *Quicquid contrà quidam.*

34 *Dictus tex. intelligitur de vtroq; imperfecto à natiuitate vel ab accedenti .*

35 *In claris non eſt cauillandum.*

36 *Erronea diſtinctio Impedimenti perpetui,vel ad tempus in caſu d.tit. An mut.etc.*

37 *Imperfectio ex accidenti licet perpetua non excludit Imperfectum.*

38 *Imperfecti ſeruire poſſunt per ſubſtitutũ ex vi verborum tit. An mut.etc.*

39 *Qui vult antecedens vult et conſequens.*

40 *Fæmina ad feudum admiſſa cenſetur etiam admiſſa ad ſeruiendum.*

41 *Quod fit per ſubſtitutum dicitur propriè fieri.*

42 *Femina perpetuo impedimento dicitur quoad ſeruitia feudalia laborare et tamen ſeruire poteſt per ſubſtitutum.*

43 *Cardinalis ſeruit per ſubſtitutum licet perpetuo impedimento laboret.*

44 *Concluditur eſſe inhærendum tex. tit. An mut. &c.& cur.& num.*47.

45 *Non autem tex. §. mutus. Epiſc.vel Abb.& cur.*

46 *Cur cum eſſet contrarius hic tex. alij An mut. Compilator eundem tamen text.non omiſſerit & repugnantes textus interpoſuerit.*

48 *Fruſtratorium eſt laborare in quærenda conciliatione dictorum textuum quia ſunt inconciliabiles.*

49 *Opinio relata in princ. tit. An agnat. tenenda, non quæ ibid.ſubſequitur & cur.*

50 *Vbi primà relata opinio eſt æquior ei ſtandum eſt contrà poſteriorem rigoroſam.*

52 *Idem vbi poſterior eſt concepta huiuſmodi verbis,*Quidam tamen,*aut ſimilibus.*

53 *Cauſæ titubationum ſcribentium in aliqua materia.ſub eod.& num.* 55. *remiſſiuè & num.* 56.

Ruſticorum de diuidendo rem per medium. ſub eod.

54 *Caſus ſequutus in proprijs his term.noſtris diuiſionis per medium.*

56 *Veritas non quærit angulos .*

57 *Communiter interpretatur text. An mut.vt imperfectus ex accidenti feudum retineat , non imperfectus à natura.*

58 *An Monacus , Monialis , vel Monaſterium in feudo ſuccedat & quandiu.*

VERBA TEX.

1 HIS † conſequenter (dicitur in tex.) quod ſi Vaſallus decedat ſine hærede maſculo ; & contingat feudum ad Dominum reuerti, ſic diſtinguitur, quod ſi ante martium omnes fructus illius anni ex feudo prouenientes ad Dominum pertinebũt, ſi verò poſt kalendas martij vſque ad auguſtum omnes fructus, qui interim percipiuntur, ad hæredes Vaſalli pertineant , ſi verò poſt Auguſtum omnes fructus anni percipiet Dominus, quidam tamen dicunt quocunque tempore anni decedat omnes pendentes fructus ad Dominum pertinere

2 † Præmittendum primo loco duas hic
fuiſſe relatas opiniones , prima firmiter ac
diſpoſitiuè conſcripta. Altera verò ſimpli-
citer relata,& quidem cum voce, vel aduer-
ſatiua vel ad ſingularitatem tendente , *Qui-
dam ait tex.* ergò pauci tantum,& non com-
muniter,*Tamen*(ſubijcitur) ideſt auſi ità te-
nere contra cõſuetudinem ipſam , quamuis
etiam in vim conſtitutionis Imperatoris
3 redactam, ſecundum Cuiac.† quare (quic-
quid vulgò dicant,vltimò loco relatam opi
nionem approbatam cenſeri, *ex not.* in l. *qui
filium.§.ſabinus.vbi* gl.*ff.ad S.C. Trebel.Bart.
in l.bona fides. ff.depos.Surd.Conſ.269.num.fi.
Magdal.alios cumulant de n.teſt.in eſta. lib.* t.
4 *cap.16.num.* 219. *&* 220. *fol.*107. † Tamen
hæc regula non habet locum , vbi ſumus in
5 clara iuris in contrarium diſpoſitione, † ſeù
vbi ſunt verba hęc,*quidam tamen*,& ſimilia,
importantia excluſionẽ ipſiuſmet loquẽtis
*tex.in tit.de feu.ſam.*ibi,*Alij verò dicunt*,quo-
rũ opinio manifeſte reprobatur , vt in *verſ.
mox ſeq.*ibi *Quod falſum eſt,tex.in tit.hic finit.
lex.*6.*ſi Vaſallus*,ibi,*Quidam alij dicunt omnino
ad Dominum pertinere,iũcta* glo.in *verſ. ſoluat
pretium* , *in fin.*vbi quod hi ſine dubio inepte
loquuti ſunt: ecce ergò reprobatam vltimã
opinionem illius contex. *ſimile eſt in tit. An
mut.vel aliàs imperfec.feu.retim.ibi.*

QVIDAM TAMEN DICVNT

Verba tex.hæc ſunt.

Mutus & Surdus cęcus Claudus,vel aliter imperfectus,etiam ſi ſic natus fuerit, totum feudum paternum retinebit. Ober. & Gerard.et multi alij : Quidam tamen dicũt,eum qui talis natus eſt,feudum retinere non poſſe, quia ipſum ſeruire nõ valet. Sic dicimus in Clerico , et in fæmina, et in ſimilibus.

6 † Nam poſita concluſione in princ. eius tex.quod mutus & alij,vt, ibi, totum feudũ fraternum retinere poſſint ſecũdum Obertum,& Gerardum,& multos alios,ſubiecta eſt ſtatim opinio quorundam,& ſic non cõmunis , cum ſit quorundam tantum , & hęc opinio contraria eſt illæ quæ refertur in §. *mutus.Epiſc,vel Abb.*

VBI QVOD MVTVS NON POTEST TOTVM FEVDVM RETINERE , PARTEM ALIQVAM PRO SVSTENTATIONE VITÆ POTEST.

An autem Compilator reſederit in opinione poſita in principio , an verò in hac vltima,hic eſt punctus,dicendum eſt Compilatorem ſequi ſententiam de qua in principio, quod feudum huiuſmodi perſonę retineant,primò quia ex profeſſò, & firmiter fuit ibi ſtabilitum , vt patet ex ipſo tenore verborum.

Secundò quia Compilatorem eius fuiſſe intentionis, vt nolit alteram opinionem ſequi relatam *in d.§. mutus, & in d. verſ. quidã tamen.* Aduerte quod tex. ait *totum feudum paternum retinebit , totum* , vt hęc vox cum myſterio videtur adiecta,ergò excluſiue ad partem pro ſuſtẽtatione vitę, de qua loquitur *§.mutus.*

ETENIM TOTIVS §.VERBA HÆC SVNT.

Mutus feudum retinere non poteſt , ſcilicet qui nullo modo loquitur.Sed ſi feudum fuerit magnum , quo ei ablato ſe exhibere nõ valeat,tum ei relinqui debet, vnde ſe ſuſtinere poſſit. Ex his omnibus caſibus feudum amittitur,et ad Dominum reuertitur.

Item aduertè quod idem tex. ponit opi-
nionem magis communem,&quidem prin
cipalium Iuris feudiſtici auctorum,*ibi,Ober
7 tus,& Gerardus,& multi alij* † Ergò pluribus
ſtandũ fore voluit tex.vt in term.per elegã-
ter *Bolognet.4. conſ. ſub nu.*116. Item aduer-
te verba illa ſtatim ſubiecta , *quidam tamen*
aduerſatiua præcedentium , & paucorum
eiuſdem opinionis Doctorum , & quidem
cum myſterio ſubiecta, vt daretur intelligi,
quamuis remanſerit *d.§.*mutus , quia Com-
pilatores noluerunt ſubticere , per ea quæ
dicebamus *ſupra cap.3.nu.48. & ſeqq.* tamẽ
ſcirent omnes eum §.*mutus*,non eſſe ſequẽ-
dum , quaſi continentem opinionem quo-
rundam tantum,non autem magi commu-
nem.

Acc

8 † Nec obſtat quod in fine dicti tex. *en*
mut.poſita ratio ibi *quia ipſum ſeruire nõ valet*
propter quam huiuſmodi opinio vltima vi-
9 detur approbata † & eo magis quia duo cõ-
currunt, & quod ſit vltimo loco relata, &
ideò cenſetur approbata *iuxta glo. in l. qui fi-*
liũ §. Sabinus. ff. ad trebel. in l. bona fider. ff. de-
poſ. item concurrrit ratio ipſa mox relata
per quam indubitãter videtur admittendũ
in vltima opinione perſiſti, *Crot. in l. filiuſ-*
fam. §. diui. num. 160. in fin. de leg. 1. ad Surd.
dec. 167. num. 5.

Ad hoc obiectum reſpondetur, hic refer-
ri rationem, prout in ea ſe fundantes iſti
quidam huiuſce opinionis, non ad hoc vt
referens eam ſequatur, ſed ad hoc vt eam
repellat ex mala applicatione *ad Bologner.*
in puncto d. conſ. 4. ſub d. numer. 116. &
ſub numer. 118. *ad fin. &* 119. vt dedit
intelligi ſub illis *verb. ſic dicitur in clerico*
& fęmina, quaſi dixiſſet iſta ratio benè appli-
caretur clerico, quia ſua culpa, ſua propria
voluntate ſe abdicauit, ſeculo renunciando
vt in tit. de mil. Vaſ. qui bell. arm. depoſ. Item
10 bene applicaretur fœminę † Quia ſua natu-
ra non valet leuare faydam, *vt plenè per*
Garzo. de fam. ad feu. recip. in princ. At non
muto, imperfecto &c. quia in his nec eſt cul-
pa aliqua, vt patet, nec à natura feudi omni-
no ſunt alieni, cum ſint maſculi regulariter
feudi capaces, ſed eſt caſus fortuitus tantum
quod ſic imperfectus natus ſit aut poſtea ꝑ
accidens talis factus, ergo applicatio ab vno
caſu ad alium non fuit recta ob diuerſitates
rationum, & noluiſſe adhærere illis paucis
inferunt verba. *ſic dicimus* in plurali, ideſt
nos ſic dicimus, ſi nos ergo nos ſeparatim
ab illis quibuſdam. Item ſic dicimus ideſt
huiuſmodi rationem non ſic indiſtinctè, &
in omni caſu procedere dicimus, ſed *ſic*, id-
eſt hoc dictum hanc rationem) *dicimus* ideſt
vſurpamus, & admittimus *In Clerico in fæ-*
mina & ſimilibus non in caſu diſſimili, qualis
eſt iſte de imperfecto muto &c. in quibus
nec culpæ reatus, nec naturæ omninò ſub-
11 eſt defectus. † quid plura? ſi adijciamus hãc
quæ militat in Clerico, & fęmina, non mi-
litare in muto, Surdo, & alijs de quibus in
tex. cum omnes poſſint ſeruire, & ideo om-
nes poterunt retinere vt pereleganter, &
ſigillatim de omnibus oſtendit *Bolognet. d.*
12 *conſ. 4. num.* 117. *explicatis &* † *additis ibid. vt*
num. 118. inconuenientibus ſeù incongrui-
tate ſimilitudinis inter Clericum, & fæmi-
nam cum muto, & alijs vt ſupra: & hęc ſecũ-
dum vnum intellectum.

13 † Qui hac diſtinctione adhoc clarior red-
ditur, vt verba quia ipſum ſeruire non va-
let idem importent quod ſit incapax ſerui-
tij præſtandi, conſequenter & feudi vt quod
fundatur in ipſo ſeruitio. Iſtã autem incapa
citatẽ ex triplici cauſa deriuare ex propria
14 volũtate, ex natura aut ex caſu † ita quod
ſit triplex incapacitas voluntaria, naturalis
15 & caſualis. † Voluntaria in clerico qui pro-
pria voluntate ſeù ex facto omnino con-
trario & incompatibili deſeruit ſeruitiũ &
feudum, quia deſinit &c. *vt hic ſupra num. 9.*
in fin. de quo latè Bammac. in §. qui clericus ſi
de feu. def. &c. Ozaſc. dec. 27. per tot.

16 † Naturalis in fęmina ex natura feudi na-
turaliter inhabilis *vt ſupra hic num.* 10. & in
ſimilibus *vt ait tex. ideſt.* in his iiſdem ſimili-
bus, qui ſunt extranei nam & ipſi excludun-
tur à feudo & ſeruitio ex natura feudi,
ſecundum quam fuit conſideratum, quod
maſculi deſcendentes præſumptiue & ve-
riſimiliter eſſet futuri eiuſdem fidelitatis, &
meriti, ac primus feudi Acquiſitor ob iden-
titatem ſanguinis *vt alibi diximus.* quæ ratio
ceſſat in extraneo & ideò naturaliter feudi
17 incapaci † Supereſt caſualis in Imperfecto
à natura an ex accidenti non refert, vtrobi-
que enim verificatur caſus & calamitas in-
cidens, & in ambobus inopinatus inſit rei
18 euentus, & ita caſus, † qui nil aliud eſt quã
inopinatæ rei euẽtus ex diuerſis cauſis pro-
ueniens ob aliud & aliud inceptis *iuxta gl.*
his verb. formaliter Caſum definientem ad §.
Theſauros. verſ. caſu Inſtit. de rerum diuiſ.
Porro quantum hæc inter ſe diſtant? In ca-
19 pacem eſſe ex propria voluntate, † in qui-
bus term. procedunt Communes regulæ
l. damnum quod quis &c. de reg. iur. in 6. l. quod
20 *quis. ff. eod. tit.* † & ſemper ei imputati qui ſe
in neceſſitatem adegit. *vt per me in tract. de*
execut. in veſtib. cap. 21. nu. 25. in tertia impreſ.
bonon. nouiter aucta & infra cap. 64. num. 48.
21 † ſeù eſſe in capacem naturaliter & ex vi iu-
ris communis, in quo pariter aliqua volun-
tas eluceſcit, quatenus vnuſquiſque cenſe-
tur ſe cum diſpoſitione iuris conformare
22 vt alibi de hoc actulimus iura † & in omnẽ
caſum ipſummet ſeruire eſt prohibitum
ſeù ob naturales defectus vt in fęmina vel
extraneo, ſeù ob ſeruitiorum incõpatibilita
tem vt in clerico iuxta optime conſiderata
per Ioan. Bolognet. in grauiſſ. et diſertiſ. ad hãc
materiam conſ. 4. iam ſupra relato num. 118.
omnino videndum, quia omnia, vt ſic dicã
ruminauit in materia dictorum text. inter
ſeſe pugnantium. Porrò, in quam, quantum
hęc diſtant à ſpecie ſeù à terminis, quibus
incapacitas a caſu deriuauit, quos natura
admiſſerat & ideò naturaliter ſucceſſibiles,
quales ſupponimus eſſe iſtos mutos cæcos
aut aliter imperfectos: non admittimus eſſe
deſcendentes maſculos, & ſic radicitus & in
fonte capaces, ſed an ab ſuperuentum im-
pedimenti caſum hac capacitate fuerint
pri-

Digitized by Google

23 priuati; † In quo regulæ alijs ſupradictis ſe
offerunt omnino contrariç Caſus fortuitos
non nocere & excipi *l. contractus in fin. ff. de*
24 *regul. iur.* † Afflictionem afflicto non ad-
dendam *cap. ex parte. de Cler. ægrot. ego*
dec. luc. 24. num. 10. flor. 12. num. 14. & bon. 11.
num. 64. & in puncto Ioan. Bolognet. d. conſ. 4.
25 *num. 21. & 55.* † Item hos ipſos naturaliter
& radicitus capaces non exui omnino fa-
cultatibus omnibus præſtandi ſeruitia, quia
poſſunt multa præſtare, vt multis oſtendit
Bolognet. d. conſ. 4. numer. 117. per tot. Fachin.
contr. iur. lib. 7. quæſt. 34. verſ. ſecundus articu-
26 *lus eſt* † Item hanc radicatam capacitatem
facilius operari quod in omnẽ caſũ poſſint
tales Imperfecti ſeruire per ſubſtitutum, *ad*
trad. in §. ſi quis deceſſerit. tit. ſi de feu. def.
27 *fuerit contr. int. dom. & agn. Vaſ.* † Difficilius
in clerico & fœmina, nam vt ſubſtitutus cẽ-
ſetur ſubrogatus, & repreſentator ſubſtituẽ-
tis, nõ tam facile intrat repreſentatio entis
ad non ens, ſicuti intrat entis ad ens. Nam
Imperfecti ſunt in radice capaces. & ideò in
ſymbolzanribus facilis eſt trãſitus alij verò
non ſunt, & licet Clericus eſſet in radice,
tamen radix fuit in totum euulſa ob incon-
patibilitatem ſeruitij diuini cum humano
Quare optimè Compilator diuerſificauit
caſus Imperfectorum à caſibus clerici, fęmi
næ & ſimilium, & reſpondit ad illud quod
illi pauci dicebant, quia ipſum ſeruire non
valet, non benè applicari Imperfectis, benè
autem applicari poſſe clerico fæminæ &
ſimilibus, & ideò non impediri per hoc re-
tentionem feudi per dictos mutos cęcos, &
imperfectos.
28 † Et nota modum loquendi in illis Verb.
Quia Ipſum ſeruire non valet Non dicit quia
ipſe ſeruire non valet; quo caſu fortè eſſet
applicabile dictum etiam Imperfectis ſaltẽ
circa ſeruitia quędam quæ per alios æquè
explicari nõ poſſunt *iuxta exẽpla trad. per Ioa.*
Bolognet. d. conſ. 4. n. 108. & n. 121. & in hoc
poſſet cadere aliquo modò ſimilitudo imper-
fectorum cum clerico fęmina, & ſimilibus.
Sed dixit quia ipſũ ſeruire nõ valet: In qui-
bus verbis alius forte latet sẽſus ante hac nõ
animaduerſus, & meo iudicio & nouus, &
menti Compilatoris ſatisfaciens, quæ tota
erat in eo vt tolleret obiectum illorũ pau-
corum, quod obiectum non erat in eo quod
Imperfecti ſeruire nõ poſſent, dixiſſet enim
ipſe aut ipſi: ſed in alio Quia ipſum ſeruire
non valet, ideſt (in noſtra lingua) Quia ipſũ
ſeruire eſt inualidum, ſeu ipſe actus ſeruiẽ-
di ſeu ſeruitij pręſtandi non eſt validus, tan-
29 quam à iure prohibitus † quod verè & pro-
priè verificatur in fœminis dum ab omni-
bus officijs publicis & ciuilibus arcentur &
eis ſe ingerere prohibentur *iuxta l. fęminæ. ff.*
de reg. iur. l. 1. §. ſexus. ff. de poſtul. & in puncto
30 *exornat Bolognet. d. conſ. 4. num.* 118. † ſeu etiã
in clerico, vt qui pariter prohibetur lege
ſeruire, cum nemo militãs Deo ſecularibus
negocijs ſe immiſcere debeat *vt in rubr. &*
31 *nigr. ext. Ne Clerici vel Monach.:* † Item effi-
ciuntur irregulares etiam pugnando cõtra
Turcas *per not. in cap. ſententiam ſanguinis.*
eod. tit. & in puncto ſic dixit Id. Bolognet. ſub d.
num. 118. verſ. Clericus quoq;. poſt med. eius col.
& ſecundum hunc ſenſum ceſſat omninò
obiectum quoad Imperfectos, quia non eſt
verum quoad eos quod ſeruitium vel ſerui-
re eſſet inualidum aut prohibitum, ſed totũ
contrarium, quoad eos, quia ſi poſſent ſer-
uire validè ſeruirent, quinimo tenerentur
ſecundum leges feudales *ad ea quæ infra la-*
tiùs hoc cap. partic. 8. per tot. & alibi paſſim cũ
tit. de form. fidel. de no. form. fidel. t. t. Quæ fuit
prima cau. feu. amitt. §. eſt & alia cum pluribus
ſeqq. cum ſimilib. & hic quidem mihi videtur
verus, germanus, & intimus ſenſus Compi-
latoris.
32 † Ex quo tutò inferri poſſe videtur ad ſe-
quentia. & primò quidem text. indefinitè
loquentem de feudo recto ſeu paterno ſeu
nouo intelligendum; & ita pariter alium
tex. contrarium §. *mutus. titul. epiſc. vel*
33 *Abb.* † quicquid pro conciliatione dixerint
aliqui vnum ad feudum nouum reſtringi,
& alium ad paternum. *vt per Bolognet. d. cõſ.*
4. num. 110. & ſub num. 129. verſ. tertia eſt in
humana. nam cum ambo tex. indefinite lo-
quantur indefinite ſunt intelligendi *vt ſup.*
cap. 1. num. 22.
34 † Secundò inferri poſſet nulla facta di-
ſtinctione Imperfecti à natiuitate, ab Imper-
fecto poſtea & per accidens tex. fore intel-
ligendum prout ipſemet literis rotundis ita
dicit illis verbis *Etiam ſi ſic natus fuerit* vbi
noto efficaciam in verbo *etiam* tanquam
ampliatiue, & caſum magis dubitabilem in-
35 cludente *ad ſupra cap. 50. num. 40.* † & cum
eſſemus in claris non erat cauillandum *ad l.*
ancillę C. de furt. & tamẽ ita fuit communiter
diſtinctum *vt infr. numer. ſeq. & fin. citantur*
Auctores.
36 † Tertio inferri poſſet erroneam etiã fuiſ-
ſe diſtinctionẽ de Imperfecto perpetuo vel
ad tempus: quia tex. non diſtinguit Ideo nec
nos. Imo vtrobiq; eſt eadẽ ratio quia vtro-
bique viget caſus, ergo regulæ de fortuitis
caſibus vtrobique ſeruandæ & nota etiam
37 repugnantias † Imperfectio ex accidenti li-
cet perpetua non excludit imperfectum ita
omnes Cõmuniter *vt per Bolognet. d. conſ. 4.*
ſub num. 96. ad fin. nu. 97. 98. 99. et 122. Bãm.
in §. qui clericus. num. 114. ſi de feu. def. et cap.
Sebrad. de feu. par. 7. cap. 5. ſub n. 32. cur aliter
determinãdum in Imperfecto à natiuitate?

38 †

38 † Quartò inferri poſſet *ex tex. An mut.* cenſeri admittendum fore ſubſtitutum ꝑ huiuſmodi Imperfectis: nam eo ipſo quod eo tex.decernitur,tales Imperfectos etiam à natiuitate feudum retinere, in neceſſariam conſequentiam fit, quod Compilator cenſuerit quod ipſi(alias inhabiles)poſſent per
39 ſubſtitutos ſeruire † per reg. quod qui vult antecedens vult etiam conſequens.*l.ad rem mobilem.ff.de procur. Coſt.de ratio. rata.quæſt.*
40 *10.num.12.* † ſic dicimus fœminam ad feudũ admiſſam cenſeri eo ipſo admiſſam ad ſeruiendum per ſubſtitutum *vt per Ozaſc.deciſ.*
41 *27.num.15.et 16.* † quo caſu fœmina & quilibet alius, cum quo tacite cenſetur actum quod poſſint ſeruitia pręſtare per ſubſtitutũ, id quod per eundem fiet, propriè fieri dicitur, & ſeruitium per eum proprie fieri *vt ait Affl.in §.ſi quis deceſſerit.num.6.ſi de feu.def. etc.* & per hoc non eſſet diſtinguendum qđ impediti impedimento temporali poſſint ſeruire per ſubſtitutum, non autem impediti impedimento perpetuo *iuxta cit.nu.36. 37.in 3.illat.hic ſupra, quibus addo Bolognet.*
42 *d.conſ.4.nu.126.et 127.* † cum demus aperte caſum in fœmina perpetuo impedimẽto laborante & tamẽ per ſubſtitutum ſeruiente,
43 *ita Bolognet.ibid.ſub num.44.* † & ſic in Cardinali *iuxta eumdemmet Bammac.in d.§.qui clericus.num.115.176.213.* In fœmina tamen non ſuccedere in feudo nec ſeruire per ſubſtitutum, quando ſeruitium perſonale debetur *Vide Illuſtriſ.Ricc.Collect.1151.lim.4. par.6.*

44 † Quintò inferamus ex tàm ſedulè ac exacto examine facto à Compilatore *in d. tit.An mut.&c.* Ibi ex verb. *etiam*, Item ibi ex verb. *totum*. Item ibi dum proponitur opinio quorundam, Item ibi, dum exponitur fundamentum eorum & reijcitur,& ibi dum deſimilitudine innuit & indicat inter Imperfectos & clericos ſeu fæminas,& demum ibi dum quæſtio & titulus particulariter, & ex profeſſo fuit propoſitus *in rubr. An mut.&c.* eſſe concludendum huic textui omnino inhęrendum, & prout iacet intel-
45 ligendum † Alium verò tex.§. *Mutus.* totũ e contrario, cum ibi nec quæſtio examinetur ex profeſsò,nec principaliter; ſed acceſſorie & in conſequentiam & perfunctorie vt patet ex eius ſituatione inter. §. §. *d. tit. Epiſcop.vel Abb.* qui cum alter omnino cantet, Ideò non poſſe negari repugnantiam adhuc hodiè inconciliabiliter exiſtentem
46 *cum d.tit.An mut.&c.* † Sane non omiſſus §. *ille* vel exeo ne quicquam de compertis pretermitteretur *ut ſupra ſub numer.* 7. aut cum myſterio ad confirmandum veritatẽ quod eſſent aliqui qui contrà ſentirent, quam ipſe referebat *in d. tit. An mut.&c.ibi quidam tamen* quod factũ fuit in huiuſmod eius contextus cum cæteris intermixtione.

47 † At in hac contrarietate ſtandum eſſe *textui An mut.&c.* tanquam tum poſteriori, tũ ex profeſso tractanti,& contrariã nũ etiã opinionem de qua *in §. mutus* referenti & refellenti.ad *Corton.de Com.opin.lib.1.tit.5. num.43.* vbi de Doctore qui ex profeſso &
48 plene tractauit materiam. † & fruſtra elaborari de contextibus illis inuicem inter ſe conciliandis, In quo tamen adeo laborarũt Interpp.*præcipuè Piſtor. quæſt.32.ſub num. ſub num.43.Bolognet.d.conſ.4 à nu.103.vſq; ad nu.129.* Namq; Compilator ipſe admittit profiteturq; diſcordiam,ſed id tamen ad eum effectum, vt demum demonſtraret & conuinceret quid re vera tenendum foret *iuxta d.tit.An mut.&c.*

49 † Sextò inferamus ad hoc quod tenenda ſit opinio de qua *in prin.tex.tit.An mut.&c.*, quod huiuſmodi imperfecti feudũ retineãt contrà alteram de qua in *d.§.mutus* non eſſe opus recurrere ad alia adminicula, cum
50 ſimus ex prędictis in claris,† verũ vnum aut alterum additur per Doct. & primò quod dicta opinio quod feudum retineant ſit ęquior & altera rigoroſa *vt latè per Piſtor.*
51 *d.cap.42.n.27.&ſeqq.* † quo caſu vltimo loco relata opinio *de qua in d.tex.tit. An mut. &c.in poſteriore eius parte,& in d.§.mutus eidem conformi*,non cenſetur approbata contrà primò loco relatam, ſed prior *Bertr. cõſ. 146.n.9.vol.5.Marſ.ſing.63.verſ.attamen.& ſing.660. Azoguid.de Com.opin.lib.3.cap.13. nu.3. In ſyntagm. com.opin. Taurini impreſſo.*
52 *tom.1.fol.48.* † Et adhuc ſecũdo loco,quod vbi adſunt verba, quidam tamen non cenſeatur vltimò relata opinio approbata *vt vltrà mox citat. et alios ſupra num.5 dixit Roſent.cap.7.cõcl.35.n.7.et cõcl.55.n.10.et in puncto §.His conſequenter Menoch.conſil.689. nu.16.lib.7.reſpondendo ad princ.eiuſd.conſ.*

53 † Septimò & vltimò inferamus ad perplexitates plerunque ſcribentium ac etiam iudicantium, vt in caſu noſtro, vbi & ſcribentes titubarunt, & Iudices remedium ruſticorum adhibuerunt in diuidendo rem per medium *ad Teſſ. deciſ.89.ſub num.1.ſub verſ.Hinc inferebam, et ad tot.dec.* obſcuritates hac in re & titubationes aduerte & nota ex *Fachin. Contr.iur.lib.7.cap.34.* Inter quas ſe interponit, pluribus tamen caſibus interpolatis & Iudicia diuiſionis per mediũ aduerte & nota ex *Ioan. Bolognet.in d.conſ.4.n. 100.* vbi ait his formaliter verbis egregius I.C.

54 † *Excellentes autem Iudices auditis tot hinc inde allegationibus, et ipſi longo tempore ſubſtiterunt, huc et illuc per rationes ab vtraque parte*

parte adductas moti, et tandem in diuerſum votum protracti, medietas dictam D. Violãtam admitti indicauit, alia medietas Dom. Marianum omnimodo recipiendũ eſſe aſſeruit, hæ enim erãt partes aduerſantes, vt ex tanta contradictione iudicium eorum redditum fuerit nullum hęc Bolognet.

55 † Horum cauſas iam ne amplius quęras, quia dictæ ſunt *ſup. c. 28. par. 3. n. 19. et ſeqq.* dicas libere, quia ſi bene fuiſſet intellectus *tit. An mut. etc.* nõ erat opus tot diuerticulis,

56 † quia (vt etiam alibi diximus) veritas non quærit angulos: & licet *Bolognet. ſubtiliſſimè aliqua penetrauerit, Imò verò multa ad rem iſtam et doctiſſimè et fuſiſſimè*, tamen dum clauus non tenetur, quid boni agi poteſt, & quomodo oſtium aperiri ad veritatem ſine? clauè Tota vis conſiſtebat in applicatione eorum verborum tex. *tit. An mut. etc.* quia ipſum ſeruire non valet, quis tamẽ ex ſcribentibus vnquam aduertit ad illud pronomen Ipſum cum ſuis ſequelis? Alia vis etiam valde poſita erat in admittẽdo cõtrarietatem textuum prædictorum, vt libere incidi contingeret in veras reſolutiones *ex tit. An mut. etc.* reſultantes, & tamẽ demerſi ſunt pene Doct. in hac re, Id cur itá? quia nodus in ſcyrpo quęrebatur, aer verberabatur, ſuper nihilo & in non ente contendebatur. Alia vis erat in cõcordãdo tex. An mut. & c. ſibi ipſi ideſt primam partem cum poſteriore, & cui ſtandũ foret; vnde demũ in aliud inciderunt vt diſtinguerent imperfectũ ex accidenti, ab altero ſic nato ad ſupra *nu. 34.* Hi profectò ſi bene tex. intellexiſſent, iuxta ſupra explicata, huiuſmodi conciliatione opus non habuiſſent.

57 † Inter hæc tamen ſi vis communem intelligere, *Dic d. tex. An mut. etc.* communiter ità intelligi, vt habeat locum in muto, cęco, aut aliter imperfectis ex accidenti tantum, non ſi à natiuitate, vt, quià natura, feudũ non retineat, qui ex accidenti retineat *ità omnes Docto. citati ſupra in 3. illatio. num. 9. quibus addo Roſent. d. cap. 7. concluſ. 27. et 28. Fachin. dict. lib. 7. cap. 34. et nouiſſimè Dom. Gallup. in ſua eleganti metho. vniu. iur. feud. par. 3. cap. 2. num. 4. et 5. vbi teſtatur. de obſeruantia et alios citat.* Ad prædictos recurre in materia iſta, quia abunde ſatisfacient: dum tamen clauum teneas veri intellectus *d. tit. An mut. etc.* et eo vtaris in oportunis & vbi poſſis citra præiudicium Comm. opin. vel obſeruationum in praxi. In quo iudicium deſidero bonum & purgatum, non ordinarium in caſuum contingentijs.

58 † An autem Monaſterium, Monacus Monialis aut Clericus in feudis ſuccedant *vltra Bammac. et alios in d. §. qui Clericus. ſi de feu. def. etc. vide Reuerẽdiſſ. Ricc. collect. 2153. par. 6. vbi non ſuccedere et limitationes, puta ſi ſeruitium ſit reale* quod poſſet per eos pręſtari, aut per Subſtitutum & vita tantum illorum durante et nõ amplius *ex Affli. Capyc. et alijs vt per eum, Et An fœminę ibid. collect. 2151. d. par. 6.*

CAP. QVINQVAGESSIMI SEPTIMI.

Partic. 2.

Præmiſſum ſecundum ad §. His conſequenter.

S V M M A R I V M.

1 *Senſus §.* His conſequẽter *circa tempora fructuum, et ſeqq.*

2 Interim, *ideſt, inter hac tempora. quia eſt vox limitatiua intermedij, ita quod vltra illud tempus non protendatur, et nu. 3. 4.*

5 *Vox* Vſq, *ſtat incluſiuè et cur hoc ſaſu, quando ſtet incluſiuè vel excluſiuè remiſſiuè, et nu. 7.*

6 *Reijcitur opinio eorum qui dixerunt ante auguſtum incæptum hæredis eſſe poſtea verò domini.*

7 *Ratio huius quia tempus aſſignatum intelligitur de completo.*

8 *Verbum* percipiuntur *perpenditur et de effectu.*

9 *Omnis diſpoſitio intelligitur de habilitate.*

10 *Fructus immaturi interim non capiẽdi, alioquin capiens tenebitur ad intereſſe.*

11 *Conductor non perceptis fructibus durante locatione, ea finita amplius eos non percipit.*

12 *Idem in vſufructuario, emptore ad tempus et in quolibet ad reſtituendum obligato.*

13 *Hæredi vaſalli dati ſex menſes continui hoc §. His conſequenter, contra domino, et nu. 14. 15.*

14 *Euitandæ controuerſiæ eorum qui aliter atque aliter tempora diuiſerunt.*

15 *Vox* ille *eſt demonſtratiua ad oculum.*

Verbum percipiet *ponderaenr. ſub eod.*

16 *De fructibus antea à Vaſallo perceptis amplius non quærendum.*

Fructus poſtea percipiendi erũt domini. ſub eod.

17 *Et verum eſſe intellectum probatur auctoritate. et de Communi, et num. 18.*

19 *Reiectis qui contrarium cenſuerunt.*

20 *Omnium vnius anni fructuum in tres partes diuiſio. et qualis inter vaſallum et dominum exponitur.*

Digitized by Google

21 *Et quæ dicta ſunt de fructibus naturalibus etiam de induſtrialibus ſunt intelligenda.*
22 *Qui ſint fructus naturales, Et qui induſtriales remiſſiuè.*
23 *Appellatione fructuum etiam induſtriales cõtinentur.*
24 *Omnes fructus cedunt loco ſeruitiorum.*
25 *Veniunt etiam fructus iuriſdictionales vt pœna & mulcta.*
26 *Cuius tamen fiant ſi nundum exacti, et ſeqq.*
27 *Fructus iuriſdictionales pendere non dicuntur et cur. Contra nu.30.*
28 *Fructus iſtos ſufficit ceptos deberi de tempore aſſignato Vaſallis, vt puta ſententia ſubſequuta vt ſint hæredis.*
Quia habentur pro exactis, vel etiam ſi ipſo iure eſſet incurſa pœna. ſub eod.
29 *Imò etiam ideſt ſtatim commiſſo delicto et de iudicatis cum limitationibus remiſſiuè.*
31 *Veniunt etiam penſiones, quæ fructus ciuiles dicuntur.*
32 *Sed quomodo an ſufficiat ceſiſſe diē, an oporteat etiam veniſſe diem et reliqua vt nu. 33.*
34 *Vna et eadem diſpoſitio ſcindi non poteſt.*
35 *Fructus ciuiles in quibus conſiſtant an ad ſucceſſorem ſpectent.*
36 *Quid de mercedibus locationum, et nu.43.*
37 *Et ratio diuerſitatis.*
38 *Penſiones loco fructuum ſuccedunt.*
39 *Et ſolent ad fructuum perceptionem regulari.*
40 *Et percipiendo penſionem perinde eſt ac ſi fructus perciperentur.*
41 *Qui ſoluit pretium rem ipſam dicitur præſtare.*
42 *Et dicitur fructus emiſſe.*
44 *Inſpicitur tempus ipſorum fructuum vt ſit debita penſio.*
45 *Quid in caſu vbi primogenitus ſolus ſuccedit, an ſuccedat etiam in fructibus patre viuente.*
46 *Primogenitus tenetur alijs ad vitam et militiã ergo non ad contributionem in fructibus.*
Limita niſi ſecundo geniti eſſent hæredes inſtituti in burgenſaticis, primogenitus in feudalibus. ſub eod.
Penſiones etiam veniunt ex bonis quæ fructus naturales aut induſtriales nõ pariunt. ſub eod.
47 *Vt ſunt* domus, tabernæ, baiulatio *etc.*
48 *Filij maſculi ſuccedunt in huiuſmodi fructibus odio fœminarum à feudo excluſarum, ſi ſint adhuc pendentes, ſecus ſi à ſolo ſeparati.*
49 *Nix eſt in fructu et de ea ſoluitur releuium.*
50 *Diſtributiones fructuum appellatione non veniunt.*

1 SEcundò † præmittendum hunc eſſe verùm ſenſum *d. §. bis conſequenter*, quod à toto Martio vſque ad Auguſtum totum incluſiue, fructus qui interim percipiũtur, ſint hæredis, ſeù hæreditarij, ſeu de hæreditate Vaſalli prædefuncti, & reliqui cęterorum menſium à Septembris menſe vſque ad menſem totum Februarij ſint Domini, vel agnati, prout ad Dominum vel agnatũ continget feudum deuolui? Nam in hunc
2 ſenſum omnia congruunt. † *Interim* ideſt inter hæc tempora *l. libertus. §. in quæſtionibus. ff. ad municip. l. ſi chorus. 73. de leg. 3. l. qui ad certum. ff. loca. l. bonæ fidei. ff. de acq. rer. dom.*
3 † eſt enim ea vox, *interim* limitatiua temporis intermedij *Ceph. conſ. 450. num. 27. lib.*
4 *3.* † Ità quod vltra illud tempus non protẽdatur diſpoſitio *Surd. conſ. 406. nu. 64. lib. 4. dec. noſtr. Bonon. 59. num. 20. 21.*
5 † *Vſque*, quæ vox ſtat incluſiuè, ideſt *vſque ad Auguſtum totum, & ità Forcat. de feu. cap. 8. num. 14. in fin. Ruſent. cap. 10. concl. 41. num. 47. 48. Morot. reſp. 12. ſub princ. num. 1. Peregr. de fideicom. art. 49. ſub numer. 108. vbi ait omnes Feudiſtas ità intelligere, Schrad. par.*
6 *2. part. princ. 9. ſect. 3. num. 46. 47.* † Reiciens eorum opinionem qui dixerunt ante Auguſtum inceptum hæredis eſſe, poſt eundẽ inceptum Domini, ratio aſſignari poteſt
7 vltra præfat. Docto. † Quia tempus aſſignatum debet eſſe completum *Surd. decis. 178. num. 13. & ibid. per tot. & præterea dictio, vſq; addita tempore diſcontinuo vt à tali feſto vſque tale feſtum ſemper ſtat incluſiuè Bart. ad l. patronus. 34. §. Sempronio verſ. quando dictio. in fin. circa. med. col. ff. de leg. 3. vbi plenè per tot. quando ea vox* (vſq;) *ſtet incluſiuè vel excluſiuè.*
8 † *Percipiuntur*, quod idem ſignificat ac qui actu ipſo & in effectu capiuntur, quo loquendi modo datur intelligi cenſendum eſſe de fructibus, qui tales ſint, qui iuxta eorum naturã ſint perceptibiles, ſcilicet, quia ſint maturi, & tempus ſit congruum perceptioni habileſq; ad eam ſeù perceptibi-
9 les † nam omnis diſpoſitio intelligitur ſẽper de habilitate *ad l. 4. §. condemnatum. ff. de re [illegible] l. qui teſtamento. ff. de teſtam. Ozaſ. dec. 95. ſub num. 23. dec. 101. num. 36.*
10 † Alias ſi adhuc fortè immaturi perciperentur, teneretur ſic percipiens ad eorum reſtitutionem, quia eos non fecit ſuos, ſeù etiam ad id omne quod intereſt, quantum (videlicet) is ad quem feudum peruenit veriſimiliter conſequuturus fuiſſet ſi fructus ſuo tẽpore recollecti, & conſeruati fuiſſent *Schrad. d. par. 2. part. princ. 9. ſect. 3. num. 22. & 23. vbi limitationes.*
11 † Et idem in conductore, qui ſi non percepit fructus durante locatione, non percipiet ea iã finita, imò nec percipit fructus qui licet pendeant durante locatione tamẽ non matureſcunt niſi illa finita *Surd. dec.*
12 *131, num. 7. & Scrad. d. num. 22.* † Vbi idem etiã in vſufructuario, i emptore intra tempus redimendi, in hærede rogato reſtituere & in quolibet alio reſtitutioni obnoxio, vt

ſi hi

Digitized by Google

ſi hi capiant fructus non ſuo tempore, &
immaturos, ſuos non faciant, & teneantur
vt ſupra.

Hactenus de fructibus intra martium, &
Auguſtum totum, prout pertinent ad hæ-
13 redem Vaſalli, ſequuntur alij. † Et Primò
illud aduerte hæredi Vaſalli datos fuiſſe
ex hoc tex. ſex menſes continuos; At non ità
Domino continui dati ſunt menſes, ſed vel
annus totus, vel reliquũ tẽporis, annus enim
totus fuit datus in illis verb. *Quod ſi ante
martiũ omnes fructus illius anni ex feudo pro-
uenientes ad Dominum pertinebunt.* illius anni
ſcilicet Ianuarij, Februarij, & reliquorum
ſubſequentium, vſq; in finem, nam de om-
nibus poteſt dici, ac verificari quod ſunt &
menſes & fructus *Illius anni, vt eſt in tex.* in-
14 cipiendo annum, vti ſolet, à Ianuario, † Vt
hinc occaſionẽ capias euitãdi cõtrouerſias,
dũ alij à martio, & alij à Septẽbre incipere
dixiſſent, *vt per Forcat de feu. cap. 8. n. 15. Iſer.
hic ſub nu. 19. ſub princ.* Tex. enim vult quod
ab Ianuario (more ſolito) incipiat annus,
quia qui totum dicit nihil excludit, & ſi
omnes fructus illius anni ex feudo proue-
nientes capiet, & quidem facta mentione
temporis ante martium, quomodo hunc
annum aliter diudicare, quam de anno ſo-
lito, & prout ante martiũ de quo loquitur
tex.?

Reliquum temporis fuit datum Domi-
no, ibi *ſi verò poſt Auguſtum omnes fructus
anni percipiet Dominus, Anni dicit,* ideſt reſi-
15 dui, *non dicit illius anni,* † Quia cum *vox Ille*
ſit demonſtratiua ad oculum *Rol. conſ. 59.
nu. 27. vol. 3. Surd. dec. 125. ſub nu. 1. noſtr. dec.
Bonon. 71. nu. 47.* quaſi inferret totum illum
annum eo pronomine demonſtratum, &
ſic reincideret in primum tempus datum
hæredi Vaſalli, illudque ſtatim deſtrueret
tex. quarè cum myſterio dictum eſt infra,
illius anni, quia annus totus intrat ad bene-
ficium Domini, & nunc cum alio myſterio
fuit omiſſum pronomen, quia *Anni* vox
ſimpliciter prolata, vel bene conuenit ad
reſiduum anni, vel ſi vis annum repreſenta-
ri, & id etiam poteſt, ideſt intelligendo de
omnibus fructibus, qui anno imminente
ſunt percipiendi, forte iam ſata terra, recol-
ligendi anno futuro, & huc reſpicit verbũ
(*Percipiet*) futurum tempus reſpiciens, trã-
16 ſactum excludens † Adeo quod de fructi-
bus à Vaſallo iam ante perceptis nil vltrà
quæratur, quippe ſui facti ſint perceptione
*Sorad. d. ſect. 3. n. 1. cum ſeqq. vbi fusè. Menoch.
conſ. 1064. num. 9. & ſeqq. lib. 11. adde infr. nu.
54. 55. part. 8.*

Reliqui tamen ab eo tempore percipiẽ-
di, ſiuè anni reſidui quoad fructus autum-
nales adhuc pendentes, & imminentes, ſiuè
totius anni quoad fructus æſtiuos, æſtate,
ſcilicet mox futura recolligendos, ſint Do-
mini, *Et ità Doct. vt per Curt. de feu. par. 3.
mem. 2. num. 47. fo. mihi. 297. Montan. in vſus
feud. libr. 2. cap. 3. verſ. in ſecunda fol. 107.*
17 † Et fructus eſſe eo modo, vt deſcripſimus,
diſtribuendos, hæredi q; vel Domino dimit-
tendos communiter ita ſentiunt *Doct. Sorb.
de feu. par. 10. numer. 9. 11. 12. Ant. Cont. quib.
mod. feud. amitt. ante fin. fol. 65. Forcat. d. cap.
8. num. 14. in fin. licet aliter innuat nu. 13. ſub
18 ſub princ.* † & hunc verum eſſe intellectum
§. his conſequenter *reſpondit Myſing. reſp.
80. num. 10. Vin. dec. 8. num. 3. communem, &
textibus feudalibus magis ſubnixã hanc opinio-
nẽ, & veriorem, & in iudicando, & conſulendo
ſequendam Vult. alijs relatis, de feu. lib. 1. cap.
19 11. ſub num. 110.* & ideò caueas *à Forcat. ſub
princ. d. nu. 13. Mol. de Hiſp. primog. lib. 3. cap.
11. numer. 1.* quibus non placuit Auguſtum
comprehendere *Item ab Iſern. ad hunc locum
ſub d. num. 19. & Afflic. num. 11. 12. vel etiam
Montan. d. cap. 3. verſ. & licet. libr. 2. fol. 106.
vel à Roſent. cap. 10. concl. 42. num. 49. iuncta
glo. VV. qui dum ſequitur Iſern. malè reprobat
Bal. Nicol. de Neap. & alios in eadem gl. VV.
citatos*, nam, vltrà claritatem veri ſenſus iam
ex prædictis reſultantem, applica animum
20 † & dic vniuerſi vnius anni fructus in tres
poſſe partes diſtribui in æſtiuos, vt frumen-
ta, in autumnales, vt vina, & in hyemales,
vt olea. Hoſque poſſe contingere, vel fuiſſe
ìã totos perceptos, puta ſi in fine Februarij
deceſſiſſet Vaſallus, nam totius anni reco-
lectam habuiſſet frumenti vini, & olei, reſti-
tutioni minime amplius obnoxiam, & ſic
nullos reſtituet, quemadmodum è contrà
omnes fructus ab inde, ideſt à martio ad ſe-
quens tempus poſtea percipiendi, erunt
Domini. Ac vt per hæc habuit Vaſallus ſic
decedens, & poſt eum eius hæres, omnes
vnius anni fructus, ſic (vt paria ſint omnia
inter Dominum, & Vaſallum, habebit Do-
minus decedente Vaſallo ante martium
omnes fructus anni currentis imminentes
ratio eſt propter æqualitatem, quoad fieri
poteſt, obſeruandam.

Hæc ità procedant & ſubintelligantur
eo caſus quando cõtigit omnes totius anni
fructus iam fuiſſe perceptos, At quia poſſet
etiam contingere partem tantũ fuiſſe eorũ-
dem fructuum perceptam, ideò & huic
emergenti fuit prouiſum, vt decedente
Vaſallo ab martio vſque ad Auguſtũ, fru-
ctus qui interim percipiuntur ad hæredes
Vaſalli pertineant, vt verò eo decedente
poſt auguſtum omnes fructus anni perci-
piat Dominus, vt propterea prima pars tex.
cõcernat ſtabilimentũ, vbi ab vna parte ſint
omnes, aut fere omnes fructus percepti, re-
linquendo

Digitized by Google

linquendo alteri æque omnes percipiendus
Altera verò pars concernat, ſtabilimentum
circa partem fructuum perceptam, relin-
quendo alteri æque partem aliã adhuc per-
cipiendam,& per hunc modum ſingula ſin-
gulis adeò ſemper inter ſeſe æqualia præ-
ſeruantur, vt quandocunque moriatur Va-
ſallus, etiam ſi in tempore putà Decembris,
quo omnes fructus,& æſtiui,& authúnales
collecti ſunt, reintegretur Dominus in eo,
quatenus,& ipſe percepturus ſit futuri anni
fructus omnes, quicquid expenſas ſeminũ
plures fecerit forte Vaſallus,& ſimilia, quia
quod modo huic augeri, illi deperire ali-
quid videtur, id demum ſucceſſu temporis
coæquatur, *& ità incipis paulò oculatiur §.hic*
conſequenter intellectum,& verùm,& æquiſſi-
mum penetrare. vt hæres Vaſalli habeat illos
ſex menſes à martio vſque ad auguſtum ab-
ſolute, Dominus habeat alios ſex etiam ab-
ſolute. Verùm quia mortis tempus non eſt
in poteſtate,& poteſt contingere non in tẽ-
pore dato,& præſcripto pro fructibus hære-
dis Vaſalli, ſed in alio præſcripto pro fru-
ctibus Domini, Ideò, ne hic, hoc caſu mor-
tis ità contingente, ipſe hæres ſit in lucro,
& Dominus in damno, oportuit ita proui-
dere, vt etiam Dominus intrare poſſet ad
fructus reſidui temporis, tametſi martij ad
Auguſtum qui alias ſpectant ad hæredem
& ſic totum annum imminẽs habere, prout
& hæres totũ annum antecedens, ad æqua-
litatẽ ſeruandam,& æquitatem quæ in pari-
bus cauſis &c. vt ſupra dicebamus.
21 † Amplia prædicta, quæ in term. fructuũ
naturalium tantum dicta ſunt, vt etiã pro-
cedant quoad fructus induſtriales, *Affl.hic*
22 *ſub num.14.16.17.*† Vbi qui ſint fructus na-
turales vel induſtriales, *Schrad. par. 2. part.*
princp. 9. ſect. 3.num.50.51.52.Oth. Melan.
loc.com.feu.82.Roſent.cap.10.concl.42.ſub n.
50. Vbi quia tex. loquitur indefinite, & qui
23 omne dicit nihil excludit. † Nam appella-
tione fructuum etiam induſtriales contine-
ri *eſt in l.bona fidei poſſeſſor. ff. de acq.rer.dom.*
l.fructus.ff.de vſur. Bero.in cap.grauis.num.9.
24 *d. ,eſtis. ſpol* † & concurrit identitas ratio-
nis ſeu finis, quia omnes fructus cedũt loco
ſeruitiorum, quæ erant exhibenda per Va-
ſallum, *vt benè conſiderat Affl. hic ſub d.num.*
14.& ita hanc veriorem dicit *Schrad. d. ſect.*
3.nu.50.refert Roſen.in gl.aaa.ſub d.num.50.
quicquid Iſern.Alu.& Præpoſ.contrarium ſen-
ſerint hic,& Montan. eos ſequens, in vſus feu.
lib.2.cap. 3. verſ.proinde pag. 108. et dubita-
uerit Vueſemb.conſ.93.lib.2.
25 † Trahunt etiam *text. §.his conſequenter,* ad
fructus iuriſdictionales, ideſt ad pœnas, &
mulctas, quæ dicũtur fructus iuriſdictionis
Surd.conſ.227.num.6. plenè Mol. de Hiſp. pri-
mog.lib.3.cap.11.num. 19 & ſeqq. vbi limita-
tiones Roſen.d.cap.10.concl.42.nu.64.Schrad.
d.ſect.3.num. 14. Tiraq.in 2. retr.§.5.gloſ.4.
num.21.& ſeqq. Balzar.quo temp. mil.ad tex.
cap.2.ſub nu.fin.fo.113.col.4.ante med.Pereg.
de iur.fiſc.lib. 6.tit.5.nu. 44.Guid.Pap.q 535.
26 † Verùm difficultas intrat, ſi in tempore
hæredi aſſignato non fuerint fructus huiuſ-
modi exacti, eſſent tamen iam tum debiti,
An fiant hæredum Vaſalli, & videtur quod
nõ, *tex.enim ait, percipiuntur,* ideſt actualiter,
& in effectu percipiuntur, *Item tex.* non vi-
detur de his intellexiſſe, quia in finalibus
27 verbis ponit verbum *pendentes,* † At huiuſ-
modi fructus pendere non dicuntur, cum
corpori alicui non adhæreãt ergo &c. *& ita*
28 *Vint.de Franc.dec.168.nu.11.in fin.* † ſed reſ-
pondetur ad primum, quod ſat habuerunt
Docto. vt fructus huiuſmodi eſſent matura-
ti intra dictum tempus,& ita omninò debi-
ti, putà quia ſequuta ſit ſententia, vide ple-
nius, *vt per D.Cabal.res.crim.267.per tot.præ-*
ſertim nu.6. vbi poſt ſententiam haberi pro
exactis, *& ſub nu.19.20.cent.3.* Vbi maxime
ſi ipſo iure incurſa ſit pœna. *& ad idem Surd.*
conſ.227.ſub num. 14.15.lib.2. vbi quod non
eſt quærendum quis eſſet dominus tempore
inquiſitionis, vel ſententiæ, *& in conſ.57.nu.*
29 20. † & quod plus eſt *nu.19.* late dicit quod
ſtatim commiſſo delicto eſt apertũ ius ad
primum Feudatarium, etiam vbi pœna ipſo
iure non incurritur, & ita ſolere iudicari in
Senatu Caſalenſi, vt ibi, ob rationes, *vt ibi*
Schrad.de feu.par.2.parti. princ.9. ſect.3.à nu.
15.ad 21. vbi plenè, & in ſeqq. vbi limitationes.
30 † Reſpondetur verò ad alterum, quod li-
cet proprie pendere non dicantur, tamen
improprie communiter pendere dicuntur
Crau.conſ.212.ſub nu.8.Surd.conſ.227.nu.21.
vbi hanc ob cauſam pertinere ad dominum
in eo caſu, *& conſ. 84.nu.4. lib.1.* vltra quod
in ea *parte tex.* quæ figit pedes in diſtribu-
tione fructuum domino vel hæredi, nõ eſt
verb. *pendentes,* ſed eſt tantum in poſtrema
parte eiuſdem contex. contrariæ & non ap-
probatæ opinionis, tantum relatiue.
31 † Pertinet etiam hic *tex.§.his conſequenter*
ad penſiones, quia & hæ fructus ciuiles di-
cuntur, *& ita Schrad.d. par.2. part. princ.9.*
32 *ſect.3.num.50.& plurib.ſeqq.* † Sola difficul-
tas eſt in eo quomodo procedat diſtributio,
alijs dicentibus ſufficere quod dies ceſſerit
pẽſionis, alij oportere, quod etiam venerit,
& alijs quod ſingulis mẽſibus, & alijs quod
in fine anni debita ſit, *vt patet ex Iſern. hic*
ſub nu.20.& ibi add.lit.t.verſ.imò ſecus, Affl.
ſub num.16.Roſen.cap.10.conclu.42.num.55.
56.57.58. vbi ſub num. 59. indeciſum relin-
33 quit tanquam ambiguum † & vere in alijs
penſionibus, quam in debitis ex cauſa mer-

cedis

cedis locationum , res eſt magis dubia , ſi
nundum dies venit, ſed tantum ceſſit, quia
non poſſunt dici perceptibiles hæ pẽſiones,
aut maturæ, & ideò termini §. bis conſequenter
non poſſunt applicari Ad Fraur. deciſ. 168.
ſub num. 11. verſ. quia in iſtis. quia ſi Vaſallus
decedat intra Martium, & Auguſtum, ea de
cauſa non percipiet hæres , quia nundum
venit dies , ſi alijs temporibus , quibus dies
veniret ex altera cauſa, quia ſcilicet hæc tẽ-
pora iam non ſibi ſed Domino fuerunt tri-
buta . Vno caſu habebit , ſi vel mortuus ſit
intra Martium, & Auguſtum iam maturatis
penſionibus anteà , licet nundum fortè per
incuriam, aut alia ex cauſa exactis, vel ſi pẽ-
dente eodem tempore Martij , & Auguſti
quo deceſſit, venerit dies, & ità cenſerem,
licet non habeam auctorem , allego tamen
eoſdem met auctores omnes, qui concedũt
§. bis conſequenter etiam in huiuſmodi pen-
ſionibus locum habere, vt Schrad. ſupra cit. et
Roſent. quoque . Nam ſi habet locum §. iſte
etiam in penſionibus , profectò non video,
quomodo aliter verificari poſſit, quam hoc
pacto, nec poteſt ſcindi hoc dictum , vt facit
Roſen. qui modo huius. §. habere locum in pen-
ſionibus cum Schrad. & alijs admittit , mo-
do verò negat , aut ſub dubio relinquit , an
ſit ità diſtributio facienda , nam aut eſt , aut
non eſt, ſi eſt, ideſt ſi §. ille penſiones etiam
amplectitur , ergò diſtributio intrat , ſi non
34 eſt, nec intrabit diſtributio. † Quia non eſt
dare medium, nec vna, & eadem diſpoſitio
poteſt ſcindi ad l. inciuile. cum ibi not. ff. de le-
35 gib. † & ita in fere ſimili, dicimus quod hu-
iuſmodi fructus ciuiles conſiſtentes in pen-
ſionibus, cenſibus domorum , reſponſioni-
bus , & ſimilibus , quorum de tempore reſi-
gnationis nundum venerat dies ſulutionis,
ſpectant ad ſucceſſorem , ad quem etiã ſpe-
ctant fructus pendẽtes, Rot. apud Farin. part.
1. dec. 240. num. 2. & facit ratio ſub numer. 3.
quia reſignãs ſimpliciter ius a se abdicauit,
vt in caſu noſtro conſuetudo ipſa ſubſtulit
ius ſucceſſori Vaſalli poſt tempus Domino
datum ipſi propterea ſucceſſori in conſe-
quentiam neceſſariam ablatum.
36 † Minor difficultas erit in penſionibus,
ideſt mercedibus locationum , licet & has
Iſern. cum alijs confundat de quo V. infra in
fin. huius cap. nam illo ſeorſum relicto , an
dies venerit, vel non, res erit expedita, cum
tex. vt conductor, vel Colonus quia pro eo
tempore quo viuet Vaſallus pro eodem in
locatione continuabit, & ſoluet aſfictus ſeù
penſiones; cum hac tamen diſtinctione, vt ſi
intra Martium, & Auguſtum ſoluat aſſictus
pro rata temporis omnis elapſi, & elabendi
vſq; ad totum Auguſtum incluſiue , ſi poſt
Auguſtum ſoluat hæredi pro tempore pr-
terito penſiones, pro futuro ſoluat Domino
ſi continuabit in conductione, ſin minus re-
cedet .
37 † Ratio horum eſt, quia etiamſi poſt Au-
guſtum decedat , debet habere penſiones,
quemadmodum habuiſſet fructus, ſi nõ lo-
caſſet , nec Dominus ſecundum tex. eſt
vnquam fructuum antecedentium capax,
ſed futurorum tãtum, aut ad ſummum pr-
ſentium, & exiſtentium tempore mortis Va
ſalli poſt Auguſtum vſq; ad totum Februa-
38 rium. † Penſiones autem loco fructuum ſuc-
cedunt l. mercedes. 29. ff. de pet. hæred. l. præ-
diorum. 36. ff. de vſur. l. apud Iulianum. 40. §.
fructus. de leg. 1. Schrad. d. ſect. 3. ſub num. 59.
39 † & ad fructuum perceptionem ſolet pẽſio
regulari Pereg. de fideic. art. 49. nu. 100. Hond.
40 conſil. 85. per tot. libr. 2. † Vnde percipiendo
penſionem , idem eſt ac ſi Vaſallus fructus
illos percepiſſet, quia conductor eos perce-
pit loco eius l. arboribus. 13. §. Vſusfructua-
rius. ff. de Vſufr. Caputaq; dec. 28. par. 2. Meno.
41 conſ. 711. ſub num. 29. 30. lib. 8. † & qui ſoluit
pretium rem ipſam dicitur præſtare Menoc.
conſ. 1156. num. 9. 10. lib. 12. vt facit condu-
42 ctor , vt patet, † quia dicitur fructus emiſſe
Natt. conſ. 284. ſub num. 2. Menoch. conſ. 669.
num. 6. lib. 7. Quare nihil intereſt Domini an
perceperim fructus per alium , vel per me-
met ipſum, aut alio modo. Vnde optimo iu-
re competit hæredi omnimodo penſionis
43 exactio, † & ità in hanc videntur in effectu
inclinare. Schrad. d. ſect. 3. à num. 53. vſque ad
num. 64. Roſen. ſub d. num. 55. iunctis gloſ. f. f. f.
& gloſ. g. g. g. & clarè & optimè Anthar. conſil.
193. per tot. qui licet quaſi cõtrarium ſentiat
allegatus à Schrad. num. 54. tamen re vera in
dicto principali quod penſiones ſint debi-
tæ inſpecta ratione fructuum , quo vixit
Vaſallus , & ad formam d. §. non diſſentit,
44 ſed aſſentit . † Dicit enim ad litteram (vltrà
alia) quoad tranſmiſſionem illud tempus
debere conſiderari non quo ſoluitur pẽſio,
ſiue aſfictus, ſed debet inſpici tempus ipſo-
rum fructuum quorum reſpectu debetur
penſio . Confert Io: Bapt. Ferret. conſ. 118. per
tot. vbi fructibus perceptis penſiones debẽtur, ĩã
ſi nundum dies earum venerit, prout e contra
anticipatę ſolutiones nocerent hęredi loca-
toris Id. Ferret. conſ. 151. per tot. eadem ratio-
ne quia ad fructus penſiones regulantur .
Et probatur id quoq; ex dec. Rot. apud Farin.
240. num. 5. part. 1. Vbi idem iudicium fieri
de fructibus, ac de penſionibus locationum
dicitur aperte , ita quod non conſideretur
dies ſolutionis aſfictuum , ſed potius tẽpus
perceptionis fructuum , pro quibus aſfictus
ſoluuntur, & allegantur in ea concord. Vbi
etiam iunctis num. 2. et 3. aduerte quod di-
ſtinguitur hæc, penſio ex locatione debita,
quæ

quæ aliter afflictus communiter dicitur, ab
alijs fructibus ciuilibus, quicquid multi iſta
hoc in tractatu promiſcue ponant, *vt mox*
notaui verſ.minor difficultas.num.36.
45 † Ad prædicta etiam adde an §. his con-
ſequēter procedat, vbi primogenitus ſolus
ſuccedit, an ſuccedat etiā in fructibus feudi
patre defuncto, poſt Calendas Martij, ità ꝙ
alij filij nullam habeant portionem in eis? &
non procedere, & ſolum primogenitum
debere habere fructus omnes *ait Lanar. ad*
tit.de ſucc.feu.num.47.
46 † Quia ſecundò genitis tenetur primoge-
nitus ad vitam, & militiam, ideſt ad alimen-
ta, ad ea quæ infra remiſſiue *cap. 64. nu. 56.*
ergo non debet etiam contribuere in fructi-
bus, ne duplici onere prægrauetur, excipe
niſi ſecundogeniti fuiſſent hæredes inſtituti
in burgenſaticis, relicto primogenito here-
de in feudalibus, quia ſecundogeniti ſucce-
dent etiam in fructibus, & in penſionibus,
tam ex rebus quæ producunt fructus natu-
rales, & induſtriales, quam in penſionibus,
quæ veniunt ex bonis quæ fructus natura-
47 les, ſeu induſtriales non pariunt. † Vt ſunt
domus, tabernæ, batulatio, pondera, & menſuræ,
Magiſtruſſatus, Cenſus batinderia, molendina,
& aliæ res ſimiles, *vt per Fulu. Lanar.in add.*
ad.d.tit.de ſucc.feu.num 44. Vbi ita iudicatum.
de Ponte latiſſimè conſ. 49. per tot. vbi idem te-
net.
48 † Sic ſoli filij maſculi ſuccedent in huiuſ-
modi fructibus, odio fœminarum à feudo
excluſarum, dummodò ſint adhuc penden-
tes, ſecus ſi à ſolo iam ſeparati, *vt ibid.per ip-*
ſum Regen.Lan.num.40.cum ſeqq. iunct.n.37.
& ſeqq. ante. & de penſionibus *adde infra c.*
49 *59.nu. 14. et ſeqq.* † Imo de niue quæ aſſer-
uatur, quod ſit in numero fructuum, & quod
intret ad ſolutionem releuij dicit *eruditiſs.*
Capan.in tract.de Iure releu.par.2.q.17.nu.2.
50 *& ſeqq.* † diſtributiones non venire fructuū
appellatione, & varias inde illationes *vide*
per Illuſtriſs. et Reuerendiſs.Dom.Ritc.part.4.
Collect.1451.per tot.

CAP. QVINQVAGESSIMI SEPTIMI.

Partic. 3.

Præmiſſum tertium ad §. His conſequenter.

S V M M A R I V M.

1 *Si ſint agnati eadem diſtinctio fructuum ſeruā-*
da exclusa Domino. & ſeqq.
2 *Quicquid alij diſſentiant.*
4 *Quorum argumenta magis operoſa ſunt quam*
ſtringentia.
4 *Et eſt tex.manifeſtus* tit. An Agnat. &c.
5 *Et redditur ratio.*
6 *Limita ſi Vaſallus fuerit feudo priuatus, quod*
ad hæredes eius non pertinebunt.
7 *Verbum* (decedat) *mortem importat natura-*
lem.

1 TErtio, † & vltimo præmittendū, quod
diſponitur *in d.§.his cōſequēter.* fructus
tēporibus ibi diſcretis ad Dn̄m pertinere, idē
eſſe & in Agnato, vt ſi adſit Agnatus ad quē
feudum pertineat, eadem diſtinctio ſit ſe-
quenda quoad fructus percipiendos, & ha-
beat eoſdem fructus et Agnatus & ſub eiſ-
dem temporibus, prout de Domino appa-
ret hoc tex. ſtabilitum *Myſing. reſp. 80.num.*
10.Vult.lib.1.cap.11.ſub num.110.Sonsb.par.
10.num.10. Intrigl. qui de magis com. de feud.
q.57.num. 80. Ioan.Schon.diſp.feu.11.th.38.
2 † Quicquid alij contra, *vt Bal. & alij relati*
per Vult.ſub d.num.110. Mol.de Hiſp.primog.
lib. 3.cap.11. ſub numer. 11. verſ. quod autem
fructus Albert.Brun.conſ.106.Schrad.neruosè
hanc tuetur d.par. 2. part. princ.9.ſect.3. num.
3 *90.cum ſeqq. iunct. num. 82. ante* † ſed huius
argumenta magis operſa eſſe quàm ſtringē-
tia *dixit Roſent. qui cum Com. ſentit.d.cap.10.*
concl.42.ſub num.45.cum glo.00. vbi alios re-
ferentes *de Com. & magis Com.ponit. & nouiſ-*
ſimè D.Morot.reſp.12.per tot.qui: Primus aliàs
præſ.Excell.huius Senat.elegantiſſimè more ſuo
rem hanc tractauit, videndus, & habemus *tex.*
4 *manifeſtum in tit. An agnat.* † vbi ſoluendum
fore ſtabilitur, loquendo de Agnato, ſecun-
dum quod alibi continetur, qui locus non
poteſt intelligi niſi *de iſto §. his conſequenter*
cum alius locus non reperiatur, qui de hac
fructuum diſtributione agat præter iſtum
vt omnes animaduertunt, & in ſpecie *D.*
Morot. ſub verſ. tertia fuit opinio in fin. primæ
col. & in fi. totius verſ. d. reſp.12. & Pereg.de
fideic. conſ.49.ſub num. 108. vbi ità iudicatum
5 *refert ex Franc. dec. 19.* † Addo rationem: cō-
uincentem: nam ideò fructuum pars redit
ad Dominum, vt ſit loco ſeruitij quo inci-
pit carere ob mortem Vaſalli, *vt infra ſuo lo-*
co dicemus: Atqui hæc cauſa ceſſat ſtatim
ſubintrante agoato cum eodem ſeruitij one-
re, & ideò nihil deperit Domino: Agnato
verò in onus ſubintranti conuenit, vt & cō-
modum correſpectiuum ad onera feudalia
quibus ſe ſubijcit, feudum capiendo, & an-
nexum ſimul & eodem tempore conſequa-
tur *ex l. ſecundum naturam. ff. de reg.iur. & ex*
alijs infra part.8.per tot. & part. 6. num.4. &
ſeqq. & part.7.num.3. & ſeqq.

6 † Limitant Docto. vt hæres Vaſalli non ſit vllos fructus conſequuturus, ſed omnes vel ad Dominum vel ad Agnatum tranſeāt vt ſi fuerit Vaſallus ex delicto feudo priuatus *Vult. d. cap. 11. num. 1 t 2 Ozaſc. de feu. par. 10. nu. 78. Did. var. reſol. lib. t. cap. 15. nu. 14. Tiraq. in 2. retr. §. 5. num.* nam ſi feudum perditur quod eſt principale, ergo & acceſſorium, cuiuſmodi ſunt fructus. Item tex. vtitur verbo, (*Decedat*) quo verbo datur intelligi hoc textu caſum tantum mortis Vaſalli comprehendi
7 † cum verbum (*decedat*) mortem importet naturalem *Surd. conſ. 90. num. 23. & ſeqq. præſertim num. 26. lib. 1. & ad hæc eadem Pereg. d. art. 49. ſub num. 108. verſ. quæ tamen.*

CAP. QVINQVAGESSIMI SEPTIMI.

Partic. 4.

Ratio dubitandi contrà hæredem ad §. His conſequenter

SVMMARIVM.

1 *Fructus pendentes ad hæredes non pertinent ſed ad Dominum quia ſunt pars feudi. & nu. 2. & 5.*
3 *Et ſequuntur Dominum feudi et emptorem pertinent. et num. 4.*
6 *Feudatarius non eſt plus quàm Vſufructuarius.*
7 *Fructuarius verò non aliter fit fructuum Dominus quàm perceptione.*
8 *Imò debent eſſe fructus et percepti et reconditi.*
9 *Et idem in Colono.*
10 *Fructus quomodo dicantur recollecti remiſſiuè.*
11 *Reprobatur* Cuiac. *qui eandem faciendam diuiſionem in feudis cenſuit quæ in Fructuario et Marito.*
12 *Contrarium defenditur iuxta §. His conſequenter vt etiam pars fructuum ad hæredem pertinere debeat. et ſeqq.*
12 *Fructus non ſemper ſequuntur Dominum fundi, vt cum venduntur, donantur, locantur etc. et num. 13.*
14 *Et agitur ad intereſſe aduerſus Locatorem.*
15 *Et repetuntur à Domino actione perſonali ſi fructus alienauit.*
16 *Et emuntur etiam in berba.*
17 *Et debet Dominus permittere tolli.*
18 *Et eis pro arbitrio vti et abuti, etiā in mare proijcere.*
19 *Competit actio perſonalis ad fructus licet non realis.*
20 *Locator tenetur ad intereſſe in term. feudi.*
21 *Emphyteota impeditus vti frui non tenetur ad penſiones.*
23 *Verbum* (Videntur) *nota improprietatis.*
24 *Fructus de proximo colligendi dicuntur eſſe Cōductoris.*
25 *Licet Conductor reuera non ſit Dominus fructuum.*
26 *Quando Colonus faciat fructus ſuos remiſſiuè.*
27 *Conductor aliquando vt Proprietarius conſideratur remiſſiuè.*
28 *Aliud eſt vendere fructus aliud locare.*
29 *Differentia tamen non eſt magna.*
30 *Ad reg. fructus pendētes et limitationes remiſſiuè.*
31 *Permultæ ſunt differentiæ inter vſumfructum et feudum, nam Feudatarius ius pinguius habet.*
32 *Morte finitur vſusfructus, non feudum.*
33 *Item circa fuctuum perceptionem per ſucceſſores.*
34 *In multis alijs conueniunt vſusfructus et feudum, id quod illuſtratur vt vnum contineat aliud et è contra. num. 35. et 36.*
37 *Si in commiſſum cadant feudalia non ad Fructuarium ſed ad Proprietarium tranſibunt.*
38 *Fructus tamen et emolumenta accreſcunt Vſufructuario.*
39 *Licet inter vſumfructum et feudum ab vno ad aliud argumentari.*
40 *Quod tamen non deſtruit quin ſit aliter in feudo aliter in vſufructu facienda fructuum diſtributio ob particulares deciſiones vtrobiq; ex diuerſitate rationis.*

POST ea, quæ duximus præmittenda; ſequitur videre de rationibus dubirandi contrà *tex. §. his conſequenter*; & quia duas continet, deciſiones, alteram ad fauorem Domini alteram verò ad fauorem Heredis Vaſalli, diſtinctis capitibus de vtraque agemus, & dubitandi rariones excitabimus.

1 † Et quidem contrà hæredem videbatur dicendum nullam ad eum partem fructuū, totam verò ad Dominū pertinere debuiſſe *vt eſt in fine d. §. his conſequenter: nam ratio videbatur euidens.*

2 † Quia fructus pendentes pars feudi eſſe videntur *l. fructus pendentes ff. de rei vindic. l. quintus Mutius. 41. ff. de action. emp. And. Capan. in term. feudi de Iur. releu. part. 4. q. 1. num. 9.* propter cohęrentiam ſoli *vt ait Bald. hic ſub numer. 1. & fac. cap. acceſſorium de reg. iur. in 6. latè D. Præſ. et Meritiſſ. et facundiſſ.*

Teſ.

Teſ. dec.55.vbi effectus, et remiſſiuè Did. lib.1.
var.reſol.cap.25.in princ.et cap.3.nu.3.Ozaſ.
conſ.48.ſub nume.30.31.32.Dyn.ad d.cap.ac-
3 ceſſorium. † & eum ſequuntur ad quem per-
tinet fundus, vt ad emptorem Teſſ.d.dec.55.
Pereg.de iure fiſc.lib.1.tit.4.num.31. vbi idcò
quia pars fundi eſſe videntur, et ibi num.32.
an faciat fructus ſuos etiam pro parte colo-
4 nica † Surd.in term. feudi venditi dec.294.ſub
num.3.iunctis num.1.et ſeqq. vbi etiam in alijs
5 † Quare per prædicta videtur dicendum
non poſſe aliquo pacto fructus pertinere
ad hęredem, & ideò nec fieri in eis execu-
tionem in pręiudicium Domini aut Agna-
torum ad dec.noſt.bon.68.num.54.et ſeqq.
6 † Item facit contrà hęredem, quia Feuda-
tarius non eſt plus quàm vſufructuarius, cū
feudum nil aliud ſit, quàm Vſusfructus.§.fi.
quib. mod. vſuf. amitt. lib. 2. Borcholt. de feu.
cap.1.ſub nu.13.cum ſeqq. Vult. lib.1. cap.2.
num.2.
7 † Is autem ad quem vſusfructus fundi
pertinet, non aliter fructuum Dominus ef-
ficitur, quam ſi ipſe eos perceperit, ante
enim quàm perceperit ad hæredem non
tranſmittit §. is verò inſt. de rerum diu. l. qui
ſcit. 25. §. prim. in fin. ff. de vſur. l. ſi vſu-
fructuarius meſſem. 13. ff. quemadm. vſusfr.
amitt. l. defuncto. ff. de vſufr. l. in ſingulos.8.in
fin.ff.de an.leg.Rom.conſ.309.in fi.vide latè vt
per Vinc. de Franc. dec.167.per tot. vbi tàm in
Vſufructuario quàm in Donatore et eius hęredi-
bus, ſtante donatione ad vitam vel reſeruato ſibi
vſufructu, et in omni genere fructuum, et etiam
in penſionibus, introitibus etc. Add. ad Surd. dec.
272.in fin.
8 † Imò amplius debent eſſe & percepti,
& reconditi ad hoc, vt fiant vſufructuarij
9 Surd. conſ.333.num.14.lib.3.† Et idem in Co-
lono Caſtr.conſ.266.ad fi.lib.2.
10 † Vbi quando dicantur recollecti Surd.
dec.97.num.3.et ſeqq.Roſ.cap.10.concl.42.ſub
num.29.
11 † Vbi reprobat Cuiac. qui ſenſit eandem
faciendam diuiſionem, quæ in Fructuario,
& Marito.
His non obſtantibus deciſum fuit vt pars
fructuum ad hæredem Vaſalli pertineat, ex
ratione decidendi, de qua partic.6.mox age-
tur: Nūc ſupereſt ſolum, vt ad contraria re-
12 ſpondeatur: † & quidem ad primum re-
ſpondetur fructus non ſemper ſequi Domi-
num fundi, vt quando venduntur diuiſim
& ſeparatim à fundo A Ponte. de laudim. q.
7.ſub n.3. vbi nec ſolui laudimium, & Cabal.
13 conſ.Ciui.52.n.3.tom.1.† Quando donantur,
locantur, &c. ſimilia Surd.dec.326.ſub nu.31.
14 et ſeqq.† & agitur ad intereſſe aduerſus loca-
torem num.35.
15 † Et repetuntur à Domino actione perſo
nali, ſi alienauit fructus Surd. d.dec.294.n.6.
16 † Et emuntur etiam in herba Surd. d. dec.
326.ſub num.44.
17 † Et debet Dominus permittere tolli l.
permiſiſti.§.permiſiſti ff.de praſc.verb.
18 † Et eis pro arbitrio vti, vel abuti etiam
in mare proijcere Surd. conſ.34.num.16.17.
lib.1.
19 † Competit actio perſonalis ad fructus
licet nō realis Rot. Rom.apud Farin.dec.181.
par.1.to. 1. vbi reijcitur Ozaſ.in dec.82.ex cōſ.
20 Rom.309.† in term.feudi Locatorem teneri
ad intereſſe Surd. conſ.442.et ad conſ.532.nu.
21 8.et ſeqq.† Nec Emphyteotam impeditum
vti frui teneri ad penſiones Menoch. conſ.
531.num. 15. lib.6. vt his ſimilia ſexcenta alia
22 addi poſſent. † quicquid eſſet ſi non fructus
feudi alienarentur ſimpliciter, ſed ſub
vſufructu concederentur ad ſupra c.48.ſub
num.5.
23 † Vnde (Videntur) ait tex. quę vox eſt no-
ta improprietatis Mantua.lib.1.conſ.106.nu.
47.
Quaſi dicat fructus videntur pars fundi,
reuera tamen non ſunt, nec ſemper haben-
tur, vt tales ad dec.noſt. bonon.prædic.68.num.
24 56.et ſeqq.† Imò eſſe Conductoris fructus, ſi
de proximo ſint colligendi dicit Menoch.cōſ.
25 965.ſub numer.10.lib.10.† Licet Conductor
Dominus re vera nō ſit fructuum Surd.conſ.
26 38.n.26.lib.1.† & quādo Colonus faciat fru-
ctus ſuos adde Valaſ. de iure emph. q. 20. ſub
27 num. 13. † & conſideratur Conductor ali-
quando, vt Proprietarius vide Surd. conſ.
28 575.lib.4.† Item his addo, quod licet aliud
ſit vendere fructus aliud locare Alex. conſ.
76.lib.5.
29 † Tamen non magnam eſſe differentiam
dicit Bertr.conſil.134.num.4. vol.7.
30 † Et ad regul.d.l.fructus pendentes, & eius
limitationes adde Surd.deciſ. 97.nu.10.Tiraqu.
in t.retr.§.1.glo.7.num.43.& ſeqq. vbi plures
huc conferentes, & ad Didac. lib.1.var.reſolut.
c. 15. vbi declarat quomodo dicuntur pars
fundi.
31 † Ad ſecundum reſpondetur; per multas
eſſe differentias inter vſumfructum, & feu-
dum: nam Feudatarius pinguius ius habet
Natt.conſ.501.nu.5.lib. 3.Hond. conſ. 86.nu.
25.lib.2.
32 † Morte finitur vſusfructus l. qui vſumfru-
ctum.3.§.morte.ff.quib. mod.vſuſf.amitt. non
feudum tit.de ſucceſ.feu.tit.de nat.ſucc.feu.&
alias differentias poſuit Camil. de Cur. part. 1.
diu.iur.feu.§. vt igitur propoſitam. per tot. fol.
33 88.† Vbi nu.8.in ſpecie ponit iſtam quod Vſu-
fructuarius, quocunque tempore anni de-
cedat nō lucratur niſi fructus pceptos; Feu-
datarius verò regulatur ad formam §.his cō-
ſequenter: Nōnullas differentias refert etiam

X 2 Natt.

Natt.conſ.563.ſub nu.22.& ſeqq.Soac.in prel.
34 *cap.26.Sonib.de feud.par.10, num.10.* † Non
negandū tamen quin in multis conueniāt,
vt conuenientias ponunt *Soac. in præl. feu.*
cap.21.num.1.& ſeqq.Camil. de Curt,d.par.1.
diu.§.licet autem.per tot.fo.83.V Veſemb. cap.
35 *14. de feud.* † In tantum quod ſe aliquando
habeant, vt continens, & coniectum, vt feu-
dum vſumfructum aliquando, & e contra
vſusfructus feudū aliquando vel contineat,
vel tranſcendat: finge enim Titium habere
proprietatem Caſtri: Sempronium eiuſdem
habere vſumfructum: In eoq; Caſtro eſſe
bona feudalia, aut emphyteotica, & alia;
36 † Certe in hoc vſufructu ſunt iſta feudalia,
vel emphyteotica.

37 † At ſi ob non ſolutum Canonem, aut ob
commiſſam feloniam, aut aliam ob cauſam
feuda in commiſſum cadant, cui deuoluun-
tur an vſufructuario an proprietario? pro-
prietario *Iaſ.in l.fin.num.45.C.de Iure emph.*
Guid.Pap.q.477.Bero.conſil.75.colu.3.& ſeq.
38 *vol.1.Hond.conſ.86.num.21.lib.2.* † & tamen
eiuſdem rei fructus, & alia emolumēta vſu-
fructuario (vſufructu durante) accreſcunt
Tiraq.in 1.retr.ad fin.tit.nu. 110.Decian.reſp.
123.num. 54. lib.3.Hond. d.conſ.86. num.22.
lib.2. ſed hoc quod vſusfructus tranſcendat,
nec ipſius vſusfructus, nec ipſius feudi mu-
tat naturam, nam ſimul ſe inuicem compa-
39 tiuntur, vt continens, & contentum, † quare
licet ab vno ad alium argumentari, etiam à
fortiori, nam ſi in dicto caſu accreſcere di-
cuntur emolumēta fructuario, tantò magis
accreſcent feudatario, vt ita argumentatur
40 *Hond.ibid.num.23.& ſeqq.* † Hoc tamen ca-
ſum noſtrum non impugnat; ex quo adeſt
in ſpecie differentia propter modum capiē-
dorum fructuum in feudis *iuxta d. §.his con-*
ſequenter diuerſum à modo capiēdi fructus
in vſufructu per rationem de qua *infra hic*
partic.10.

CAP. QVINQVAGESSIMI SEPTIMI.

Partic. 5.

Ratio dubitandi contra Dominum ad §.His conſequenter

S V M M A R I V M.

1 *Videtur quod omnes fructus deberent ad hære-*
dem pertinere.
2 *Cultura totum annum importat.*
3 *Colonus tranſmittit fructus & cur, vſufructua-*
rius autem non.
4 *Sic ſocius.*
Licet enim hæres non ſit, attamen eſt emolumen-
ti ſucceſſor. ſub eod.
5 *Emptor tenetur ſtare colono & ei permittere*
fructus tollere.
6 *Et bonæfidei poſſeſſor facit fructus ſuos.*
7 *Vbi eſt datio ob cauſam regulatur ſecundum eā.*
8 *Et prorata temporis quo ſeruitium præſtitum*
eſt merces ſoluenda, vt in Aduocato, Doctore
Poteſtate, &c.
9 *Argumentum non fit ab vltima voluntate ad*
feudum.
10 *Vtile dominium per mortem vaſalli reſoluitur.*

1 PRo hærede verò contra Dominum vi-
debatur dicendum omnes fructus anni
debuiſſe ad hęredē pertinere, Primo *per tex.*
l.permiſiſti.§.permiſiſti. ff. de praſc.verb. per-
miſiſti (ait tex) vt ſererem in fundo tuo, et fruc-
tus tollerem obſtat exceptio doli ſi nō permittas
tollere: quod facit pro feudatario, qui forte
2 iam ſeminauit, & coluit. † Et quæ cultura
integrum annum importat, quia in materia
fructuū annus intelligitur pro cultura vnius
anni, & pro perceptione omnium fructuum
eiuſdem *Alb.conſ.124 num. 5.lib.1.* Accedat
quod feudum datur ob cauſam, ſcilicet ob
onera feudalia, & ad ea ſunt correſpectiua
quæ onera fuerunt per Vaſallum ſuſtenta-
ta, vnde fructus facti ſint ſui, & ideo tranſ-
miſſibiles ad proprios hæredes etiam extra-
neos *l.diuortio.et ibi Alex. num. 3. soc nu.10.*
ff.ſol.matr. Did, var.reſ.lib.1.cap.15.num.13.
ad fin.et ſub num.14.paulò ante fin. iunct.ſupr.
partic.3.ſub num.5.et infra partic.6.num.4.et
3 *ſeqq.et partic.8.* † ſic colonus tranſmittit, &
ob onus penſionis quam ſoluit dicitur dif-
ferre ab vſufructuario, qui non tranſmittit
Alb.d.conſ.124.num.15. 16.et ad tot. conſ. eſt
in l.qui fundum.35.ff.loc. in §. Is verò ad quem
cum docto. ibi vt Myſing. num 7.Inſt. de rerum
diu.gio.in l.qui ſcit.25.§.preterea.verſ.ſeparati.ff.de vſur. Caſtr.conſ.270. ſub numer.3.et 4.
par.2.Petr.de fideicom.articu.15.numer. 317.
4 † Sic in *ſocio vt in l. verum. 64. §. in hæredem.*
ff.pro Soc.ibi licet hæres ſocius non ſit, attamen
Emolumenti ſucceſſor eſt, Applica, licet hęres
feudatarius non ſit, tamen emolumēti ideſt
5 fructuum ſucceſſor eſt. † Amplius emptor
tenetur ſtare colono & permittere ex æqui-
tate tollere fructus illius anni, quo coluit, &
ſeminauit *Surd.deciſ.40.num.1.et ante: quātò*
magis feudatario hæc competent iura? cū habeat
ius in re, amplius quam colonus, et ad eum perti-
nebunt fructus, quos in hæredes ſuos tranſmiſſe-
rit?
6 † Item ſi ſunt bonę fidei poſſeſſoris à ſolo
ſepa-

Digitized by Google

ſeparati:Feudatarius, qui habet ius, & vtile dominium,& ſic plus quam fructuarius. habebit plus, ſcilicet omnes, hæc ſunt verba propria *Iſern.hic ſub numer. 20.colum.3.poſt eund.nu.verſicu.alÿs videtur,et ibi add.lit.Z in verſ.quæ loquitur.*

His non obſtantibus deciſum fuit, quod non pertineant omnes ad hæredem.

7 † Nec obſtat primû,quia,vbi eſt datio ob cauſam regulatur ſecundum eam, vt infra dicemus:ſed in ſpecie, ex quo Vaſallus non potuit ob mortem præſtare ſeruitia vaſallitica toto anno, ita nec fructus totius anni lucrari conueniens erat: ergo bene quod ꝓ rata, ſeu pro quadam parte tantû percipiat hæres eius & in his term.*loquuntur l.diuortio Alex.Soc.et Did.et Iſern.ſupracit.* qui retorquentur:*quibus adde Surd.conſil. 34 num.15.*

8 † vbi pro rata temporis, quo quis ſeruiuit ſoluenda eſt merces in Aduocato,Doctore, & Poteſtate loquens Cętera iura totum annum complectentia præſupponunt totius anni onus, vt penſionem annexam pro integro anno ſolutam,quare non obſtant; maxime ſi addas dicenda *in* cap. ſeq.

9 † Ad alterum reſpondet ibid. Iſern. & clarius Add. ſupracit. vt non ſit licitum argumentum ab vno ad aliud, neque ab vltima voluntate ad feuda.

10 † Item reſpondet quod dictum vtile dominium fuit reſolutum per mortem vaſalli, & ideò amplius non attendi. Vide tu ibi. quia clarè hanc difficultatem reſoluit, nec aliena libenter repeto,& prętcrea ſatisfit ex ratione euidenti,*de qua mox ſupra nu. 7.et* 8.

CAP. QVINQVAGESSIMI SEPTIMI.

Partic. *6.*

Ratio decidendi pro hęrede ad §. His conſequenter.

S V M M A R I V M.

1 *Rationes quinque ad quinque contenta in §. His conſequenter referendæ proponuntur.*

2 *Cur hæredi deſtinata pars fructuum.et ſeqq.*

3 *In feudo duo inſunt fruitio, et ſeruitium Vaſalliticum.*

4 *Onus fidelitatis eſt de ſubſtantia feudi.*

5 *An ſeruitia ſint etiam de feudi ſubſtãtia remiſſiuè.*

6 *Ratione oneris annexi id quod fuiſſet perſonale fit reale et tranſmiſſibile.*

Vt in matrimonio fructus propter onera. ſub eod.

7 *Onera ſunt cuiuſdam pretÿ loco, et ideò debiti fructus et tranſmiſſibiles.*

8 *Fructus cenſentur loco ſeruitiorum.*

9 *Alia* ad l.diuortio. ff. ſol.matr. *et de diuiſione fructuum, et de tempore et reliquis remiſſiuè.*

10 *De fidelitate et iuramento fidelitatis et alÿs quæſtionibus ad hæc pertinentibus remiſſiuè.*

11 *Antiquiori ſeruitia præſtanda perſonaliter, Poſteriori per Subſtitutum.*

Declara vt ibid.remiſſiuè.

12 *Quid non apparentibus adhuc fructibus quomodo cum vidua facienda diuiſio?*

1 Vlſis;† & reſolutis dubitandi rationibus ad §.his conſequenter,ſequitur,vt rationes decidendi intueamur. Ac vt res planior fiat: quinque in partes, & ſic quinque in rationes rem iſtam diuidemus. Primò quæ ſit ratio cur hæredi Vaſalli detur pars fructuû vna,Secundò quę ſit ratio cur Domino,vel Agnato alia, Tertiò quæ ſit ratio, quod non fuerit ordinata diſtributio fructuum inter hæredem & Dominum pro rata ſeruitÿ & temporis,quo vixit Vaſallus. Quartò quæ ſit ratio cur imò pet tempora facta ſit diſtibutio. Quintò & vltimò & ex his ipſis ſic diſcretis temporibus,quæ ſit ratio cur vna tempora magis data ſint & pręſcripta hæredi, & Domino,alia; & non è contrà data Domino cui non data pręſcriptaue hęredi, an ſit dare rationem diuerſitatis?

2 † Ad primnm quod pertinet: quod hæredi Vaſalli data ſit,ſeù relicta pars fructuû,
3 ea videtur ratio accomodari poſſe; † Quia in feudo duo ſunt fruitio, ſeu vſusfructus & onus Vaſalliticum, vt probatur ex diffinitione ipſiuſmet feudi *de qua in §.ſi.quib.mod. feu.amitt. ibi vt proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat, vſusfructus verò illius rei ità ad accipientem tranſeat, vt ad hęredes &c.in perpetuum pertineat, ad hoc vt ille, & ſui hæredes fideliter Domino ſeruiant.* vim fac in verbis illis *ad hoc vt etc.*quibus inducitur cauſa finalis, vt ſup. *hic partic. 1.num.12.*

4 † Et onus fidelitatis eſſe de forma ſubſtãtiali, & eſſentiali feudi explicat *Vult. lib. 1. de feud. cap.6.vbi latè & ne omnes recenſeam. Kicherb egregiè in diſc. feu.cap.4.num.119.&*
5 *ſeqq* † & ibi etiam an ſeruitia ſint de feudi ſubſtantia. Quicquid ſit circa hoc, ſane,vt fideliter Domino ſeruiat *ait tex.* datur feu-

dum :& ità ſit , vt tametſi inſpecta natura
vſusfructus feudũ eſſet pſonale, nec fructus
6 in heredem tranſirent:† Tamen quia intrat
ratio oneris annexi, ſit ob hoc reale, vt pro-
pterea ratione oneris, quod viguit in Vaſal-
lo durante vita eiuſdem, ius in fructibus ſic
per eum iam quæſitum (ex eo, quia fructus
ſint ad ipsũ onus coreſpectiui) ſit tranſmiſſi-
bile in hæredem ipſius Vaſalli *ad l. ſicut. 8. §.*
ſi permiſſerit : ibi vendidiſſe rectè videtur pro-
pter onera matrimonij ff. quib. mod. pign. vel
hyp. Solu. l. quęris 28. ibi Cum onera matrimonij
fructus releuaturi ſint iam de ſuo maritus pa-
ciſcitur ff. de pact. dat. l. cum pater. 11. ibi Ne
diuerſa ſententia fructum dotis ab oneribus ma-
7 *trimonij ſeparet. ff. de pact. dot.* †& ſunt one-
ra hæc cuiuſdam pretij loco , & ideò de-
biti fructus & tranſmiſſibiles in hæredes *l.*
fundi partẽ. 79. ff. de contr. empt. Surd. dec. 114.
numer. 24. in conſ. 317. num. 6. lib. 2. & in term.
feudi vltra d. §. fin. in quib. cau. feu. amitt. & ibi
Doct. eſt etiam Menoch. conſ. 1002. numer. 49.
8 *lib. 11.* † Vbi quod fructus cenſentur loco
ſeruitiorũ , quos ipſe Vaſallus tenetur prę-
ſtare Domino &c.

9 † Alia *ad l. diuortio ff. ſol. matr.* & de diui-
ſione fructuum, & de tempore , & reliquis
V. Coſt. poſt alios de ratio. Ratę. q. 155. & infra
10 *part. 10.* † & alia etiam de fidelitate ꝙ ſit ba-
ſis & de ſubſtãtia feudi, An ſit idem cũ iura-
mento, quę contineat, & qua forma præſte-
tur, qualiter contenta in fidelitate conſiſtãt
in præcepto affirmatiuo vel negatiuo ; An
ſit ſeruitus, euius generis, & qualiter ſit prę-
ſtanda, An iuramentum fidelitatis poſſit re-
mitti, illibata manente fidelitate . An tale
iuramentum ſit præſtandum pro omni ge-
nere feudorum , & ab omnibus Feudatarijs
& omnibus Dominis. In quo hoc iuramen-
tum fidelitatis differat à iuramento aſſecu-
rationis, & ligij ſiuè homagij vide luculen-
ter *apud Gallupp. in meth. vniu. cur. feud. par.*
4. cap. 1. per tot. Teſſ. quæſt. for. lib. 1. q. 38. Bor-
rel. in ſum. decis. tit. de Iure fidelit. & ad alios
abũt ipſis latè citat. & ad ſupra cap. 47. nu. 110.
11 † & priori Domino eſſe ſeruitia præſtanda
perſonaliter, & poſteriori per Subſtitutum,
eſt apud *Gallup. d. cap. 1. num. 26. declara ta-*
12 *men vt per num. ſeqq.* Vbi eleganter.† Adde
caſum ſi non apparerent fructus tempore
quo diſſoluitur matrimonium , ſeminatus
tamen eſſe fundus vel cultus qualiter ſit fa-
cienda diuiſio huiuſmodi fructuum adhuc
latentium vt per *Munoz. de ratiocin. tom. 2.*
cap. 20. ſub num. 26. verſ. ſi tamen fructus.

CAP. QVINQVAGESSIMI SEPTIMI.

partic. 7.

Ratio decidendi pro Domino vel Agnato ad §. His conſequenter.

S V M M A R I V M.

1 *Cur pars fructuum ad Dominum pertineat. et ſeqq.*
2 *Ceſſante causa oneris per mortem Vaſalli ceſſat et ſeruitium, et reſoluitur feudum et tranſit in Dominum.*
3 *Et deficiente ſeruitio debet poſſe capere fructus.*
4 *Vaſallus non poteſt viuens contributionem in fructibus euitare.*
5 *Hæres non eſt melioris conditionis quam defunctus.*
6 *Si Vaſallus denegaret ſeruitia ſeù fructus, feudum amitteret.*
7 *In Vaſalli contumaciam Dominus in poſſeſſionem feudi eſt immittendus.*
8 *Poſtquam eſt reſolutum ius Dominij pro tempore quo competebat, perinde eſt ac ſi nunquã competiſſet.*
9 *Remoto officio remouetur et beneficium.*
10 *Officiali debentur emolumenta pro tempore quo inſeruiuit.*
Falleret ſi fuiſſet remotus ob culpam ibid.
11 *Penſiones anticipatę à muliere antequam nuberet debent marito vel hæredi reſtitui pro tempore quo ſtetit matrimonium.*
12 *Vbi nullum onus paſſum nec vllum ius acquiſitum.*
13 *Remoto emolumento cenſetur remotum et onus eius contemplatione iniunctum.*
14 *Concluſio ad rationem prædictæ quæſtionis.*

1 AD † ſecundum verò quatenus ad Do-
minum vel Agnatum fructus etiã per-
tinere dicuntur , id ideò eſt , quia ceſſante
cauſa correſpectiua oneris ex parte Vaſalli
2 ob mortem eius, reſoluitur feudum , † Et il-
lud & fructus reſidui tranſeunt in Domi-
num , tanquam pars fundi *l. fructus penden-*
3 *tes. ff. de rei vind.* † Et prętereà cum fructus
ſint correſpectiui ad ſeruitia (non tamen
abſo-

Digitized by Google

abſolutè vt infra dicam *part. 10. num. 20. et ſeqq.hoc eod.cap. 57.et part.8.* ſi Dominus nō poteſt vti frui ſeruitio ipſo, ſaltem vt fructibus (loco eius ſuccedentibus) frui poſſit cōueniens eſt *ad §.firmiter.de prob.feu.alien. vbi* etiam ex fructuum contributione ſatisfit
4 Domino. † Nam hoc ſtante nec Vaſallus ipſe, ſi viueret, poſſet contributionem in eis euitare, *vt ind. §. firmiter, et ibi Doct.* Quantò minus licitum erit hæredi ratam illam contribuendam ob dictum defectum
5 retinere, † Cum Heres non ſit melioris conditionis, quam auctor eius *l.aliud eſt vendere §.abſurdum. ff.de reg. iur.l.nihil in hac. ff.de*
6 *coniung.cum emancip.lib.eius* † & ſi denegaret Vaſallus, feudum amitteret, & Dominus in vſus ſuos redigeret, *vt aind. §. firmiter, ecce quomodo vſus fructuum penes Dominum ſuccedit loco defectus ſeruitiorum. Iuncto ibid. Iſern. et Loffred.ad eund.tex. in paraph. verſ. accedat illud, et verſ. ſeq. fo.56.col.4.et ad tit.de mil.*
7 *vaſ.qui contum.eſt.* | Dum ibi Dominus ſtante contumacia Vaſalli in alio releuatur, vt
8 in poſſeſſionem feudi ſit mittendus † & huc forte etiam reſpexit *Iſern. hic ſub nu. 20.col. 3.ſub verſ.alys et add.lit.Z.* quod poſtquā eſt reſolutum ius dominij pro tēpore quo cōpetebat perinde eſt ac ſi nunquam competiſſet, Sic dicimus poſſeſſionem acquiſitam contra emphyteotam ſeù feudatarium non eſſe manutenibilem aduerſus Dominum directum poſt ſequutam deuolutionem, iiā re emphyteotica ſeū feudali ad Dominum deuoluta, ceſſant & deſinūt omnes obligationes ſeruitutes & onera durante inueſtitura contrà inueſtitos acquiſita *Illuſtriſſ. et Reuerendiſſ. Antiſtes pariter Doctiſſ. D. Riccius Collect.2011.par.7. Gratian. diſcept. foren.c. 921.nu 8.Rot.diu.dec. 184.n.2.par.1. Add.ad Ludou. poſtea Grego XV. Pontificem Maximū, (dum Bononia Auditor Rota exiſterem Cardinalem, Dominum meum dec 313.num 6.in fin. D.Poſſiut in tract. Mā. de manutenen.obſ. 56. num.fin.et ad ſupra cap. 54. partic. 1.num.51.* An hypoteca *vide elegantiſſimè Horat. Mont. de Regal.tit.de officijs num.56.et ſeqq.*

9 † Accedant hiſce, ſi non dentur fructus totiùs anni hæredi, id ideo fieri, quia nec ſeruitium eius toto anno durauit, vnde remoto officio remouetur & beneficium *Balzar.*
10 *de pac.tenen.§. ſi clericus num 9.* † & Officiali debentur emolumenta pro tempore, quo adminiſtrauit, quod tamen falleret, ſi culpa ob quam fuiſſet remotus, eſſet indifferens ad totum tempus *Hond. conſ.82.num.*
11 *4.8.9..et ſeqq et num. 24. lib.2.* † Sic penſiones anticipatę à muliere antequam nuberet debent reſtitui marito, ac etiam eius hæredibus pro tempore, quo ſtetit matrimoniū, *Menoch. conſ. 1174. numer. 1.et ſeqq.libr. 12.*

12 † Quemadmodum ex aduersò etiam habemus, quod vbi nullum onus paſſum eſt, nec vllum ius fuit quæſitum *l. cum poſt diuortiū 70.§.in domum.ff.de iur.dot.l.in inſulam. 42.§.*
13 *vſuras.ff.ſol.matr.* † & quod remoto emolumento cenſetur remotum, & onus illius cōtemplatione iniunctum *Caſtr.conſ. 257. nu. 4.circa prin. vol.1. Balzar.ſi de feu.def.§.ſi quis in fin. fol. 237.* cum alijs id genus ſimilibus, quæ afferri poſſent *iunctis dict.s in cap. praced.*

14 † Concludamus ergò veram eſſe rationē, non eam ſimpliciter, quod vſusfructus redierit ad proprietatem, quia ſecundum hoc omnes fructus percipiendi ad Dominum pertinerent, (quod tamen eſt falſum, quia ſi moriatur Vaſallus menſe Martio colliget tamen hæres fructus omnes, vſque ad totū Auguſtum) Sed vt fructuum pars illa cedat loco vſus perſonæ, & ſeruitij Vaſallitici, quod ſibi debebatur, & quod tunc ob mortem Vaſalli ſibi de manibus cadit, & eſſe deſinit in rerum natura. Seu ne Dominus omni ex parte, & omni fruitione defraudetur, & ſeruitio, cum fuerit hoc ſeruitiū vna cum perſona extinctum, & vſusfructu, qui in locum deficiētis ſeruitij cenſeri debet ſuorogatus per prædicta, Omnia applicabilia etiam ad Agnatū ſucceſſorem, qui vt intrat in onus fidelitatis, & ſeruitiorum, ità debet etiam pro rata percipere fructus ad exemplū & menſuram Domino præſcriptam, per ea quæ notata ſunt *partic.3 ſupr.hoc eod.cap. præmiſ.3.per tot.*

CAP. QVINQVAGESSIMI SEPTIMI.

Partic. 8.

Cur fructus non fuerint diſtributi pro rata ſeruitij et temporis, quo vixit Vaſallus ad §. His conſequenter.

S V M M A R I V M.

1 *Cur non facta diſtributio fructuū pro rata temporis quo vixit Vaſallus, & ſeqq.*
2 *In feudo non radit correſpectiuitas totalis, quę in alus obligationibus, ſeu ad proportionem geometricam.*

3 *Seu quaſi inter infeſtos contrahentes.*
Seu inter negotiatores. ſub eod.
4 *Sed alia delicatior, & id quomodo explicatur.*
5 *Non amarè nec tanquam inter infeſtos probibitę ſunt inter coniuges donationes.*
Sicut & dicimus meritis magis filios ad paterna obſequia prouocandos, quàm pactionibus adſtringendos. ibid.
Ratio differentiæ inter contractus & feuda quia in contractibus reſpicitur iuſtitia commutatiua etc. vt ſub eod.
6 *Quæ ſi non ſeruaretur, iuſtitia læderetur & ciuilis ſtatus cum ea.*
7 *Hæc autem commutatiua ratio, in liberalitate omnino non poteſt eluceſcere ex dicto Senec. de quo ibid..*
8 *Liberalitas & contractus opponuntur.*
9 *Non dicitur donatum quod compenſatum eſt.*
10 *In contractibus iſta axiomata bene applicantur quod pręſtatur ob certam cauſam debet determinari ſecundum eam, & nu. 11.*
12 *Quæ tamen cauſa eſt probanda.*
13 *Quod præſtatio regulatur ſecũdum onus propter quod ea fit.*
14 *Quod creſcente vel minuente labore debet augeri vel minui ſalarium.*
15 *Quod merces habet rationem operarum.*
16 *Quod vbi grauamen eſt commodi cauſa, ſublato grauamine ceſſat & commodum.*
17 *Et eo diminuto et iſtud.*
18 *Quæ axiomata in feudalem materiam non tam facilè & abſolutè cadunt & ratio.*
19 *Feudum magis cohæret perſonæ quàm patrimonio.*
20 *Perſonalia Vaſallorum ſeruitia non poßunt recipere determinatam formam obligationis, &c.*
21 *Ita fit vt ſeruitijs fructus aliquãdo non ſufficiat, & ſuper abundent aliquando.*
Beneficio à domino collato par animi congruit gratitudo. ſub eod.
23 *Nulla fraus nullum malum ingenium debet intereſſe inter Dominum & Vaſallum.*
24 *Amore & honore Domini.*
25 *Onus Vaſalliticum nullam habet commenſurationem cum fructibus aut alia feudi commoditate.*
26 *Nulla pecuniarum ſumma poteſt æſtimari.*
27 *Debet perſona Domini bona & ſancta Vaſallo ſemper videri, vnde nec de calumnia iuretur, nec de dolo contra eum agatur.*
28 *Debet Vaſallus confidentiæ conceptæ à domino de eo totis viribus reſpondere.*
29 *Nullis terminis circumſcribitur ſeruitium Vaſalliticum, vnde tenetur dominum ſequi etiã extra territorium.*
30 *Expenſis tamen ipſius Domini.*
31 *Sicut è contra Dominus erga Vaſallum tenetur.*
32 *Quod fallit in Domino ſuperiorem non recognoſcente.*
33 *Protector dicitur Dominus Vaſalli non ſeruiliter dominus.*
34 *Viceſſitudinaria inter Dominum & Vaſallum correſpectiuitas eſt in baſi beneuolentiæ principaliter fundata.*
35 *Eccleſia non accipit donata vt ſimpliciter obligetur, obſeruat tamen & adimples id propter quod donatum eſt.*
36 *Nec capit pecuniam quaſi pretium miſſarum, ſed quaſi ſtipendium ſuſtentationis.*
37 *Sic Aduocatus vel Agrimenſor non locare operas, ſed eas loco beneficij præſtare dicuntur.*
38 *Non propter laborem ſed propter probitatem intellectus.*
39 *Et dicitur Honorarium, ſeu Palmariũ, et n. 40.*
40 *De ſalario Aduocatorũ et ſimiliũ plura remiſſiuè.*
41 *Iuramentum, ſtipulatio, & ſimilia non alterant hanc feudi & beneuolentię naturam, quia adduntur ad maiorem corroborationem.*
42 *Inueſtitura fuit introducta ad inſtar ſtipulationis, quæ naturam actus principalis imitatur.*
43 *Vt fędere magis inuiolabili Vaſalli adſtringantur*
Rata fructuum non potuit intrare ad onus annexum ſimpliciter in materia feudi, & ſeruitiorum incertitudine. ſub eod.
44 *Rata temporis tunc attenditur, quando concurrunt æqualitas temporis & proportio commodi; ſecus ſi non concurrant. nu. 45.*
Incertæ rei regula non niſi incerta applicari poteſt. ſub eod.
46 *Incertæ partis vindicatio conceditur, cum quæ pars ſit vindicanda incertum eſt.*
Fortunæ & caſus Dux eſt Deus. ſub eod.
47 *Hinc tollitur ſimilitudo de fructibus dotalibus, & nu. 48. 49.*
Coſta quædam diſtinctio circa ratam fructuum explicatur. ſub eod.
50 *Et ad feudum quomodo ratæ vox applicetur declaratur.*
51 Ex §. His conſequenter, *non fuiſſe à diſpoſitione iuris communis receſſum, oſtenditur.*
52 *Aliud in feudis ad ſeruitia determinata cenſeri, ſeu ſub annuis præſtationibus quam in feudis ſimpliciter intellectis.*
53 *An infeudationes ſint latè interpretandæ et quomodo.*
54 *Si Vaſallus moriatur poſt Augustum fructus etiam percepti poſt tale tempus fruit ſui.*
55 *Fructus percepti ex fundo feudali non ſunt feudales ſed allodiales.*
56 *Aliqua de ſimilitudine & cauendum ab ea, & de comparatione cauſarum rectè facienda, & decipi ſpecie recti in quo erraſſe Iureconſultos ipſos, & nu. ſeqq.*

1 AD tertium, q̃ ſit ratio ꝙ hoc tex. §. *His conſequẽter* facta nõ fuerit diſtributio pro rata ſeruitij & temporis, quo vixit Vaſallus? Reſpondeas hanc eſſe, quia in feudũ non cadit ea omninò correſpectiuitas, quæ maxi-

maximè, & ad perpendiculum in conuen-
tionibus hominum obſeruatur, & viget,
2 † ſeù ad proportionem geometricam vt ait
licet alia occaſione Doctiſs.praſ.Teſſ.dec.56.
3 num.5. † ſeù quaſi vt inter infeſtos contra-
hentes, vt vtar verbis tex.in l.ſi id quod.29.§.ſi
quas.ff.de donat.inter vir.& vxo. & huiuſmo-
di negotiãtes cum alio, vt in tex. §.1.auth.de
4 aequal.dot. † ſed alia delicatior, ac, vt ita dicã,
moralior, & quæ non tàm ex vinculo obli-
gationis cuiuſdam ciuilis, quàm ex vinculo
viciſſitudinariȩ cuiuſdam inclinationis vin-
culatur, obligationi ad antydora maximè
comparanda, in qua vere non res, non rerũ
negotia aguntur ſtrictè, ſed perſonæ perſo-
narumq; animi beneuole inter ſeſe conci-
liantur. Imò veró (quod plus eſt) vniuntur
5 reciprocè in adiutorium commune † exem-
plo eius, quod dicimus non amarè, nec tan-
quam inter infeſtos contrahentes donatio-
nes prohibitas eſſe inter Coniuges ad d.l.29.
et ad d.l.ſi ſponſus.§.ſi maritus. eod.titul.et per
gloſſ.in l.magis puto.5. feudum autem.in verb.
pupilla.in fine glo.ff.de reb.eor.et ad tex. in l.ſi
quando.35.§.illud etiam.C. de inoff. teſt. vbi ad
propoſitum facit dictum Papin.ibi relatum, me-
ritis magis filios ad paterna obſequia prouocan-
dos, quàm pactionibus adſtringendos, et per nos
in dec.lucen.68.num.37.

Hæc declaro: In contractibus ità fit, vt
alterum ex altero dimetiamur ad perpendi-
culum, quia id optat & importat iuſtitia cõ-
mutatiua, tradens vnicuique quod ſuum eſt
6 in pondere, numero, & menſura † Quȩ qui-
dem iuſtitia aliter faciendo lȩderetur, & ci-
uilis ſtatus turbaretur cum ea Inſt.in princ.de
Iuſt.et iur.l.iure ſuccurſum.ff.de iur.dot.l. bona
7 fides.ff.de poſ. † Id autem in genere ſeù in ma
teria liberalitatis, non poteſt omninò elu-
ceſcere vel Senec.Teſte lib.2. de benef. cap.18.
dum ait, Equidem diligentius quaerendus eſt be-
neficij, quam pecuniæ creditor, huic enim reddẽ-
dum eſt, quãtum accepi, et ſi reddidi ſolutus ſum
ac liber, at illi plus ſoluẽdum eſt, et nihilominus
relata gratia cohȩremus. et Did. de teſtam. cap.
cum in officijs.ſub numer.9.ad l.ſed et ſi lege.§.
conſuluit.ff.de pet.hared. l. ſi quidem.8. Cod.de
action.et oblig.l. ſi Titius puerum. ff. de obſeq. à
paren.praſt.etc.Forcat.de feu. cap. 2. numer.2.
8 † Et ità cenſentur veluti oppoſita cõtractus,
& liberalitas, l.1.l. quaeſitum.§. eum qui. l. in-
terdum.ff.de preca.l. Ariſto.ff.de donat. glo.in l.
fin.ff.de conſt.princ.Soac. in prȩlud. feu.cap.11.
9 ſub num.2. † Nec dicitur donatum quod cõ-
penſatum eſt l.ſi quis pro vxore.21. in fin.ff.de
10 donat.int.vir.et vxor. † Ità fit vt in contracti-
bus alijsque actibus correſpectiuis quæ ſe-
quuntur optime intrent, & applicentur.
11 † Quod præſtatur ob certam cauſam de-
bet determinari ſecundum eam l. Seio., vbi
12 Cyn.Bart.et Bal. ff. de an lega. † Quæ tamen
cauſa eſt probanda Menoch. conſ.1047.num.
13 10.lib.11. † Quod præſtatio regulatur ſecũ-
dum onus, propter quod ea fit, l.generaliter.
§.1.C.de Epiſc.et Cler. Roma.conſi. 417. nu .4.
14 Crau.conſ.221.num.5.et ſub num. 13. † & ꝙ
creſcente, aut minuẽte labore debet creſce-
re, aut minui ſalarium, Surd.conſil.66.num.6.
15 † & quod merces habet rationem operarũ
id.Surd.conſ.42.num. 7. et ſeqq. et num.21. vbi
16 plura de his. † & quod vbi grauamen eſt cõ-
modi cauſa, ſublato grauamine ceſſat &
commodum l.eum qui. vbi Bartol.et alij ff. de
17 iureiur. † Et eo diminuto et iſtud Ozaſ. deciſ.98.
ſub num.10. Alia ad hac Surd.conſ.150.nu.37.
18 et ſeqq.et ad conſil.289.ſub num.14.15. † Quȩ
tamen & alia ſimilia in hanc feudalem ma-
teriam non tam facile & ſic ſimpliciter ca-
dunt, quia hæc magis in perſona, & officijs
conſiſtit, quam in ſtricta ciuili obligatione,
19 † & ità feuda magis cohȩrere perſonȩ, quã
patrimonio dixit Valaſc.de iur.emph.q.1.n.6.
20 † Nec perſonalia Vaſallorum ſeruitia poſ-
ſunt habere certam, ac determinatam for-
mam obligationis, ſed vnam tantum, quȩ ex
ipſis fidelis Vaſalli viſceribus congruit ꝓfi-
ciſci iuxta caſuum contingẽtias ad Crau. cõſ.
303.num.3. Natt.conſ.163.num. 10.11.conſ.
21 164.num.23. † Ità fit vt fructus non ſufficiãt
aliquando pro expenſis, quas in ſeruitia Do
minorum fieri contingit, aliquando verò
ſuperabundẽt, idque ex eo quia vacent oc-
caſiones ſeruitiorum præſtandorũ ad Rayn.
in §.firmiter.num.11. de prob. feu. al. per ſed.
D.Borr.in ſua Caualc.par.3.cap.4. in fi.et ad §.
22 ad hoc, hic finit. lex. † Cõtulit etiam beneficiũ
Dominus, beneficio verò quid aliud reſpõ-
dere poteſt, quàm par animi gratitudo? ſic
officia Domini, & Clientis vltrò citròque
præbita humanitate commẽdari, & in om-
nibus vicem alterum alteri reſpondere cõ-
uenit, vt ait Forcat. de feu. cap. 10. numer.1.
23 † Nullam fraudem, nullum malum inge-
nium eſſe debere eſt in. §. fin.de prob. feu.al.
24 per loth. † Amore, & honore Domini titu.de
25 feu.dat.in vic.leg.comm. † Non habere onus
Vaſalliticum commenſurationem aliquam
cum fructibus, aut alia feudi commoditate
Camer.de Prob.feu.al.per feder.ad princ.Soac.
26 in pral.cap.40.nu.40.ad fin. † Nulla pecunia-
rum ſumma poſſe æſtimari Garzon. de fam.
ad feu.recip.ſub num.109.Schrad. ad iſta part.
27 10.ſect.10.num.63. † Debere perſonam Do-
mini bonam, & ſanctam Vaſallo ſemper vi-
deri, vnde nec de calumnia iuretur, nec de
dolo contra eũ agi poſſit Prob.ad Io. Monac.
c.2.in princ.de Iuram.cal.in 6.Curt.part.4.ſub
28 num.8.Schrad.par.6.cap.7.nu.19. † & debere
confidentiȩ totis viribus reſpondere, quam
Dominus de Vaſallo concepit ad Crau.conſ.
303.

29 303. num. 2. † Nullis terminis circuncludi
ſeruitium Vaſalliticum, ità quod extra ter-
ritorium ſequi teneatur Dominum Doćto .in
tit.quib.mod.feu.amitt. et ibi Balz.nu.14.in tit.
quæ ſit prin.cau.etc.§.ſed nec eſt alia,et ibi Affl.
nu.4.Sebrad.par.6.cap.6.D.Borr.in d. Cauale.
30 par.1.cap.9.† expenſis tamen Domini titul.
vt vaſ.ſumpt.dom.107. in fragmen.feud.apud
Cuiac.Menoch.conſil.1003.numer.72.libr.11.
31 †Quemadmodum è contra ęquè Dominus
pro Vaſallo tenetur tit. qual.dom.propr.feu.
prin.in tit.de conſuet.recte feu. §.in quibus, vbi
neuter iurat de calumnia. per reg. quod quiſque
iur.etc.in tit.de form.fidel.præſtan. Iacob.in ſua
Inueſt.verſ.et promiſſerunt.nu.15.et 29.Affl.
deciſ.265.et ibi add.vbi V.ad declarationem et
ad eund.Menoch.quoque conſil.99.num.133.et
ſeqq.lib.1.et Doćto.in §. Domino cõmittenti,vbi
32 etiam tex.ſi de feu.def.etc.Camil.† qui ait hoc
non procedere in Domino ſuperiorem nõ
recognoſcẽte in par. 1.Diu.iur.feu.verſ.licet
33 num.29.fol.7.† & Protećtor dicitur Domi-
nus, non ſeruiliter Dominus Syluan. de feu.
recogn.q. 10.nu. 9. & inter Vaſallum & Do-
minum exiſtit coniunćtio pluſquam pater-
na & filialis, & Dominus Vaſallum ſuum
tanquam filium fouere debet Bologne. conſ.
4.ſub num.105.ſub verſ. cum igitur.

34 † Ex quibus manifeſte reſultat hanc inter
Dominum, & Vaſallum viciſſitudinariam
(vt ſic dicam) correſpećtiuitatem non poſ-
ſe commodo feudi ſimpliciter accepto fer-
ri, nã quoad Dñm certe non verificaretur ꝑ
hoc correſpećtiuitas, cũ det, nõ accipiat feu
dũ. In quo ergò eſt fundata? niſi in baſi, &
fundamẽto beneuolẽtię principaliter; Nec
obſcurè probatur id ipſum vel ex definitio-
ne feudi in tit. in quib.cau. feu.amitt.§.impri-
mis, niſi honore, & amore Domini, vt in tit.
de feu. fęminæ. Et poſſet hæc feudalis natura
35 aliquibus ferè conſimilibus adũbrari, † Pu-
tà ſi quis aliquid Eccleſiæ donet eccleſiaq;
accipiat, nam accipit non ſimpliciter vt
obligetur, & tamen obſeruat Eccleſia, & ad-
implet id propter quod datum eſt, Angeli-
ca.in verb.Simonia.in ſua ſum. Corn.conſ.296.
per tot. vol. 4. Card. Tuſc. in verb. Funeratio.
36 concl.536.num.14.Vbi vide, † Nec capit pe-
cuniam quaſi ꝓtiũ miſſarum, ſed quaſi ſti-
pẽdiũ ſuſtẽtationis vt inquit Abb.in c.ſignifi-
catũ de præben. in 6. Graff. dec.aur.conſc.tit.de
37 Simon. capit. 96. numer. 32. † Sic dici-
mus Agrimenſorem non locare operas, ſed
operas loco beneficij p̃ſtare l.1.§.1.ff.ſi mẽſ.
38 falſ. mod. dix. † Non propter laborem, ſed
propter probitatem intellećtus inquit leg.
39 1.§.diuus.ff.de var.& extraord.cogn.† & dici-
tur Honorarium Surd. dec. 219. nu. 5.6.conſ.
40 42.nu.2.†Seù etiam Palmarium vide Farin.
qu.106. nu.48.& ſeqq. Vbi plura de Salario
Aduocatorum Procuratorum, & ſimilium;
& quando dicatur moderatum aut exceſſi-
uum.

41 †Nec quod: iuret ꝙ promittatur, ꝙ intret
ſtipulatio, quod Inueſtitura, hoc alterat hãc
feudi naturam, non ſecus ac ſtipulatio, quæ
contraćtus naturam non mutat, ſed ad ma-
iorem eius additur corroborationem l. ſti-
pulatio ff. de vſur. l. id quod. ff.de conſtit. pec.
42 † & ità ad inſtar ſtipulationis inueſtituram
fuiſſe introdućtam, & hanc naturam actus
principalis imitari, ait Roſen.cap.3.concl.11.
43 ſub num.19.† Ac vt federe magis inuiolabili
Vaſalli adſtringantur ad Foreat. de feu. cap.
4.ſub num.2.& cap.8.ſub num.1.ad fin.d.Borr.
in cauale.d.par.1.cap.1.in princ.& verſ. hinc.
quemadmodum Crau.conſ.303.ſub nu.3.verſ.
quarto in rebus.

In hac ergò ſeruitiorum incertitudine,
adeoque in hac perſonarum, & feudi quali-
tate & circunſtantijs, rata pręciſe frućtuum
ad onus annexum non potuit intrare, nec
conſiderari, quia vbi frućtus, vtilitas, & tẽ-
pus non proportionantur, non poteſt cade-
re æqualitas, vt pro rata fiat compenſatio.
44 † Nam rata temporis tunc attenditur quã-
do concurrunt ęqualitas temporis, & pro-
portio commodi, ſecus verò quando non
ſubeſt aliqua proportio, vt ait Surd. dec.326.
ſub num.20.21.ex Bal.in l. ędę num.9. C.locat.
& ad eund.Surd.in conſ.34.ſub num.14.& 15.
45 † dum ibi ex Rip.diſtinguit an frućtus ope-
rarum habeant proportionem cum tempo-
re ſeruitij præſtiti, an verò inter frućtus, &
tempus non cadat proportio, ſeù an pecu-
nia, & tempus æquabilem & proportiona-
bilem recipiant diuiſionem, quę non intrãt
in materia feudi ob incertitudinem. Vnde
incertæ rei regula non niſi incerta appli-
cari poterat l. vn. C.de ſenten.quæ pro eo quod
intereſt profer.l.certum.cum ibi not. ff.ſi cert.
pet.l. vbi autem non apparet.75. in princ.ff.de
46 verb. oblig. † ſic incertæ partis vindicatio
conceditur, cum quæ pars ſit vindicanda
in certum et l. 1. §. fin. ff. ſi pars hæred.
petat.

Nec candor ille animorum pati, nec tan-
ta perſonarum dignitas admittere, nec tàm
delicata correſpećtiuitas permittere nec vl-
la æquitatis aut honeſtatis ratio ſuadere vel
poterat, vel debuerat vlla vel minima de
frućtibus iurgia infeſta, Ideò quo remedio
congruentius erat ſuccurrendum, quàm per
remiſſionem diſtributionis frućtuum ad ar-
bitrium diuinum, dum committitur caſui
mortis, & fortunę temporis, quorum Dux
eſt Deus iuxta Senec.prout refert Bald.ad l.vlt.
in 1.not.C.com.de legat. Tiraq.de Iure primig.
quæſt.17.opin.1.num.1.in fin.

47 † Hanc vim naturæ feudalis, ſeù arcana
hæc

hæc ab initimis naturæ feudi viſceribus repetita non conſiderarunt) qui melius fuiſſe autumarunt, ſi ad exemplum fructuum dotaliũ facta fuiſſet pro rata diſtributio, in quorum numero *Cuiac.ad §.his conſequenter verſ.eandem diuiſionem obſeruari Vueſembec. de feu.cap.9.nu.5. & in Parat. ff.ſol.matrim.*
48 *in fin.* † & in agnato quando is ſuccedit nõ Dominus ità cenſuit *Brun. conſ. 106. ſub nu.*
49 *1.* † *Meritò Cuiacium* & eius opinionem tanquam iuri contrariam *reijcit Roſent.cap. 10. concl.42.ſub num. 29.*

His verò (vt ſcrupulum hunc non omittam) nõ obſtat quod *Coſt.de ratio.ratæ q.114. num.6.* duplicem faciat diuiſionem fructuũ, in qua cadat conſideratio *Ratę*, & aliam duplicem in qua non cadat, vt inter hæredes fructuarij & proprietarij, ſeù inter hæredes grauati defuncti, & fideicommiſſarium nõ cadat; Inter verò maritum & vxoris hæredes ſiuè inter hæredem Vaſalli, & nouum ſucceſſorem cadat. Quia reſpondeo quod *Rata vox* aut capitur pro parte, aut indicat
50 ęqualitatem ſeù proportionem. † In materia feudi & diſtributionis fructuum cadit terminus *ratę*, quatenus opponitur termino inſolidum, & indicat partem, de quo ſignificatu eſt *apud.eund.Conſt.cap.1.num.1.* nam verùm eſt ſecundum hunc ſenſum nec hæredem Vaſalli, nec alium fructus feudi capere inſolidum ſed pro parte tãtũ, Non cadit autem in materia feudi, quatenus ea dictio, *Ratæ*, indicat æquilibrium iuſtitiæ cõmutatiuę, *vt per eund. eod. cap.1. præmiſ.7.*
51 *ſub num. 1. & patet ex ſupradictis.* † Et ex his ipſis tollitur illud quod dixerunt *Docto. ex hoc §.His conſequenter.* recedi a diſpoſitione iuris Communis & exorbitare *teſte Excell. D.Primo Præſ.Morot.reſ.12.num.1.ſub princ.* nã cũ varię ſint in iure circa hoc diſpoſitiones, *vt in term. l.29.cit. ſupra num.3.in term. l.diuortio. ff.ſol.matr. vt infra cap.10.num.23. & ſeqq.* in terminis Vſufructuarij, Fideicõmiſſarij & etiam *ibid.* Dixerimuſne per hanc vel illam diuerſam diſpoſitionem recedi à diſpoſitione iuris communis in genere? profectò non dixerimus, nam omnia & ſingula ſecundum ſubiectam materiam veniunt intelligenda, & regulanda.

Ac (prout varię ſunt Materię) ità varias inuicemq; diuerſas receptas fuiſſe contigit formas, omnes tamen in corpore iuris clauſas: Sic quod feudum ex inſita natura receperit huiuſmodi formam in fructuum diſtributione, *ſecũdũ ea quæ mox partic.10.plenius dicemus circa hunc punctum*, Dixerimuſne ob id a iure communi fuiſſe receſſum? iudicet ex ſupra relatis vnuſquiſq;: Diximus itaque feudu in hoc differre à pleriſq; alijs materijs, at a iure communi in genere recte nũquã meo iudicio hoc dixerimus: & hoc addatur *ad princ.huiuſce cap.per tot.* pro deſenſione huius celeberrimi loci: Per quod euitabuntur argumenta *ab exorbitanti* deducta, de quibus *vt per D. Præſid. Morot. d.reſp. 12.& per alios.ſub initium huius cap.iam citat.* *Et ea quæ ſupra part. 3.* de agnato dicta ſunt multò faciliùs concedemus *poſt tex. ipſum tit. An agnat.* qui loquitur in puncto, ideo non hæſitandum *ad l. ancilæ. C. de furt. in term.term.allegatã ad hoc per D.Morot.d.reſp. 12.col.pen.in fin.ante verſ.non obſtat.*
52 † Item intellige prædicta de feudis ſimpliciter, nam in feudis determinatis ſeù cõditionatis, vel in feudis nõ proprie feudis putà vbi ità data, vt annua aliqua pręſtatio fiat, ſtrictiores quędam in eis procedunt determinationes, de quibus inter cęteros *vt per Gallup.in meth.vniu.iuu.feu.par.4.cap.2. per tot.ad quem ſufficiat remiſſiuè.*
53 † Aduertas quoque quatenus correſpectiuitatem omnino non tollimus in feudis, quinimo admittimus, ſed delicatiorem in modum quendam, Vnde fiat effectus vnus ad declarationem pręcedentium non pręrmittendus, cum feudum non poſſit dici continere) ob dictam cauſam) beneficium omnino ſimplex & merum, Ideò non parũ errari per eos qui affirmarunt latiſſimè accipiendas Infeudationes quoad res, & perſonas & ita longe latius quam Priuatorum, Nam exceptis donationibus eorum vel ob merita in Rempublicam, vel ex alia cauſa publicę vtilitatis, vel de ijs bonis quæ proprie pertineant ad ipſoſmet Principes, & à Priuato concedi non poſſunt, vel in caſibus à iure expreſſis, in quibus ſpecialiter huiuſmodi donationes fuerunt priuilegiatę *vt ex l. vn. C.ſi Imp. libert. Soc. lib.10. aut.ex l.benè à Zenone.C.de quadrien. except. & ſimilibus.* In reliquis contractus cum Principe initi ſuam naturam retinent, nec feudorum cõceſſiones à Rege factę ſunt latè interpretandę *vt latè & doctè Perilluſtriſ. Frãc.Ferrar. in celebri reſp.11.Pro Illuſtriſſ. And. Prouana. Leynici &c. Domino à num.491. vſque ad nu. 529. vbi reſpondet omnibus contrarijs ibid. antea à num.51.in ſeqq. vſq; ad num.69.adductis. Iunctis num.100.in plures ſeqq.* vbi per infinita exempla, quod feudalia non ſint ampliãda, & quod habeant etiam locum in eis, ſicut in contractibus, communes regulæ *vt l.veteribus.de pact.vt ibid.num.162. Aut l.labeo.l.ſi emptione.de contrah.empt. vt nu. 163. & alia vt in ſeqq.* ibi. Quę tamen nõ deſtruunt antedictas cõſiderationes, quia hę pertinent ad intimam ac certam feudi naturam, licet incertam in modo eam exequendi, niſi regulam ad certam fuiſſet poſtea redacta reſolutio *iuxta determinata ex d.§.His conſequẽter:*

ter: Alia verò de quibus loquitur *Dom. Sen. Ferr.* pertinẽt ad extranea, ſcilicet ad varias cõuẽtiones formulas & verba interpretanda forte dubia quia interpretationes non excludunt feuda, aut de eis factæ inueſtiturę, aut priuilegia conceſſa: Imò admittunt; & Ipſe de Interpret. Inueſt. cõpoſui tractat & notiſſimi ſunt innumeriq; de eis tractat &c. Quare &c.

54 † Demum non omittamus quid iuris ſi poſt Auguſtum moriatur Vaſallus perceptis iam aliquot vel omnibus fructibus autumnalibus, Domino vel Agnato deſtinctis? Reſpondetur eos omnes feciſſe ſuos ex diſpoſitione l.defuncta. 58. *ff.de vſufr. prout ità in term. tenuit Conſuet. partis tit.1.§.1.gl.8. num.11. Munoz. de ratiocin. par.2. cap.20. ſub nu.17. verſ. Conſuet. Pariſ.* propter identitatem rationis, quia vbi fructus ſunt collecti iam non eſt dubium quin facti ſint colligẽtis *ad gl. in d.l. defuncta ſuper verb. percepturũ.*

55 *Verſ. ſed hoc ideò* † & iam non ſunt amplius feudales ſed allodiales *Sthrad. de feu. 2. par. 9. part. princ. ſect.3. ſub numer.3. & ibi latè ad materiam à n.1. in ſeqq. ad propoſitum noſtrum. adde ſupra part.2. num.16.* Hoc tetigi ne facilè credas in alijs procedere comparationem, putà circa fructuum diſtributionem ob rationes diuerſas, quia in feudis viget correſpectiuitas, quę ratio ceſſat in vſufructuario & ideò in eo non fit huiuſmodi diſtributio, ſed aliter vt ſupra *part. 4. nu.32. & ſeqq.*

56 † Adeo ſubiectæ materiæ rationes ſunt trutinandæ, & vltimę rerum differentiæ, quoad fieri poteſt, penetrandæ, & à ſimili-
57 tudine pręcauendum † Ne ſpecie recti vt ſepè, decipiamur: Vnde totam vim I. C. in recta rerum cauſarumque comparatione conſiſtere dicant Docto. Ità quod qui bene eam facere didicerit, is perfecto Iuriſperito conueniens inſtrumentum habebit *teſte Galleſ. de exercit. Iuriſp. lib.1. num.29. & ſeqq. & lib.2. in prin. & per tot. & lib.3. ſub n.*
58 *50. & ſeqq.* † Vbi exẽpla faciendę comparationis per ſingula idẽtitatis, & ſimilitudinis
59 genera deſcribit, † & notanda quæ ibi proponit Idem Auctor de ſimilitudinibus, nec per ipſos quidẽ veteres I. I. C. C. benè aptèue formatis, & in quibus decepti fuerunt *ex Papin. in l. cum res ſuas. §. tarcam. ff. de ſolu. & ex Vlpian. in l. Vulgaris eſt quæſtio. 21. ff. de furt. In d. lib.2. num.42. & ſeqq. vbi latè, & eleganter.*

CAP. QVINQVAGESSIMI SEPTIMI.

Partic. 9.

Cur per tempora in abſtracto, & in genere fructus diſtributi. §. His conſequenter.

S V M M A R I V M.

1 *Cur per tempora facta fructuum diſtributio. & ſeqq.*
2 *Modus nil aliud eſt quàm menſura.*
3 *Datur per tempora diſtributio ſeù diuiſio.*
4 *Per tempora diuiduntur iuriſdictiones quoad exercitium, poſſunt fratres cõpelli, ſi ſint diſcordes ad diuiſionem.*
Non tituli quia ſunt indiuidui. ſub eod.
5 *Per tempora fiunt calculi alimentorum ratione incertitudinis.*
6 *An huius & l.* hæreditatum *poſſit ratio tradi.*
7 *Taxa perpetua, quicquid, in fructibus aliquando plus aliquando minus inſit, ſemper ſeruanda.*
8 *Idem de* Adhoa *quę loco ſeruitij ſuccedit.*
Et ibid. remiſſiuè de caualcata, releuio, adiutamento, Hoſtenditijs.
9 *Standum eſt conſuetudini, vt ſi penſionis dimidia ſoleat ſolui in feſto Ioan: Baptiſtæ, & altera dimidia in Natali.*
10 *Et ſi conſuetudo transferendi ad hæredes, ſi penſionarius deceſſerit poſt octo dies, & non trãſferendi ſi antea moriatur.*
Aliud exemplum ſimile §. His conſequenter. & de vi conſuetudinis. ſub eod.
11 *Reſolutiones Excellentis. Magiſtratus circa Caualcatas.*
12 *Vaſallus obligatus ad annuum canonẽ pro feudo non excuſatur à Caualcata. & ità fuiſſe iudicatum.*
13 *Id tamen eſt in arbitrio Iudicis poſitum.*
14 *Ob conſeruationem ſtatus quilibet tenetur contribuere & omnia priuilegia & immunitates ceſſant.*
Nec obſtat quod feudum ſit francum & liberum ab omni ſeruitio. eod.
15 §. fi. cũ gl. tit. de Cap. qui cur. vend. *explicatur.*
16 *Seruitij præſtatio in feudis intelligitur de perſonali.*
Seruitij nomen non conuenit annuæ præſtationi ſub eod.

AD

1 AD † quartum, quę ſit ratio quod per tépora in abſtractu & in genere tantũ cóſiderata facta ſit diſtributio ? Ego hanc eſſe puto q̃a excluſa a feudis menſura ad perpédiculum, fuit & modus diuiſionis excluſus
2 † cum modus nil aliud ſit, quam menſura *tit.ſi mens.falſ.mod.dix.* vnde verſus.

Eſt modus in rebus ſunt certi denique fines.

Nihil aliud ſupererat quàm ordo aliquis conſcriberetur, Nam eo ſuppoſito; quod communis eſſe debuit fruitio inter Dominum, & hæredem vaſalli defuncti: Hæc autem ad certam menſuram ſecundum ſubiectam materiam non poſſet reduci, ad aperiendam tamen huic communi fruitioni viam aliqua ratio erat ineunda; hæc autẽ quomodo? niſi dato præſcriptoque aliquo temporũ ordine per prius, aut per poſterius *& ecce ad §.noſtrum:* decedente Vaſallo intra Martium, & Auguſtũ, vt fruitio interim ſit hęredis, poſtea verò ſit Domini vel agna-
3 ti: † Nec rarus eſt hic modus diſtributionis nec caremus exemplis, *nam apud Liui. lib.3. deca 2.* per tempora diuiſum legimus Imperium inter Terentium Varronem, & Æmi-
4 lium Paulum. † Item per tempora diuidũtur iuriſdictiones quoad exercitium & adminiſtrationé, & poſſunt fratres diſcordes, compelli ad diuiſionem *Gallup.in meth.feu. par.1.cap.5.nu.105.* & poſſe diuidi ad *Cran. conſ.994.num.19.lib.3.conſ.264.& conſ.318. Surd.conſ. 227.nu.12.13.lib.2.in conſ.57.nu. 8.* niſi feudum ſit titulatum, quia titulus eſt indiuiduus *vt per Gallup.mox cit.numer.106. Reuerendiſſ.Ricc.collect. 2154.* vbi quando
5 & quomodo & circa feudi & titulos † Item per tempora calculi alimentorum ratione incertitudinis fiunt, vt *in l.hęreditatum aliis computationum.6.ff.ad leg.falc.Surd.de alim. q.35.tit.9.num.27.28.29.Cran.conſ.194.nu. 6.& 7.Bero.conſ.40.num.17.lib.1.Cabal.caſ. crim.248.num.25.26.Cent.3.Cordub.de liber. agnoſc.§.ſed ſi filius.ſub numer.110.& 111.*
6 † vbi an reddi ratio poſſit eius *l. hęreditatum,* in quo aduerte, quod hac, per tempora diſtributione euitatur ſtricta illa ratio mercenariæ correſpectiuitatis, quæ ſeruatur inter contrahentes ab vna, & alia ſcilicet ex parte feudorum fruitio cuiq; ſua honeſtiſſimo quodam modo, & conuenientiſſimo, vt patet, conſeruatur: & maximę quia in ſpecta hac vi natura & perſonarum qualitate plus minuſue non minuſuè reddilur huiuſmodi ordo irrationabilis, & præſertim, quia
7 ſit perpetuus. † Argumento eius, quod dicimus taxam ex quo eſt perpetua, licet aliquando plus, aliquando minus inſit in fructious, eſſe ſeruandam, nec ab ea recedendũ *Boniſa.de Vital.in Clem ſi beneficiorum nu.31. & ſeqq.* de decim.
8 † Prout & hoc ipſum *de adhoa* verificatur, quæ loco ſeruitij præſtandi ſucceſſit, ſicut & dimidia fructuum anni *in §.firmiter.et ibi doct.de prohib.feu.al.per fed.in §.pen.de Capit. Conra.Interigl.de feu.queſt.67.nu.9.D.Borrin. magiſter meus in feudis de Caualca. par.3.cap. 1.& 2.per tot.Petr.de Grego.de Cõceſ.feu.part. 1.qu.11. Alia de releuio, adhoa, caualcata, oſtẽditijs, tertiis venditionibus, adiutamento &c. remitto ad Praſid.* D. *Amad. in tract. de Laudim. quaſt.2.& ad clariſſimũ Iuris Interpret. Dom. Nouar. ſuper pragm. Regni Neapoli collect. 28.& 166.vbi cum deciſionibus plura & Dom. Gallup.in meth.vniu.iur.feu.par.4.c.2. nu.17. per plures num. vſque in fin. et c.ſeq. et cap.4. et Andr. Capan. in doctiſs. tract. de iure releuij pleniſſimè et ibid. etiam de Adhoa paſſim alibi* Ad quẽ virũ celeberrimũ, dũ hęc imprimo
9 ſuperuentũ remitto † & eſt ſtandum conſuetudini ſoluendi dimidiam penſionem puta in feſto Sancti Ioannis Baptiſtæ, & alteram
10 dimidiam in Natali Domini noſtri, † & trãferendi ad hæredes, ſi penſionarius deceſſerit poſt octo dies, & non transferendi ſi antea moriatur eſt apud *Zanal.conſ.160.nu.17. 19.et 30.et Illiphons.perez.tract.de Anniuerſar. et Capellan.libr.2.capit.vlt.ſub numer.27.* Simile exemplum habemus *ex Vrſil.ad Affl. dec. 168. num.6.* vbi allegat conſuetudinem & per Pap. in ſcriptis redactã quod ſi Clericus decedat à Kal. Martij. vſque ad Kalen. Nouembris omnes fructus ſint ſui, & ſuorũ hæredum & quod valeat de eis diſponere &c. & de conſuetudinis vi ac potentia & ideo attendenda vide egregię & expreſſe *vt per Rim.iun.conſ.716. num.24. et ſeqq.* vbi plura notabilia, ne dicam mirabilia de ea maxime præſcripta aut immemorabili *D. Franc.Piſc.Inter conſ.Ozaſc.conſ. 21.num.35. et ſeqq.* in term. feudi vbi plene eſſe particulares omnium locorum conſuetudines attẽdendas & alia de vi conſuetudinum.

Sic dicimus belli neceſſitate vrgente teneri vaſallos ad ſeruiendum Domino, q̃quam in eorum facultate ſit ſeruiendi, vel perſonaliter, vel per ſubſtitutum Domino gratum, vel ſoluẽdi partem fructuum illius anni quo vocati fuerunt ad ſeruitium, iuxta tamen intelligentias, & declarationes traditas *per Doctores cit.à Roſ.c.8.concluſ.23.per tot.ab Excellentiſs.Magiſtratu, ſeu ab Excellẽt. Delegatis Sereniſſimi circa materiam caualcatæ approbatar, vt teſtatur Excellentiſſimus Dom. Præſes Bentius alleg. 54. pro Do. Patrimoniali contra Illuſtr.Dom. Nicolaum à Ponte Lõbriaſci Condominum in fin. princ. ante verſ. ſed du-*
11 *bitari,* † *quas reſolutiones cum ſuis fundamẽtis*

idem-

Digitized by Google

idemmet vir vigilantiſſimus D. Bentius interſe-
ruis inter doctiſſimas allegationes: alleg. 43.
meritiſſimus tunc Aduocatus Patrimonialis, ſu-
per quibus de mandato Illuſtriſſ. et Excelentiſſ.
DD. Delegatorum exactiſſimè ſcripſis, & per-
eleganter, & apparet de hac conſuetudine,
& iure ſoluendi, vel in fructibus, vel in pe-
cunia, ſeu contribuẽdi in eis p vaſallos loco
12 ſeruitij perſonalis † Et eadẽ allegatione 54. in
dicta cauſa d. D. Patrimonialis contra dictũ Cõ-
dominum Lombriaſci ſtrenue defendit vaſallũ,
qui pro feudo conditionato ſoluit annuum Cano-
nem nihilhominus oneri caualcatę eſſe ob-
ſtrictum, & licet varię ſint opiniones circa
hoc, vt patet ex Roſental. cap. 8. concl. 21. nu. 7.
et in gloſ. lit. b. et lit. b. Schrad. par. 2. c. 4. nu. 15.
et par. 6. c. 6. n. 4. id quod dedit cauſam alijs
doctiſſimis viris ſcribendi in contrarium in
eadem cauſa, vt Excellentiſſ. et doctiſſ. viro D.
Præſidi Richelmo, et quondam D. Ioanni Petro
Gastaldo diſertiſſimis tunc aduocatis, tamen pro
opinione D. Pręſidis Bentij fuiſſe iudicatum no-
13 tum eſt, & quidem † meo iudicio rectè, id
enim videtur in arbitrio Iudicis collocatũ,
vt vel ex verbis factiſq; contrahentium, aut
ex alijs circunſtantijs facienda ſit interpre-
tatio, vtrum voluerint contrahentes aliqua
alia deberi necne ſeſte Roſ. d. conclu. 21. ſub d.
num. 7. ad fin. verſ. & videtur mihi: Porrò alle-
gat Excellentiſſ. Bentius coniecturas ex inue-
ſtitura reſultantes conſiſtentes in promiſ-
ſionibus de faciendo omnia concernentia
vtilitatem honorem, & cõſeruationem ſta-
tuum, & Domini & ſeruitium fidele contra
omnes homines mundi, Ex quibus in quan-
dam neceſſariam cõſequentiam videtur ꝓ-
miſſa rata fructuum, ſi non poſſit perſona-
liter ſeruiri iuxta amplam promiſſionem,
& hęc multò fortius accedente alia circun-
ſtantia grauiſſimi periculi, quod. S. A. S.
& vniuerſo ſtatui imminebat ex bello ab
14 Hyſpanis illato, † quo caſu etiam ſi feu-
dum francum, & liberum fuiſſet ab om-
ni ſeruitio, tamen adhuc cogi potuiſſent
Vaſalli ad aliquid contribuendum in pecu-
nia, quia tali tempore omnia, priuilegia, &
immunitates conquieſcunt, ex Iaſ. in l. ſi ex
toto 8. nu. 7. de legat. 1. Teſſ. dec. 268. num. 15.
vt per eund. qui hanc circunſtantiam non
omiſit, & ſaltem inter haſce alias facile ad-
mittenda videbatur opinio Corn. conſ. 239.
ſub nu. 6. libr. 1. & Schrad. eum referentis par.
2. cap. 4. ſub num. 15. ea d. par. 6. cap. 6. num. 4.
vbi ſi iniũgitur onus alicuius ſeruitij, quod
ſit de natura feudi cenſetur ab alijs libera-
tus, quia intrat regula qui de vno dicit de
alio negat, quæ non intrat ſi iniunctum
ſit onus, quod non ſit de natura feudi, ideſt
quod non concernat ſeruitium peſonale, vt
eſt præſtatio cenſus, quia tale onus nõ cen-
ſetur expreſſum ex eo, quod excluderetur
aliud, ſed ex alio, quia alias niſi per expreſ-
ſionem ſpecificam non cenſeretur impoſi-
tum, & ideò adiectio iſtius oneris ſe ipſum
includit in diſpoſitione, aliud non excludit,
quia non infert eius incluſio de neceſſitate
ad excluſionem, nec incluſio vnius eſt exclu
ſio alterius, quod includitur per aliam di-
ſpoſitionem ſed alio iure, vt dicit elegãter D.
Protopręſ. Bellon. conſ. 16. numer. fin. ex Ozaſc.
dec. 85. num. 12. & alijs vt per eum Vnde qui-
nimò & magis dici poſſit intrare aliã regu-
lã, inducta in augumentum nõ debere ope-
rari diminutionem, & hæc vltra plenius ad-
ducta per Excellentiſſ. D. Præſidem ſupra dictũ
15 † Per quæ textum §. fi. cum glo. ibid. de Capitan.
qui cur. vend. quem non poſſe cauillari pro ſe ad-
ducebant & dicebant DD. ex aduerſò ſcribentes
non facere ad propoſitum dico, ait enim
textus in hæc verba ſimiliter poteſt feudum da-
ri ad certum ſeruitium, quod non negatur, ſed
quid concludit in propoſito? nihil, cum nil
decernat an ex conceſſione ad certum ali-
quod ſeruitium, aliud quolibet excluſum
cẽſeatur: Atqui (dicent) ſupplet glo. ibid. planè
hoc videamus in verſ. ad certum ſeruitium, vbi
ſi datum ſit feudum ad aliquid certũ facien-
dum quolibet anno pro ipſo feudo, tunc nõ
tenebitur aliud facere Domino niſi fuerit
dictum: Sed reſpondetur loqui hic glo. de
ſeruitio præſtando pro feudo ipſi Domino,
ergo de ſeruitio aliquo perſonali, vt verba
16 ſonant, † vltrà quod verbum Seruitij, de quo
in textu, importat ſeruitiũ perſonale ad tit.
de form. fidel. & ad tit. de nou. form. fidelit. et ad
dicta ſupra cap. 57. par. 8. num. 19. et ſeqq. fru-
ctibus vero annuæ pręſtationi nõ congruit
nomen Seruitij Gallup. in meth. feu. par. 4.
cap. 2. num. 16. in fin. ergo glo. vt ſit congrua
textui loquitur in caſu vnius ſeruitij pro-
miſſi, quod ſit de natura feudi, vt per vnius
incluſionem cenſeatur aliud quolibet ex-
cluſum. At de aliquo ſeruitio, quod non ſit
de natura feudi non loquitur per prædicta
& ideò, aut non facit ad propoſitum aut
Doctorib. ſic vt ſupra diſtinguentibus mul-
tò libentius adhęredum. Adde vbi bellum
eſt, & alijs caſibus, quod Vaſallus obligatus
ad annuum canonem teneatur ad contri-
buendum, & alia nouiſſime Mart. Voto. 34.
per tot. ex Vinc. de Franch. dec. 131. et Vinc. de
Anna alleg. 105.

CAP.

Digitized by Google

CAP. QVINQVAGESSIMI SEPTIMI.

Partic. 10.

Cur per tempora ſpecialiter conſiderata, & ſic (vt in tex.) diſcreta inter Heredem Vaſalli & Dominum fructus diſtributi.

S V M M A R I V M.

1 *Cur ſic tempora diſtributa & per tot.*
Ab ineunte verè, quoad fructus, incipit annus. ſub eod.
2 *Ver incipit menſe Martio, quia dicitur principiũ anni noui.*
3 *Et principium vicentium fructuum.*
4 *Et incipiunt fructus pullulaſcere.*
5 *Vnius anni vnus fructus eſt.*
6 *Ratio temporis dati hæredi Vaſalli. & ſeqq.*
7 *Facilius datur continuatio quàm noua conceſſio.*
8 *Facilius retentio, quàm noua petitio.*
9 *Turpius eijcitur quàm non admittitur hoſpes.*
10 *Fructus de proximo colligendi habentur pro collectis.*
11 *Colonus pro expẽſis poteſt fructus retinere odio emptoris.*
12 *Circuitus inutiles & incommodi euitandi.*
13 *Fruſtratorij actus non multiplicandi, & fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora.*
14 *Maius ius vndicatum in Feudatario pro impenſis in re feudali factis, & eius effectus.*
15 *Moriente Vaſallo iniquum eſt hæredi eius fructus auferre.*
16 *Impenſæ anni imminentis iam antea factæ et quo tempore maximè cenſeantur.*
17 *Hæres debet manere in poſſeſſione à Martio vſq; ad Auguſtum.*
Quod hic locus non contineat notabilem iniquitatem non benè applicatur. ſub eod.
18 *Ratio Alex. ad hunc tex. reijcitur.*
19 *Quid ſi feudum conſiſtat in vna re tantum, vt in vna vinea.*

1 CApite † anteced. dictum fuit, & actũ cur
per tempora in genere fuerit ordinata
fructuum diſtributio, nunc videndum eſt
cur vna tempora, ideſt à Martio ad Auguſtum
Succeſſori, alia verò ſubſequentia ipſi
Domino directo præſcripta fuerint, ſeũ deſtinata;
non autem e contra: Ad quod reſpõdetur
ſi in id iam ex congruentia, quam ex neceſſitate
& de rigore iuris incidi oportuiſſe:
His nempe ſuppoſitis, & quod per tempora
fructuum diſtributio fienda eſſet ex natura
rei iuxta dicta cap. præced. & quod agitur
de fructibus vnius anni, quos incipere à
Martio menſe ſatis conſtat, ſeũ à Vere,
2 † quod incipit à dicto mẽſe, & dicitur principium
anni noui *in add. ad Iſern. hic ſub nu.*
3 *20. col. 5. verſ. & dic annum lit. v. in fin.* † &
principium virentium fructuum, *vt dicunt
Bald. & Aluar. hic ſub num. 1. Affl. numer. pen.*
4 † Et tempore Martij incipiunt fructus pullulaſcere,
quaſique reuiuiſcere *vt per Sonsb.*
5 *de feu. part. 10. nu. 105. in fi.* † iuncto eo quod
aiunt vnius anni vnum fructum eſſe, *vt per
Bald. conſ. 434. ſub nu. 1. part. 1. Alb. conſ. 104.
nu. 5.* vbi annum intelligit pro cultura vnius
6 anni. † Hæc cum ita ſint, & oporteat per
tempora fructus diuidere, profectò prima
tempora quæ conſiſtunt in vere, & in æſtate
meritò debebant Succeſſori Vaſalli aſſignari,
ſeù, vt melius dicam relinqui, Ad circuitus
euitandos, & propter continuationẽ
poſſeſſionis, quæ interrumperetur ſi hæc
ipſa tempora fuiſſent Domino aſſignata, &
intraret circuitus ſi poſtea de Septembre,
& ſeqq. menſib. debuiſſet reſtituere dicto
Succeſſori, qui mox finitis ſuis menſibus debuiſſet
adhuc iterum ipſi Domino reſtituere,
Ex quibus patet potiorem eſſe cauſam
Succeſſoris, quàm Domini, propter ſequen-
7 tia iura, † Quod facilius detur continuatio
quàm noua conceſſio *l. ſi ex pluribus ff. de
verb. obl. ad Crau. conſ. 223. nu. 3. & ſeqq. conſ.
254. ſub num. 2. conſ. 291. num. 2. & conſ. ſeq.
num. 2.* Quod per continuationem innouatio
euitetur *ad capit. cũ teneamur, de appellat.*
8 *Machel. pator. 41. num. 1.* † Quod facilius detur
retentio, quàm noua petitio *Bald. ad l. 2.
not. 3. C. de fideicomm. Soc. Iun. conſ. 1. num. 10.
lib. 1. Menoch. conſ. 60. numer. fin. lib. 1.* Quod
fruſtra fiat per plura, quod poteſt fieri per
pauciora *l. generaliter C. de inſt. & ſub cõd. fac.*
9 † Et ſecundum carmen quod.

Turpius eijcitur quàm non admittitur hoſpes.

*Vt in cap. quemadmodum de iureiurãd. Probus
ad Ioannem Mon. ad cap. vnic. num. 3. & ſeqq.
10 de rel. dom. in 6.* † Et quod fructus mox colligendi
habeantur pro collectis ab eo, qui
mox eos erat collecturus, vt hic à Vaſallo,
ſeù Succeſſore eius *ad Bald. hic ſub num. 10.
cum conſ. 100. num. 5. Schrad. de feu. 2. part. 9.
part. princ. ſect. 3. ſub numer. 25. verſ. ſin verò
Vaſallus,* quod dictum procedit ſi non vere
ſaltem interpretatiue, & ſecundum ſubiec-
tam

Digitized by Google

tam materiam *Protopraſ. A Pont. de Laudim.*
11 *quæſt. 7. ſub num. 3.* † exemplo coloni, quiã
fecit expenſas, & ſominauit, & ideo fructus
retinere poteſt, vel partiri cũ emptore fun-
di ex quadam incidẽti ſocietate, *vt ait Brun.*
conſ. 106. numer. fin. Surd. dec. 40. ſub princ. &
12 *num. 1.* † item quod circuitus, maximè inu-
tiles, & incommodi, quales hic eſſent, ſunt
euitandi *l. Dominus teſtamento. ff. de cond. in-*
deb. l fi. C. de adopt. l. ſi ità quis. ff. de euiſ. Ozaſ.
13 *dec. 133. numer. 11.* † item quod fruſtatorij
actus non ſunt multiplicandi, quia fruſtra
fit per plura, quod fieri poteſt per pauciora
l. 1. ff. quod met. cau. Ariſt. libr. 8. Topic. Tom.
de Tomaſel. reg. 77. Barbo. in princ. & loc. Com.
14 *lit. F. num. 59.* † & hæc fortiùs, & quàm ma-
ximè locum ſibi vindicabunt, quia agitur
de eo, qui erat quaſi Dominus, ſeù vtilis Do
minus, qui habebat ius radicatum in fructi-
bus, & ideò ſtatim in hæredem tranſmiſſi-
bile, vt non facile poſſet à ſucceſſore auel-
li per interruptionem mediante interpoſi-
tione Domini directi *ad Brun. & Surd. mox.*
cit. & ad Ant. Cont. tit. quib. mod. feu. amitt. ad
15 *fin. verſ. itàq; quando moritur:* † vbi quando
moritur Vaſallus, iniquũ eſſet auferri fru-
ctus hæredibus Vaſalli, quia ipſemet ſum-
ptus magnos fecit, & præiudicium fieret
16 eius hæredib. † & confirmatur etiam ex eo
quia expenſæ pro fructibus, & recollectis il-
lius anni imminentis iam erant præparatæ
aut factæ in vere, ſeù autumno anni ante-
cedentis *ad Caroc. de loc. part. 3. cap. 42. ſub n.*
17 *7. verſ. quartum tempus.* † Quare in terminis
(licet dictis rationibus non adductis) reperi
idem affirmaſſe *Schrad. de feud. d. 2. part. 9.*
part. prin. ſect. 3. nu. 77. vſque ad 80. vbi præ-
cisè debuiſſe hæredem in poſſeſſione feu-
di manere, & manuteneri continuatiue, nec
eum turbandum à Martio vſque ad Augu-
ſtum.

Ex his inferamus primo ad rationabilita-
tem huiuſmodi textus §. his conſequenter
contrà oppoſitam ab initio irrationabilita-
tem.

Inferamus ſecundo non egere hunc text.
diminutiua illa excuſatione, qua aſſerunt
Docto: eundem non continere notabilem
iniquitatem *ad Roſental cap. 10. concl. 42. ſub*
num. 29. quia nec notabilem, nec vllam om-
ninò continere iniquitatem patet ex ſum-
ma ratione, cui eſſe innixũ huiuſmodi text.
ſupra oſtendimus.

18 † Inferamus tertio rationem ab Alex. aſ-
ſignatam *ad l. diuortio. nu. 3. ff. ſol. matr.* eam
ſcilicet, quod ſoleant Vaſalli ſumptus face-
re huiuſmodi tempore à Martio vſque ad
Auguſtum in equis armis, & alijs militari-
bus præparamentis, pro ſequendis, & Co-
mitandis Dominis ſuis in bello. Non eſſe
congruam, ſed nimis generalem, licet ali-
quantulum videatur perſuaſiua, *vt dicit in*
puncto Munoz. de ratiocin. tom. 2. cap. 20. ſub
num. 17. ſub verſ. ſi tamen: Cui addo hanc facilè
elludi poſſe, quia cum Vaſalli morte omnia
hæc preparamenta ceſſabunt, ità quod Do-
mino non ſint proſutura, vt propterea non
intraret cauſa cur deberet ab huiuſmodi
fructuum perceptione ſuſpendi, vltra quod
ſucceſſor poſſet loco fructuũ conſequi pre-
tia, vendendo equos, & arma; Non eſſe autẽ
bonam rationem eam, quæ aut ſit perſuaſi-
ua tantum, aut non ſit generalis, neceſſaria,
vel concludens alibi dictum eſt *vt cap. 4. nu.*
30. & ſeqq. ſupra.

19 † Inferamus Quarto quod diſpoſitũ hoc §.
His conſequenter: non habet locum vbi nõ
eſſet niſi vna tãtum recollecta in vno anno
vel in pluribus, quia loquitur tex. de certis
menſibus, ideò non verificatur de anno in-
tegro, aut quinquennio cum ſimilibus de
quo te remitto *ad Schrad. de feu. 2. par. 9. part.*
princ. ſect. 3. num. 70. & ſeqq. vbi vide effectus
& ad Gallup. in meth. iur. feu. par. 4. cap. 7. ſub
numer. 5. & 6. ego vltra non diſcutio, licet
alia vltra Docto. hac in materia conſidera-
rem, & explicare intenderam: ſed repentina
febre cum graui ſopore corripior, & am-
plius ab Impreſſore premor ad dandum
ſcripta, ne remorer impreſſionem. Ideò pa-
tientiam mihi Rogo: Deus ſcit quid futu-
rum.

CAP. QVINQVAGESSIMVM OCTAVVM.

De fructibus emphyteoſis.

SVMMARIVM.

1 *Finita linea an fructus pertineant ad hæredem emphyteotæ an verò ad Dominum directum variæ opiniones. prima, vt ad Dominum.*
2 *Vt pro rata temporis diuidantur.*
3 *Et contrà.*
4 *Vt attento tempore, quo emphyteota coluit, & curauit. & num. 5.*
6 *Fædere diſtinctionis conciliantur opiniones. & num. 7.*
8 *Feudo equiparatur emphyteoſis in vno.*
9 *Dominus Directus vno caſu legitimè percipit fructus.*

VT contraria iuxta ſe poſita magis eluceſcant ; differere viſum eſt de alijs quibuſdam caſibus , in quibus ad modum feudi ſolet quæri de fructuum diſtributione aut remiſſione hęredi, vel alij cui res deuoluitur:& primo ſe offert Emphyteuſis.

1 † In qua quæritur an fructus remaneant
hæredi an verò tranſeant in Dominum directum finita linea?& ſunt varię opiniones, quidam dixerunt in totum tranſire in Dominum directum, vt fructus Vſufructuario mortuo , qui tranſeunt in Proprietarium *Spec.tit.de loca.§.nunc aliqua,quæſt.10. Alber. de Ros.in l.2.C.de iur.emph Alex.in l.diuortio. in princ.nu 4.ff.ſol.matr.teſtans.de Com.Hond. conſ.85.ſub num. 2.lib. 2 reijciendo Caualc.de quo infra:& quib.ab eo citat. addo ipſe Tiraqu. in 2.retr.§.5 glo.4.ſub num.2.Mol.deH.ſp.primog.lib.3.cap 11.num.8.*

2 † Alij vero, quod pro rata temporis diuidantur,inter Dominum,& Hęredem *Borgn. Caualc.in tract.de vſufr.num. 244. Schrad. de feu.2.par.9.part. princ.ſect. 3.num. 87.Coſt.cũ referens,& aliũ,vt ibi de ratio.ratę.q. 155.ſub numer. 4. 5. & Caualc. etiam de Com.teſtatur.*
3 † *Quod tamen falſum eſſe , & erroneum dixit*
4 *Hond.ſub d. num. 2.* † eſt & tertia opinio , vt
fructuum diuiſio fieri deberet vel ad formã §. His conſequenter vel attento tempore, quo emphyteota coluit, & curauit feudum *per tex.d.l.diuortio.§.non ſolũ.in fin. vbi Socin. Sen retulit cõtrariat opiniones & videtur in hac*
5 *vltima reſidere.* † Quid dicendum opinio
Soc. eſt ſingularis , non ſpernenda tamen p rationes,quas allegat: verùm in ea non inſiſtunt docti.&ipſemet Soc.nouam eſſe opinionem ſuam confeſſus , & cogita (inquit quaſi ſibi ipſi non fidens,ita quod res remaneat inter alias duas opiniones , in qua ſunt Auctores hinc inde teſtãtes deComm .quę-
6 libet pro ſua parte. † ideò fędere diſtinctio-
nis litẽ dirimi poſſe exiſtimarim : vt opinio, quæ dat fructus omnes Domino procedat quando emphyteoſis amittitur ob Canonẽ non ſolutum , aut ob aliud delictum ex eo tempore quo reſoluta fuit emphyteoſis *Tiraq.ad l.ſi vnquam.verſ. reuertatur. num.271. C.de reuoc.donat.adde infr.cap. 63.numer.58.*
7 † Altera verò , quæ pro rata , procedat vbi
emphyteoſis propter lineam finitã aut aliter abſque delicto amittitur *ita Soc.Sen. ad l. diuortio num.8 ff.ſol.matr.Hartm. Piſt.libr.1. quæſt.24.num.34.* quem tamen(licet paſſim allegatum)ipſe non inuenio *in d.cap. 24.* ne verbum quidem de his facientem *Schrad. d. ſect.3.ſub d.num.87. vbi in punc. fuit d. diſtinctionẽ.At verò in term.canonis non ſoluti loquitur Corb.per Hond.(contrà) citat. ſic & Specul. qui ſimpliciter facit citat.ab Alex.quem pariter ibi Citat Hond.& in eiſd.term.etiam Iaſ.citatus quoque ab eod.Hond.ſed in term.& in eiſd.term. video loquentem Cald.de renou.emphyt. qu.10.*
8 *num.7.* † Ita in hoc,quatenus ex delicto,em-
phyteoſis æquiparatur feudo , in alio non æquiparatur ; quia in emphyteoſi aliter fit diuiſio fructuum , vt dictum eſt nec habet locum. *§.His conſequenter , vt ait Corbal. de Cau.priuat.ob non ſol.can.ampl.37.Munoz.tamen in tract.de ratiocin.tom.2. cap. 20. numer. 18.* loquitur in emphyteoſi finita & tenet quod in totum tranſeunt ad inſtar Vſufructuarij ex Barbo.& alijs vt per eum:cui non aſſentior propter rationẽ diuerſitatis , quia in emphyteoſi elucet correſpectiuitas & cõſequenter rata,in vſufructu nõ elucet *ad ſupra cap.ant.eod.partic.4.n.32.& ſeqq.& partic: 8.& 10.ferè, per tot.*

9 † Declara, vt Dominus directus mortuo
emphyteota capiat legitime fructus à die obitus interim , dum renouatio forſan alij facta non perficitur : at poſt eam perfectã, aut ſi facere recuſet,à dię litis cum Domino conteſtatę,iam amplius legitimẽ nõ capiet, & captos reſtituere compelletur vna cum re ipſa, vt fuit iudicatum teſte *Cald. de renou. emph.d.q.10.numer.16. & ſeq.vbi latè de hoc. Adde ad materiam infra cap.63.num.58.et ad dec.flor.noſtram.36.num.24.et ſeqq.*

CAP. QVINQVAGESSIMVM NONVM

De fructibus Eccleſiaſticis & alijs quibuſdam.

SVMMARIVM.

1 *Inter Beneficia eccleſiaſtica & Feuda eſt quadã affinitas et ſimilitudo,et nu. ſeqq.*
Beneficia in manibus Prælati renunciantur, ſic et feuda in manibus Domini.ſub eod.nu.1.
Beneficia reſignantur ſub conditione,ſic, et Feuda renunciantur. ſub eod.
2 *In feudo onus annexum non ſtat omnino correſpectiuè. Idem et in beneficijs eccleſiaſticis ,et num.3.*
4 *Eccleſiaſtici cenſentur meri Adminiſtratores, et Eccleſia domina.*
5 *Et debent de fructibus quatuor partes facere.*
6 *Beneficiatus ęquiparatur Vſuario vel Diſpenſatori,et nu.7.*
8 *Fructus beneficiorum mortuo clerico tranſeunt in ſucceſſorem in afficio omnes , quicquid pro rata quidam affirment .*

Y *9 Quid*

9 Quia iuris hodie Ob Bullam Iulij Papæ III.
10 Si tamen Sacerdos nihil reliquit in bonis ſuit leguta pia et debita in cauſam eccleſię facta ſoluuntur.
11 Bulla prædicta mittit falcem ad radicem et facit rem claram et eſt in obſeruantia, nu. 12.
13 Verùm fuit eadem bulla declaratu, vt non procedat vbi ſunt collectores Cameræ cum clauſula ſublata & decreto irritanti.
Plura alia hodie circa horum fructuum diſtributionem Et latè ac notanda. ſub eod.
14 Quid de penſionibus an pro rata.
15 Fructus prabenda à die quo vacat ſunt eccleſiæ.
16 Alij diſtinguunt Beneficiatũ habentem adminiſtrationem ab non habente.
17 Commendatarij vt Cuſtodes habentur, ſeu vt Depoſitarij, Commendatarij, ſeu vt Adminiſtratores legitimi, et nu. 18.
19 Et poſſunt de fructibus liberè diſponere in ſuos vſus deductis neceſſarijs cultus diuini et eccleſiæ.
20 Commendatarij quidam ad tempus, qui non faciunt fructus ſuos, et alij perpetui qui faciũt.
21 De alijs commendis remiſſiuè.
22 Dicta differentia hodie ſublata, quia omnes Cõmendatarij hodie ſunt perpetui.
Commenda largè eſt titulus, et dicitur vacare ſicut Beneficia. ſub eod.
23 Religiones habent propria ſtabilimenta vt Hieroſolimitana, de qua et eius fructibus, nu. 24. et 25.
25 Milites Hieroſolimitani ſunt verè religioſi nec diſponunt de fructibus. ſub eod.
26 Vt Diui Steffani de quá, nu. 27.
28 Vt Diuorum Mauritij et Lazari.
29 Qua alias religiones ſeu militias antiquitate p̃cellit.
De qua et alijs remiſſiuè. ſub eod.
30 Alia de Penſionibus remiſſiuè, ſi dies venit ſed nundum ſint exactæ, et nu. 31.
32 Ad ſucceſſorem in eccleſia et Contra.
33 An ex re vendita debitæ cedant lucro Emptoris vel venditoris.
34 De Penſione in Fructuario.
35 Onus penſionibus adiectum cui cenſeatur iniunctum.
36 Quæ actio competat pro penſionibus perſonalis an hypotecaria.
37 Penſiones ſuper re eccleſiaſtica non trãſeunt ad heredes Penſionario decedente antequam dies ſolutionis venerit.
38 Penſionarius differt ab Vſufructuario remiſſiuè.
39 Vnde dicatur Penſio, an ad inſtar Vſufructuarij an ſit Beneficium.
40 An Fructuario æquiparetur.
41 Quid in Reſignatario circa fructus.
Quid de fructibus quoad heredem Vſufructuarij ſub eod.
42 Quid in Retrahente virtute pacti diſtinguendo ſi iure agnationis aut vicinitatis, num. 43.
44 Quid inter antiquum Conductorem ac Colonum et modernum eius ſucceſſorem.
45 Inter emptorẽ et venditorem an à tempore euẽtus conditionis ſint debiti fructus, et quid in promiſſione de vendendo, nu. 46. et 47.
47 Empto fundo veniunt fructus pendentes multò magis futuri.
Et de modo facienda computationis fructuum in quolibet genere ſuo. ſub eod. remiſſiuè et ibid. ſi data ſit dilatio ad ſoluendum pretium, fructus fieri emptoris.
48 Qui ſi empti fructus ſint ad vitam.
49 An contractus ſuper vita ſit licitus.
50 Quid ſi emptum ſit ad vſumfructum.
51 Quid ſi empti fructus vel cenſus ſoluẽdi ex tali fundo.
52 An legatum fundi vt Legatarius poſſit viuere, vti frui quouſque viuus. reſtringatur.
53 Quid de annuis redditibus.
54 Annuum legatum pro primo anno purum pro ulijs conditionale.
Annuum legatum alimentorum poteſt pro futuro peti, licet ad præſens non debeatur. ſub eod.
55 An per vulgarem deferatur.
56 An ab hærede, an ab Vſufructuario ſoluendum.
57 Si Vſufructuarius non poſſit ferre onus ſoluendi tale legatum.
58 Si teſtator dixit legata fore ſoluenda ab hærede.
Aut ſi teſtator mandauit ſolui de bonis ſuis. ſub eod.
59 Quando eſt annuum tot legata quot anni.
60 Si perpetuò ſoluendum non excedendi anni centum.
Declara vt ibid. remiſſiuè.
61 Et æquiparatur Vſufructuario.
62 Expirat dicto tempore ſi ſit eccleſia factum de annuis redditibus.
63 De legato ducat. 100. an veniant vſuræ.
64 An de legato nominis debitoris veniant vſuræ liuelli decurſi in vita defuncti.
65 An debitę vſuræ decurſæ in vita teſtatoris.
66 An tranſeat in hæredes.
67 An ſit locus iuri accreſcendi in legato annuo, & in vſufructu.
68 Liuelli exacti ſunt tanquam fructus hæreditatis & imputandi in crediti extinctionem.
69 Redditus & Introitus ſunt Synonima, & legatis 300. pro introitu poteſt cõpelli hæres ad præſtandum fundum tanti redditus.
70 Vocabulum, Redditus eſt plus quã Fructuum nomen.
71 Aliud eſt eſſe Vſufructuarium, aliud Adminiſtratorem.
72 Beneficiati magis comparantur bonæ fidei poſſeſſori, quam vſufructuario.
73 Beneficiatus poteſt diſponere de fructibus perceptis & reconditis.
74 Et poteſt aliquo caſu teſtari.

A quo

Digitized by Google

75 *A quo tempore annus incipiat inter ſucceſſores vel defuncti, vel in beneficio.*
76 *De multiplici anno, & deferri iuramentum in litem contra hæredem defuncti.*
77 *Clerici poſſunt de bonis proprijs pro arbitrio diſponere, nu. 79.*
78 *An Papa cẽſeatur donare de ærario Apoſtolico.*
79 *Clericorũ fructus ad hæredes tranſeunt & quãdo poſſint diſponere etiam de diſtributionibus quotidianis, præbendis et de alijs proprijs.*
80 *In materia venditionis fructuum diſtinguendũ vt eod.*
81 *De differentia emptionis fructuum redditũum, emolumentorum, &c.*
82 *Per viam dationis in ſolutum poteſt conſtitui cẽſus.*
83 *Refertur dec. Senat. Pedem. circa fructus beneficiorum.*
84 *Alia de fructibus beneficiorum ex Bull. Vrbani VIII.*
85 *Plura alia de varijs quæſtionibus in materia fructuum maiorem partem dictorum ad hoc cap. rebus iudicatis confirmantia remiſſiuè.*

INter beneficia Eccleſiaſtica, & feudum
1 videtur quædam affinitas intereſſe.† In
feudo Primò non debet fieri refutatio in
manibus alterius quàm Domini, ſic benefi-
cia non poſſunt renunciari niſi in manibus
Prælati; ſicut renunciationes officiorũ quę
non poſſunt fieri niſi in manibus Superio-
rũ. Item ſicut admittitur renunciatio feudi
ſub conditione, *vt alius inueſtiatur*, ità etiam
admittitur Reſignatio beneficij in manibus
Epiſcopi, vt ſubſequatur permutatio ſine
fraude, vt hic, *per D. Regen. Lanar. in repet.
tit. de Vaſ. decr. ętat. nu. 49. & ſeqq.* vbi etiam
alia de ſimilitudine, inter officia, & benefi-
cia. Item eſt alia ſimilitudo inter beneficia
2 & feuda, † quia in feudo nec onus annexũ
ſtat omninò correſpectiuè è diametro ad
commodum fructuum, nec commoda fru-
ctuum omnino correſpectiuè ad onera Va-
3 ſallitica *vt ſup. cap. 57. part. 8. per tot.* † Idem
eſt & in beneficijs Eccleſiaſticis, quæ hac
principali honoris, & cultus diuini præſtã-
di cauſa conferuntur, licet veniant eorum
commoda in conſequentiam, ideſt cõtem-
platione alimẽtorum, vt poſſint Beneficia-
ti cultui diuino incumbere, & muneri ſuf-
ficere *c. cum ſecundum. vbi Abb. de præben. Id.
Abb. in cap. tuam. in fin. de Simon. Gaietan. 2. 2.
q. 100. art. 2. in princ. Sot. de iuſt. & iur. libr. 9.
q. 6. art. 1. Graph. in deciſ. caſ. conſc. libr. 2. de
4 Simon. cap. 96. num. 36. & ſeqq.* † & cenſentur
meri Adminiſtratores, & Eccleſia Domina
*ad Loffre. viden. conſ. 40. num. 8. & ſeqq. Ozaſc.
conſ. 54. num. 1, et ſeqq. Crau. conſ. 258. ſub nu.
5 18.* † Ità quod debeant de fructibus quatuor
partes facere, quarum vna ſtet pro Prælato
ſecunda pro Clericis ſeruiẽtibus, tertia pro
Eccleſia, & quarta pro pauperibus, *Crau.
conſ. 116. numer. 1. et ſub num. 6. Menoch. conſ.
195. num. 14. 15. lib. 2. conſ. 436. num. 19. lib.
6 5. alia ad Surd. conſ. 333. num. 7. et ſeqq.* † Vbi
Beneficiatũ ęquiparari Vſuario, vel Diſpẽ-
7 ſatori, & percipere pro alimentis † *De quo
tamen vide Farin. part. 1. tom. 1. deciſ. 240. ſub
nu. 6. & 7.* Vbi an Beneficiatus comparetur
Vſuariò, an Vſufructuario. *Munoz. de ratio-
cin. tom. 2. Com. 21. numre. 22. & ſeqq.* vbi de
fructibus an ad ſucceſſorem ſuum vel in
beneficio, & ſtandum conſuetudinibus *vt
numer. 24. & Reuerendiſſ. Ricc. par. 4. collect.
1827. cum ampliationibus, limitationibus &
alijs declarationibus vt ibi per eum.*

Hanc tamen conuenientiã inter feudum
& beneficium Eccleſiaſticũ excludit com.
8 opinio, † quæ habet quod fructus benefi-
ciorum mortuo Clerico tranſeunt in ſuc-
ceſſorem in officio omnimodo nulla ratio-
ne ratę habita, *de qua teſtatur Did. var. reſol.
lib. 1. cap. 15. ſub num. 12. Mol. d. lib. 3. cap. 11.
ſub num. 4.* quamquam aliam (quod pro ra-
ta) eſſe ęquiorem affirment *ijdem Didac. &
Mol. & alios referat Viu. dec. 8. num. 11.*

9 † Hodiè extat. *bulla. Iulij Papę tertij, quæ
eſt nona inter bullas eiuſd. in bullar. Laert.
Cherub. à Gregor. ſeptimo. vſque ad Sixtum
quintum*, Vbi beneficiorum fructus, & pe-
cuniæ, etiamſi dies venerit tempore obitus
beneficiatorum, inexacti, vel inexactæ trã-
ſeunt ad ſucceſſores in beneficijs, non autẽ
ad hæredes defuncti, niſi iam exegerint, &
rebus ſuis incorporauerint *quã refert Aſſiſ.
dec. Peruſ. 33. ſub nu. 26. Ricc. mox. cit. collect.
132. in fin. & par. 5. collect. 1749. vbi eſſe vſu
10 receptam* † ſi tamẽ Sacerdos nihil reliquerit
in bonis, poſſint de fructibus pendentibus
ſolui legata pia, & debita in cauſam Eccle-
ſiæ facta, *vide ad idem bull. Aſſiſ. deciſ. Peruſ.
33. Theſ. dec. 143. Hond. conſ. 85. num. 6. 7. 34.
& ſeqq. lib. 2. Mareſc. libr. 2. cap. 2. numer. 14.
Barboſ. de author. Epiſc. tom. 3. cap. 42. Rim.
11 infra num. 32.* † quam mittere falcem ad ra-
dicem, & rem in claris conſtituere *dicit Surd.
12 conſ. 333. num. 13. & ſeqq.* † & eſt in obſeruã-
tia *vt ſub numer. 14. verſ. quibus*, & ità ex his
probatur fructus ad ſucceſſorem in officio,
non ad ſucceſſorem defuncti tranſire, ex ve-
13 riori, & communiori opinione. † Verùm
hęc bulla fuit poſtea declarata, & abrogata
non habere locũ in locis vbi adſunt Collec-
tores Cameræ cum clauſula *ſublata, & de-
creto irritante, vt habetur in Bullar. int. bull.
eiuſd. Iulij. 3. numer. 15.* vnde Prælatus ſuc-
ceſſor non poteſt bulla iuuari, & tenetur
ſtare colono *ità Mars. Voto. 180. per tot.* aliàs
niſi extaret iſta abrogatio, & declaratio in-
traret alia diſtinctio, *de qua per Valentin. no-*

nijſinè in different. int. vtrunq. for. ſuper verb.
beneficium diff. 2. vbi quod in foro exteriori
fructus beneficij non exacti pertinent ad
futurã ſucceſsionem ex motu proprio Iul.
tertij & ſufficit fructus eſſe à fundo ſepa-
ratos, licet nondum in horrea reconditos;
In foro vero interiori pro rata diuiduntur
inter hæredem defuncti, & Prælatum Suc-
ceſſorem, licet non fuerint à defuncto exa-
cti, per rationem, quia cum defunctus ſuſti-
nuerit onera beneficij, ob quæ fructus ſunt
aſsignati, ęquum eſt & iuſtum, vt diuidantur
pro rata inter ipſum ſeu hæredes, & ſucceſ-
ſorem in beneficio, At vbi redditus ſeù fru-
ctus ſunt in pecunia numerata, vt ſunt red-
ditus annui, & cenſualia, tenet cum com-
muni pertinere ad defunctum ſeù eius hæ-
redes, ſi ſint collecti, vel debiti ante eius
mortem; reliquos habebit omnes ſucceſſor
nulla anni rata conſiderata, quę opinio pla-
cet auctori pręfato, ſi conſtiterit de defuncti
iuridica diligentia per intimationem man-
dati Iudicis circa debitores cenſualium, *&*
ità practicari ait: Hęc Valentin; quę confirmãt
multa ex *dictis per nos ſupra cap.* 57. *&* 58.
per tot. maximę quatenus hæredis, & defũ-
cti vna, & eadem ratio habetur, & quatenus
fructus pro rata, & quatenus etiam citra ra-
tam, iuxta caſuum contingentias. Idem in
fructibus Capellanię, vt ſit faciẽda pro rata
diuiſio ex conſuetudine, vt in Hiſpania ſe-
cundum quam eſt iudicatum (quicquid in
contrarium ſit ius commune *vt ait Perez. in*
tract. de anniuerſ. & Capellan. lib. 2. cap. 11. nu.
27. *vbi num.* 24. *&* 25. Circumſcripta conſue-
tudine, contrarium fore obſeruandum ait
Valent. vt exemplo vſusfructus, omnes ad
ſucceſsorem pertineant, & ità refert iudica-
tum, ſed alij contra, imo contrarium fuiſſe
per plures iudicatum *ibid. refert ex Couar. lib.*
1. var. cap. 15. num. fin. quæ eſt æquior, vt dictũ
eſt num. 8. in fin hic ſupra, *& refert Perez. ſub*
d. num. 26. vbi alios allegat, qui hanc ſeruari
vidiſſe, & eſſe æquiorem, & receptam teſtã-
tur.
14 † Ex quibus intellige quomodo proce-
dant, quę dicunt de penſionibus *Doctor quod*
pro rata ſoluendæ ſint, vt per Hond. d. conſ. 85.
num. 34 *libr.* 2. *Coſt. de ratio rat. q.* 114. *num* 7.
add. ad Teſſ. d. dec. 143. vbi pariter diſtinguit
fructus à pẽſionibus iuncta add. ibid. Intel-
lige enim ita, vt obſerues dicta Valentini
mox relata, & vides etiam in quo conueniãt
inter ſe feudum, & beneficium Eccleſiaſti-
15 cum. † ſic fructus præbendæ à die quo va-
cat ſunt Eccleſiæ, *vt ait Iſern. ad §. noſtrum.*
16 *num.* 19. *ſub prinс.* † Alij diſtinguunt vt be-
neficiatus non habens adminiſtrationem
tranſmittat, ſecus habens, *vt apud Bertran.*
conſ. 21. ſub nu. 1. ſub verſ. ad ſecundum vol. 3,
tu ibi recurre, & prædictis inſiſte & hiſce
adde infra nu. 83. 84. 85. poſt hæc ſcripta ſu-
peruenta, & adiecta ad maiorem antedicto-
rum corroborationem.
17 † In horum numero habentur, & Commẽ-
datarij, nam & hi vel vt Cuſtodes habentur
c. nemo. de elect. in 6. Rebuf. in praxi benef. tit. de
Commend. numer. 1. Menoch. de recup. rem. 15.
num. 39. 52. 53. *& ibid.* etiam ęquiparari De-
18 poſitario, vel Commodatario † Vel quod
in idem cadit, vt Adminiſtratores legitimi
Alex. conſ. 96. num. 2. lib. 4. licet de facto, &
conſuetudine contrarium ſeruẽt, cum om-
nes fructus Commẽdę ſibi acquirant & ap-
19 proprient *Loffr. conſ. 40. ſub num.* 40. † *& ait*
Rim. Iun. conſ. 716. nu. 4. lib. 6. quod poſſunt
de fructibus libere diſponere in ſuos vſus,
deductis neceſſarijs cultus diuini, & Eccle-
ſię.
20 † Et Commendatariorum quidam ſunt
ad tempus, qui non faciunt fructus ſuos, &
hi dicuntur proprie Cuſtodes, ſeu legitimi
Adminiſtratores tãtum *Farin. dec. nov. c. 1ã-*
da num. 22. *& quidam* perpetui qui faciunt
fructus ſuos, & qualis quiſque cenſeatur
etiam in dubio *vide Alb. conſ. 542. num. 7. &*
21 *ſeq. & per tot.* † & de alijs Commendis *conſ.*
22 766. *etiam per tot.* † Hodie ſublata eſt hæc
differentia, quia Commenda temporalis
multis abhinc annis ab aula receſſit, & om-
nes Commendatarij ſunt perpetui, & veri
Prælati dici poſſunt *Rot. apud Farin. par.* 1.
tom. 1. ſub numer. 5. 6, & 7. dec. 141. ex Mando.
ad Rom. conſ. 350. in verb. gloſſa lit. B. & lar-
ge Commenda eſt titulus ſicut alij, & dici-
tur vacare ſicut Beneficia, *vt dictis num. 5. 6.*
et 7. per Farin.
23 † Extant tamen ſtabilimenta propria, vt
ſacræ Religionis Hieroſolimitanæ, de *qua*
Bãm. in §. q clericus. ſi de feu. def. per quę om-
ne ius dominij, proprietatis, & poſſeſsionis
remanet penes Sacrum Ordinem in Vni-
uerſum, Adminiſtratio verò ſola pęnes Co-
24 mendatarios † & fructus per obitũ ad ipſã
pertinent religionem tanquam Dominam
ſtat. 1. tit. 5. in lib. ſtat. eiuſd. ſacr. relig. Ozaſc.
25 *conſ. 54. num. 1. et ſeqq.* † *vbi ſub nu.* 7. ait quod
quando ſit recognitio Commendę fructus
duorum annorum ordini competunt Vni-
uerſo Hieroſolimitano, iure vt dicunt, mor-
tuario, *et habetur in ſtat. 5. d. tit.* 5.
Et dicuntur, vere Religioſi, adeo quod non
poſſint de fructibus Commendarum, vel de
alijs eorum bonis quomodocunque acqui-
ſitis in vita in alium diſponere vel donare
vt per D. Rice. par. 3. deciſ. Cur. Arch. Neap.
26 321. *vbi ex profeſſo et eleganter.* † Sic
à die obitus fructus omnes ad ærarium de-
uoluuntur ex ſtatutis ſacri ordinis D. Ste-
27 phani *vt in cap. 6. tit.* 5. † cum moderamine,

vt

vt de eis debita defuncti ſoluantur, ſi nihil
28 reliquerit in patrimonio *vt in cap.* 13. † Idē
in Sacra Religione Sanctorum Mauritij, &
Lazari, *de qua Sanſou. de orig. equit. libr. 2. tit.
de milit. Sant. Laza. Hyeroſol. Paul. Morig. in
29 tract. de Hiſto. relig. lib. 2. cap. 7.* † & quæ aliàs
militias antiquitate præcellit *Ruſtic. ad l. cū
auus. lib. 5. cap. 9. num. 43.* vbi alia quædam
de hac, & alijs, *vt per tot. cap.* & notandum
quod beneficia etiam reſeruata, affecta, ac
deuoluta, Magnus Magiſter militiæ Sancti
Lazari conſerre poteſt, & quę vacant per
priuationem ex Pio IV. conſtit. 95. ſub 4.
Non. Maij 1565. refert Aug. Barb. in ſuo
Bullar. ver. beneficiū poſt principium & de
alijs teſtatur *Mol. d. lib. 3. cap. 11. num. 5.*
30 † Alia de penſionibus *V. Franc. dec. 254 ſub
31 num. 5. dec. 168. num. 12. et ſeqq.* † Vbi ſi dies
venit licet nō fuerint exactæ *Bero. conſ. 138.
32 lib. 1.* † Vbi ad ſucceſſorem in Eccleſia: *Contrà Rim. Iun. cōſ. 634. et 716. lib. 6. et ad Hond.
conſ. 85. num. 20. lib. 2.*
33 † An ex re vendita debitæ cedant lucro
emptoris, vel venditoris *Teſſ. dec. 56. num. 6.
Doct. in l. Iulianus. §. ſi fructibus. ff. de action.
empt. Didac. libr. 1. var. reſ. cap. 15. numer. 3.*
34 † De penſione in Vſufructuario *Caror. de
35 loca. par. 1. cap. 34. num. 10.* † Onus penſionibus adiectum cui cenſeatur iniunctum *Dec.
conſ. 156. num. 3. et ſub num. 4.*
36 † Quæ actio competat pro penſionibus
perſonalis an hypotecaria *Gigas de penſion.
q. 51. per tot. Caputaq. dec. 302. numer. 5. par. 2.*
37 † penſiones ſuper re Eccleſiaſtica non tranſire ad hæredes decedente Penſionario antequam dies venerit ſolutionis *Cabal. conſ.
38 ciu. 160. tom. 1.* † Vbi differre ab Vſufructua-
39 rio & alia † Vnde dicatur penſio an ad inſtar vſusfructus an ſit beneficium *Cabal. cōſ.
40 224. numer. 1. et ſeqq. tom. 1.* † An fructuario
comparetur *Menoch. conſ. 66. numer. 12. et de
effectu numer. ſeqq. et conſ. 72. num. 6. 7. lib. 1.*
41 † Quid in Reſignatario qui fructus & quomodo in eum tranſeant, vel maneant in Reſignante *Rot. Farin. par. 1. dec. 240.* & in vſufructuarij hærede quid de fructibus, penſionibus locationum, ſeruorum, & operarū
*vide Munoz. de ratioc. tom. 2. cap. 20. numer.
19. et ſeqq.*
42 † Alij ſunt etiam Caſus, vt in Retrahente
virtute pacti de quo *V. Teſſ. deciſ. 56. Viu. dec.
8. num. 13. Flam. de rub. conſ. 55. num. 22. vbi
Doct. confusè loquutos ait, et diſtinguit Rol. cōſ.
27. libr. 2. Mar. Anguis. conſ. 121. et alij ab ijs
citat. et Viu. dec. 8. nu. 13. Gratian. dec. March.
43 176. vbi alius caſus ad intra num. 85.* † Vel ſi
iure agnationis, aut vicinitatis *Tiraq. in 2.
retr. §. 5. glo. 4. Peregr. de fideic. art. 49. num.
98.*
44 † Vt inter antiquum Conductorē ac Colonum, & modernum eius ſucceſſorem *Viu.
dec. 8. num. 14. et ad infr. d. num. 85.*
45 † Vt inter ipſos Venditorem, & Emptorē
*ad l. curabit. C. de action. empt. & Viu. d. deciſ. 8.
num. 15. Lup. ad d. l. curabit. Comment. 5. §. 7. et
comment. 2. Menoch. conſ. 361. n. 37. lib. 4. conſ.
46 946. n. 24. & ſeqq. lib. 10.* † Vbi an a tempore
euentus conditionis ſint debiti fructus, &
quid ſtante promiſſione de vendendo, de
quo etiam *Natt. conſ. 384. nu. 6. & ſeqq. iunc.
47 nu. 10. 13.* † Et empto fundo veniunt etiam
fructus pendētes, multò magis futuri *Cald.
de emphyt. extinct. cap. 14. num. 31. & 32.* niſi
fuiſſent reſeruati *vt ibi Alia Munoz: de ratioc.
tom. 2. comp. ſeu cap. 26.* vbi pro rata diuidi
inter emptorē & vēditorem Reementem,
& de modo computādi fructus in quolibet
ſuo genere *vt num. 9. & ad infra num. 85.* &
data emptori dilatione ad ſoluēdum pretiū
facere fructus ſuos *Rice. par. 7. coller. 3003.*
48 † Vt ſi empti fructus ad vitam *Socin. conſ.
42. num. 6. 7. 8. lib. 3. & in l. qui Romæ. 122. in
princ. num. 20. 21. ff. de verb. oblig. Strad. par.
2. part. princ. 9. sect. 3. num. 84. in princ. & ad
Surd. declarantem conſ. 123. num. 11. 12. lib. 1.*
49 † An cōtractus ſuper vita ſit licitus *Cabal.
conſ. ciu. 65. tom. 1. Natt. conſ. 494. nu. 13. 14.
Surd. dec. 278. nu. 29. fallit vt per Natt. conſil.
548. num. 39.*
50 † Vt ſi emptum ſit ad vſumfructum *Did.
var. reſol. lib. 1. d. cap. 15. ſub nu. 7. verſ. ſed ex
communi.*
51 † Vt ſi empti ſint fructus, vel cenſus ſoluendi ex aliquo fundo *vt per Did. ibid. ſub n.
8. verſ. tertia ab eadem, & ſub n. 10. & 11. qui.*
52 † An legatum fundi, vt legatarius poſſit
viuere, vti, frui quouſq; viuat reſtringatur,
53 *vide Ferrat. cant. 2. nu. 3.* † & quid de annuis
redditibus, *Affl. in §. his conſequenter. nu. 16.
Franch. dec. 168. num. 13. & ſeqq. dec. 254. nu.
54 9. 11. 12.* † Annuū legatum pro primo anno purum, pro alijs conditionale, & alimentorum annuum legatum poſſe pro futuro
peti, licet ad pręſens non debeatur *Surd. dec.
55 120. num. 3. & fin. & de vtroque per tot.* † An
per vulgarem deferatur *idem dec. vlt.* ſed aduerte quia ſententia pro qua fuit facta illa
dec. fuit bis reuocata, & Mantuæ & Mediolani in reuiſione vt audiui a fide digno.
V. tamen Hodiern. ad eand. cū citat. per eū.
56 † An ab hærede, vel ab Vſufructuario ſoluendum *dec. 28. num. 6. & dec. 193. num. 1. 2.
57 & per tot. cum fallentijs.* † Si fructuarius non
poſſit ferre onus ſoluendi tale legatum *d.
58 dec. 28. nu. 7.* † Si in teſtamento dictum eſſet
ſoluenda legata ab hærede *d. dec. 193. nu. 2.*
ſi teſtator mandaſſet ſolui de bonis ſuis *ibid.
59 num. 7.* vel aliter ex coniecturis *num. 4.* † &
quando eſt annuum, tot ſunt legata, quot
60 ſunt anni *Surd. dec. 273. num. 10. 11.* † Si per-

Digitized by Google

petuo ſoltendum non excedenẽ anni. too.
Alex.conſ.60.lib. 1. quod tamẽ ſic ſimplici-
ter non admitte ſed declara *vt por Doctiſ.D.*
61 *meum Præſid.Bellon.conſ.2.num. 66. 67.* † &
etiam *ſcilicet in d.conſ.60.dicit Idem Alexand.*
ęquiparari Vſufructuario: *Amat.dec.March.*
62 54.† Vbi expirare tali tempore ſi eccleſiæ
factum de annuis introitibus ; *Franch. dec.*
63 168. *&* 254. † Vbi de legato ducat. too. an
veniant vſurę *ibid. & Surd.deciſ.*88. *& ibi nu.*
64 7. *& ſeqq.* † De legato nominis debitotis an
veniant vſuræ liuelli decurſi in vita defũcti
65 *& ad dec.* 28. † Vbi ẽt an debitę vſurę decurſę
66 in vita Teſtatoris, *et conſ.* 123. † Vbi an trã-
ſeat in hæredes, *et conſ.211.num.5.ſub num.*
67 18.19. † An ſit locus Iuri accreſcendi in le-
68 gato annuo , & in Vſufructu † & liuellos
exactos eſſe tanquam fructus hæreditatis,
& imputandos in crediti extinctionem *Id.*
69 *Surd.dec.92.n.5.* † Redditus & introitus eſſe
Synonima, & legatis 300. pro introitu poſſe
compelli hęredem ad pręſtandum fundum
tanti redditus *Surd.conſ.319.num.9. lib.3. et*
70 *ibid. num.* 12. † Quod vocabulum *redditus*
eſt plus quam *fructuum* nomen, *et ſub nu.16.*
ante fin. vbi reſpondet dicentibus idem eſſe
71 *iuncto fin. eiuſd. conſil.* † & aliud eſt eſſe *Vſu-*
fructuarium aliud adminiſtratorẽ Menoch.conſ.
72 *936.num.14.15.lib.10.* † Beneficiatos com-
parari magis Bonę fidei poſſeſſoribus quam
73 Vſufructuarijs *Bertr.cõſ.134.lib.7.* † & ibidẽ
de fructibus perceptis, & reconditis poſſe
beneficiatum diſponere, licet hoc de recòn-
ditis non putet eſſe neceſſarium, exemplo
Bonæ fidei poſſeſſoris , cum quo ſufficit
74 eſſe perceptos, *vt ibid.nu.3.* † & poſſe teſtari
aliquo caſu *patet ex Alex.conſ.15.num.1.lib.*
75 *2.conſ.101.num.1.et ſeqq.lib.7.* † A quo tem-
pore annus incipiat inter hæredem defun-
cti, & ſucceſſorem in beneficio *Peregr.de fi-*
deic.art.49.numer.102.Coſt.de ratio.ratæ q.29.
76 *num.9.et quæſt. 114. num.4. et ſeqq.* † Vbi de
multiplici anno. Item dari Iuramentum in
litem Succeſſori in beneficio contra hęredẽ
77 defuncti *Surd.conſil.333.ſub num. 23.* † Poſſe
Clericos de proprijs bonis diſponere pro
arbitrio *Menoch.conſ.323.num.31.32.libr.5.*
78 † *et ibi à num.28.et ſeqq.* An Papa cenſeatur
79 donare de ærario Apoſtolico † & fructus
Clericorum ad hęredes tranſire, & quando
poſſint diſponere etiã de diſtributionibus
quotidianis, & præbendis , & alijs proprijs
latiſſime *Ioan.de Anan. et ad add.ad eund.cõſ.*
80 88. *per tot.et ad infra nu.85.* † In materia vẽ-
ditionis fructuum diſtingue, *vt per Surd.cõſ.*
81 155. *numer.1.et ſeqq.* † At de differentia em-
ptionis, *fructuum, redditũum, emolumentorũ,*
prouẽtuum, penſionis, canonis ab emptore cẽ-
82 ſus † & quod per viam dationis in ſolutum
poteſt conſtitui Cẽſus *Surd.cõſ.82.lib.* 2. quę

pro occaſione remiſſiuè ſat ſit innuiſſe, aut
proprios auctores retuliſſe; ad quos remitto
83 † *Addendam tamen putaui ſequentẽ excellẽt.*
Senatus. noſtri deciſ. ad maiorẽ eorum, quę dice-
bamus ſupra numer.9.et ſeqq. enucleationem et
firmitatem. Maxime quia poſt hæc ſcripta
ſuperuenit deciſio & in cauſa ipſe quoque
votaui cum fundamentis vt ſupra iam per
me ſcriptis, & alijs vt ad finem eiuſdem met
deciſ. ex Vrbano VIII. prędenti ſummo
Pontifice, quem D.O.M. regat, protegat, &
ad vtilitatem omnium chriſtianorum direc-
tum conſeruet.

Sequitur deciſio prædicta Perilluſtriſ. et di-
ſertiſſimi D. Senatoris et cauſæ Relatoris
Pergami Domini mei.

Reuerendiſſimi D. Abbatis de Ruuere,
Contra
Communitatem Balangierij.

Communitas Balangerij conuenta coram Excellẽtiſſimo Senatu ad ſolutionem quorundam fructuum decurſorum à D. Abbate de Ruuere, excipiebat partem dictorum fructuum non ſpectare ad ipſum D. Abbatem, ſed ad hæredes D. Abbatis prædefuncti, cuius vita durante dies ſolutionis ceſſerat, et qui iam egerat contra Communitatem, *et ſententiam obtinuerat.*

Senatus condemnauit Communitatem *prædictam ad ſoluendum etiam fructus decurſos in vita beneficiati defuncti, media cautione præſtãda per D. Abbatem Actorem de releuando Cõmunitatem prædictam pro decurſis prædictis, quatenus opus eſſet.*

Fundamentum ſententię, primò in Bulla Iulij tertij; quæ diſponit quod fructus maturati tempore Prædeceſſoris beneficiati, non exacti, etiam eo caſu, quo dictus Prædeceſſor feciſſet omnem diligentiam vt exigeret, pertineant ad Succeſſorẽ in beneficio, quæ bulla practicatur vt per Mareſc.var.reſol.lib.2.cap. 2. & iuxta eam Senatus iam decidit Teſ.deciſ.143.

Et licet hęc Bulla videatur tantum procedere in beneficijs adminiſtrationem habentibus, non autem extendi ad beneficiatos ſimpliciter ſine adminiſtratione vt per Io. Bapt. Ferret.conſ. 256. *qui hac ratione latè docet hanc Bullam nõ trahi ad Commẽdatarios & per* Rim.Iun.conſ. 716.num.13.lib.6. ſicut *nec trahitur ad Penſionarios* Teſ. in d.deciſ.143. in fin. *& in addit. nihilominus Senatus cenſuit vt ſupra, quia non conſtabat ex actis de qualitate huius beneficij, an eſſet cum adminiſtratione an ſine, iuxta diſtinctionem notatam per* de Graph. deciſ. aurearum lib.2.cap.99.num.8. *vnde in dubio ſtandum erat generalitati, cum qua loquitur dicta Bull. Iulij tertij ſupra allegata.*

Secundò fundatur ſententia quia D. Abbas

actor

actor eſt notoriè nepos D. Abbatis prædefuncti, & per conſequens hæres abinteſtato vnde quatenus etiam hi fructus decurſi poſſint pertinere ad hæredem ipſe D. Abbas fouebat in ipſis ius.

Fuit tamen ordinata cautio fauore Communitatis, vt ipſi eſſet plenè perſpectum, tàm caſu quo aliqui hæredes inferrent aliquam moleſtiam pro iiſdem decurſis, quàm caſu quo collectores Cameræ poſſent aliquid prætendere iure ſpolij, quia bulla habet tantum locum in locis vbi non adſunt collectores, vt in declaratione bullæ impreſſæ in bullario fol. 506. *& iſti fructus inexacti veniunt etiam appellatione ſpolij* Redoan. tract. de ſpol. qu. 1. num. 7. Rim. Iun. d. conſ. 716. num. 35.

84 † Hactenus dec. Doctiſſimi I. C. D. Sen. Pergami *cui vltrà dicta hic per nos ſupra num. 9. & ſeqq. adde nouiſſimè Vrban. VIII. conſtit. 8. §. 6. quem refert Aug. Barbo. In collectan. bullarij &c. in verb. fructus. verſ. fructus beneficiorum pag. 386. in princ.* vbi fructus beneficiorum non exactos non comprehendi in facultatibus teſtandi, quæ non derogant decreto Cameræ, regulis & conſtitutionibus huiuſmodi & in Regno Neapolis beneficiorum reſeruatorum fructus à die vacationis per obitum Cameræ Apoſtolicæ incorporari *ex Pio V. conſtit. 20. ſub 8. Ianuarij. 1567. refert Barbos. vt ſupra in verb. Beneficiũ. 1. verſ. beneficiorum pag. 59. in fin.* & etiam fructus beneficiorum tempore obitus eorũ, (qui cum Camera transegerunt) pendentes vel nõ exactos ad Camerã ſpectare *ex Sixto V. Conſt. 90. ſub 1. Ianuarij 1589. refert Idem Barbo. ſuper d. verb. fructus. verſ. pr. pag. 385. Adde ad penſiones ſupra cap. 57. partic. 2. num. 36. & ſeqq.*

85 † Alia varia ſimul cumulata in materia fructuum vide etiam plenè *per Reuerendiſſ. Ricc. part. 1. Collect. 159. per tot.* vbi de fructibus ſubhaſtatis, In retrahente vbi limitatio. In maioratu, In venditione conditionali, In dote quoad fructus pendentes, In fructibus tẽpore ſententiæ, In emptore an ſint fructus pro rata colonica, quo tempore ſoluere debeat fructuum debitor, an licitum pactum de fructibus pignoris nõ computandis in ſortem, An in trebellianicam imputentur, quid in legitima, An maritus reſtituat fructus paraphernalium, ſi debiti Agnatis an à tempore mortis, An non petiti veniant in Iudicio reintegrandæ, An fructus futuri poſtea percepti à Conductore veniant in obligatione bonorum, An veniant poſt purificatum fideicommiſſum: quid & à quo tempore in bonæfidei poſſeſſore, vbi limitatio. quid in ſucceſſore in beneficio Quando à die intruſionis vt in beneficio reſeruato, in ſpolio violento. Quid in petitorio. quid in beneficio renunciato; An clericus de fructibus beneficij teſtetur. quid in term. *l. 2. C. de reſc. vend.* An exequi in fructibus vxoris pro debito viri: Quid ſi omittatur condemnatio in ſententia, An locator dicatur perceptor fructuum: Quid in interdicto Vti poſſidetis: quomodo fructuum perceptio probetur; num diſtributiones quotidianæ, de fructuum liquidatione legitima An lite pendente ſi diſſipentur aut ſit ſuſpitio dilapidationis poſſint ſequeſtrari, An ſaltẽ poſt appellationem: Hæc ad augendam fidem eorum quæ hic *tot. hoc cap. & alio 53. infra* iam ipſi pro maiori parte tetigimus, propter tot iudicata per eum cumulata, quibus omnia & ſingula prædicta *& infra d. cap. 53.* dicenda confirmantur.

CAP. SEXAGESSIMVM.

De fructibus primogenij vel fideicommiſſi.

SVMMARIVM.

1 *Ad quem pertineant fructus maioratus, ſeu primogenij pendentes tempore obitus poſſeſſoris contrariæ opiniones, & nu. ſeqq.*

Quidam pro rata eſſe diuidendos. eod. 1.

2 *Alij contra vt omnes ad ſucceſſorem in maioratu pertineant.*

Quæ dicitur verior. ſub eod.

3 *Exemplo fideicommiſſi.*

4 *Cuius tex. ad propoſitum dicitur pertinere etiam ad maioratum.*

5 *Reſpondetur ad contraria ex l. diuortio &c. & num. 6.*

7 *Alia de fructibus rei legatæ, hæreditatis, aut fideicommiſſi remiſſiuè.*

8 *De penſionibus.*

9 *De intereſſe, penſionibus, & annuis redditibus ex cauſa maioratus.*

10 *Ad intereſſe decurſum pendente tempore reſtitutionis an hæres, an fideicommiſſarius teneat.*

11 *An fructus pendente conditione fideicõmiſſi percepti lucro hæredis cedant, an in legitimã vel trebellianicam imputandi.*

12 *Quid ſi teſtator iuſſerit reſtitui, aut imputari in legitimam.*

13 *An reſticuendi fideicommiſſario.*

14 *An percepti poſtquam dies fideicommiſſi ceſſit ante moram hæredis cauſatam ex negligentia fideicommiſſarij non petentis.*

15 *An credita exacta veniant in reſtitutionẽ fideicommiſſi.*

16 *De fideicommiſſo cum onere portandi arma & inſignia.*

17 *Quid facere debeat cum onere huiuſmodi inſtitu-
tus.*
18 *Grauatus fideicommiſſo poteſt vtiles expenſas
expoſcere.*
19 *Etiam quod ſciat ſe grauatum fideicommiſſo.*

1 A†D quem pertineât fructus maioratus,
aut primogenij pendentes tempore
obitus poſſeſſoris? quidam putant pro rata
fore diuidendos idq; ob onera plerunque
eis annexa arg.l.diuortio.ff. ſol.matrim.quam
opinionem dicit æquiorem Mol. de Hiſpan.
primog.lib.3.cap.11.ſub nu.12.cum ſeqq. Did.
var.reſ.lib.1.cap.15.ſub num.14. Schrad.part.
2.part.princ.9.ſect.3.num. 88.D. Morot. reſp.
31.ſub num. 29.verſ. ſi verò pendentes. Coſt.de
ratio.rat.q.113.num.3.verſ.ſi verò pendentes:
2 † Alij contra, vt omnes fructus tranſeant in
nouum maioratus ſucceſſorem relati à Mol.
d.cap.11.ſub num.11.verſ.quod autem fructus
maioratus.& ibid. ità fuiſſe iudicatum: & hæc
in puncto iuris eſt verior, quia dominium
ſtatim in eum transfertur, per reg. quod fru-
ctus ſequuntur Dominum fundi l. fructus
3 pendentes.ff.de rei vind.† exemplo fideicom-
miſſi de quo eſt tex.in l. Herennius. 42. ff. de
4 vſur.l.mulier.22.§.ſi hæres.ff.ad treb. † quam
l.Herennius etiã in maioratu obtinere pa-
tet ex ſententia Eman.à Coſta. relati per Mol.
5 ſub d.nu.11.verſ.Emanuel à Coſta.in fin.† Nec
abhorret ab ęquitate ipſa, nam non eſt recta
comparatio.l.diuortio & dotis cum maioratu,
quia in d.l. diuortio, & in dote ſtant inter ſe
inuicem correſpectiue, & principaliter fru-
ctus, & onera, ideo militant iura citata ſupra
cap.57.part. 8. In maioratibus nequaquam,
quinimo commoda ſolent eſſe plerunque
maiora, & onera leuia: In illis principale eſt
commodum honor amor, & ſimilia, onus
6 verò in quandam conſequentiam† prout ita
reſpondit Emanuel à Coſt.vt refert Mol.d.verſ.
Emanuel.à Coſta ſub d.num.11. & ita latè diſ-
putando etiã tenet poſt hæc ſcripta viſus Bar-
boſ.ad d.l.diuortio. num.1.& ſeqq. ff. ſol.matr.
contrà Mol. & cæteros contrariæ ſententiæ
Docto. Gamm.dec.308.num.6.& ita etiã fuiſ-
ſe in term.maioratus pronunciatũ refert Perez.
de Anniuerſar.& Capellan.cap.11.numer.25.
& licet multi aduocati mirarentur, eò quod
vidiſſent contrarium pronunciatum ex Did.
lib.1.var.reſol.cap.15.nu. fi. vt ipſe ibid.refert
Idem tamen non miratur cum legerit §. is
verò.inſt.de rer.diu. vbi vſufructuarium nõ
facere fructus ſuos, nec ad hæredem tranſ-
mittere, licet ſint maturi, antequam ſint p-
cepti, & per l.Herennius.42.ff. de vſur., vbi
fideicommiſſarium facere fructus ſuos, nec
ad ſucceſſionem pertinere licet maior pars
anni ante diem fideicommiſſis cedentem
præteriſſet. late de hiſce inuicem pugnan-
tibus opinionib. & etiam contrarijs iudica-
tis diſcurrit. Munoz. de ratiocin. tom. 2. Cap.
20.num.1.& ſeqq.vbi tandem ſub numer.10.
cõcludit opinionem quod pro rata in praxi
ſeruandam, Alteram vero quod omnes fru-
ctus in ſucceſſorẽ tranſeant, in puncto iuris
eſſe veriorem quàm ibid.num.ſeqq. defendit
contrarijs reſpondendo.
7 † Reliqua de fructibus rei ligatæ hęredi-
tatis, aut fideicommiſſi V.Menoch. conſil.88.
nu.25.& ſeqq.lib. 1. diſtinguentem percep-
tos, vel pendentes ante aditam hæreditatẽ,
aut poſt aditam ante euentum conditionis,
vel poſt, aut ante factam ſementem per hæ-
redem pendente cõditione fideicommiſſi,
& ad l.in fideicommiſſariam ff.ad Treb.& adde
(vltra citat.infra cap.65. num.77. & ſeqq. &
Did.et Mol.in pręcit.loc.) Sim.de pret.de interp.
vlt.vol.lib.3.dub.5.ſol.2. ſub num.11.et lib.4.
ſol.7.num.50.et ſeqq. Rol.conſ. 28.lib.1.Mãt.
de coniect.etc.lib.7.cap.10.Peregr.de fideicom.
art.49.et de iure fiſci lib.6.tit.4.num.35.Cęph.
8 conſil.49.50. Menoch.de arbitr.Caſ.256.† De
penſionibus autem l.poſtulante. §. ſed in hu
iuſmodi.ff.ad Trebel.Fran. dec.13.num.5.Mol.
d.cap.11.num.17. Mant.d.cap.10. ſub nu.35.
9 † De intereſſe, penſionibus & annuis reddi-
tibus ex cauſa maioratus Mol. libr.3.capit.4.
10 nu.12.17.de Hiſp. primog. † Ad intereſſe de-
curſum pendente tempore reſtitutionis, an
hæres an fideicommiſſarius teneatur Paul.
de Caſtr.in l.deducta.§.qui poteſt.ff.ad Trebell.
Franc.d.deciſ.13.in fin.et dec.49.per tot.Mar.
11 Anguiſ.conſ.121.numer.13.14.† An fructus
pendente conditione fideicõmiſſi percepti
hæredis lucro cedant, an verò in legitimã,
vel Trebellianicam imputentur Gayl.obſer.
133.lib.2.Mangil.latè de imputat.cap.17.cap.
12 124.et cap.125.† Item quid ſi teſtator iuſſe-
rit reſtitui, aut aliàs imputari in legitimam
13 Surd.dec.21.per tot.dec.25.nu. 24.† An reſti-
tuendi fideicommiſſario Id. dec.25.
14 † An percepti poſt quàm dies fideicom-
miſſi ceſſit ante moram hęredis propter ne-
gligentiam fideicommiſſarij non petentis
Crau.Conſ. 316.nu.2.Gabr.ad Treb.concl.12.
15 Surd.dec.25.ſub num.23.& ſeqq.† An credi-
ta exacta veniant in reſtitutionem fideicõ-
16 miſſi, † & de fideicommiſſo cũ onere por-
17 tãdi arma, & inſignia Teſſ.dec.270.† & quid
facere debet inſtitutus cum onere tali Guid.
Pap.q.251.Card.Tuſc.lit.l.concl.150.num.6.
18 Sat ſit breuiter retuliſſe.† Et hæredem gra-
uatum fideicommiſſo poſſe vtiles expenſas
in re fideicommiſſo obnoxia factas expoſce
re l.domos hæreditarias. de lega. 1. l.mulier §.
ſed enim.l.vbi purè.§.qui in diſtrahẽdis.& ibid.
19 Docto.ff. ad 5. cap.Trebel. † etiam ſi ſciat ſe
grauatum fideicommiſſo Peregr. art.50.nu.
39. Franc.dec.109. Marza.de fideicom.q.65.
Nicol.

Digitized by Google

Nnol. Bellon.conſ.65.num.12.13.Rolan.conſ. 28.libr. 1.Menoch.conſil.454.numer.4.conſil. 496.num.51.conſ.689.nu.13.Crau.conſ.790. num.12.Petr.de fideic.q.15.num.131.& 264. ad Menoc.de recuper.rem.15.num.507.508. Mareſc.cap.110.lib.2.

CAP. SEXAGESSIMVM PRIMVM.

De fructibus bonę vel malę fidei poſſeſſoris in iudicio particulari.

SVMMARIVM.

1 An poſſeſſor faciat fructus ſuos diſtinguitur an bonę fidei vel malæ.& ſeqq.
2 Antynomia inter l. benæ fidei. 48. ff.de acq. rer.dom.& l qui ſcit.in fin.ff.de vſufr. & in l.qui bona fide.ff.de acq.rer.dom.proponitur.
3 Et hos text. eſſe inconciliabiles ex quorumdam ſententia.
4 Et reiectis alijs conciliationibus.
5 Rectè poße conciliari ſecundum alios.
6 Auctor putat eſſe conciliabiliſſimos, & inter ſe benè congruere, ſibique inuicem adminiculari.
Regula conſtituitur vt bonæ fidei poßeſſor interim dum eſt talis faciat fructus ſuos. ſub eod.
7 Etiam quod ob vitium rei non poſſet eſſe locus Vſucapioni.
8 Et ratio differentiæ.
9 Ne incipiat mala fides eſt quid facti non iuris.
10 Quomodo quis in bona vel mala fide conſtituatur.
An mala fides ſuperuenta ſufficiat ad diuertendum poſſeſſorem à perceptione fructuum. ſub eod.num.11.12.& 13.
14 Nemo tenetur ius ſuum indiſcuſſum relinquere.
15 An reuocabiliter an irreuocabiliter fiant fructus ſui.
16 Fructus extantes reuocabiliter.
17 Conditio exiſtens non efficit vt deſinat eſſe haredis, facit he interim eius eſſe videantur.
18 Verba loco pęnè Domini in l. bonæ fidei, põderantur.
19 Fructus verò conſumpti irreuocabiliter. & nu. 20.
21 Siuè quis factus ſit locupletior ſiuè non.
22 Quod dicitur de fructibus an procedat etiam in induſtrialibus declaratis l. qui ſcit.§.fin.de vſur. & l. bonę fidei ſupra relata.cum §. ſi quis à non Domino. Inſt. de rer.diu.& ſeqq.
23 Pro cultura verba indicant fructus induſtriales.
24 Pro cura naturales.
25 Licet curam aliqui reſtringant ad animalia.
26 Bonę fidei poſſeſſor facit fructus ſuos omnes.
27 Verbum placuit, eſt Legiſlatoris.
28 Non obſtante l.qui ſcit.
29 Bonæ fidei poſſeſſor an etiam non extantes reſtituat.
30 An de perceptis tantum teneatur an etiam de percipiendis.& ſeqq.
31 An emens rem alienam legitimo modo.
Res aliena emi & vendi poteſt.ſub eod.
32 Licet non teneat venditio ad præiudicium Domini.
Tenetur de perceptis tantum extantibus vel cõſumptis.ſub eod.
33 Violenter ingrediens poſſeſſionem alterius tenetur etiã de percipiendis, ideſt qui veriſimiliter percipi potuerunt.et num.34.
35 Et hi qui ſinè titulo.
36 Hæres qui detinet rem legatam.
37 Qui detinet rem pupilli aut Eccleſiæ licet cum titulo.
38 Qui titulus ſit inualidus non ſeruatis ſeruandis.
39 Contrà pupillum aut minorem nunquam excuſatur à percipiendis malæ fidei poſſeſſor.
40 Et contra omnes.
41 Violentia fit etiam ſine armis.
42 Reſtituuntur fructus à die occupationis.
43 Tametſi non fuerint petiti.
44 Ab ipſamet traditione, quia res ſemper à minore cum fructibus recuperatur.
45 Vt in datione in ſolutum nulla.
46 De modo conſiderandi fructus qui veriſimiliter percipi potuiſſent.et num.47.
48 Et quid ſeruandum in probatione perceptionis fructuum.
49 Generalis regula ſit malę fidei poſſoſſorem non teneri niſi de perceptis.
Quicquid ſint diſſentientes. ſub eod.
50 Qui conciliantur.
51 Probationes admittendæ de fructibus prout veriſimiliter et communiter percipi potuerunt.
52 Hac multò magis ſi titulus ſit lucratiuus.
53 Si probatum ſit qui fructus ſint re vera percepti.
54 Qui ſint percepti & qui percipiendi.
55 De modo liquidandi fructus.
56 Fructus percepti ex meliorationibus non debentur.
57 Mala fidei poſſeſſor deducit expenſas & fructus intelliguntur deductis expenſis.
58 An compenſare.

De

59 De expenſis in reficiendo caſtro.
60 Cum intereſſe pretij ſoluti fructus compẽſantur et in contractu minoris.
Quod procedit ſi opponatur de cõpenſatione. ſub eod.
61 Dationem in ſolutum nullam etiam de bonis minoris non cauſare fructuum reſtitutionem quidam dixerunt, ſed contra iudicatum. et num.62.
63 Alij quod fructus percepti a manutento in poſſeſſione, maximè poſt ſententiam non ſint reſtituendi.
64 Niſi ex falſa cauſa facta ſit immiſſio.
65 Alia de excuſando à fructuum reſtitutione poſt latam ſententiam.
66 Emens à non minore, aut Eccleſia rem alienam titulo inualido facit fructus ſuos conſumptos.
67 Quod tamen declara. vt num.68.
Qui facit fructus ſuos nunquam facit quatenus eſt factus locupletior. ſub eod.
69 Contrà.
70 Et adhuc Contra.
71 An quis factus ſit locupletior quomodo probãdum.
72 Alia ad idem de bonæ fidei vel malæ poſſeſſore remiſſiuè.
73 Alius caſus de eo qui nec eſt omnino malæ fidei poſſeſſor nec omnino bonę et ſeqq.
74 Qui cõtrà iura mercatur bonæ fidei poſſeſſor non eſt.
75 l.fructus.45.ff.de vſur.declaratur.
76 Et l.ſi vxor.20.ff.de donat.int.vir.& vxor.
77 Scire dicitur poſſeſſor poſteaquam Dominus declarauit, rem in iudicium deduxit.
78 Perueniſſe dicitur aliquando dubitatio tantum non mala fides.
79 Quæ ſit bona vel mala fides et an detur medium.
80 Poſſunt ſimul hæc ſtare, quod quis ſciat debitum ſed mala mente non retineat.
81 In acquiſitione non eſt neceſſaria bona fides, ſed ſufficit quod abſit mala, quia inter bonam & malam fidem datur medium.
82 Aliud eſt mala fides, & aliud defectus bonę fidei.
83 Fructus induſtriales fiunt Coniugis poſſeſſoris, naturales non. num.90.
84 Et ratio. & num.91.
Ex perceptione fructuum induſtrialium nihil diminuitur de iure alterius. ſub eod.
85 Et ratio.
86 Quæ probatur. & num.87.
88 Vſuræ perueniunt ex induſtria & opera noſtra & dicuntur fructus ciuiles.
89 Nec dicuntur natura percipi.
91 Opera & induſtria propria non debet vnquam eſſe damnoſa.
Donatio inter Coniuges prohibita ne quiſquam eorum pauperior fiat. ſub eod.
92 Aliud quoad fructus naturales & ratio. & nu. 93.
94 Quod retinetur ex re non donata retinetur ſine cauſa & condictio competit.
95 Augumenta natura ipſa prouenientia diſtinguuntur ab induſtrialibus.
96 l. fructus. de vſur. cum l. bonę fidei, & alijs concordatur.
97 Docto. variè ſe extorſerunt in hiſce locis conciliandis.
97 Inter quos quidam ſe brauium attigiſſe profeſſus errauit.
99 Omnium conciliationes nouiſſimè Confutatæ per Fabr. & bene in hoc, non benę in conciliatione ſua.
100 Dum recurrit ad correctionem text.
101 Quæ eſt contra lectionem vulgatam & florentinam.
102 A correctione textuum abſtinendum.
103 Morte confirmata donatione inter virum & vxorem debentur fructus à tempore donationis.
104 Quid de fructibus extradotalibus perceptis à marito. & num.105.

1 AN † poſſeſſor faciat fructus ſuos diſtiguitur, vel eſt bonę fidei, & facit, vel malę & non facit l. qui bona fide. 23. l. bonæ fidei emptor. 48. ff. de acquir. rer. dom. l. qui ſcit. §. pen. & fin. ff. de vſur. §. ſi quis à non Domino Inſt. de rer. diuis. Peregr. de materia plenè de fideic. art. 49. num. 109. & ſeqq. Coſt. alios referens, de ratio. ratæ. q. 136. Papiens. in form. libel. act. realis verſ. ſimul cum fructibus. D. Tepat. in repert. ſuo. var. iur. ſent. tom. 1. tit. de fructib. in genere: Caroc. de locat. par. 2. q. 111. pleniſſimè Lamberteng. de contract. glo. 1. à nu. 109. vſque ad numer. 262. cum alijs inf. citand. Valent. in tract. diff. int. vtrũq. for. in verb. fructus.
2 † Sed inter dictos textus videtur contrarietas in eſſe, id eſt inter l. bonæ fidei. vbi ſi quis putet rem vendentis eſſe cum traditur, inde ſciat rem alienam fructus ſuos non facit, in d. l. qui ſcit. in fin. dicitur ſatis eſſe bonam fidẽ adeſſe initio ſationis, nec refert an poſt mala fides ſuperueniat, in alia verò l. qui bona fide. 23. ad fi. prin. dicit an quis in bona, vel mala fide ſit ſingula momẽta eſſe inſpicienda,
3 † quos tex. eſſe inconciliabiles, nec ſine manifeſta calumnia poſſe conciliari cenſuit
4 Eguin. Baro. ad d. §. ſi quis à nõ Domino: † Et reiectis alijs conciliationibus Menoc. de recup. rem. 15. num. 613. & ſeqq. Did. var. reſol. cap.
5 3. ſub num. 7. lib. 1. † At benè eos conciliari putat ex ſua opinione Laderch. conſil. 165. num. 6.
6 † Ipſe cenſeo eſſe conciliabiliſſimos, & optime inter ſe congruere dictos tex. & ſibi inuicem adminiculari, Quinimo alterum
ad

ad alterius intellectum inſeruire, & vnum
ex altero ſequi, Conſtituo in primis regulā
quod bonæ fidei poſſeſſor *interim*, dum eſt
in bona fide, vel fructus iam percepit, & à
ſolo ſeparauit faciat fructus ſuos *ex d.l.bonæ*
7 *fidei emptor.in princ.*† Idq; adeò verum eſſe,
vt etiam procedat eo caſu, quo ob vitium
rei alias vſucapioni non poſſet eſſe locus,
ſeù res non poſſet vſucapi, *vt ſubdit ſub idem*
princ. verſ. nec intereſt, ratio eſt, quàm mox
8 *tradit ead.l.ſub verſ.in contrarium*, † Quia ne
incipiat vſucapio, eſt quid iuris, quod eſt
in poteſtate Legislatoris, ea verò quæ ſunt
facti non ſunt in eius poteſtate, & ideò cō-
ſtituere ne vſucapio procedat, quia cōſiſtit
in Iure poteſt, & ideſt quod ſubijcitur (ibi)
Hoc enim ad Ius, *ideſt ad capionem pertinere.*
adde Did. Conar.ad idem in cap.poſſeſſor par.2.
9 *relect.§.7.ſub num.6.* † At ne incipiat mala
fides in me, aut alio poſſeſſore, non eſt iuris
ſed facti, & huc reſpiciunt *verba einſd.l.bonę*
fidei, ibi, *illud ad factum pertinere, & ad Didac.*
in loco mox cit. Quarè cum ſemel hoc in ab-
ſtracto ſtabilitum ſit, Bonæ fidei poſſeſſorē
facere fructus ſuos, Malę autem non facere
10 *iuxta d. l. bonæ fidei* † Oportebat adhuc in-
ſpicere in concreto (vt ſic dicam) quando,
& quomodo quiſque in bona, vel mala fide
conſtituatur, quàm in rem comparata *eſt*
alia lex.qui bona fide 23.ad fin.prin. Vbi ait an
quis in bona, vel mala fide ſit, ſingula mo-
menta eſſe inſpiciēda, & rectè, quia qui mo-
dò eſt in bona fide, poteſt eodem inſtan-
ti informari rem alienam eſſe, & ità eodem
inſtanti vel momento in mala fide cōſtitui.
Fac autem eum qui eſt in bona fide nunc,
nunc etiam demum informari rem alienam
eſſe, & ità malę fidei fieri, hoc ipſo temporis
momento, quo cępit eſſe informatus *ſecun-*
dum eand.l.qui bona fide.23. An mala hæc fi-
des inde exorta, ſit ſufficiens ſola, & de per
ſeſe ad diuertendum poſſeſſorem à perce-
ptione fructuum, ſeù ad faciendum, vt ab
fructibus percipiendis abſtinere debeat.
11 † Hoc erat tertium dubium reſoluendum
non clarè deciſum ab vllo *ex dd. duobus tex-*
tib.nam l. qui bona, rem indeciſam relinquit in
puncto hoc, illud tantum dicit, *& magis eſt vt*
ſingula momenta ſpectemus, quibus verbis nō
video pręciſam deciſionem contineri, nec
formale reſponſum ad quęſtionē eo in tex.
motam, An ſeruus adquirat poſſeſſori, qui
incepit ſcire ſuum non eſſe, *In alia verò l.*
bonæ fidei, ſub verſ. in contrarium, idem: quia
mota eadem quæſtione, nil aliud dicit quā,
Verendum ne non ſit bonæ fidei poſſeßor quāuis
capiat.
12 † Quare in hac harum legum obſcuritate
ſuperuenit alia *l.qui ſcit.§.fin.ff.de vſur.* quæ
reſpondendo punctualiter ad propoſitam
eandemmet quæſtionem eam ex profeſsò
reſoluit: Dico punctualiter, *quia vtrob.q., &*
in §.pen.& d.l.bonæ fidei, eſt idē thema de bonæ
fidei emptore; & vtrobique & in §. pen.& in l.
qui bona fide. ad fin. princ. eſt idem thema de
ſeruo, qui bona fide ſeruit, vt vel hinc con-
uenientiam Iurecōſultorum inter ſe augu-
rari incipias, magis quam diſcordiam inter
eos.
13 † Itaque reſoluitur *eo tex. §. pen. & fin.l.*
qui ſcis. illam ſimplicem malam fidem non
ſufficere, quoad percipiendos fructus, *vt ait*
tex. ideſt quoad effectum diuertendi animū
poſſeſſoris à perceptione eorū, debet enim
continuare, quouſque res actu euincatur,
nam interim & quandiù actualiter nō euin-
citur fundus, dicitur eſſe Bonę fidei poſſeſ-
ſor, ſaltem, *vt dictum eſt*, ad effectum fructuū
percipiendorum, ecce verba clara, *Bonæ fi-*
dei emptor quoad percipiendos fructus intelligi
debet, quandiù euictus fundus non fuerit.
14 † Et ratio rationis eſt, quia nemo tenetur
ius ſuum indiſcuſſum relinquere, *Ang. in*
ſpecie in d. §. ſi quis à non Domino. ſub num. 3.
verſ.de præceptis.Inſt.de rer.diu.ego dec.Bonon.
11. numer. 59. Bertr. conſil. 193. numer. 168.
lib.5.
15 † Sed nec hoc ipſum ità indiſtinctè intel-
ligendum erat, quid enim ſi verus Dominus
petat & ſententiā obtineat declaratoriam
rem ſuam eſſe? an illi fructus fuerint irreuo-
cabiliter facti Poſſeſſoris; minime, ſed reuo-
cabiliter, ſi quidem in effectu eos fructus nō
lucri fecit, *cum victus ſit, et ideſt, quod in tex.*
ad hoc comparato, continetur *in l.et ex diuerſo*
16 *35.§.1. ff.de rei vindic.* † & ad idem *conferūt*
alij. tex. diſtinguentes fructus extantes ab cō-
ſumptis, vt ſi extiterint agi poſſit, & veniāt
reſtituendi, quippe facti poſſeſſoris reuoca-
17 biliter tamen, *vt in d.l.qui ſcit. §.pen.*† Neq;
enim hoc (quod interim reuocabiliter fru-
ctus fiant Poſſeſſoris, eſt inconueniens *ad l.*
1.§.ſerui appellatione.ff.ad Sylan.ibi, Nec quod
conditio exiſtens efficit, vt deſinat eſſe hæredis,
18 *facit ne videantur interim eius eſſe.* † Et pro-
ptereà notanda verba, *loco penè Domini. In-*
terim.etc.vt in d.l.bonæ fidei, et valdè in propo-
ſito Pereg.de fideic.art.49.n.138. vbi iure poſ-
19 ſeſſionis id fieri, † In altero verò caſu vbi
conſumpti, irreuocabiliter omnino, & *hic eſt*
locus in d. §. ſi quis à non Domino, ibi, et ideò ſi
poſtea Dominus ſuperuenerit, et fundum vendi-
cet de fructibus ab eo conſumptis agere non po-
teſt, namque, dum ibi tex. facit mentionem de
conſumptis tantum, ad eos tantum ſe vide-
tur reſtrixiſſe, & ex eorum incluſione alios
nondū cōſumptos excluſiſſe *ad l.cum prętor.*
ff.de iud. reſpondet tex. in l.quæſitum.40.in fin.
ff.de

Digitized by Google

20 *ff.de acq.rer.dom.* † quo loci fructus,& operę
ſeruorum(qui ſunt duo caſus *in d.d.l.l.ſupra*
enunciati)coniungũtur,vt quo caſu fructus
conſumpti fiunt poſſeſſoris bonæ fidei irre-
uocabiliter, ſic & acquiſita ex opera, & re
21 ſeruorum,vt ibi † ſiue factus ſit locupletior,
ſiue non *Bec. conſ.95. num.25. Laderch.conſ.*
165. ſub num.7. vbi reuocabiliter & irreuo-
biliter,vt ſupra in term.noſtris.
22 † Verùm nec huc vſque adhuc quæſtio-
ni in propoſito finis impoſitus fuit,nam an
quod dicitur de fructibus, id procedat in
omnibus, & in naturalibus, & in induſtria-
libus,adhuc remanebat dubium, & verò ſe-
cundũ *d.l.qui ſcit.§.fin.de vſur.* videtur quod
tantum in induſtrialibus eo ipſo quod fun-
dum ſatum fuiſſe præſupponit. *Secundum*
verò l.bonæ fidei emptor. ff.de acq.rer.dom. vi-
detur quod in omnibus induſtrialibus, &
naturalibus, *vt ibid.ſub princ.cũ qua concordat*
d.§. ſi quis à non Domino, vt indicio ſunt ver-
23 ba, ibi, *pro cultura* † Quo verbo indicantur
24 induſtriales, *et cura.* † quo naturales *ad l.fruc*
tus. §.non ſolum. ff. ſol.matr.ad Caroc.de loca.
par.2.q.111.num.12.
25 † Quicquid curam reſtringat ad anima-
lia *Laderch.conſ.165.ſub nu.2.col.ſeq.ad prin.*
nam erroneam eſſe omninò opinionem de-
tegit *hic §. ſi quis non Domino*, vbi ſolum de
fructibus fundi loquitur,& tamen vna cum
26 cultura applicat, & curam † Veritas eſt vt
bonę fidei poſſeſſor faciat fructus ſuos om-
nes, eſt enim regula ex profeſsò tradita *in*
d.l.bonæ fidei.38. in princ. non ordinario mo-
do promulgata,ſed(vt magis hæreret)cum
emphaſi, & amplificatione quadam *ſub illis*
verbis latente, non tantum eos qui diligentia,&
opera eius peruenerunt, ſed omnes, & confir-
mata adhuc cum rationis adiunctæ baſi,
& fundamento *in d. §. ſi quis à non Domino*,
ibi, *Naturali ratione placuit fructus quos per-*
27 *cepit eius eſſe pro cultura,& cura.* † Vbi vltra
hoc,nota verbum, *placuit*,quod eſt Legiſla-
toris ità cõſtituentis, nã aliter ipſo iure,&ex
eius rigore non potuiſſent eſſe eius, cũ alius
eſſet,& fundi, & fructuum Dominus, *vt in*
§.ex diuersò.Inſt.eod. tit.de rer. diu.ſed placuit
28 *ob naturalem rationem vt ſupra.* † Nec obſta-
re his iuris locis *eam l.qui ſcit. §. ſi ff.de vſur.*
quia loquitur ſecundum facti ſpeciem ibi
traditam,non autem determinate, & con-
ſtituẽdo regulam, vt in alijs locis duobus
mox allegat.
29 † Cęterum hoc cognito,quod omnes fru-
ctus veniunt à Bonę fidei poſſeſſore reſti-
tuendi,extantes tamen nó conſumpti,aliud
quoq; dubium ſubintrat, an ſcilicet hoc ità
indiſtinctè tenẽdum eſſet, vt omnes fructus
eſſent reſtituendi extantes,& non extantes;

Hanc dubitationem ſuſtulit *l. certum. 22.C.*
de rei vind. Vbi hiſce pręcise verbis, *Bonę fidei*
verò extantes, poſt litis autem conteſtationem
vniuerſos ſcilicet præſtare tenetur *adde infra*
cap.63.num.101.& ſeq.
30 † An verò, quod eſt aliud vltra prædicta
dubium, de perceptis tantum, ſed etiam de
percipiendis, & eos qui percipi potuiſſent
teneatur? Pro cuius dubij reſolutione ad in-
fraſcriptos caſus diſtinguẽdos me cõuertã.
31 † Primus caſus ſit, de eo qui emit, ſciens
rem eſſe alienam legitimo modo & ſecundũ
regulas iuris, & legem nullam offendens
vt poteſt,quia res aliena emi, & vẽdi poteſt
32 *l.rem alienam.ff.de contr.empt.* † licet ad ſolũ
Domini veri præiudicium non teneat vẽ-
ditio *l.ſi alienam.vbi Bal.C.de furt. l.1.Cod.de*
32 *vſucap.pro empt.Surd.dec.122.num. 4.* † Hic
tenebitur de fructibus perceptis tantum,
vt eſt *in dict.l.ſi fundum.17.& ibi glo. Cod.de*
rei vind. & in l. mala fide. C.de Condic. ex leg.
quatenus de extantibus tantum, vel de con-
ſumptis tantũ datur ibid.actio, *& glo.in l. &*
ex diuerſo.in prin.verſ.nõ habẽãt.ff.de rei vind.
33 † Secundus caſus ſit, de eo qui per vim
alienam poſſeſſionẽ ingreditur.aut retinet,
34 vt hic teneatur etiam de percipiẽdis † ideſt,
vt per Surd. in deciſ. 45. ſub num.8.ex Boer.&
Bec. per eum citat. qui veriſimiliter percipi
potuerunt *cap.grauis.de reſtit.Spol.Surd.conſ.*
28.num.30.Put.dec.373 libr.1.vbi ex cap re-
re integranda Bero.conſ.52.nu.6.lib.3.Rot.diu.
dec.291.num.2.et dec. 552.nu.1.part.1.Berer.
in ſpolio caſtri conſil.149. volum.3. part. 2.
35 † Et qui ſine titulo, *Iaſ.qui commun. dicit in l.*
36 *apud Iulianum.num.1.de leg.1.* † Vbi in hæ-
rede detinente rem legatam,& quem ſequi-
37 tur *Put.dec.273.num.2.part.1.* † & qui licet
cũ titulo,in caſibus in q̃bus agitur cauſa pu
pilli,vel eccleſiæ, *vt apud Iaſ.& in deciſ.Rotę*
38 *ſupr. citat. in ambabus*, † ſi tamen titulus ſit
inualidus quia factus non ſeruatis ſeruandis
Surd.dec.179.ſub num.1.2. Crau.conſil.1000.
pro gen.num.283.in fin.num.286. Vbi apparet
agi de minore,& magis *in ſpecie ſub nu.288.*
39 † Vbi *ad fin.* ait quin etiam vbi à fructibus
percipiẽdis poſſit ob titulum excuſari poſ-
ſeſſor malæ fidei, Tamen contra pupillum
aut minorem id non obtineret *Ozaſc. deciſ.*
40 *160.num.12.* † Vbi extendit etiam ad alium
quemlibet, etiam ſi non ſit minor. contra
Menoch. qui ad contractum nullum cum
minore geſtum reſtrixerat *in rem. recup. 15.*
num.639.et pro hac parte etiam Surd. cõſ.293.
num.12.conſ.115.nu.11.et ſeqq. Put.dec.383.
41 *num.5.6.par.1.* † Vbi quod violentia ſit etiã
ſine armis *Natt.conſ.535.num. 8.* de quo ta-
42 men aliquid mox dicam. † & reſtituuntur à
die occupationis *Natt. ibid. numer. 2. in fin.*

† tametſi

de rei vind. Vbi hiſce pręcise verbis, *Bonę fidei*
verò extantes, poſt litis autem conteſtationem
vniuerſos ſcilicet præſtare tenetur *adde infra*
cap.63.num.101. & ſeq.
30 † An verò, quod eſt aliud vltra prædicta
dubium, de perceptis tantum, ſed etiam de
percipiendis, & eos qui percipi potuiſſent
teneatur? Pro cuius dubij reſolutione ad in-
fraſcriptos caſus diſtinguẽdos me cõuertã.
31 † Primus caſus ſit, de eo qui emit, ſciens
rem eſſe alienam legitimo modo & ſecundũ
regulas iuris, & legem nullam offendens
vt poteſt, quia res aliena emi, & vẽdi poteſt
32 *l.rem alienam.ff.de contr.empt.* † licet ad ſolũ
Domini veri præiudicium non teneat vẽ-
ditio *l.ſi alienam. vbi Bal.C.de furt. l.1.Cod.de*
32 *vſucap.pro empt.Surd.dec.122.num.4.* † Hic
tenebitur de fructibus perceptis tantum,
vt eſt *in dict.l.ſi fundum.17. & ibi glo. Cod.de*
rei vind. & in l. mala fide. C.de Condic. ex leg.
quatenus de extantibus tantum, vel de con-
ſumptis tantũ datur ibid. actio, *& glo.in l. &*
ex diuerſo.in prin.verſ.nõ habẽtũ.ff.de rei vind.
33 † Secundus caſus ſit, de eo qui per vim
alienam poſſeſſionẽ ingreditur, aut retinet,
34 vt hic teneatur etiam de percipiẽdis † ideſt,
vt per Surd. in deciſ. 45. ſub num.8.ex Boer. &
Bec. per eum citat. qui veriſimiliter percipi
potuerunt *cap.grauis.de reſtit.Spol.Surd.conſ.*
28.num.30.Put.dec.373 libr.1.vbi ex cap re-
redintegranda Bero.conſ.52.nu.6.lib.3.Rot.diu.
dec.291.num.2.et dec. 552.nu.1.part.1.Bertr.
in ſpolio caſtri conſil.149. volum.3. part. 2.
35 † Et qui ſine titulo, *Iaſ.qui commun.dicit in l.*
36 *apud Iulianum.num.1.de leg.1.* † Vbi in hæ-
rede detinente rem legatam, & quem ſequi-
37 tur *Put.dec.273.num.2.part.1.* † & qui licet
cũ titulo, in caſibus in quibus agitur cauſa pu
pilli, vel eccleſiæ, *vt apud Iaſ. & in deciſ. Rotę*
38 *ſupr. citat. in ambabus*, † ſi tamen titulus ſit
inualidus quia factus non ſeruatis ſeruandis
Surd.dec.179. ſub num.1.2. Cravett.conſil.1000.
pro gen.num.283.in fin.num.286. Vbi apparet
agi de minore, & magis *in ſpetie ſub nu.288.*
39 † Vbi *ad fin.* ait quin etiam vbi à fructibus
percipiẽdis poſſit ob titulum excuſari poſ-
ſeſſor malæ fidei, Tamen contra pupillum
aut minorem id non obtineret *Ozaſc. deciſ.*
40 *160.num.12.* † Vbi extendit etiam ad alium
quemlibet, etiam ſi non ſit minor. contra
Menoch. qui ad contractum nullum cum
minore geſtum reſtrixerat *in rem. recup. 15.*
num.639.et pro hac parte etiam Surd. cõſ.293.
num.12.conſ.115.nu.11.et ſeqq. Put.dec.383.
41 *num.5.6.par.1.* † Vbi quod violentia ſit etiã
ſine armis *Natt.conſ. 535.num. 8.* de quo ta-
42 men aliquid mox dicam. † & reſtituuntur à
die occupationis *Natt. ibid. numer. 2. in fin.*

† tametſi

43 † tameti ſi non fuerint petiti *Marſ. ſing. 629.*
licet de tempore non conſlet Rot. dec. 2. de pan.
in ant. aliàs 405. et 480. Caualc. deciſ. 28. de iu-
dic. in add. ſeù à die moræ Surd. d. conſ. 293. n. 11.
A b ipſamet traditione, quia res quando re-
cuperatur per minorem, ſemper cũ fructi-
bus recuperatur *ad deciſ. noſtr. flor. 17. nu. fin.*
Surd. d. dec. 45. num. 9. et clarius Ozaſt. d. deciſ.
44 *160. in fin. dec. et etiam ſub princ.* † V bi à tem-
pore deliberationis cum re ipſa ad incantũ
deliberata reſtituũtur, *quicquid aliter Menoc.*
45 *conſ. 641. num. 12. et ſeqq. lib. 12.* † V bi in da-
tione in ſolutum nulla, *et rem. recup. 15. num.*
577. et ſeqq. Gabr. conſ. 33. num. 6. et ſeqq. lib. 1.
46 † De modo verò conſiderandi fructus hos,
qui veriſimiliter percipi potuiſſe dicuntur,
vide Surd. d. conſil. 293. num. 6. 7. 28. 29. libr. 2.
plenius Laderch. conſ. 99. per tot. Caual l. comm.
quæſt. cont. commun. q. 499. Petr. de fideicomm.
q. 15. num. 347. Coſt. de ration. ratæ q. 136. nu.
5. et ſeqq. Pereg. de fideic. artic. 49. numer. 132.
47 † V bi libi placet opinio quod veniant fruc-
tus, qui ab hoc, vel ab illo cõmuniter per-
cipi potuiſſent non ſingulariter, *et prædictis*
adde infr. cap. 63. num. 7. et ſeqq. et Menoch. cõſ.
48 *741. libr. 8.* † V bi quid ſeruandum in pro-
batione perceptionis fructuum.

49 † Sed an hęc procedant in quolibet ma-
læ fidei poſſeſſore titulum nullum, vel an-
nullatum habente, Reſpondetur poſſe eum
eo generalem regulã cõſtitui ſcilicet hunc,
non teneri niſi de perceptis propter aucto-
ritatem *Rot. Rom. vt in d. dec. 552. vbi de pluri-*
bus alijs deciſionibus, et de obſeruantia etc. vt
ibi, et etiam quia apparet ex ipſomet Ozaſc. in d.
dec. 160. ſub numer. 5. in fin. et numer. 7. ad fin.
hanc eſſe comm., & firmam concluſionem,
quicquid *ipſe Ozaſc. Surd. et N att. contra ſen-*
ſerint, nam non deferendum eis, maxime q̃a
obiter & aliud agentes contra ſcripſerunt,
deciſionibus Rotæ, & alijs ex profeſsò, &
principaliter agentibus nullo pacto præfe-
56 rendi. † Poſſent forte ità diſtinctione opi-
niones concordari, vt fructus qui veriſimi-
liter percipi potuiſſent ad omnem rigorem,
& prout ſingulariter Petitor ex ſui sẽſu fuiſ-
ſet percepturus, non veniant niſi in dictis
caſibus *num. 33. et ſeqq.* relatis: fructus autem
qui veriſimiliter percipi potuiſsẽt commu-
niter, veniant in omnis malę fidei poſſeſſo-
ris odium, ſiuè ab initio in mala fide fuerit,
ſiue per litem conteſtatam.

51 † Vnde probationes admitti poſſent de
fructibus, prout veriſimiliter, & communi-
ter percipi potuiſſent *ad Peregr. d. artic. 49.*
num. 130. et 135. et 137. et fuit ita iudicatum in
term. fideicommiſſi per Raud. dec. Piſ. 31. num.
284. & in his term. verificabitur, & procedet
quod iura dicunt fiendam huiuſmodi con-
demnationem in fructibus, qui veriſimiliter
percipi potuiſſent *vt in l. apud Iulianum. §.*
fructus de leg. 1. l. fructus de rei vind. et ibi not.
l. 2. C. de fruct. et lit. expenſ. l. ſi nauis. §. fin. de
rei vindic. tex. eſt expreſſus in §. et ſi hæreditas.
Inſt. de off. iud. Docto. in l. domum. et in l. ſi fun-
dum. C. de rei vind. et etiam tex. in l. ſed et ſi lege
§. ſed et fructus. ff. de pet. hæred. Rom. conſ. 454.
col. vlt. et ſing. 538. Aret. vidend. in conſil. 17.
ſub num. 11. verſ. de parte autem N icolai, Pe-
reg. d. art. 490. num. 130. Boer. etiam viden dec.
268. num. fin. et ad Surd. d. conſ. 293. num. fin.
52 *dec. 282. num. 29. et ſeqq.* † & hæc multò ma-
gis ſi titulus ſit lucratiuus *add. ad Rom. ſing.*
53 *343. verſ. vel ante litem* † V nde (ſi fortè for-
tuna) probatum fuiſſet, qui fructus fuiſſent
re vera percepti, nõ admittendam putarem
probationem eorum, qui veriſimiliter per-
cipi potuiſſent, &c. aut ſi iam facta eſſet ꝓ-
batio nullam rationem habendam in alio
caſu, quam in V iolento poſſeſſore minore
aut Eccleſia *ad Menoch. conſ. 110. numer. 23.*
54 *et ſeqq. lib. 2.* † vbi vlterius qui ſint percepti,
& qui percipiendi. *hiſce adde dec. 343. par. 1.*
apud Farin.

55 † V bi ſignanter de modo liquidandi fruc-
tus, ibique nota quid in terminis reinte-
grandi ad bona nulliter ſubhaſtata, à die
motæ litis, ideſt à prima citatione, *vt ibid. n.*
7., ſint debiti fructus.

56 † Limitando tamen vt ne debeantur fru-
ctus percepti ex meliorationibus, vel pro-
pter eas *Surd. d. dec. 282. ſub nu. 29. 30. et ſeqq.*
quia deducit malę fidei poſſeſſor impenſas,
57 & † fructus intelliguntur deductis expenſis
vt ibid. num. 31. et dec. 294. num. 11. N att. cõſ.
58 *256. num. 3.* † V bi an compenſare *Rol. conſil.*
28. num. 17. vol. 1. Schrad. par. 2. parc. princ. 9.
ſect. 2. ſub num. 94. Mol. de Hiſp. primog. libr. 1.
cap. 26. ſub num. 14. verſ. nec in hoc caſu, Gabr.
de acq. rer. dom. lib. 5. concluſ. 1. et ſeq. Menoch.
59 *conſ. 2. num. 370. et ſeqq. lib. 1.* † V bi de expẽ-
60 ſis in reficiendo caſtro. † & cũ intereſſe pre-
tij ſoluti etiam in contractu minoris fructus
compenſantur *Ozaſc. dec. 160. in fin. V. Odd.*
de reſt. in integr. q. 45. artic. 2. num. 28. et ſeqq.
quod verum, & procedet ſi opponatur de
compenſatione *Capyc. dec. 93. nu. 12. V. Boer.*
dec. 44. Menoch. rem. recup. 15. nu. 573. et ſeqq.

61 † Alij cenſuerunt dationem in ſolutum
nullam etiam de bonis minoris non cauſare
reſtitutionem fructuum *vt Gabr. conſ. 33. nu.*
6. & ſeqq. libr. 1. Menoch. conſ. 641. num. 12. &
62 *& ſeqq. lib. 1.* † verùm contrarium fuit iudi-
catum, *vt apud. Surd. dec. 45. num. 8. & ſeqq.*

63 † Alij etiam dicunt quod fructus ab eo
percepti qui fuit in poſſeſſione manutentus
maximè poſt ſententiam non ſint reſtituen-
di *vt per Menoch. conſ. 801. numer. 67. libr. 9.*
64 † Secus ſi quis immiſſus ſit in poſſeſſionem
ex ſententia ſuper falſa cauſa, quæ ob-
ce-

retractetur, quia non proderit ſententia ad
fructuum acquiſitionem. *Surd. conſ. 492. ſub*
65 *nu. 5. 6. lib. 4.* † Alia de excuſando à fructuũ
reſtitutione poſt ſententiã iam latã *Menoch.*
conſ. 611. num. 25. & ſeqq. lib. 7.
66 † Eſt & alius caſus de eo qui bona fide
emit rem alienam, quę tamen nec ſit mino-
ris, nec Eccleſiæ, ſed emit ex titulo inualido
& hic fructus conſumptos facit ſuos, *vt ple-*
nè Bec. conſ. 95. per tot. nec refert quod factus
ſit locupletior hic poſſeſſor, *vt ibid. num. 25.*
67 *26.* † Sed hoc declara prout *per Surd. dec. 45.*
ſub num. 14. & conſ. 115. num. 17. & ſeq. lib. 1.
quid. dec. 45. reprobat in ſpecie Bec. ſub nu. 15.
68 *verſ. opinio verò* † Item declara *vt ſecundum*
eund. Surd. d. deciſ. 45. num. 15. dum ait quod
omnia iura dicentia aliquem facere fructus
ſuos, intelligi debeant, itá tamen vt tenean-
tur reſtituere, quatenus ex eis factus eſt lo-
cupletior, *iuncto Menoch. rem. recup. poſſ. 15.*
num. 585. & 599. & d. conſ. 741. num. 13. &
69 *ſeqq. lib. 7.* † Vide tamen diſſentientes *apud*
Peregr. d. art. 49. num. 114. Laderch. viriliter
in conſ. 165. num. 7. per tot. vbi non teneri de
70 receptiori opinione. † *contra tamen inſurgẽs*
Menoch. dicens nephas ab illa recedere rem. re-
cup. 15. ſub num. 599. Surd. conſ. 293. num. 13.
& 14. adde cap. ſeq. ſub num. 4. & ſeqq.
71 † Quomodo autem probandum hoc, an
ſis factus locupletior, & quando *V. Bec. d.*
conſ. 95. nu. 25. quem allegat Surd. d. conſ. 115.
numer. 20. & ad Peregr. d. art. 49. numer. 116.
Lamberten. de contr. glo. 1. num. 241. & ſeqq.
216. Coſt. de ratio rata q. 67. per tot. Vrſil. ad
Affl. dec. 240. num. 4. & Laderch. d. conſ. 165.
ſub d. num. 7. verſ. praterea. & num. 8. Menoch.
conſ. 641. ſub num. 13. 55. conſ. 1173. num. 12.
libr. 12. & praſ. 27. libr. 6. & ibi add. et quid in
dubio Idem rem. recup. 15. num. 586. Vinc. de
Franc. deciſ. 31. num. 2. Vrſil. d. num. 4. et ſeqq.
Tu adde hiſce infra *cap. ſeq. in princ.*

Hactenus de bonę fidei poſſeſſore ab ini-
tio, vel malę fidei ex poſt: & demum de ma-
læ fidei poſſeſſore etiam ab initio dictum
eſt, quod & inquantum viſum eſt ad Inſtitu-
72 tum noſtrum pertinere. † Nam reliqua vi-
deantur penes ſcriptores pręallegat. qui fu-
ſius tractarunt, *vt per Menoch. d. rem. recup.*
15. num. 576. et pluribus ſeqq. Peregr. de fideic.
art. 49. num. 109 et plurib. ſeqq. Coſta de ratio.
ratę d. q. 136. ferè per tot.
73 † Eſt & aliud dubium, nempè de eo qui
nec omninò eſt male fidei nec omninò eſt
bonæ fidei poſſeſſor, ſed partim malæ &
partim bonæ, vt inter Coniuges, cum alter
eorum alteri quid donat vt fundum, nã qui
recipit nec eſt fidei omninò malę, quia ha-
bet conſenſum alterius Concedentis, & qui-
dem rem propriam ex propria voluntate,
vnde his ſtantibus, & ſimul iunctis quoad
hoc non eſt malæ fidei, quia ſciens rem alie-
nam non occupat, ſed propriam Concedẽ-
tis, & de eius voluntate & à verò rei Domi-
no. Nec tamen poteſt dici fidei omninò bo-
næ, quia ſcit aut ſcire debet donationem in-
ter Coniuges eſſe nullam, & de iure prohibi-
74 tam † per regulam quod qui contra iura
mercatur bonæ fidei poſſeſſor non eſt *cap.*
qui contra iura de reg. iur. in 6. l. quemadmodũ.
in fin. C. de agricol. et Cenſ. lib. 11. l. vbi tex. ff. de
vſucap. Alex. conſ. 121. num. 10. et ſeqq. lib. 4.
Crau. conſ. 1000. in repet. ſub num. 112. in conſ.
116. numer. 6. conſ. 134. num. 16. Surd. dec. 46.
num. 1. deciſ. 179. nu. 1. Ozaſ. d. dec. 160. ſub nu.
1. ad princ. qui in terminis fructuum non lu-
75 crandorũ hanc ob cauſã loquuntur; † & huc
reſpicit *l. fructus. 45. ff. de vſur.* & dat intelli-
gi ſub illis verbis, *non ſit eius, ſicut nec cuiuſ-*
libet bonæ fidei poſſeſſoris. Hæc enim clauſu-
la hanc emphaſim habet, per inde ac ſi ver-
naculo idiomate quis diceret *Il frutto natu-*
rale (nam de hoc loquitur tex. vt patet) *non*
diuerta di lui (ideſt poſſeſſoris Viri, vel vxo-
ris) come ne anche di tutta *bona fide poſſeſſo-*
re Ita quod vis & emphaſis iſtiuſmodi iaceat
& lateat in illis particulariter verbis, *ſicut*
nec cuiuſlibet eo modo quo ex verſione in
idioma noſtrũ fuit magis ad viuum, vt cre-
76 dimus, repreſentata † Et non eſſe hunc in
tali bona fide, edocet alius *tex. in l. ſi vxor.*
20. ibi Virum autem ſcientem alienum bona fi-
de non poſſidere ff. de donat. int. iur. et vxo. cur
ſciẽtem &c. quia cum ſciat nulliter ſibi do-
natũ fuiſſe, ſciuit pariter dominium penes
donantem manſiſſe, & ſucceſſiuè rem do-
natam eſſe adhuc alienam *l. 3. §. ſecundum*
hac et. §. ſciendum. et §. ſeq. ſi quis igitur ff. eod.
tit. Hoc tamen non tollit illam voluntatem
Donantis, quia hæc adeſt, licet effectum lex
annullet, & prohibeat, & ideò non poteſt
Coniux donatarius vti omnimodæ malæ
fidei poſſeſſor haberi, cum omnimoda mala
fides de eo tantum verificetur, qui ſcit ſe rẽ
alienã poſſidere, aut contra iura & cõtra vo-
lũtatẽ veri Dñi ſiue ſciat, ſiue dubitet de ea,
77 multò magis vbi ſcit. † vt quando Dominus
declarauit, aut rem in iudicium deduxit *ad*
Menoch. conſ. 990. num. 28. et ſeqq. lib. 10. et ad
78 *Alex. conſ. 469. num. 7.* † Vbi (ad ſummum)
perueniſſe dubitationem non malam fidẽ,
79 *et melius conſ. 303. num. 33. et ad Did.* † quæ
ſit bona, & quæ mala fides, & an detur me-
dium in *cap. poſſeſſor. 2. par. relec. §. 7. per tot. et*
ad Surd. conſ. 115. num. 6. et 25. lib. 1. dec. 111.
80 *ſub numer. 7. dec. 179. ſub num. 22. 23.* † Vbi
quod hęc poſſunt ſimul ſtare, quod ſciat de-
bitum, ſed mala mente non retineat, quan-
do enim non tenetur offerre, illa mala fides
dicitur potius non bona quam mala. *Cabal.*
81 *caſ. crim. 295. num. 18.* † Vbi quod in acquiſi-
tione

Digitized by Google

tione fructuum non eſt neceſſaria bona fi-
des,ſed ſuffic it quod abſit mala, licet no ad-
ſit bona, cum inter bonam,& malam fidem
detur medium ex Ruin Corn.et alijs quos citat
Bertran.conſ. 193. ſub num. 164. in ſi.et num.
82 165.† Vbi aliud eſſe malam fidem, & aliud
bonę fidei defectum, et alia libr. 5. Albens.
Mandoſ. conſ. 469. nu.7. et ibid.add.in lit.d.la-
tiſſimè viden. Lamberteng.de contrac.gl.1.verſ.
in alienationibus et obligationibus num. 114. &
plurib.ſeqq. vſque ad num. 218.et ad num. 226.
et ad num. 233.ante fin.verſ.quoniam errans in
iure.
83 † Hæc cum ità ſint particularis ratio ſua-
ſit,vt aliter in hoc caſu,quàm in alijs res ve-
niret diffinienda, vt nempe fructus indu-
ſtriales fierent Coniugis poſſeſſoris,natura-
les vero non fierent, Namque id non ſolum
ſuadere videbatur,quod dato medio termi-
no ſecundum ſupradicta,poſſet etiam dicta
diſtinctio tanquam medius etiam terminus
bene congruere, & opportune applicari,
ſed multo fortius ſubiectæ ipſius materiæ
84 ratio ad id dicendum cogebat. † Quia in
hac materia donationis inter virum,& vxo-
rē conſideratur an aliquid de iure alterius
diminuat, ita tñ quod ex hac diminutione
alter fiat locupletior, vt hoc caſu, & quate-
nus ſe extēdit diminutio nō teneat donatio,
Dominiumq; rerū manſerit penes donātē,
vt probat egregiè tex.in l.ſi ſponſus. 5.cū §. igi-
tur ff.de don.int. vir.et vxo.et in §.conceſſa ead.
l. Modò ità eſt quod ex perceptione fructuū
induſtrialium nihil diminuitur de iure alte-
85 rius, vnde alter fiat locupletior. † Idque eã
ob rationem, quia huiuſmodi fructus non
ſponte ſua naſcuntur,ſed ex cultura,& cura
Donatarij vt in §.ſi quis à non Domino.Inſt.de
86 rer. diuiſ. † & hæc ratio diuerſitatis datur
nobis intelligi ex ipſomet tex. l. fructus, ibi,
Illos tamen quos ſuis operis adquiſierit, veluti
ſerēdo ff.de vſur.et adhuc probatur ex alio tex.
in l. de fructibus. 17. de donat. int. vir. et vxo.
87 † Vbi quod fructus licitam habent dona-
tionem,fructus (inquam) induſtriales, nam de
induſtrialibus intelligendum eſſe hunc tex.patet
ex comparatione ipſa fructuum ad vſuras.
88 † Vſuras autem prouenire ex induſtria, &
opera pecuniam mutuò dantis,& dici fruc-
tus ciuiles patet ex Bertr.conſ. 147. ſub num.
89 1.ad fin.col.lib.4.† & non natura percipi eſt
in l. ſi nauiſ. 62. iuncta etiam ibi gloſſ. ff.de rei
vind.iungendus autem eſt d. tex. l. de fructibus
cum duabus ll. antecedentibus, nempè cum l.
90 ex anno.§. ſi maritus.et l. quid ergò. † & ità
quod de fructibus induſtrialibus ſit intelli-
gendus d. l. de fructibus explicat glo. ad eund.
que eſt glo.1.dum ait fructus, id eſt ex cultura
prouenientes. Et hæc quidem optime vt ex
91 prædictis conſtat † Et etiam quia (vt euita-
ri curatur damnum inter virum, & vxorē)
ſi aliter fuiſſet conſtitutum, Donatarius ex-
titiſſet in damno ſi fructus iſtos non conſe-
queretur contrà tex l. vlt.§. ſimiliter.C.de al-
luuion.vbi quod opera,& induſtria propria
non debet eſſe damnoſa,ſed vtilis, et ad Me-
noch.conſ.155.num.34.lib.2.& fieret paupe-
rior alter,quo ſolo caſu eſt donatio hæc in-
terdicta ex iurib.ſupra citat.et ad Lambert.de
contract.gl.4.ſub num.7.et 10.
92 † Contrarium in fructibus naturalibus,
nam eo ipſo quod ſua ſponte naſcuntur,nō
autem ex facto donatarij,ideò ex eorum per
donatarium perceptione maneret diminu-
tio Iuris Donantis cum alia qualitate quod
fieret locupletior, ideò aliter de his fructib.
93 aliter de alijs ſtabilitum optime fuit † Et da-
tur nobis hæc diuerſitatis ratio intelligi in eod.
illo tex.l.fructus in fi.in illis verbis,quia non ex
facto eius is fructus naſcitur & huiuſmodi
fructus naturales manerēt apud Donatariū
ſine cauſa,vt ipſemet fundus donatus,cuius
naturam valde ſequi videntur fructus ſpō-
94 te ſua naſcentes.† Quod autem ex non per-
miſſa donatione retinetur, id aut ſine cauſa
aut ex iniuſta cauſa retineri intelligitur,vn-
de & condictio cōpetit, vt eſt in l. quia quod
95 6.ff.de donat.int.vir.et vxo.† Et ità augumen
ta à natura ipſa prouenientia diſtingui ab
induſtrialibus patet ex Menoch.d.conſ.155.d.
num.34.lib.2.
96 † Ex quibus habes (ni fallor) verùm intellec-
tum d.l. fructus ff.de vſur. abſque alia neceſ-
ſitate conciliandi eundem hunc locum cum
l.bone fidei emptor, et alijs ſupra. Siquidem
(vt vides) non eſt vlla inter hæc contrarię-
97 tas, ſed magis diuerſitas. † Et tamen quan-
tùm ſeſe extorſerint Docto.in his locis con-
ciliandis vide Oinot. Myſing.et alios in d.§ ſi
quis à non Domino. Inſt. de rer. diu. Cuiac.ad
Affrican.par.2.in l quæſitum.40. Did.in d.cap.
poſſeſſor par.2.relect.§.7.num.2.et lib.1.var.
98 reſ.cap.3.num.6.cum ſeqq. Laderch.† qui bra-
uium ſe attigiſſe cenſuit, ſed errore in cōſ.165.
99 num.6.et per tot.† Sed omnium conciliatio-
nes ſubtiliſſime confutauit nouiſſime Doc-
tiſſ.Fab.lib. 4.cōiect.ciui.c.17.optimè (Auctor
100 eminētiſſimus) in confutatione.† Sed vereor
ne tàm optimè in conciliatione ſua,dum ex
correctione d. l. fructus conatur à difficultate
101 ſe eximere. † Quam correctionem eo mi-
nus flocci faciam ex eo quod vtraque lectio
Vulgata,& Florentina inter ſe conueniāt,&
ideò magis retinenda ad Vult. de feud.cap.7.
102 ſub numer.61.ſub verſ. Nec quoad † & à cor-
rectione textuum, quantum fieri poteſt.ab-
ſtinendum, vt ibid.ait Vult. ſub verſ. ſed non
vſquequaque. ſub princ. & etiam ex eo demū
quod rei veritas, ſecundum relata & modò
per nos detecta, vulgatā lectionē confirmat.

103 †

103 † Declara (vt morte confirmata donatio-
ne) debiti ſint fructus à tempore ipſius do-
nationis, ad quod retrotrahitur quoad fru-
ctus, licet non quoad dominium *Cabal. conſ.*
ciu. 148. num. 15. & ſeqq. tom. 2.
104 † Item extende, vt etiam (quo caſu mari-
tus recipit fructus vxoris de bonis extrado-
talibus ex eius volũtate, Iſpe quidem faciat
vel nō faciat fructus huiuſmodi ſuos, prout
erũt vel naturales, vel induſtriales, aut alias
,put hi fuerint paruę, vel magnæ ęſtimatio-
nis, *ſecundũ Bertr. in conſ. 347. ſub nu. 1. verſ.*
ſi verò fructus ſub princ. eiuſd. num. 1. vbi idem,
& nu. ſeqq. vbi aliæ declarationes circa fructus
105 *iſtos naturales:* † Vide plene ad materiã iſto-
rum fructuum extradotalium, an fiant ma-
riti, *meam dec. Luc. 68. vbi cęteros affero:* prout
in caſu Soceri cuiuſdam, qui poſſederat
ſpatio vigintiquinque annorum fuit (paucis
hinc diebus) iudicatum in Senatu contra
Socerum, vel eius hęredes, quod tenerentuc
ad eorum reſtitutionem in eo caſu, nō ade-
rant hoc caſu coniecturę, quæ extabant in
præfata dec. noſt. vltra quod res agebatur
cum Socero, nam difficilius pro eo præſu-
mitur, quam in caſu ipſiusmet mariti. *addę*
infra cap. 63. num. 54.

CAP. SEXAGESSIMVM SECVNDVM.

De fructibus bonę vel malę fidei Poſſeſſoris in iudicio vniuerſali.

SVMMARIVM.

1 *In iudicio vniuerſali reſtituuntur etiam conſũpti quatenus Bonæ fidei poſſeſſor factus eſt locupletior.*
2 *Ratio quia in vniuerſalibus pretium ſuccedit loco rei.*
3 *Conciliatur* l. 1. C. de pet. hęred. cum l. bonę fidei emptor. de acq. rer. dom.
4 *Diſtinctio iudicij vniuerſalis ab particulari in materia fructuum defenditur. An factus locupletior nec ne, nu. 5. 6. 8. & ſeqq.*
7 *Adminiſtrator (licet creditor hæreditatis reſtituit omnes fructus etiam ante motam litem ſeu eorum valorem.*
9 *Ratio diuerſitatis. quia Vniuerſitas recipit ſubrogationem, vt pretium ſuccedat loco rei, non particularia.*
10 *Non videtur conſumptum quod in corpore patrimonij per ſubrogationem continetur.*
11 *Vt ſciatur an pretium ſuccedat loco rei multum refert an agatur iudicio vniuerſali an particulari.*
12 *Qui habet pretium rem habere cenſetur.*
13 *Emptum de pecunia hæreditaria an hæreditariũ & in fideicommiſſum cadat.*
14 *Et de pecunia hæreditaria, dotali, pupillari, fideicommiſſaria.*
15 *In re extincta in particularibus quoque pretiũ ſuccedit loco rei.*
16 *Malęfidei poſſeſſor nō ſolùm quatenus eſt factus locupletior, vt bonę fidei, ſed etiam omnes quãuis conſumptos reſtituit.*
17 *Et quidem à die mortis teſtatoris ſi condemnatus ſit ad reſtitutionem hæreditatis pro parte vel in totum.*
18 *Imputandi eſt enim occupati rem quam ſciebat ad ſe non pertinere.*
19 *Quid excuſet aut liberet à prætextu malæfidei.*

1 P† Rędicta procedunt in terminis iudicij
particularis, nam in Iudicio vniuerſali
indefinite, & abſque omni dubio procedit,
ꝙ bonæ fidei poſſeſſor reſtituat fructus etiã
conſumptos, quatenus ex eis eſt factus lo-
cupletior, *Pereg. de fideic. articu. 49. num. 113.*
Surd. conſ. 214. num. 1. Laderch. conſil. 165. ſub
num. 7. ſub verſ. neque obſtat.
2 † Reddens rationem quia in Vniuerſali-
bus pretium ſuccedit loco rei, *Menoch. rem.*
recup. 15. nu. 599. vbi ait hoc omnes conce-
dere in iudicio vniuerſali, & idem teſtatur
Lamberteng. de contract. gl. 1. verſ. in alienatio-
3 *nibus et obligationibus, num. 228.* † & per hoc
conciliantur *l. 1. C. de pet. hæred. cum l. bonę fi-*
dei emptor. ff. de acqu. rer. dom. quia d. l. 1. loqui-
tur in term. hæreditatis & iudicij vniuerſalis
vt ſint reſtituẽdi fructus quatenus locuple-
tior quis factus ſit, *& d. l. bonæfidei. in termin.*
Iudicij particularis, in quo non eſſe reſti-
tuẽdos, quatenus quis factus ſit locupletior,
& ita declarat ac diſtinguit *Caſtr. in l. non eſt*
4 *ambiguum. 9. C. fam. erciſc.* † Nec obſtat ma-
gis receptã opinionem videri, quod etiam
in Iudicijs particularibus fiat reſtitutio, qua-
tenus quis factus ſit locupletior, quia quic-
quid ſit, quæ nam ſit magis recepta opinio
ad citat. iam ſupra pro, & contra cap. anteced.
nu. 66. & ſeqq. Certè in puncto Iuris verior
eſt diſtinctio iudicij vniuerſalis à particula-
ri, & datur intelligi ex eo quod author alte-
rius opinionis, quod etiã in particularibus
ſit facienda reſtitutio, prout quis factus eſt
locupletior eſt *Bartol.* & quidem non ex ali-
qua peculari lege in ſpecie motus, ſed per
æquitatem *l. ſi me & Titium. ff. de reb. cred. vt*
patet ex Caſtren. in d. l. non eſt ambiguum. in fi.
C. fam.

C.fam.erciſc.ex Peregr.d.art.49.num.114.et
ex alijs citat.d.num.66.& ſeqq.& ex ipſomet
Bart.in L.& ex diuerſo.ſub nu.7.ff.de rei vindic.
5 † & ità dicit Franch.dec.31.ſub num.1.nullã
eſſe lege quæ de hoc loquatur, niſi in term.
iudicij vniuerſalis,quamquam non ęquita-
tem præſuppoſitam ſed iniquitatem ineſſe
oſtendat Laderch.d.conſ.165.ſub n.7.ſub verſ.
neque obſtat, & contrarijs reſpondet Lambert.
6 mox citan.num.238.& 239. † Aſt quicquid
ſit de opinione Bart.& eius obſeruantia ſal-
tem in caſu, vt per Peregr. d.art.49.ſub num.
114.in fin. non tamen abſolutè, cedendũ eſt
eſſe communem,cum aliam (contra Bart.)
dicat magis communem, Lamberteng.ſub n.
234.& num.236.& 237.de contract.gloſ.1.in
d.verſ.in alienationibus & obligationibus iunc-
tis num.218.& ſeqq. & ita etiam tenuit Rot.
Rom.apud Farin.dec.451.num.4.par.1.tom.1.
7 † Vbi limitat & declarat, vt Adminiſtrator,
tametſi creditor hęreditatis reſtituat omnes
fructus etiam ante motam litem, ſeù eorum
valorem verum & legitimum, vt in dec.noſt.
8 Bonon.11.numer.56. † & ſatis datur intelligi
quia omnes loci iuris noſtri in term.tantum
iudicij Vniuerſalis loquuntur, in l. illud.43.
§.prado ff.de pet.hæred.ibi. In bonæ fidei autem
poſſeſſore hi tantum veniunt in reſtitutionem,
quaſi augumenta (ecce) hæreditatis, per quos lo-
cupletior factus eſt. & plenius ac magis ex ꝓ-
feſsò in l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.& §.ſeq ff.
9 de pet.hæred. † & ratio diuerſitatis eſt, quia
Vniuerſitas recipit ſubrogationem, ideſt ꝙ
ſuccedat pretium loco ipſius rei, ideſt loco
ipſorum fructuum conſumptorum, quam
non recipit particularitas l. ſi & rem. vbi
Bartol.& alij.ff.eod.tit. ibi, quia poteſt æſtimari
in locum hæreditatis (& hic ecce) rei venditę pre-
tium eius acceſſiſſe,& quodammodo hæreditariũ
factum.fac.l.furioſi.51.eod.tit. §. in pecudum
Inſt.de rer.diu.Bart.in l.fructus.7.nu.3.ff.ſol.
matr.l.Imperator.§ fin.cum l. ſequ.ff.de leg.2.
10 † Vbi non videri conſumptum quod in corpore
patrimonij per ſubrogationem continetur, opti-
mus tex.in l.ſi ipſarer.18.ff.de eo quod met.cau.
& in term.præcisè noſtris Lambert.(alios refe-
rent locos, in d.glo.1.nu.237.& Laderch.d.cõſ.
165.num.7.verſ.neque obſtat.ſub prin.allegãs
l.ſi pretium.C.de petit.hæred.Surd.conſil.293.
ſub nu.2.et 24.lib.2.in conſ.514.nu.1.et ſeqq.
lib.4.Barz.præclarè dec.53.Coſt.de ration.ratę
q.67.in fin
11 † Ac ad ſciendum an pretium ſuccedat
loco rei multum referre, an agatur iudi-
cio vniuerſali an particulari pateat ex Alex.
conſ.186.num.4.et ſub num.6.lib.5.Menoch.
conſ.1177.num.24.lib.12.iunct.nu.16.et ſeqq.
D.Morot.reſp.84.ſub num.1.et 2.par.1.Gabr.
conſ.37.ſub num.7.et per tot.lib.1.benè expli-
cãs tur ità in particularibus, Coſt.de rem.ſubſid.
rem.61.num.6.et ſeqq.ad dec.noſtr.Bonon.cum
add.43.num.3.et ſeqq.Tiraq.in 1.retr.§.32.gl.
vn.num.10.et ſeqq.21.et ſeqq. Rip.lib.3.reſp.
cap.13 ſub princ.
12 † Vbi declaratio quod quantum ad effe-
ctum, qui habet pretium rem habere cenſe-
13 tur, Surd.deciſ.15.per tot. † Vbi de empto ex
pecunia hęreditaria an ę hreditariũ an in fi-
14 deicommiſſum cadat † pleniſſime de hoc,
& de pecunia hæreditaria, dotali,pupillari,
fideicommiſſaria, Menoch.conſil.213.libr.3.
Pereg.de fideic.art.44.nu.30.et ſeqq. et in alijs
15 locis ſupra cit. per diſcurſum. † In re tamen
extincta etiam in particularibus pretiũ ſuc-
cedere loco rei vide Caroc. de remed. contr.
præiud.ſent.excep.126.num.54.
16 † Hæc de bonæ fidei poſſeſſore, quoad
iudicium vniuerſale, vt fructus reſtituat,
quatenus factus ſit locupletior. Malę fidei
verò poſſeſſorem omnes fructus reſtituere
indiſtinctè eſt in d. l. 1.C.de pet. hæred. et in l.
item veniunt.§.fructus.ff.eod.tit.Didac.variar.
reſol.lib.1.cap.3.ſub num.6.verſic. 3.concluſio
17 poſt med. † Et quidem à die mortis teſtatoris
ſi quis fuerit condemnatus ad reſtitutionẽ
totius aut partis hęreditatis. Natt.conſ.156.
18 numer.2.et 9. † Imputet enim ſibi occupans
id, quod ſciebat ad ſe non pertinere iuxta
eund.Natt.conſ.536.ſub numer.17. eleganter
diſcurrit Alex.conſ.127.ſentio fieri dubium per
tot.libr.6.His adde Aff.dec.240.nu.1.et 2.Vbi
etiam idem in hærede eius qui fuit in mala fide
Corn.conſ.18.num.2.vol.3.dec. noſtr.Flor.12.
num.32.D.Morot.protopr.et I. C. grauiſſimus
Reſp.6.num.31. lib.1.
19 † Reliquum eſt vt videamus quid excu-
ſet, liberetue à prętextu malę fidei Nam qui
probabili iuris vel facti errore ductus exiſti-
mauit rem poſſe acquirere, Bonę fidei poſ-
ſeſſor dicitur, & vtiles ſumptus deducit etiã
de fideicommiſſis Pereg de fideic. art.50.nu.
56.Corn.conſ.147 et conſ.243.lib. 2.adde in §.
cap.vlt.nu.57. ſeu quando quid fit citra do-
lum fraudem, malitiam ſeu captionem l. et
hæc.35.ff.loca.l.qui filiam.32.ff.de manum. te-
ſtam.l.ea verò.3.in fin.ff.pro ſoc. l. ſi quis liber-
tatem.§.planè.ff.de pet.hæred. vbi non eſt fal-
lax diſſimulatio, ibi dicit adeſſe bona fides.
l.qui proprio.46.§.procurator. l.qui duas.6.§.
vlt.ff.de excuſ.tut.ad Couar.var. reſ.lib.1.c. 3.
numer.7.ſed et ſi lege.§. ſcire. ff. de hær.pet.
vbi Prędonem non eſſe eum qui dolo caret,
quamuis in iure errauerit, etiam ſi dubitaret
de iure ſuo. quia mala fides debet habere
ſcientiam, & exiſtimationem poſſidentis vti
rem alienam l.item veniunt.§.1. ff.de vſucap.
vnde etiam dicitur eſſe in bona fide, qui iux-
ta conſiliũ alicuius Excellẽtis Doctoris ali-
quid præſtat, quia opinio Doctoris probat
iuſtam cauſam etiam litigandi, omnẽ dolũ

 exclu-

excludit, ponitq; in bona fide. *Iaſ. ad l. properandum. 11. §. ſiue autem alterutra. C. de Iud. vbi Bonauoglia, additio pet. Senaud. de Docto 4. par. 9 q. 44. Felin. c. cum contingat. col. 3. de reſcript. Alex. conſ. 76. nu. 10. lib. 7. Corn. conſil. 148. col. fin. lib. 2. conſil. 215. ad fi. lib. 5. Menoc. de recup. rem. 11. num. 17. de arbitr. lib. 2. caſu 177. nu. 3. Fulgo. Abb. Bal. cit. per Tiraquel. de pæn. cau. 55. num. 108. et excuſandus ſi licem ſit ingreſſus. Iaſ. d. §. ſin autem. num. 8. concluſ. 2. Ibid. Alex. num. 13. Menoch. d. caſ. 177. num. 5. et 12. Pariſ. conſ. 7. in fin. lib. 3. Bartol. ad l. 1. in princ. num. 6. ad S.C. Turpil. fallit vt infra cap. ſeq. num. 15.* vbi bonam fidem non excuſare; ſed hoc aliud eſt à quæſtione præſenti. Innui tamen. & in caſu etiam alienationis ꝓhibitæ prodeſſe quoad recuperandas expẽſas vbi tractatur de damno vitando, licet quoad ipſam alienationem, non proſit, quę ſunt rationes diuerſitatis *vide Caſtr. cõſ. 147. ſub num. 7. lib. 1.*

CAP. SEXAGESSIMVM TERTIVM.

De fructibus in compluribus caſibus generaliter vltrà ſupra á cap. 57. ad hoc vſq;

SVMMARIVM.

1 *In legitima et ſupplemento reſtituuntur fructus à die mortis teſtatoris. et num. 2.*

2 *Etiam non petiti. num. 3. et 4.*

3 *Quicquid aliquis contrà.*

6 *Declara vt in legitima veniant fructus percepti à bonæ fidei poſſeſſore licet conſumpti, ſecus in trebellianica.*

Et In legitima quidem ſi agatur iudicio vniuerſali nan ſi particulari. ſub eod.

Et ſunt debiti fructus etiam legitima nondũ aſſignata. ibid.

7 *Idem vbi petitur quod ſuum erat, aut ſibi debitũ vt cum fructibus ſit facienda reſtitutio etiam ante moram. etc.*

8 *Vt in caſu reſtitutionis dotis; aut legati quando res erat teſtatoris.*

9 *Si titulus fuit nullus.*

Etiam in actionibus ſtricti iuris ſub d. num. 7. & 10.

11 *Si vendita res debitoris fiſci ſolennibus non ſeruatis, res reſtituitur cum fructibus perceptis et percipiendis.*

12 *Idem vbi titulus reducitur ad non titulum.*

13 *A die quo titulus eſt creatus, nec ſolum à die declaratę caducitatis.*

14 *Vidua inſtituta ſub conditione viduitatis ſi nubat reſtituit hæreditatem cum fructibus.*

15 *Non obſtante bona fide, & quod qualibet cauſa excuſet, vt vbi alienatio eſt nulla.*

16 *Quando reuocatur res alienata, vt Hæretici vel Rei læſæ maieſtatis.*

17 *Quod non procedit in caſu in quò ipſo iure non fit confiſcatio, quia hoc caſu à die latæ ſententiæ ſunt fructus reſtituendi.*

18 *Item ſecus quoad fructus per bonæ fidei poſſeſſorem conſumptos.*

19 *An relictum vltra modum l. hac edictali ſit cũ fructibus reſtituendum.*

20 *Quoties actus ſui natura eſt reuocabilis, ſemper fructus ſunt reſtituendi.*

21 *Vt in donatione, legato & ſimilibus reuocatis, In cauſa poſſeſſionis ad non titulum redacta.*

22 *Vbi conditio deficit.*

23 *Quando contractus ab initio eſt perfectus, ſed in aliquem euentum reuocabilis fructus medio tempore percepti non reſtituuntur. & num. 25.*

24 *In donatione ob ſuperuenientiam liberorum reuocata.*

26 *In eiſdem term. reuocationis legati, donationis, emphyteoſis, teſtamenti, maioratus, & nominationis.*

27 *De fructibus reſtituendis ab hæredibus mariti ſi mulier ſtetit vt non ſtetit in domo.*

28 *An à tempore matrimonij an diſpenſationis obtentę debeantur fructus.*

29 *Reſoluto contractu precariæ fructus veniunt interim percepti.*

30 *Et quid vbi reſtituitur Hæretico, Excõmunicato, Degradato.*

31 *Vbi eſt mora irregularis, vt quia cum minore, vel in cõtractu hinc inde obligatorio reſtituẽdi omnes fructus percepti.*

32 *Quid vbi reſcinditur cõtractus ex l. 2. C. de reſc. vend.*

33 *Quid ſi ob enormiſſimam læſionem.*

34 *Quid vbi reſcinditur tranſactio ex pacto reſolutiuo ipſo iure & facto.*

35 *Quid in reſciſſa inſtitutione per querelam.*

36 *Ratio quia reſciſſio fit ipſo iure.*

37 *Quid vbi reſcinditur tranſactio culpa partis nõ adimplentis. & num. 38.*

39 *Si contractus ſit vſurarius, venditor non obſtante lapſu termini poteſt rem cum fructibus omnibus perceptis recuperare.*

40 *Vſurarius reſtituit rem cum fructibus & pecuniam cum lucro ex ea facto. deductis tamen expenſis.*

Cum vſurario agitur mitius, quàm cũ Fure vel Raptore. ſub eod.

41 *Poſſidens ex contractu ſimulato, vſurario, aut cui ius reſiſtit debet ad omnes fructus condẽnari.*

Contractus cui ius reſiſtit nullo modo prodeſt quoad fructuum acquiſitionem. ſub eod.

42 *Error iuris non excuſat à fructuũ reſtitutione.*

43 *Ita-*

43 *Hæredes differentes implere relicta pijs cauſis tenentur reſtituere omnes fructus redditus & acceſſiones non expectata mora per litis conteſtationem.*

44 *Idem ſi cautione Mutiana preſtita ſi nõ impleatur conditio, vt ſint à morte teſtatoris fructus reſtituendi.*

45 *Idem ſi contractus reſolutus & facta hinc inde reſtitutio. nõ obtenta fortè confirmatione putà à Papa intra tempus conuentum, Interim cui erunt fructus adiudicãdi an Eccleſiæ quæ precario conceſſit an recipienti? dic quod Eccleſiæ qua tamen refundet expenſas.*

46 *Quid Vbi fœmina reintegratur ad bona à quibus fuit ſuſpẽſa à quo tempore faciat fructus ſuos.*

47 *Quid in fratre maiori adminiſtrante.*

48 *In redditione rationis veniunt fructus percepti.*

49 *Quid in hærede ſub conditione ea non ſeruata.*

50 *Quid in hypotheca.*

51 *Idem in Saluiano interdicto.*

52 *Quid in fiduciario.*

53 *Neceſſaria vt quis ſit hæres fiduciarius.*

54 *Quid de fructibus bonorum extradotalium ſeù paraphernalium à marito perceptis.*

55 *Quid in Spoliante.*

56 *Quid de fructibus ex melioramentis.*

57 *Quid ſi facta melioramenta à bonę fidei poſſeſſore.*

58 *Quid de fructibus in emphyteoſi poſt declaratã caducitatem.*

59 *Quid in publicatione bonorum hæretici & aliorum.*

An à die ſententię ibid. & num.60.

61 *Niſi vbi bona ipſo iure confiſcantur.*

62 *Excipe niſi emptor ſit in bona fide.*

63 *Item Fal. ſi bona eſſent peruentura in fiſcũ ex alia cauſa quàm delicti.*

64 *Quid in tertio admiſſo ad cauſam.*

65 *Quid in excommunicato.*

66 *Quid ſi abſoluatur an recuperet fructus.*

67 *Quid ſi pendẽte excommunicatione fructus percepit & poſtea liberationem obtineat.*

68 *Eſt tamen per viam eleæmoſinæ ſuccurrendum excommunicato impedito legitimè procurare abſolutionem.*

69 *Fructus in remedio retinendæ.*

70 *Seù manutenendæ poſſeſſionis.*

71 *Quid in miſſo ex primo decreto.*

72 *Quid in creditore tenente rem ſibi obligatam.*

73 *Quid in reſtituto ad gratiam Principis.*

74 *Quid in reſtituto per viam iuſtitiæ.*

75 *Quid in reſtituto per viam gratiæ in forma plenaria vel pleniſſima reſtitutionis.*

76 *Caſus vbi bona reſtituuntur abſque fructibus in filius Orthodoxis.*

77 *Quid in legato.*

78 *Limitatio in eodem.*

79 *Etiam in bonæ fidei poſſeſſore quoad idem.*

80 *Quando ſit reuocatio ex tit. de inofficioſæ dotis à quo tempore fructus debeantur.*

81 *Sublimita non licere filio propria authoritate fructus capere.*

82 *Limita etiam quando ipſi quoque fructus ſunt in legato.*

83 *Limita etiam in legato ad pias cauſas vt debeãtur à tempore mortis.*

84 *Limita etiam in legato pro dote.*

85 *Fructus ſunt ex cauſa dotis & cenſentur, ex eo quod collatum ſit legatum in diem matrimonij.*

86 *Limita etiam ſi minori annis xxv. legatum. aut fideicommiſſum fiat.*

Mora finitur ipſo iure vltimo die xxv. anni. ſub eod.

87 *Fallit ſi legata ſint alimenta vt poſt xxv. annũ mora fiat abſq; interpellatione in caſu vt eod.*

88 *Item Fall. in legato pro legitima certę quantitatis ſub ea conditione ſi filia nuberet arbitrio patrui vſuras hæres debeat vt. ibid.*

89 *Alia de fructibus legatorum remiſſiuè.*

90 *Quando dies aut cõditio fuit appoſita fauore legatarij.*

91 *Si hæres ignorabat rem legatam.*

92 *Si legatum factum pro conſtrucdo Monaſterio, quod interim non conſtruitur.*

93 *Quid in fideicommiſſo.*

94 *Quid ſi agatur contrà tertium fideicommiſſi poſſeſſorem.*

95 *Idem in fideicommiſſo vniuerſali vt ante reſtitutionẽ factam non veniant fructus niſi &c. vt num. 96.*

97 *Et quid in feudalibus.*

98 *De materia an fructus ad ſecundum fideicommiſſarium tranſeant antequam primus in mora conſtituatur, & an & quando debeãtur fideicommiſſario*

99 *Quid in fideicommiſſario ingrediente bona hereditaria, qui tenetur reſtituere hæredi grauato.*

100 *Quid de fructibus in materia ſubſtitutionis cõpendioſæ.*

Et de Matre quæ ſuccedit pupillo etiam in fructibus ab eo perceptis. ſub eod.

101 *Quid in Bonæ fidei poſſeſſore quid in Malæ.*

A die litis conteſtatę omnes ſiunt malæ fidei poſſeſſores ſub eod.

Fictè tamen non verè ibid.

102 *Et effectus quod ficta quia fructus non erunt debiti à lite conteſtata in prima inſtantia perempta, ſed à die nouę litis conteſtationis.*

103 *Alia ad excuſandum à fructibus poſt ſententiã iam latam.*

104 *Mala fides non præſumitur ſed eſt probanda.*

105 *Et eſt difficilis probationis.*

106 *Ex coniecturis probatur.*

107 *Bona fides præſumitur.*

108 *Eſt tamen allegãda.*

109 *Et poteſt allegari poſt concluſum in cauſa.*
110 *Aliquando ea eſt probanda, nec ſufficit eam allegare, vt ſtante ſtatuto bonam fidem requirẽte.*
111 *Omnes boni præſumuntur, & cur.*
112 *Si in ſententia nihil dictum ſit de fructibus pro omiſſis habentur.*
113 *Fall. vbi fructus veniunt principaliter, vt interdicto vti poſſidetis, aut vnde vi, in quibus fructus debentur etiam non petiti.*
114 *Vel etiam ſi agatur petitione hæreditatis.*
115 *Fructus rei legatæ in foro exteriori non pertinent ad legatarium niſi collecti poſt aditam hæreditatem.*
116 *Vt ſi legatus fundus plenus fructus, qui percipiantur ante aditam hæreditatem, nã non pertinebunt ad legatarium.*
117 *Ratio eſt quia fructus ſequuntur Dominum, at dominium rei legatæ ante aditam hæreditatẽ non tranſit in legatarium.*
118 *In foro verò conſcientiæ videntur dicti fructus deberi a die mortis legantis.*
119 *Ratio quia aditio requiritur ex ſubtilitate iuris, quæ in foro animæ & æquitate non attenditur.*
120 *Legatum eſt debitum à morte teſtatoris, ergo & fructus.*
121 *Hæres ſciens rem legatam tenetur ad fructus ſi ſit in mora adeundi hæreditatem.*
122 *Ad materiam deſcriptionis fructuum.*
123 *Cautio de non moleſtando aut de fructibus reſtituendis an danda in iudicio mandati de manutenendo.*

1 I †Dem in legitima, & ſupplemento legiti-
mę dicimus quod vna cum his etiã fru-
ctus ſint reſtituendi à die mortis percepti
Alex. d. conſ. 127. num. 2. lib. 6. vbi. numer. 3. et
ſeqq. et conſ. 134. num. 38. eod. lib. et in conſil. 7.
nu. 8. lib. 2. Bero. conſ. 135. numer. 1. et 4. lib. 2.
Bertran. egregiè par. 1. vol. 1. conſ. 145. et volu.
2. conſil. 301. in fin. Natt. conſil. 156. num. 1. et
ſeqq. Surd. conſ. 128. num. 4. et ſeqq. et cõſ. 388.
num. 26. Vbi adducitur ratio lib. 3. Franch. dec.
2 *16. nu. 13.* † etiamſi non fuerint petiti, quan-
do fuit actum ad legitimam, ſeù ad ſupple-
mentum legitimæ, ex communi opinione,
vt refert Gayl. lib. 2. obſ. 120. ſub nu. 14. et pro
qua extant plura iudicata ad Boer. dec. 3. in fin.
Beninten. dec. Bonon. 37. num. 9. Franch. d. deciſ.
16. num. 13. et ibi Amendol. num. 9. alios citans,
Menoch. conſ. 8. ſub num. 22. et conſ. 77. nu. 13.
vbi quod omnes vno ore ſcribunt fructus in
legitima à die mortis deberi, etiam non pe-
titos *et ibid. Cauagnol. num. 17. 18. 19. alios ci-*
tans, et conſil. 251. num. 54. lib. 3. adde infr. nu.
112. et ſeqq. et ſupr. cap. 59. num. 85. vbi ſi non
petiti remiſſiuè & de fructibus non petitis *Ric.*
par. 5. collect. 1999. vbi ſi petiti, & omiſſi am-
plius peti non poſſe, ſi non petiti poſſe, &
idem de intereſſe. *et part. 7. collect. 2749. vbi*
vide.
3 † Quicquid dicat idem *Menoch. ſibi cõtra-*
rius in conſil. 1149. numer. 18. et ſeqq. libr. 14.
4 † Nam re vera aliud eſt quod ſit neceſſaria
petitio, & aliud quod fructus debeantur,
nam etiam his caſibus in quibus eſt neceſſa-
ria petitio, non tamen hinc fit, quod fructus
etiam ante petitionem, & à die mortis non
ſint debiti, poteſt enim vtrunque ſtare, & quod
petitio requiratur, & quod nihilominus fru-
ctus ante ipſam petitionem percepti à tem-
pore mortis reſtitui debeant, *ex Surd. dec. 25.*
5 *ſub numer. 29.* † Quod tamen declara, *vt per*
Cabal. part. 2. conſil. ciu. 94. numer. 9. et ſeqq.
Vbi in legitima deberi fructus etiã percep-
tos, & conſumptos à bonæ fidei poſſeſſore,
ſecus tamen in Trebellianica, *vt num. 10. et*
6 *11.* † & id ſi agatur iudicio Vniuerſali peti-
tionis hæreditatis, vel familię erciſcundæ,
vt veniant fructus etiam conſumpti à bonæ
fidei poſſeſſore, ſecus ſi agatur ſingulari iu-
dicio, quia tunc non veniunt fructus bona
fide conſumpti, *et idem Alex. conſ. 69. num. 4.*
lib. 1. Gabriel. conſ. 95. nu. 5. lib. 2. Declan. reſp.
79. num. 17. vbi ratio, et nu. 35. lib. 2. Vbi etiã
deberi ea nundum aſſignata *Tiraquel. ad l. ſi*
vnquam. in verb. reuertatur. num. 270. C. de re-
uoc. donat. Paſes. conſ. 123. per tot.
7 † Idem vbi petitur quod ſuum erat, aut
ſibi debitum, vt ſemper res ipſa vnà cum
fructibus ſit reſtituenda, etiam ante moram
ante litem conteſtatam, etiã in iudicijs ſtric-
ti Iuris, *vt per Surd. dec. 211. num. 19. et ſeqq.*
8 *præſertim num. 23. & 24.* vbi exempla, † ſci-
licet in caſu reſtitutionis dotis, & in caſu le-
gati, quando res legata erat teſtatoris *in dec.*
9 *45. et 46.* † vbi ſi titulus fuit nullus *dec. 171.*
10 *num. 9.* † vbi quando peto quod meum eſt,
etiam in actionibus ſtricti Iuris, *& ad l. pri-*
11 *mam. C. de fid. inſtrum. lib. 10.* † vbi ſi vendita
ſit res debitoris fiſci ſolemnibus non ſeruа-
tis, eadem res reſtituitur cum fructibus per-
12 ceptis, & percipiendis † & idem vbi titulus
reducitur ad non titulum *Surd. d. deciſ. 171.*
13 *num. 5. et per tot.* † A die quo titulus eſt crea-
tus non autem ſolum à die declaratę reduc-
tionis *Rot. Rom. per Farin. part. 1. deciſ. 693.*
14 *ſub num. 1.* † vbi in Vidua inſtituta ſub con-
ditione viduitatis, ſi nubat reſtituit cum hę-
15 reditate etiam fructus, *vt ibid. per tot.* † non
obſtante bona fide, & quod quælibet cauſa
excuſet à pęna, vt & vbi alienatio fuit nulla
per l. iubemus. 14. §. ſanè C. de ſacroſ. eccl. auth.
quæ res C. eod. Cabal. caſ. crim. 295. numer. 44.
16 † Vbi quando eſt locus reuocationi ali-
cuius rei alienatæ, vt hæretici vel Rei læſæ
maieſtatis, quod tunc vnà cum re ipſa alie-
nata veniant etiam fructus reſtituendi.
17 † Hoc tamen intellige ne procedat in alio
caſu

caſu, in quo bona ipſo Iure non confiſcentur, quia hoc caſu tantum a die ſententiæ venirent fructus, vt ibid.num. 54.
18 † Item ſecus quoad fructus à bonæ fidei poſſeſſore conſumptos Surd.dec.247.ſub nu. 11.& 12.ad ſupra cap.59.num.85. vbi remiſſiuè.
19 † Sed quod relictum vltra modum legis hac edictali ſit vnà cum fructibus reſtituen-
20 dum, dicit Surd.d.dec.171. † Vbi ſub numer.5.
quod quoties actus ſui natura eſt reuocabilis, ſemper fructus omnes ſint reſtituendi, &
21 idem in conſ.14.num.14. & ſeqq. † Vbi in donatione, legato, & ſimilibus reuocatis cum diſtinctione, vt ſub eod.num.14.in cauſa poſſeſſionis ad non titulum redacta. numer. 16.
22 † & vbi conditio deficir vt vnà cum fructibus fiat reſtitutio nu.17. at cum alia diſtinc-
23 tione vt ſub eod. † nam quando contractus eſt perfectus ab initio, ſed tamen in aliquem euentum, vel caſum reuocabilis, ſi poſtea reuocetur fructus medio tempore percepti
24 non reſtituuntur, vt ibid.† vbi in donatione ob ſuperuenientiam liberorum reuocata, &
25 in donatione inter viuos.num.19.† & in eiſdem term. tituli reuocabilis videri etiã poteſt Menoch.conſ.704.num.31.& ſeqq.libr.8. & conſ.1173.num.6.et ſeq. vbi pulchra declarationes lib.12.Cald.ad omnia prędicta in tract. de poteſt.eligen.etc.lib.3.cap.4.num. 7.et ſeqq.
26 vſque ad 23.† vbi in reuocatione legati, donationis, euphyteoſis, teſtamenti, maiora-
27 tus, & nominationis,† & de fructibus reſtituendis ab hæredibus mariti, ſi mulier ſtetit vel non ſtetit cum eis in domo, idem Menoc.
28 conſ.1014.lib.11.† An à tempore matrimonij, an verò a tẽpore diſpenſationis obtentę
29 in conſil.293.num.9.et ſeqq.lib.3.† ſic reſoluto cõtractu precarię fructus venire interim
30 perceptos dicit Bero. quæſt. 59. † & vbi reſtituitur ſuſpenſo hęretico, excommunicato, vel degradato March.q.Delph.q 884. par.2.
31 Surd.dec.247.nu.11.et 12.† ſic vbi eſt mora irregularis, vel quia cũ minore agatur, vel quia ſimus in contractu vltrò citròque obligatorio, vt in emptore, & venditore quãdo emptor habitare vẽdita non ſoluto pretio, fructus percepti, omnes veniunt reſtituendi, Menoch.conſ.1090 num.pen.et fin.lib. 11.et ad ſupra cap. 59.num. 85.
32 † Quid verò vbi reſcinditur contractus ex l. 2.C.de reſcind. vend. ob læſionem vltra dimidiam iuſti pretij? Marc.q.641.part.2. Myſing.obſ.73.num.7.cent.4. Adden.ad Gam. dec.292.verſ.tertia, et verſ. tertiæ, vbi eſſe reſtituendos à die litis conteſtatæ ad ratam tamen illius reſidui pretij, quod erat ſoluendum pro complendo legitimo valore rei emptæ, prout ita fuit florentiæ iudicatum per DD.tres ſub 13.Maij 1614.et ad ſupra d. c.59.
33 d.num. 85.† & quando reſcinditur contractus propter enormiſſimam lęſionem fructus reſtituuntur à die ipſiuſmet contractus, Cęual.comm.contr.comm. q.575.vel.587.et in motiuis florentiæ, ſub 5.Maij 1612. lib.mot.92. cart.436. vbi ita fuit iudicatum in Rot. florent. et me quoque referente in eadem Rot. fuit tentũ in alia cauſa.
34 † Idem quod fructus debeantur à die cõtractus procedit, vbi reſcinditur tranſactio. ex pacto reſolutiuo ipſo iure, & facto l. filio.
35 §.primo in fi.ff.de inoff. teſtam. † Vbi reſciſſã Inſtitutione per quærelã reſtituuntur fruc-
36 tus, † ratio eſt quia reſciſſio fit ipſo Iure, & perinde eſt, ac ſi titulus nũquam extitiſſet,
37 † Secus vbi reſcinditur trãſactio culpa partis non adimplentis tranſactionẽ pro parte ſua, nam tunc fit reſtitutio rei cum fructibus medio tempore perceptis, tex.in l.5.ff.de leg. commiſſ.Pinel.ad l.2.par.2.cap.4.num.9.et 10.
38 † Vbi de ambobus caſibus, et D.Præſ.Morot. elegantiſſimè more ſuo etiã de ambobus in reſp.
39 6.num.fi.† Idem ſi contractus ſit Vſurarius, nam venditor (non obſtante lapſu termini) poteſt rem cum fructibus omnibus perceptis recuperare Lup.in l. curabit.num. 96.C.de
40 act.empt.fol. 78.† Item Vſurarius non ſolũ tenetur pecuniam vſurariam reſtituere, ſed etiam quicquid cũ ipſa lucratus eſt, & fructus perceptos ex re empta de pecunia ſenebri, quæ enim ex radice corrupta procedũt corrupta ſunt, expenſas tamen ex re empta de pecunia vſuraria factas poteſt deducere, & forte operas ſuas moderatas, vt in Vſurario agatur mitius, quam in fure, vel raptore, vt ait Guid.Pap.in tract. de Vſur. tract. diuerſ.
41 numer.45.lib.5.fo mihi 304.col.3.† Idem vt poſſidens ex contractu ſimulato, Vſurario, aut cui ius reſiſtit debeat condemnari non à die litis conteſtatæ, ſed ad omnes fructus perceptos, vt ait Manent.de iur. cõtract.liuell. q.4.ſub nu.50.et ſeqq. vbi contractus, cui ius reſiſtit, nullo modo prodeſt quoad fructuũ acqſitionem, ex Mar. Anguir.conſ. 32.n.26. Ruin.conſil.51.num.28.et 31.lib. 1.
42 † Nec error Iuris excuſat, vt ibid. num. 54. dicit Manen.ex Cabal. milleloq.315.

Idem in ſpecie l. ſancimus ſi quis morient.
43 §.ſupra autem.4. C.de epiſc.et cler.† vbi quod hæredes differentes complere voluntatem defuncti in eis quę pertinent ad eccleſiã, vel pias cauſas tenentur omnes fructus redditus & acceſſiones reſtituere à tempore mortis teſtatoris, non expectata mora per litis cõteſtationem aut aliter, quia ipſo iure fuit contracta.et l.pręſent lex. ſub verſ.hãc iterum
44 eod.tit.† Idem ſi cautione Mutiana pręſtita de legato reſtituendo, vt ſi nõ adimpleatur conditio ipſum legatum vnà cum fructibus à morte teſtatoris ſit reſtituendum; Maur.de

*ſideiuſſo.in prælud.ſect.*3.*c.*24.*n.*4.*ſo.mihi* 142.
45 † Idem ſi contractus fuerit reſolutus, & fa-
cta hinc inde reſtitutio , putá ſi ab eccleſia
ſub contractu precarię res ad vitam fruen-
da concedatur pro certa pecunia, hoc acto
quod eccleſia pecuniam lucrifaciat, & quod
alter cum ea contrahens confirmationem
huiuſmodi contractus infra certum tempus
ſuis ſumptibus a Sede Apoſtolica obtineat,
quod niſi fiat contractus pro reſoluto, & no
facto habeatur: Si labitur tempus non obten
ta confirmatione, & concorditer á contra-
ctu recedatur hinc inde, rei, & pecunię fac-
ta reſtitutione, Quęſtionis eſt cui fructus in-
terim ab illo qui precario accepit ſint adiu-
dicandi, hic eſt caſus *de quo Bero. q.* 59. vbi
reſoluit omnes fructus ad eccleſiam perti-
nere, illique eſſe reſtituēdos, deductus tamē
expenſis, & cum alijs declarationibus, vt
per eundem, ad quem remitto.
46 † Quid vbi fęmina reintegratur ad bona
á quibus, & eorum poſſeſſione remanſit ſuſ-
penſa, puta ob exiſtentiam maſculorum, p-
pter quam interim eſſet excluſa á dictis bo-
nis, á quo tempore faciat fructus ſuos? Dic
quod á lite conteſtata , niſi actum ſit peti-
tione hæreditatis, quia hoc caſu á die mor-
tis venient reſtituendi, *vt per Gratian. deciſ.*
47 *March.*81.*n.*16.*&* 17. † Quid in fratre ętate
maiori, qui adminiſtrauit cū alijs fratribus
minoribus ſimul in communione exiſtenti-
48 bus? † Dic quod tenetur reddere rationem
iuxt. Dec. conſil. 155. *col.* 1. † in qua veniunt
fructus percepti per eum ex bonis *ipſe Dec.*
*conſ.*110.*num.*7.*Card.Tuſc.pract.concl.tom.*7.
*lit.*5.*concl.*303.*num.*15. *& ſeq.*
49 † Quid in hęrede inſtituto ſub conditio-
ne, & qui conſequutus eſt hęreditatem, non
adimpleuit tamen poſtea conditionem? dic
teneri ad reſtitutionem hæreditatis cum
omnibus fructibus *Menoch. conſ.* 1168.*num.*
50 23.*in fin.*24. *&* 33.*libr.*12. † Quid in hypo-
theca? dic, quod á die litis conteſtatæ *add.ad*
51 *March.q.* 922. † & idem in Saluiano inter-
dicto *Monded.conſ.*25.*num.*5.*lib.*2.
52 † Quid in hærede fiduciario, ideſt quando
quis accomodauit fidem de alteri reſtituen-
do? dic eū teneri de omnibus fructibus per-
ceptis, *vt per Bertaz.conſ.*8.*num.*3.*& conſ.*10.
53 *num.*1.*&* 2. † & ibid. de concurrentibus ne-
ceſſarijs ad hoc vt quis hæres fiduciarius
dicatur: *ſub numero* 4. *&* 8. *& ſeqq. conſil.*
*ein.*8.
54 † Quid de fructibus bonorum parapher-
nalium, vel extradotalium, an ſint per mari-
tū, qui eos percepit reſtituendi? Tu dic eſſe
reſtituendos, niſi de expreſſo cōſenſu Vxo-
ris fuerint percepti, & alijs iunctis admini-
culis, de quibus *plenè per me deciſ.Lucenſ.*68.
omninò imprópoſito videnda, quia pleniſſima
in hanc rem, *& ad idem Natt.conſ.*75.*Surd.*
*conſ.*290. *D.Præſ.Teſſ.dec.*187.*Menoch.præſ.*
8.*num.*32.*& ſeqq. lib.*3. *quos citaui, & alios in*
*d.dec.*68.*adde ſupra cap.*61.*num.*104.*& cap.*
59.*ſub num.*85.
55 † Quid in ſpoliante? *vide ſupra cap.*61.*nu.*
33. 34. Quid de fructibus ab eo perceptis,
qui fuit per ſententiam manutenius in poſ-
ſeſſione? *dic vt ſupr. eod.cap.*61.*num.*63.*& d.*
*num.*85.*cap.*59.
56 † Quid de fructibus ex melioramentis
perceptis? *ſupra c.*61.*num.*56.*& per Menoch.*
*conſ.*858.*ſub num.*13.*verſ.quintò, & vltimò in*
*fin.lib.*9.*& ibid. per tot.* vbi quod á die peti-
tionis non liquidationis, & compenſantur
cum melioramentis, *vt in dec.bonon. noſt.*14.
57 *num.*14.*& dec.*57.*num.* 1. † quod tamen nō
procederet ſi bonæ fidei poſſeſſor eſſet Do-
minus, & meliorationes feciſſet in re ſua,
quia fructus habere deberet præcipuos,
quicquid ſit quod compenſare teneretur,
quando is non eſſet Dominus, vt vtrunque
dictum reſoluit *Surd. conſ.*155.*nu.*15.*&* 16.
cum ibi per eum relat.
58 † Quid de fructibus in emphyteoſi poſt
declarationem caducitatis per Dominum
factam? dic omnes fructus ante perceptos
eſſe reſtituendos, *Surd.dec.*25.*nu.* 27. *& ſeq.*
*dec.noſtr.flor.*36.*nu.*24.*& ſeqq.Cald.de emph.*
extinct. cap. 14. *num.*31.*& cap* 18.*num.*8.*&*
*de renouat.emph.q.*10.*num.*7.*& ibid.per tot.c.*
*ſi finita ſit emphyteoſis.adde ſupra cap.*58.
59 † Quid in publicatione bonorū hęretici, &
aliorum an fructus reſtituantur á die delic-
ti, an á die latæ ſententiæ? de hoc ſcripſit
Cabal. caſ. crim. 295.*num.*7.8.*&* 54.*& ſeqq.*
Boſſ.de rapin. num. 41. *Cald.de renouat.emph.*
*q.*10.*num.*7. 8. *Guazzin.de confiſ.bono.concl.*
60 13.*limit.*15. *fol.* 96. † vbi quod acquiruntur
fructus á die ſententiæ confiſcationis, niſi
extarent tempore delicti, quia illi ſtatim ca-
61 piuntur, vti bona delinquentis, † & niſi in
caſibus in quibus bona confiſcantur ipſo iu-
re, vel ipſo facto, quia á die commiſſi delic-
62 ti ad fiſcum fructus pertinent, † niſi tamen
emptor eſſet in bona fide, quia faceret fru-
63 ctus ſuos, † Item prædicta intellige quando
bona ex cauſa delicti confiſcantur, ſecus ſi
eſſent peruenta in aliquē ex alia cauſa, quia
poſſeſſor illa reſtituit cum fructibus perce-
ptis, & fiſcus aufert illos veluti ab indigno,
vt hac per Guazzin.in loco mox cit.
64 † Quid in tertio admiſſo ad cauſam? *dic vt*
per Farin. par. 1.*dec.*604.*num.*4.*tom.*1.*deciſ.*
Rot. Rom. vbi tertium non habere fructus
ante admiſſionem & quoad reliquos poſt
admiſſionem eſſe videndum de bono iure
65 eius. † Quid in excommunicato an faciat
fructus ſuos? dic non facere, & itá pluries *te-*
*nuit Rot.Rom.vt dec.*8.*de ſent.excom.in antiq.*

Put.

Put.dec.273.par.1.Caroc.de excep.cōtr.ſenten.
66 excep.44.numer.193. † vbi ampliat nu.194.
vt licet poſtea excommunicatus abſolutio-
nem obtineat,& faciat pronunciari ſenten-
tiam iniuſtam , tamen tales fructus non re-
cuperet , niſi de his porrigat quærelam, per
rationem,quia ab initio fuerunt iuſte admiſ
ſi, ideo ſatis eſt quod in ſubſidium detur ei
67 remedium quærelæ, † & e contrà ſi pen-
dente excommunicatione fructus percepit
& poſtea liberationem obtineat, tamen te-
netur ad fructus eò tempore perceptos, tā
68 quam iniuſtus eo tempore poſſeſſor.† benè
verum eſt(vt ſubijcit ibid. Caror.num.195.)
quod ſi excommunicatus ex legitimo impe-
dimento non potuit procurare abſolutionē
vel reperiatur in extrema neceſſitate, etiam
ex culpa ſua , his duobus caſibus etiam per
viam Eleęmoſinę ei ſuccurrendum eſſet ex
gl.in canon.ſacrorum.12.q.2.et alijs vt per eū.
69 † Hiſce adde quod fructus percepti poſt in-
tentatum poſſeſſorium retinēdę ſint Acto-
ri reſtituendi, Alij autem ideſt etiam à prin-
cipio litis, tunc demum erunt reſtituendi,
cum iudicium ordinarium fuerit perfectū,
vt decidit Rot. Rom. apud Farin. par.1.tom.1.
70 dec.317.† vbi quod in mandato de manute-
nendo veniunt tantum fructus percepti
poſt intentatam manutentionem, non autē
percepti a principio litis ſuper petitorio,
vel poſſeſſorio ordinario, & ibi hoc probat
etiam alijs iudicatis, vide latius vt per D. Po-
ſtium mand.de manut.obſ.74.
71 † Quid in miſſo ex primo decreto, an te-
neatur ad fructus perceptos? & dic teneri
72 tantum de fructibus à ſe perceptis † Aliud
eſt in creditore tenente rem ſibi obligatam
quia tenetur etiam de fructibus,quos perci-
pere potuit, vt dicit Alex. conſ.141.num.13.
lib.5.vbi allegat rationem diuerſitatis.
73 † Quid in reſtituto ad gratiam Principis
& ad bona alienata an fructus veniant? dic
non venire huiuſmodi fructus in præiudi-
cium tertij poſſeſſoris, & ideò nunquam re-
ſtitui, dicit Clar. in §. fin. q.59.verſ quaro etiā
Burſat.conſ.54.num.13. Rol. conſ. 45.num.8.
lib.4.non obſtante l.in condemnatione.§.1.ff.de
reg. iur. per quam videtur dicendum con-
trarium , quia hæc lex non extenditur ad
præiudicium tertij, vt ibi videtur Cagnol.ſen-
tire,et ità in term.dicit Sol.ad antiq.ſab.decr.tit.
de Indulg.decr.Abuſus glo. 2.numer.9.per tot.
fol. 196. col. 4. & hæc quod fructus non re-
ſtituantur eſt comm. opinio, de qua teſtatur
Peregr. qui ab ea non recedendum dicit tract.
de Iur. fiſc. libr. 5.tit.2. ſub numer.61.et 62.
74 † Quod intellige in reſtituto per viam gra-
tię, vt iam dictum eſt,nam ſecus eſt & ſi per
viam Iuſtitiæ, quę pleniſſime operatur,vn-
de in ea veniunt fructus, nedum percepti,
75 ſed & percipiendi,† niſi tamen etiam reſti
tutio per viam gratiæ fuiſſet facta ſub for-
ma plenariæ , vel pleniſſimæ reſtitutionis
vt ibid.Peregr. d. num.62.ex Crot.Rol.et Roſ
adde Sfort.Odd.de reſt. in integr. quęſt.99.art.
14.num.111. et ſeqq. vbi plenè de hac materia.
Maſtril.de Indult.gen.cap.22. nu. 71.et ſeqq.
76 † Adde alium caſum in quo bona reſti-
tuuntur non tamen fructus ex auth.idem eſt
C.de heret.et Manich.vbi filij Ortodoxi reſti-
tuūt alijs filijs,qui fiūt ex poſt Orthodoxi eo-
rum portionem, nulla fructuum, vel admi-
niſtrationis ratione reddita,à qua, vt eo tex.
eximuntur.
77 † Quid in legato? Illuſtriſſ. et Reuerendiſſ.
Epiſcopus canonum et legum profeſſor et poſſeſ-
ſor memorandus D.Ricc. Collectan.589.ad l.
fin.C.de vſur. et fructib. legat. plura reſoluit.et
quidem fructus rei legatę, non à die mortis
teſtatoris, ſed à tempore litis conteſtatę eſſe
78 reſtituendos, † limita tamen primo in le-
gato relicto filio in quantitate pro ſatisfac-
tione legitimę , quia à die mortis ex Franc.
79 dec.576. † id quod etiam procedit etiamſi à
bonæ fidei poſſeſſore debeatur ex Pęguer.
80 dec.Catal.125.† limitando ſecundo quando
fit reuocatio per tit.inofficioſæ donationis,
quia fructus legitimæ debentur à tempore
81 moræ, † quod tamen ſublimita, vt nō liceat
filio propria authoritate huiuſmodi fructus
à tempore mortis debitos capere. Ant. Fab.
82 dec.4.C.de vſur.et fruct.leg.† Limitādo tertiò
quando ipſi quoque fructus ſunt in legato
83 ipſo. Idem dec.1.C.eod. † Limitando quartò
in legatis ad pias cauſas, vbi etiam à tempo-
84 re mortis Fab.deciſ. 3. eod. † Limitat quintò
in legato pro dote , quia eius fructus ex die
nuptiarum debentur ex Fabr. deciſ. 8. eod.
85 † Vbi refert fructus eſſe ex cauſa dotis, &
cenſeri ex eo ſolo , quod in diem matrimo-
nij collatum eſt legatum : Idem tamen D.
Ricc.allegat Maſtril.dec.10.Gaſpa. Teſſ.Rot.
vt ait Taurinen.31. ſed ambo erroneè allegati.
aut ſaltem quicquid ſit ipſe non reperi.
86 † Item limitat ſi minori 25. annis legatū
aut fideicommiſſum fiat , quia a tempore
mortis legantis debentur fructus ob morā
irregularem,quæ non ęget interpellatione,
quæ tamen mora ipſo iure finiretur vltimò
87 die 25.anni.Faber ibid.de fi.12.et 14.† quod
tamen ſublimita , vt etiam poſt 25. annum
mora fiat abſq; interpellatione ſi legata fue-
runt alimenta vſque ad 25.annū,& poſt le-
gata 300.quia vnicum legatum cenſetur,&
hęres qui ſoluit alimenta non ignorauit hęc
300. quaſi in locum alimentorum ſubroga-
ta, vt per Fabr.ibid.defin.15.
88 † Item fallit in legato pro legitima certę
quantitatis, ſub ea cōditione ſi filia nuberet
arbitrio patrui vſuras hæres deberet , quia

Z 4 tan-

tantum à lite conteſtata erunt debitæ de
ęquitate, cum diſquiſitio an legatum exce-
dat legitimam ad cuius ratam ſit taxatio
fructuum a lite conteſtata plus impendij
afferat quàm commodi, quicquid de rigore
aliter eſſet dicendum, *et ità definit Fab. def.*
16. eod tit. in term. illius caſus.
89 † Alia de fructibus legatorum *vide per*
Aretin. in conſ. 155. num. 6. ad fi. et num. 7. per
tot. Peregr. de fideic. art. 49. numer. 11. et ſeqq.
vbi ponit declarationes, *Menoch. conſ. 126.*
90 *numer.* 48. 49. † vbi quando dies aut con-
ditio fuit appoſita fauore legatarij *libr.* 12.
Alex. conſ. 127. lib. 6. Surd. dec. 211. num. 24.
et conſ. 14. num. 15. Menoch. con. 533. num. 19.
91 *lib. 6.* † Vbi ſi hæres ignorabat rem legatam
Cald. de nomin. emph. q. 16. num. 27. Bart. conſ.
92 57. *libr.* 2. † Vbi ſi legatum fuerit pro con-
ſtruendo Monaſterio dum interim non cõ-
ſtruitur.
93 † Quid in fideicommiſſo *Surd. deciſ.* 25.
vbi quando reſtitutio fit ipſo Iure, aut ad
fauorem minoris fructus eſſe debitos ſtatim
94 à die purificati fideicommiſſi, † ſed ſi agatur
contra tertium poſſeſſorem rei fideicõmiſ-
ſariæ fructus venire tantum à die litis con-
teſtatæ, quem ſequitur, & omnino videndũ
dicit Amed. in add. ad Franc. dec. 16. num. 10.
Alb. conſ. 503. num. 33. et ſeqq. Magon. dec. luc.
33. num. 37. Viu. dec. 262. num. 26. et ſeqq. De
communi Raud. dec. Piſan. 21. num. 61. et ſeqq.
et num. 70. par. 1. Cornaz. dec. Lucen. 122. nu.
95 *55. et deciſ. noſtr. bonon. 14. num. 13.* † & idem
in fideicommiſſo vniuerſali, quia ante reſti-
tutionem factam non veniunt niſi poſt mo-
ram, vel poſt litem cõteſtatam, ſi alia mora
non pręceſſit, vbi autem reſtitutio eſſet fac-
ta, vel vbi eſſemus in caſibus in quibus trã-
ſirent actiones ipſo Iure per fideicommiſ-
ſum, tunc poſt reſtitutionem factam ab ho-
mine, vel à Iure venirent fructus in conti-
nenti *Aret. conſ. 155. num. 1. ad Corn. conſ. 18,*
ſub nu. 2. et ſub nu. 10. vol. 3.
96 † Vbi non venire fructus perceptos an-
te moram hæredis, venire tamen poſt mo-
ram *per l. in fideicommiſſariam, l. ità tamen. §.*
ſi ſerui. ff. ad trebel. Menoch. conſ. 583. nu. 22.
97 *lib. 6. conſ. 595. num. 8.* † vbi de feudalibus,
& de fideicommiſſarijs ante moram *eod. lib.*
98 *6.* † & de materia an fructus ad ſecundum
fideicommiſſarium tranſeant ante quam
primus in mora conſtituatur, & an, &
quando debeantur fructus fideicõmiſſario,
D. Morot. reſp. 81. Hond. conſ. 26. nu. 13. lib. 1.
Mant. de coniect. &c. libr. 7. tit. 10. num. 30. &
ſeqq. vbi contra Cephal. vt ibi Hond. conſ. 26.
num. 13. libr. 1. Peregr. de fideic. art. 49. nu. 16.
& ſeqq. Marza. de fideic. par. 3. q. 63.
99 † Quid in fideicommiſſario ingrediente
bona hæreditaria, qui propterea tenetur re-
ſtituere hæredi grauato, dic debere remit-
tere bona vnà cum fructibus, & hæredem
grauati mittendum eſſe in poſſeſſionem
bonorum fideicommiſſorum cum fructibus
perceptis à die occupationis ſiue poſſeſſio-
nis nulliter datæ, vt eſt deciſum per Senatũ
apud Ozaſc. dec. 33. ſub num. 27.
100 † Quid de fructibus in materia ſubſtitu-
tionis compendioſę, dic vt in *l. centurio, &*
ibi Bart. num. 2. 7. 8. ff. de vulg. vbi venire fruc-
tus perceptos à tempore mortis teſtatoris. &
Aſſl. deciſ. 367. num. fin. vbi quod mater ſuc-
cedit in fructibus perceptis à pupillo mor-
tuo in pupillari ętate.
101 † Quid in bonæ fidei poſſeſſore, & quid
in malæ dic quod a litis conteſtatione ab
omnibus debeantur omnes fructus, quia
omnes incipiunt eſſe malæ fidei poſſeſſo-
res ad ſupra *cap. 61. nu. 29. & per tot. de vtroq;*
iuxta l. certum 22. C. de rei vind. fictè tamen
102 non verè, † vnde fructus non debebuntur
à lite conteſtata in prima inſtantia, quę fuit
perempta, ſed à die nouæ conteſtationis, *vt*
ait Aſin. in prax. iud. § 2. cap. 15. num. fin. iunc-
tis num. 32. 33. 34. referens d. num. fin. ità fuiſ-
ſe iudicatum per Senatum Pariſien. ex Rebuff.
103 *vt ibi.* † Alia ad excuſandum à fructibus poſt
ſententiam iam latam, *vide apud Menoch. cõſ.*
611. num. 25. & ſeqq. lib. 7.
104 † Pro corollario, ſcias non pręſumi ma-
lam fidem, & ideò eſſe probandam, *Negus*
de pigno. mem. 4. par. 5. ſub nu. 12. verſ. in bona
autem, Menoch. pręſ. 130. lib. 3. Maſc. de probat.
cõcl. 224. & ſeqq. Ozaſ. d. dec. 160. ſub num. 8.
105 maxime vbi apparet de cauſa iuſta. † & eſt
difficilis probationis, ita quod nõ poſſit de-
monſtratiue probari, quia ſoli Deo nota
106 *Surd. conſ. 296. nu. 36. 37.* † vbi propterea ex
coniecturis probari, & ibi alia quis dicatur
in mala fide *num. 12. 17. 19. & ſub num. 26. &*
107 *ſeqq.* † Bona verò fides pręſumitur, & etiam
ex coniecturis, & ex qualitate facti probatur
108 *Ozaſc. conſ. 21. num. 44. 45. 46.* † At quanuis
præſumatur eſt tamen alleganda *Crau. conſ.*
201. num. 30. conſ. 34. num. 13. Menoch. q. 48.
num. 9. de pręſ. Aſſl. dec. 178. num. 14. vbi num.
109 15. † & poteſt allegari poſt concluſum in
cauſa, ſeu tempore diſputationis cauſæ, *&*
110 *ibid. Vrſil. num. 16.* † *vbi num. 17.* tradit Fal-
lentiam, vt non ſufficiat bonam fidem alle-
gare, ſed opus ſit probare, ſtante ſtatuto bo-
nam fidem requirente, & hoc, vt ſtatutum
111 aliquid operetur, &c. vt ibi † & omnes boni
præſumuntur & cur hoc ità ſit, egregie do-
cet *Bertran. conſ. 126. num. 10. lib. 7.*
112 † Item pro alio corolario habe, quod li-
cet fructus alioqui venire debeant, ſi tamen
in ſententia nihil fuit dictum de fructibus
pro omiſſis habebuntur, ità quod amplius
peti non poſſint, vt in caſu de quo *per Boer,*
dec.

decif. 18. in fin. dictæ deciſionis.
113 † Fallit tamen vbi fructus veniunt prin-
cipaliter, vt in interdicto vti poſſidetis, vel
in interdicto vnde vi, in quibus veniũt fruc-
tus etiam nõ petiti ex natura illarum actio-
114 num, † vel etiam ſi agatur petitione hære-
ditatis, quæ eſt vniuerſalis, aliàs non veniẽt
vt ibid. per Boer. numer. 2. 3. 4. & 5. & probat
pluribus atteſtis, & in quolibet dictorum
caſu *adde hic ſupra num. 2. 3. 4.*
115 † Demum quod dictum eſt ſupra de le-
gato, hic ſubijcimus fructus rei legatę in fo-
ro exteriori non pertinere ad legatariũ niſi
illi, qui collecti fuerint poſt aditam hæredi-
116 tatem. † Vnde ſi teſtator legat fundum ple-
num fructibus, & iſti percipiantur ante
aditam hęreditatem non pertinent ad lega-
tarium ſed augent hæreditatem *l. ſi tibi bo-*
117 *mo. §. cum ſeruus. de legat.* 1. † ratio eſt, quia
fructus rei ſequuntur Dominum, at domi-
nium rei legatæ ante aditam hæreditatem
non tranſit in legataeium *l. à titio. ff. de furt.*
glo. in l. Herennius 1. *ff. de vſur. & in l. fi. C. eod.*
Barboſ. in l. diuortio. in principio. 2. par. num. 82.
118 *ff. ſol. matrim.* † In foro verò conſcientiæ
viderentur deberi à die mortis teſtatoris,
119 & ſic ante aditam hęreditatem, † tum quia
aditio requiritur ex ſubtilitate Iuris, quæ in
120 foro animę, & ęquitate non attenditur † tũ
quia legatum eſt debitũ à morte teſtatoris
121 ergò & fructus eiuſdem rei legatæ. † Tum
quia ſi hæres ſcit rem aliquam eſſe mihi le-
gatã, tenetur mihi ad fructus ex morte Te-
ſtatoris, ergo idem vt teneatur ſi ſit in mora
adeundi hæreditatem *ex gl. in d. l. Herennius,*
& ità cenſuit Valeri Valent. in diff. int. vtrunq;
for. ſuper verb. fructus diff. 8. per tot.

Et ſufficiant iſta ſummariè tradita in ma-
teria fructuum per occaſionem. *§. his conſe-*
quenter. tit. hic fin. lex. quem explicauimus, vt
ſupra, &c.
122 † Quod ſi adhuc hoc ſcire cupis, adde
poſſe deueniri ad deſcriptionem fructuum
quandocunque, & ideo etiã concedendam,
ſiue in prima ſiue in ſecunda inſtantia, Cõ-
ſtito tamen de intereſſe eius, qui eam petit
vocata parte, & relaxato mandato de de-
ſcribendo, ſumptibus tamen petentis; & nõ
amotis fructibus, &c. *vt amplè per D. Poſtiũ*
in tract. mand. de manutenen. obſ. 76. num. 12.
123 *& ſeqq. & num. 24.* † prout, & eum qui non
manutenetur, & ſuccumbit *ſcribit idem Auc-*
tor in obſ. 104. poſſe cogi ad cauendum de
non moleſtando; non tamen obtinentem
quamuis pauperem poſſe cogi ad cauendũ
de reſtitutione fructuũ in caſũ ſuccũbẽtię in
meritis *ex D. Fab. C. lib. 1. tit. 10. def. 9. Gratia.*
diſcept. forenſ. c. 113. n. 31. Alia pro cõfirma-
tione pluriũ dictorũ p hoc cap. in materia
fructuũ vide remiſſiue *vt ſup. c. 59. n. 85. per*
tot.

CAP. SEXAGESSIMVM QVARTVM.

De executione in fructibus feudalibus.

SVMMARIVM.

1 *In fructibus feudi an poſſit fieri executio diſtinguunt Docto. de feudo hæreditario ſed erroneo fundamento.*
2 *Poteſtas exequendi in fructibus eſt quia defunctus potuit ſe et hæredem ſuum obligare.*
3 *In feudo hæreditario filij patiuntur executionem in fructibus.*
4 *Adeo quod nec inuentarium proſit.*
5 *Et poteſt fieri executio in fructibus vſq; ad valorem feudi hæreditarij.*
6 *Quid in feudo ex pacto et prouidentia, num. 11. 12. 40. 41.*
7 *Quoad viuit feudatarius poteſt vẽdere fructus.*
8 *Condemnatio pecuniaria in fructibus feudorum exigitur.*
9 *Quid in iure patronatus.*
13 *Multè iura de fideicommiſſis applicata ad feudũ, num. 26.*
14 *Ratio quod filius ſuccedat vt filius non vt hæres et quod facto inuentario non teneatur quamuis ſit hæres.*
15 *Quod erroneum oſtenditur, et ad quid beneficiũ inventarij comparatum.*
16 *Inuentarium vti herbã theutonicam, conſiderãtes refelluntur.*
17 *Quid de fructibus quoad agnatum an in eis fiat executio.*
18 *Niſi debitũ ſit verſum in vtilitatem agnati aut Domini.*
19 *Ratio cur aliter in agnato quàm in filio.*
20 *Reſoluto iure Datoris reſoluitur et ius Acceptoris.*
21 *Quæ reſolutio quomodo detur.*
22 *Fideicommiſſarij ſuccedere dicũtur iure proprio.*
24 *Feudum non poteſt publicari quoad dominium vtile ſed tantum quoad commoditates.*
25 *Durante vita delinquentis, num. 23.*
26 *An neceſſaria ſit mors naturalis et an ſufficiat ciuilis vt quid ad filios vel agnatos tranſeat et quid in releuio, num. 27. 28.*
An Monaſterium ſuccedat loco Filij. ſub eod.
29 *De bonis ingredientis religionem et de profeſſione tacita vel expreſſa.*
30 *Aliquando ſtatim tranſeunt bona exclnſo fiſco.*
31 *Vt in emphyteoſi aut feudo, num. 33.*

In

Digitized by Google

32 *In caſu ſtatuti ſi filia paricida extiterit.*
33 *Nec retinentur fructus per fiſcum.*
34 *In caſu delicti non in alia cauſa licita. ſub eod.*
35 *Executio in fructibus vbi permiſſa in feudis intelligitur in ſubſidium deficiētibus alijs bonis allodialibus, et facta prius excuſſione.*
36 *Idem in dote non ſtatim detrahenda ex fideicōmiſſo.*
37 *Dos non poteſt conſtitui in bonis emphyteoſis, feudi, primogenij, fideicommiſſi.*
38 *Niſi in ſubſidium alijs deficientibus.*
39 *Nec proderit inuentarium quominus in ſubſidium fieri poſſit.*
41 *Contrarietates Iſern. in hac fructuum executione quoad feudum ex pacto et prouidentia adnotatę.*
42 *In hac fructuum executione aduertendum vt tātum relinquatur Vaſallo, quantum poſſit cōgruenter viuere et Domino inſeruire.*
43 *Vt arma et equos poſſit habere et ſuſtinere.*
44 *Vaſallus eſt miles, et ſapè in text. ita appellatur.*
45 *Miles niſi in quantum facere poteſt tenetur.*
46 *An in equo poſſit aliquando executio fieri.*
47 *Perſonę hę priuilegiatę in ſolidum tenentur in rei vindicatione.*
48 *Item qui ſe ad neceſſitatem adegerunt.*
49 *Et doloſi.*
50 *Alienantes bona iudicio pendente.*
51 *Alias id genus limitationes remiſſiuè.*
Quantitas militi relinquenda remiſſa arbitrio Iudicis. ſub eod.
52 *Dictum priuilegium ne quis conueniatur niſi in quantum facere poteſt cuius naturę ſit. et quomodo fiat in eo condemnatio.*
53 *An amiſſo feudo amittantur omnes fructus feudi.*
54 *Et an etiam allodialia ad feudum deſtinata.*
55 *An dominus ad quem feudum pertinet teneatur ad debita per Vaſallum contracta.*
56 *De vita et militia quadam remiſſiuè.*

EX iuris feudalis principijs te conſiderata: dicere poſſemus etiam per occaſionē executionis in fructibus probari & pra-
1 cticari rationem noſtram: † Nam in fructibus feudi hæreditarij filios pati executionem certum eſt; In fructibus feudi ex pacto, & prouidentia negant Doct. Verùm fundamento erroneo, quod filij ſuccedant iure proprio, & non ſint hæredes. *Cum tamen obſtectitu. An agnat. etc.* manifeſte: quem loqui de feudo ex pacto: toties affirmauimus: & ibi dicitur filium eſſe hæredem patris, ita ꝙ non poſſit repudiata hęreditate feudum re-
2 tinere. † In hoc autem ſtat poteſtas exequēdi in fructibus feudi, quia defunctus potuit ſe, & hæredem obligare *ad Affl. dec. 240. in fi. et ad alios citan. nu. 11. et ſeq.* vnde in feudo
3 hęreditario nemo dubitet quin† filij hęredes pati debeant executionem in fructibus *ad Affl. dec. 26. per tot. cum additionib. pleniſſimis ad eam, et præſertim per Vrſil. Myſing. obſ. 67.*
4 *cent. 3. et id. Affl dec. 240. num. 10. 11.* † vbi in tali feudo nec inuentarium quidē prodeſſe:
5 *et Minad. dec. 20. in fi.* † vbi poſſe fieri executionem in fructibus vſq; ad valorem feudi hæreditarij etiamſi fuiſſet factum inuentarium;
6 † Accedat quod in feudo ex pacto, & ꝓuidentia (ſaltem durante vita feudatarij) poſſit in fructibus fieri executio, adeoque creditorem mitti poſſe in poſſeſſionem bonorum feudalium omnes admittunt *Gayl. obſ. 117. num. 1. et ſeqq. per tot. lib. 1. Bammac. in §. in generali. numer. 88. et ſeqq. ſi de feu. def.*
7 † prout feudatarius (quoad viuit) vendere poſſet fructus vt dicit *Meno. de recuperau. remed. 15. numer. 262. et iunctis etiam nu. ante, et poſt. et conſ. 989. num. 20. lib. 10. Schrad. de feu. par. 8. c. 2. n. 3. Boſſ. tit. quom. proced. per pręce.*
8 *ſub num. 11.* † vbi quod fiat etiam condemnatio pecuniaria in fructibus feudorum. *plenè* Mol. *de hiſp. primog. lib. 4. cap. 11. num.*
9 *6. 11. et ſeqq.* † & in termin. iuris patro-
10 natus videatur *Cabal. caſ. crim. 40.* † & quod fructus poſſint dari in dotem (donec vixerit dotans ſcripſit *Menoc praeſ. 189. n. 172. lib. 4.*
11 † Quid in eodem feudo ex pacto an etiam durante vita filiorum poſſit in fructibus & emolumentis exequi, obligariq; eadem vel pignorari? Reſpondetur quod ſic vt cenſuit
12 *Grat. reſp. 54. ſub n. 14. lib. 1.* † quicquid cōmunis opinio ſit in contrarium, erroneè tamē, *cum moueātur Doct.* falſa ratione, quod filius poſſit repudiata hæreditate feudum ex pacto & prouidentia retinere, *vt in puncto Myſing. d. obſ. 67. numer. 3. et ſeqq. cent. 3.* & error iſte toties fuerit detectus, & reprobatas vnde *Bammac. in d. §. in generali malè, reprobato Grat. ad numer. 89. et ſeqq. ſi de feu. def. etc.*
13 † & male applicatis iuribus rerum fideicōmiſſi, & ſimilium quę iure proprio tranſeūt, ad feuda quoad filios quæ ex iure paterno. *Affl. d. dec. 26. ſub num. 4. et 5. et ibi add. verſ. Agens petitione hęreditatis. ad fin. et in add. ſeq.*
14 *Incip. de materia:* † vbi dicta ratio in ſpecie vſurpata quod filius ſuccedit vt filius, non vt hæres; & quod facto inuentario non tenetur etiam ſi hęres ſit; id quod pariter dixit *Myſing. d. obſ. 67. ſub num. 5. cent. 3. Clar. in §. feudum. q. 45. ad fin. Camer. ad tit. An agn. etc.*
15 *verſ. quæro primo. num. 96.* † Additur & alius error nam eo dato, quod filij etiam in feudo ex pacto & prouidentia ſuccedant ex iure paterno non autem ex proprio erroneū eſt dicere quod ex beneficio legis & inuentarij poſſint euitare huiuſmodi executionē, cum certum ſit hoc ipſum comparatū fuiſſe ad ſaluanda, quę iure proprio hæredi cōpetunt, & ne vltra vires ipſas hęreditatis hę-

tēs

res teneatur,non vt nexu obligationis contractæ per defunctum liberetur. ex l. ſcimus C.de iure delib.Cit.per Menoch.conſil.815.ſub num.26.lib.9 Than.de Inuent. part.6. num.6. Graſſ.in §.hæreditas q.12.ſub num.25. verſic. quare etiam; & in ſpecie feudi Pinel.ad l.1.par.
16 3.ſub num.81.ampl. 7.pag. 524.† vbi ait notandum cōtra errorem multorum, qui putant inuentarium ad plura prodeſſe, quàm herbam teuthonicam, atque inde erronee tradunt facto inuentario admitti hæredem contra factum defuncti,in quo errore fuerunt non rarò graues Docto.&c. vt ibi,& ad ſupra lib 6.cap.52 num.71. & ſeqq.

Concludamus filios nec in feudo ex pacto & prouidentia, nec facto aut non facto inuentario poſſe euitare executioné in fructibus huiuſmodi feudi,quia ſunt hæredes,recognoſcunt patré,& iure hæreditario transfunditur in eos feudum,quare tenentur debita ſoluere,facta defunctorum patrum ad-
17 implere per pɋdicta.†Agnatos autem poſſe euitare etiam in fructibus pro ea rata, q̃ ad ipſos ſpectat in fructibus diuidendis inter ipſum & hæredem vel hæreditatem iacentem iuxta §. His conſequenter. Hic fin. lex. & ad plenius trad.ſupra c.57.per tot.præſertim ad partic.3. 7. & per tit. & eſt in ſpecie & nominatim in tex. tot. An Agnat.etc. vbi eo ipſo quód ſtabilitur iſta fructuum diſtributio cum agnato ſolo, non cum filio, per hoc (quaſi ab oppoſitis) datur magis intelligi differentia inter vtrunque,quæ debet rationem diuerſitatis ſuam in ſe continere. Quã autem aliam?niſi quia filius, vti hæres indiſtinctè de omnibus fructibus tenetur, Agnatus de propria rata non teneatur,quia hanc non conſequatur tanquam hęres ſed ex ꝓprio iure;nulla facta per tex.differentia feudi vel hæreditarij vel ex pacto & prouidentia,ſed indefinite,vt propterea indefinite ſit de omni genere feudi intelligendus vt dictum eſt ſupra cap.1.num. 21.& ſeqq. & agnatum non poſſe pati executionem in fructibus teſtis ſit etiam Gayl. d.obſ.117.ſub num.2.
18 in fin.lib.1.†Quod tamen non procedere,& fieri poſſet abſolute odio agnati vel Domini executio in fructibus, quatenus debitum contractum fuiſſet verſum in vtilitatem agnati vel Domini vt ibid. num. 4. & ad inf. cap.65.ſub num.99.& c.55.num. 31. & ſeqq. & per Gallup.in meth.feud.par.4.c.7.num.12. & per Schrad.de feu.part.8. cap.2.ſub num.6. col.ſeq.ſub verſ. hoc tamen caſu & ad nu. 22.
19 † Et probant præterea hanc ipſam pro agnato ſententiam, ſcilicet quod ſuccedat iure proprio, iura ipſa quæ per Docto.ad-
20 ducuntur pro eodem in term. iſtis: † aiunt enim id eſſe, quia reſolutó iure datoris reſoluitur quoque ius acquiſitoris, quod allegant ipſimet Gayl. & Schrad. mox. citat.
21 † non eſſet autem nec intelligeretur ius reſolutũ ſi ad eſſet hęres, Eſt reſolutum, quia adeſt alius,alio iure capiens,nã reſolutio iſta ſuppponit extinctionem iuris in Auctore, & ſuis,& per conſequens aliud & diuerſum ius in alio, nunc ad illud admittendo: Item adducũtur ſimilia de fideicómiſſario,& eius bonis, vt durante vita fideicommiſſarij fiat in fructibus executio, quę nó fiat poſt mortem odio filiorum aut aliorum vocatorum:
22 † Quia hi ſuccedere dicantur nomine, & iure proprio l.Statius florus. §. Cornelio felici. ff.de iure fiſc. l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2.
23 † quæ iura ſolent etiam terminis feudi emphyteoſis, vel liuelli applicari Menoch. conſ. 116. à num. 26.ad 34. lib. 2.in conſ.147.
24 ſub num.54. verſ. huic coniectura † vbi feudũ nó poſſe publicari quoad dominium vtile, ſed tantum quoad commoditates fructuũ & reddituum ad damnum feudatarij homicidę & cuius bona fuerunt publicata Idem. Menoch.conſ.298.ſub numer.6. & ſeqq.libr.2.
25 † vbi,quod perturbator fructus,& commoditates feudi durante vita amittit,poſtea tamen ad filios vel nepotes redeunt & rectè in eo caſu,quia(vt patet ſub n.7.) ipſi fuerũt principaliter vocati ſtante clauſula ad eos de vno in alium reuertendo vt ibi,& ad ſupra cap. 13. num. 75. & ſeqq. Bammac.in d.cap. feu.§. in generali.ſub num. 89. & ſeqq. ſi de feu. def. licet male quatenus applicat ad filios eo caſu,quo ſuccedunt ex iure patris, qui quidem Doctorum ſenſus in ſe erronei quoad applicationem ad filios in term. feudi conferunt tamen ad demonſtrandum quod vbi iure hæreditario, in fructibus poſſit fieri executio, ſecus verò vbi non iure hęreditario, ſed proprio.
26 † An autem neceſſaria ſit mors naturalis an verò ciuilis ſufficiat, vt res ad filios, vel agnatos tranſeat Menoch. in term. feudi conſ. 535.n.4.& 5.lib.6.& mortem naturalem requiri in releuio & doctè ad materiam an mors naturalis an ciuilis vide Capan. de Iure rele.par.1.q.16.per tot.celebris ſanè tract.&c.
27 24.† & in alijs term.an ad filios,vel agnatos redeat latè Boſſ.de public. bon. num. 40. 55.& ſeqq.Surd.in conſ.90.à num.28.ad plures ſeqq. cum limitatione, vt ciuilis ſufficiat vt nu. 45. 46.libr. 1. in conſ.238.num.8.& per tot.lib.2.
28 † vbi ſi grauatus ingreſſus eſt Monaſteriũ & an Monaſteriũ ſuccedat loco filij, Fuſar. in ſubſtituto tract. de fideic. q. 428. numer. 16. Peregr. de fideic.art.28.n.64.69.81.alios congeſſit D.Præſ.Bent.in vna Sauil.fideic.Monfortę,Atilij et de Muratoribus vbi exactiſſime,diſtinguendo quod durante vita naturali res maneant penes Monaſterium capax in communi:ſecus e contrà quod non maneat,ſi nó

ſit

ſit capax. & ità fuiſſe tentum in ea cauſa per
Senat. quicquid Teſſ. cenſuerit q. for. 36. num. 7.
libr. 3. & alij per eund. D. Bent. in perelegãti
deciſ. cit. ex Ruſtic. libr. 5. cap. 7. in princ. & nu.
19. & ſecundum Surd. mox cit. ſecundum quod
Surd. cõſ. fuit iudicatum in Senatu Caſalenſi, vt
per eundem Surd. conſ. 555. ad fin. lib. 4. & adde
Menoch. conſ. 980. vbi caſus diſtinguit lib. 10.
& ad conſil. 603. numer. fin. libr. 6. conſil. 722.
num. 32. et ſeqq. lib. 8. in conſ. 348. num. 12. pen.
29 in fi. et vlt. libr. 4. † & de bonis ingredientis
religionem ac de profeſſione tacita, aut ex-
preſſa in conſ. 396. eod. libr. Bero. conſ. 28. lib. 1.
30 † Aliquando tamen ſtatim tranſire bona
excluſo fiſco. vide Surd. in term. emphyteoſis
conſ. 76. ſub nu. 16. 17. lib. 1. plenius conſ. 412.
num. 8. et ſeqq. lib. 3. dec. 254. ſub nu. 18. et 22.
31 † Vbi etiam in emphyteoſi, & feudo quan-
do nec momento manere poſſint apud fiſ-
cum, et num. 30. Menoch. in conſ. 502. libr. 6.
32 † vbi agnati ex ſtatuto ſuccedunt excluſo
fiſco, vbi filia fuit paricida vt ibid. per tot.
33 præſertim num. 9. et ſeqq. † nec retineri fruc-
tus per fiſcum Boſſ. de public. bon. num. 53. et
ſeqq. vbi etiam Fallentię Alex. conſ. 23. lib. 1.
vbi in emphyteoſi, fideicommiſſo, et feu-
do: Vt demum (quod pertinet ad agnatos)
certum ſit ex prędictis intrare rationem no-
ſtram, quod ipſi ex iure proprio ſuccedant
habeantque ſtatim poſt mortem poſſeſſoris
feudum ſecundum caſuum contingentias,
vt ſi propter delictum eo caſu, quod feudũ
non cadit in confiſcationem bonorum, ſta-
tim: ſi aliam ob cauſam, vt ſolutionis ęris
34 alieni, aut ſimili, demum poſt mortem: † nã
ſi ob delictum conſtat ſtatim aperiri Domi-
no, aut agnato, prout delictum immediatè
reſpicit Dominum, aut mediate ſecundum
iam explicata cap. de culpa iunctis Surd. Me-
noch. et Boſſ. vltimo loco mox citatis, licet in
term. maioratus aliter ſcribat Mol. de hiſp.
primog. lib. 4. cap. 11. nu. 11. et ſeqq. Si ob aliud,
quod poſt mortem aperiatur Domino vel
agnato iam conſtat ex prædictis hoc eod. cap.
ſupra & hęc veriora in puncto iuris feuda-
lis, abuſus vſus feudales conturbauit ad ea
quæ ex Docto. mox cit. apparuit, qbus iunge cum
ordinarijs doctrinis Gallup. in meth. feud. par. 4.
cap. 6. nu. 8. et ſeqq. recta feudorum nondum
detecta diſciplina.
35 † Verùm eo caſu, quo permiſſa eſt executio
in fructibus feudalibus, duo ſeruãda ꝓponi
mus, primum ꝙ executio fieri non poſſit
niſi in ſubſidiũ, & in defectum allodialium
ſeù emphyteoticorum, ideoq; non niſi facta
prius excuſſione Corb. de Cau. priu. ob alien.
fin. lim. 19. et 26. Cam. de Curt. in par. 1. diuerſ.
iur. feu. §. multotiens. nu. 67. et ſeqq. et 78. pag.
50. Capyc. dec. 199. nu. 5. et 6. Gayl. d. obſ. 117.
36 nu. 2. lib. 1. † ſic dos non eſt ſtatim detrahē-
da ex bonis fideicommiſſi, ſed demũ facta
excuſſione bonorum liberorum & tunc de
redditibus & fructibus fideicommiſſi, vel
primogenituræ detrahenda Menoch. conſ.
37 704. num. 16. & ſeqq. lib. 8. † nec poteſt con-
ſtitui in emphyteoſis, feudi, primogeniturę
aut fideicommiſſi bonis latè Menoch. de prę ſ.
lib. 4. prę ſ. 189. numer. 155. & ſeqq. vbi à num.
38 167. & ſeqq. in term. feudi, † niſi in ſubſidiũ
alijs allodialibus deficientibus, Idem ibid. n.
173. & ſeqq. & conſ. 593. à num. 9. vſque in fi.
conſ. lib. 6. præſertim ſub num. 10. ſub princ. &
ſub num. 11. verſ. ità ergo. & ſub num. 12. ſub
verſ. & hinc dicimus, & ad hæc etiam D. Sol. ad
Ant. ſub decr. tit. de feud. decr. volant. par. 2.
39 glo. 1. num. 3. 4. 5. † nec proderit beneficium
legis, & inuentarij, quominus fieri poſſit
ſaltem in ſubſidium Loffred. in paraph. ad tit.
An agnat. vel fil. in §. vbi verò col. ſeq. ſub prin.
vbi tamen loquitur in feudo hæreditario,
vel etiam in feudo ex pacto & prouidentia,
eo tamen in caſu, quo capiuntur fructus ex
diſpoſitione §. his conſequenter: Hic finit lex.
40 † Sed idem etiam tu concedas in alijs om-
nibus fructibus, cum ſemper verùm ſit filiũ
eſſe hæredem in feudo ex pacto & prouidē-
tia, & ideo teneri ad onera hæreditaria iux-
ta tex. expreſſum in d. tit. An Agnat. &c.
41 & ſi vis hæc videre & alias contrarietates
lege Loffred. in d. §. vbi verò. & in §. & licet. vbi
contrarietates Iſern. in hac materia ani-
maduertes, & dum ipſe Loffredus eundem
Iſern. conatur defendere (quaſi eſſet tex.
quidam formalis, & qui errare non potuiſ-
ſet, quid aliud fecit quàm magis intricare
repetendo (vſque ad nauſeam) eadem
ſemper; & nihil omninò reſoluens, pro-
ut nec vnquam & in æternum quicquam
reſolueret, inſiſtendo in ſemel mala im-
buta diſciplina, quod aliud ſit dicere pro ſe
& hæredibus, aliud pro ſe, & filijs, quod vno
caſu feudum ſit hæreditarium, alio ex pac-
to & prouidentia, quod in vno caſu loquatur
tit. An agnat. In alio non loquatur, quæ me-
hercule vt à veritate aliena, vt toties oſten-
ſum eſt: ità inuolucra, & trepidationes pe-
nes etiam vnum eundemq; hominem pe-
pererunt: Ac dum Iſern. opinionem ſalua-
re voluit (ac quantũ potuit, enixus eſt tueri,
ad ſcopulos non reſpiciens, etiam ipſe vnà
cũ eo in eoſdēmet incidit incautus, perijtq;
in eodem naufragio, & ità eſt (ſi eum etiam
videas in profuſiſſimo illo conſ. 1. per tot. ſed
præcipuè à num. 99. & ſeqq. pluribus, vbi con-
tradictiones, & vacillationes Iſern. in ſpecie
notat; & quæ vere ità ſunt, nec euitari poſ-
ſunt.
42 † Alterum (ad quod aduerti debet in hu-
iuſmodi fructuum feudalium executio-
ne) eſt, vt tantum relinqui debeat Vaſallo
quan-

qnantum poſſit congruenter viuere, ſicut
militẽ decet & Domino ſuo inſeruire *Curt.
de feu.par.3. ſub nu. 49. Camer. ad princ.tit.de
prob.feud.al.per Fed.Camil.de Cur.in par.1.di-
uerſ.iuris feud.§.multotiens num. 106. vbi benè
fol. 53. col.4. Prob. ad Ioan.Monach.in cap.in
generali.num.2.de reg.iur.in 6.Surd.ad tit. An
agnat.&c.ſub numer. 36.& 50.nos in tract.de*
43 *execut.in veſtib.cap.12.num.81.* † vnde enim
arma,& equos habebit Vaſallus ſi fructibus
omnibus priuetur? *vt ait Sonsb.de feu.par.12.*
44 *ſub num. 102.* † & Vaſallus eſt etiam miles,
vude in tex feudalib. plerunque hoc nomi-
ne donatur, *vt in tit. quo temp.mil.in rubr.&
nigr.in §.ſi quis miles.de feu.ſine culp.nõ amitt.*
45 &c. † miles autem non niſi in id, quod fa-
cere poteſt conuenitur *l.miles.6. ff.de re iud.*
ita ne egeat *l.in condemnatione.ff.de reg.iur.&
vt vberius per nos in d. tract. de execut.in veſt.
d.cap.12.num.27.& ſeqq.iunctis nu.1.& ſeqq.*
46 † & an in equo poſſit fieri aliquo caſu exe-
cutio *vide Amat. dec.March.28.numer.11.*
47 *12.Et hac niſi* rei vindicatione agatur.† nam
hoc caſu in ſolidum hæ etiam perſonæ te-
nentur *Henr.Boich.in cap. Odoardus.ſub.num.
6.de ſolut.ſurd.de alien.tit.q.78.nu.40. Amat.
dec.16.numer. 11.Cepo.cau.241.ſub numer.2.*
48 † Prout & qui in hanc ſe neceſſitatem ade-
giſſent ſupra *cap.57.part.1.num.20.Crau.in
conſ.1000.pro Gen.in Corol.ſub num.39.et ſub*
49 *n.45.verſ.quinto non modo.*† & Doloſi. *Natt.*
50 *conſ. 356. num. fin.* † & qui alienarunt bona
in extraneos iudicio pendente *Natt. 361.*
51 *nu.2. et ad fin.et per tot.*† Aliàs limitationes
ponit *Amat. decis. 16. Capel.tollos.q. 258.Se-
raph.de priuil.iur.priu.56.et per nos in d.tract.
et cap.12.d. num. 51. et ſeqq.* vbi per occaſio-
nem ſupponimus limitationes non paucas.
De quantitate relinquenda militi nulla eſt
regula certa, quia remittitur arbitrio Iudi-
cis, ſicut agitur de alimentis *D. Gallup. in
meth. vniu. Iur. feud. par.1.cap.5.num.54.in
fin.et par.3.cap.1.ſub n.16.* vbi heredem non
teneri ad debita voluntaria vt ad legata ſi
abſorberent valorem feudi.

52 † Ceterum dictum priuilegium, ne quis
conueniatur niſi quatenus facere poteſt, nõ
eſt obligationis, nec actionis, nec iudicati
quia actor ſolidum petit à reo, quem poſtea
Iudex condemnat in id tantum quod facere
poteſt, nec ſi Iudex per errorẽ condemnaret
in ſolidum, poſſet actor in ſolidum exequi
ſed tãtũ pro eo quod reus facere poſſet, *vt p*
53 *D.Cabal.reſ.crim. 294.num.323.Cent.3.*† An
verò amiſſo feudo Vaſallus amittat fructus
feudi, vide pleniſſimè *per Schrad.de feu.par.*
54 *2.q.part.princ.ſect.3. quæſt. 6. per totam.*† &
an etiam allodialia ad feudum diſtinata
quæſt. 7. quæ ſubſequitur. Imò verò q. 8.
55 iuncta, & conexa cum eod. 7.quæſt. † & an
Dominus ad quem feudum pertinet, tenea-
tur ad debita contracta per Vaſallum *vide
Boer.dec.181.Franch. dec.64.num.14.213.nu.
33.et deciſ. 226.num.3.Loffr.conſ.33.ante nu.
4.de Ponte conſ.82.num.19. D. Fulu.Lazar.ad
repet.patrui.§.ſed etiam reſ.per quos fiat inueſt.
num.68.et 76. Ipſe Reg. Lan.num.59. et ſupra*
56 *cap. 55. numero 51. et ſeqq.* † Et ad mate-
riam de Militibus & eorum alimentis
& executionibus, adde eſſe debitam filijs
non primogenitis vitam & militiam, tam
ſuper ipſis feudis nouis, quã ſuper antiquis,
quam alij dicunt eſſe loco legitimæ, alij lo-
co alimentorũ, alij portionem feudi, ideſt
tertiam illius *partis* quam habituri fuiſſent
ab inteſtato, & alia multa, Quibus debita,
Quomodo liquidanda &c. fuſe cum iudica-
tis *vt per celeberrimum I.C.D. Nouar.Collect.
pragm.N cap.117. per tot. vltra dicta cap.13.
num.30. et ſeqq. adde ſupra.cap.57.part.2.nu.
46.et D.Gallup.fusè in Meth.vniu.iur. feu.par.
3.cap. 6. nu.25. et plurib.ſeqq. adde ſupra cap.
57.part. 2.nu.45.46.*& de hoc remedio ſub-
ſidiario in feudis & laudimio *V. Coſt.de rem.
ſubſid.rem.52.iuncta illatione.*

CAP. SEXAGESSIMVM QVINTVM.

De acceſſionibus feudalibus, & melioramentis.

SVMMARIVM.

1 *Acceſſionis vox explicatur.*
2 *Acceſſionis nomen generale.*
3 *Augumentum extrinſecum et intrinſecũ quid.*
4 *Differunt inter ſe et ſeparatæ ſunt deciſiones.*
5 *Cum declarationibus et diſtinctionibus Piſtor.et num.6.*
7 *Item Argel.*
8 *Et Aliorum ſeparabiliter vel inſeparabiliter.et per induſtriam.et num.11.*
9 *De annexis feudo.*
10 *De affixis domibus.*
11 *De alueo mutato et fundo aucto alluione per induſtriam hominis.*
12 *An res cum augumento reſtituenda, et in legato aucto, de augumento ex induſtria vel natura.*
13 *Incrementum factum à Vaſallo præſumitur, et à beo qui facere tenetur.*
14 *An augumenta ſequantur naturam principalis in vectigalibus, priuilegijs et huiuſmodi.*

15 *An-*

Digitized by Google

15 *Augmenta ſunt eius qui(dum fiunt)eſt Dominus.*

16 *Plenè de incrementis et decremẽtis et de adijciẽtibus agrum agro Domum Domui.etc.*

An feudo aucto ſeruitium aut adhoa ſit augenda,et è contrà ſi eo diminuto. ſub eod.

17 *Vaſallus meliorando facit meliorem conditionẽ Domini vel Agnati, at non deteriorando poteſt hoc facere vt ſeruitutem imponere ſine eorũ conſenſu.*

Et Augmenta eſſe feudatarij, non egere noua inueſtitura,et qualia hæc ſint ſub eod.

18 *Cur conſenſus filiorum non deſideretur vt agnatorum.*

19 *Vaſallus non poteſt imponere ſeruitutem.*

20 *Et imponens ſine conſenſu Domini priuatur feudo.*

21 *Vaſallus ſubinfeudans præiudicat filijs quoad melioramenta non agnatis.*

Ad declarationem §.fi.tit.4.lib. 1.in vſib.feu. ſub eod.& ſeqq.

22 *Ratio diuerſitatis quando extant pater et filij quod ſubinfeudatus ex eorũ perſona retineat melioramenta,ſecus eis deficientibus.*

23 *Verba* ſine hærede deceſſerit *ponderantur.*

24 *Tex.prædictus loquens de Domino procedit etiã in agnato.*

25 §.ſi Vaſallus in feudo.Hic fin.lex.proponitus exponẽdus & defendendus *ab iniurijs illatis.et ſeqq.*

26 *Verba* d.§.ſi Vaſallus.

27 *Qui locus reſpondet iuri communi et oſtenditur tolli poſſe ea,quæ poſſunt ſine detrimẽto ipſius rei tolli.*

Niſi Dominus paratus ſit tantum dare quantum eis abraſis habiturus eſſet poſſeſſor. ſub eod.

28 *Idem in muliere parata ſoluere quantum maritus haberet de rebus auulſis.*

29 *Et eſt commun. opinio Hæc tamen quoad ædificia.*

Electio cuius ſit aut tollere permitti aut ſoluere pretium,et quando.ſub eod.

30 *Paulò aliter ſe res habet circa alia melioramẽta excepto ædificio, quia eorum pretium eſt ſoluendum.*

31 *Ratio differentiæ inter ædificium vbi Dominus habet electionem aut ſoluẽdi aut tolli permittendi, et alia melioramenta in quibus non ità datur electio.et num.32.*

33 *Abraſio permiſſa in ædificijs.*

34 *Conciliatio quorundam ex diſtinctione inter ædificia quod in ædificijs rudera tantum ſint ſoluenda ſecundum vnos, et quod ad rationem ædificij ipſius conſiſtentis ſecundum alios.*

35 *Conſiderando ædificium prout eſt melioramentum et in genus melioramenti cadit quia neceſſarium.*

36 *Puta ſi ideò factum vt colonus ſtare poſſet vel fructus in eo reponi.*

36 *Aut conſiderando ædificiũ in ſimplicibus term. ædificij abſque eo quod eſſet neceſſarium, vnde non caderet in melioramentum,ſed in ædificium merè nudum aut ad voluptatem Conſicientis. vt primo caſu, vbi fuis neceſſarium eſſet ſoluendum totum prout conſiſtit, & altero ſufficiat pretium ruderum.& ſeqq.*

39 *Vbi verò ad rationem ædificij diruti ſi ſit ſoluẽdum pretium non eſt cæmentorum ratio habẽda, quia paruæ conſiderationis, & veniunt compenſanda cum expenſis exportationis.*

40 d.§. ſi Vaſallus *conuenit cum tex. ciuilibus vt ſupra, ſed & conuenit in ratione vt oſtenditur.& ſeqq.*

41 *Non debet quis cum alterius iactura locupletari.*

42 *Nemo ex re aliena lucrum facere debet.*

43 *Scienti alienum fundum eſſe poteſt obijci culpæ quod temere in alieno ſolo ædificauerit.*

44 *Intrat Iudex contra iuris rigorem pro æquitate.*

45 *Exceptio naturalis æquitatis nunquam cenſetur reiecta, & Iudex etiam non requiſitus officiũ ſuum impertitur.*

46 l.ſi me & Titium. de reb.cred. *mirabilem & diuinam vocant.*

47 *Æquitas eiuſd.l.mandat mihi reſtitui quod ex re mea ad te peruenit.& ratio ne locupletior. &c.*

48 *Nec ſit apud te ſine cauſa contra Dominum.*

49 *Declara ſi quod auferri prætenditur de ædificio ſit ſeparabile aliàs non.*

50 *Vnde figuræ non auferendæ.& ratio.*

51 *Quod tibi non nocet & alteri prodeſt de facili cõcedendum.*

52 d.l. ſi me Titium. *remedium eſt extraordinarium competens nullo alio competente.*

53 *In voluptuarijs tantum competens.*

54 *Bonæ fidei poſſeſſor poteſt tollere volũtarias expenſas.*

55 *Et malæ fidei & num. 57.*

56 *Et fur ac prædo.*

58 *De marito in re dotali,& de procuratore & nu. 62.*

50 *Ratio quod* d.l.ſi me & Titium *remedium intret in voluptarijs, in alijs verò nõ tam facilè. et num.60.*

61 *Quot modis dicatur alicuius negocium geri, vel ad eum pertinere. et num.63.*

64 *Satis eſt voluntatem ſuam expleri pro pretio.*

Qui voluntatem ſuam explet ſatis dicitur lucrari.ſub eod.

65 *Sicut et alter damnũ pati poſſet, ſi oporteret totum ædificium tale voluptuarium ſoluere.*

66 *Quod Dominus ipſe non erat facturus, vnde non cogendus ad illud recipiendum. et num. 69.*

67 *Pati tamen debet Dominus hæc auferri.*

68 *Non ſoluendum ædificium eo caſu multòmagis*

giſ ſi valorem feudi excederet, aut in Paupere.

70 *De medica impenſa Dominus nõ tenetur,& quę hæc dicatur.et num.71.*

72 *Pretium meliorationum ſoluendum et cur. et ſeqq.*

Nemo debet locupletari cũ aliena iactura. ſub eod.

73 *Feudatarius feciſſe dicitur meliorationes ex iure quod habebat in re, et ſic citra animum donandi.*

74 *Et eius commodo ac Primogeniti cedunt melioramenta.et num.76.*

75 *Et hæredes poſſunt agere ad talem impenſam.*

77 *Expenſæ magis ſoluendæ perpetuã cauſam habẽtes,et quas Dominus facturus fuiſſet diſtinctis perpetuis à temporalibus.*

78 *Idem in fideicommiſſario, feudatario, bonæ fidei poſſeſſore et alijs.*

79 *Expenſæ perpetuam cauſam habentes quæ, et quę non habentes.*

Et quæ dicantur reparamenta, melioramenta,et inſtrumenta.ſub eod.

80 *Intelligendum deductis expenſis.*

81 *Melioramenta ad hęredes tranſeunt.*

82 *Poſſunt retineri quouſque pretium eorũ ſoluatur.et num.103.*

83 *Melioramentum eſt quid hæreditarium.*

84 *Seu burgenſaticum etiam Caſtrum.*

85 *Ita quod fęmina ſuccederet in melioramentis.*

86 *Tormenta & alia non eſſe feudalia.*

87 *An mobilia animalia & ſimilia.*

88 *Melioramenta magna fraude facta non reſtituuntur, num. 90.*

89 *Diſtinguũtur meliorationes à magnis expenſis.*

92 *Suſtinetur opinio eorum qui cenſuerunt melioramenta omnino ad Dominũ pertinere in vno caſu, ſecus hoc caſu excepto.*

91 *Item non reſtituuntur melioramenta ſi conuentum fuit ne deberentur, num. 92.*

93 *Subdeclara de his quæ extabunt.*

Pactum tamen non intelligetur niſi de paruis, qa magna deberentur. ſub eod.

94 *Si aliqua ſit coniectura quod fuerint donata.*

95 *Si in contrarium conſuetudo.*

96 *Si pacto conuẽtum vt tolli poſſint, poteſt impediri obraſio, pretio oblato.*

97 *Si feudum per culpam ad Dominum redeat.*

Niſi penſio correſpondeat fructibus, quia melioramenta deberentur. ſub eod.

98 *Si ædificium eſſet in Ciuitate, quia deſtrui non poſſet.*

99 *Et tunc eſſent hæc melioramenta ſoluenda à Domino vel Agnato.*

Feudum deuoluitur ad Dominum vel agnatum abſque onere æris alieni. ſub eod.

100 *Docto. qui de melioramentis egerunt.*

101 *Melioramenta aliquando pro rata compenſantur.*

102 *De modo ea probandi.*

103 *Dari pro eis retentionem.*

104 *Quæ melioramenta ſint reficienda ſtat in arbitrio Iudicis.*

105 *Debet fieri melioramentorum cum fructibus cõpenſatio, ſecus in feudo, emphyteoſi, fideicommiſſo.*

106 *De modis concipiendæ ſententiæ circa melioramenta, vel eorum liquidatione, cum cautione vel ſine, retinenda, vel remittenda, &c.*

107 *Et de alijs quibuſdam remiſſiuè, & ſeqq.*

108 *De exceptione retentionis melioramentorũ contra ſententiam.*

109 *An repeti lata ſententia.*

110 *An actio detur & quando.*

111 *Repeti per ſucceſſorem Grauati reſtituere.*

112 *Non ſufficit prædium melioratum poſſideri niſi probentur melioramenta.*

113 *De expenſis & melioramentis in arando, disboſcando, ſtercorando.*

114 *Et de eis compenſandis cum lignis aut alijs habitis in disboſcando.*

115 *Expenſę non compenſantur cum fructibus in caſu vt ibid.*

1 ACceſſiones † feudales vocamus quicquid fundo feudali accedit, ſiue augendo, ſiue meliorando, ſiue adijciendo, &
2 quocũque modo, † Generale enim eſt *Acceſſionis nomen Doctiſs. Præceptor meus Teſſ. de augum.mon.par. 2.nu.4. & ſeqq.* vbi exornat, putà ſi per alluuionem, ſi per acquiſitionem ſeruitutis, Iuriſdictionis, cũ ſimilibus, *iuxta. §.ſi.Vaſallus in feudo.Hic.ſi.lex.et tit.de Inueſt. de re alien.fact.per tot.pręſertim in.§.rei autem*
3 *& ſeq.& §.è cõtrario, & ibi Docto.* † Qui communiter diſtinguunt augumentum extrinſecum, quod per ſeſe ſubſiſtere poteſt, & à feudo ſeparari, & intrinſecũ, quod ità feudo fuit vnitum, vt ſalua eius ſubſtantia inde diuelli non poſſet, *vt eſt in d. §. è contrariò, et*
4 *Piſtor.var.qq.iur.q.42.in princ.* † & vtriuſque ſuæ ſunt, & ſeparatę rationes, & deciſiones,
5 vt patet *ex eod. Piſtor. d. q. 42.* † Vbi primò agit de intrinſeco *à num.1.vſque ad num.39. incluſiuè, mox à ſub eod.nu.verſ.ad augumentũ*
6 *vſque in fin.* † de pertinentibus ad extrinſecũ ſubdiſtinguendo de augumento extrinſeco obuento, vel ex facto hominis, vel ſine vllo eius facto ex natura rei, vel partim ex facto
7 hominis partim ex diſpoſitione legis † cui adde nouiſſimè *D.Argel.de Legit.Cõtradicto. q.20.art.3.vbi plenè de ijs, et ad intellectum d. §.è contrario.Bero.q.96.per tot. vbi benè diſtinguendo de melioramentis naturalibus, induſtria-*
8 *libus, et ſimilibus.* † Alia ad hanc materiam incremẽti facti hominis induſtria aut aliter ſeparabilis, vel inſeparabilis videri poſſunt *ex Surd.conſ.151.nu.101.iunct.nu.58.et ſeqq.*
9 † Vbi an fundo feudali alia annexa ſint etiã feudalia *in conſ.496.ſub numer.7. in dec.134.*

† *vbi*

10 † vbi de affixis domibus Menoch.cõſ.29.et ſeqq.
11 † vbi ſi induſtria hominis mutatus alueus,
& alluuione auctus fundus ſeudalis, & alia
12 in conſ.142.lib 2.† Vbi an res cum augumẽ-
to reſtituenda,& in legato aucto &c. in cõ-
tractu reſoluto &c.in conſ.155.num.34. eod.
lib.2.vbi diſtinguit de augumento ex indu-
ſtria vel à natura.in conſ.201.nu.143.et ſeqq.
vſque ad num.168. vbi etiam in feudis lib.3.
13 in conſ.190.nu.43.44.lib.4.† Vbi incremen-
tum factum à Vaſallo eius eſſe & pręſumi
factum ab eo qui facere tenetur,in cõſ.1105.
14 lib. 12.† Vbi an augumenta ſequantur na-
turam principalis in vectigalibus, in priui-
legijs,& huiuſmodi, in conſ. 606. num. 13.et
15 ſub.15.lib.7.† Vbi eſſe eius qui dum fit au-
gumentum eſt Dominus, Peregr. de fideic.
16 art.50.nu. 53.† Vbi ſi quis adiungat agrum
agro fideicommiſſario,domum domui,cur-
tem curti,tormenta bellica caſtro,ius deci-
mandi ſuper prædijs, iuriſdictionem terri-
ſum, & quod ob id res eſt maioris ęſtimatio-
33 nis aureorum tot, † & ſic oportet æſtima-
tionem vtilitatis & melioramentorum re-
ferre ad tempus quo reſtitutio petitur l. do-
mos in fin.de legat.1.vbi Alex. Iaſ. et alij notāt
quibus accedat Negus.de pign.4.memb.5.part.
princ.ſub n.11.et ad Borgn.latè in materia dec.
28.nu.4.par.1.de quo V. Pleniùs infra q.6.nu.
41.et ſeqq.
34 † Difficultas eſt an melioramenta poſ-
ſint probari per Architectos & Magiſtros
qui ea fecerunt? In qua difficultate Anchar.
Regien.quæſt.46.nu. 10. ſentit quod ad pro-
banda melioramenta & eorum æſtimatio-
nes requiritur teſtimonium Architectorum
vt apertè trad.tex.in §.quod autem.auth.de non
alien. et ibi gloſ. qua quidem qualitas probari
debet, alias non creditur eorum dicto, licet
dicerent ſe eſſe Peritos, quia non ſufficit
quod ſint Magiſtri ſeù Fabri Lignarij, Ædi-
ficiorumq; opifices, ſed Oportet quod ſint
Architecti & in ea arte Periti vt deſiderat tex.
in d. §. quod autem; quia videmus plures Fa-
bricantes

Digitized by Google

bricantes, paucos verò Architectos, ac (vt
vocāt) Ingeniarios, nec quilibet Artifex di-
citur legitimus ideoq; neceſſariò requiri-
tur quod probetur qualitas prædicta, quæ
cum in caſu ſuo ipſius Anchar. nō eſſet probata,
Ipſe reſpondit dictum eorum non probare, refe-
rens in his term. ita ex facto reſpondiſſe Aret.
conſ. 83. *col. pen. quem retulit et ſequutus eſt*
*Curt.iun.conſ.*165.*num.*10.*tantòque audentius*
aſſerit Anch. loco quo ſupra ſe affirmaſſe, quia
duo tantum Magiſtri fuerant examinati,
quorum alter erat Lignarius, qui res ligna-
rias in ea domo fabrifecerat, alter verò erat
Ædificator, & ſic diuerſi exercitij, & per cō-
ſequens ſingulares, cum non eſſet probatū
quod vterque haberet vtranq; qualitatem
dictarum artium, ſubdens præterea *ex Curt.*
*in alleg.conſ.*161.*num.*21.quod neque etiam
credendum eſt illis Magiſtris, qui fecerunt
35 melioramenta, † quoniam teſti deponenti
de facto ſuo, quando laus vel vituperium
poſſit ipſi teſti obuenire, nequaquam cre-
dendum eſt, *allegando ad hoc multos Docto. ad*
quos remitto, ita enim, hiſce præciſis verbis de
quibus ſupra pertranſit in caſu illo Anchar. in
*allega.q.*46.*à num.*10.*vſque in fin.*
36 † Contrariam opinionem *aliter atq; ſenſerit*
Anch. vbi ſupra, exuberāter tenuit Sim. de Prēt.
*de interpr. Vlt. vol. lib.*3.*fol.*5.*n.* 10. dū inquit
expedire melioramenta probari per eos qui
ea fecerunt, operarum miniſterium præſtā-
do illi, qui ſua impenſa fieri fecit, propterea
quod iſtis magis credatur deponentibus de
facto proprio, etiam ſi ſolus ſit deponēs de
facto proprio ſine ſuo intereſſe, Alijs ſimul
coniecturis accedentibus *per l. quæritur. fin.*
ff. de edil. edic. et glo. fin. in cap. cum I. et A. de re
*iud. Iaſ. in l.*1.*col.*14.*num* 47.*et ſeq. C. de ſum.*
*trin. et fid. cat. Dec. conſ.*56.*col.*2.*num.*4.*Crau.*
*conſ.*73.*numer.*30.*conſ.*178.*num.*7.*Tiraq. de*
*retr. tit.*1.§.1.*glo.*14.*numer.*47.*et ſeq. Blan. de*
Comprom. in 8.*q. in fi. Ceph. conſ.*438.*n.*48.*vol.*
3.*vbi de comm. ſentit. in ſpecie Feder. de Sen. cōſ.*
119.*col.* 2. *verſ. et maximè procedit. Soc. Iun.*
*conſ.*62.*num.*6. dum alia inditia concurrunt
cum ſuo dicto *Idem clare firmat conſ.*61.*nu.*
37 8.*lib.*1.† & creditur iſtis ſe Operarios fuiſſe,
& fabricaſſe de cōmiſſione talis *vt per Alex.*
*conſ.*88.*ſub num.*29.*verſ. quia reſpondetur. lib.*
5.*ſequitur Ruin. conſ.*105.*num.*3.*lib.*4.

Nec laus vel vituperium oppoſita per
*Anch. d. quæſt.*46.*num.*10.*vſque in fin.* in ma-
teria peritię teſtiū impediunt, quin iſtis cre-
datur in facto proprio, iunctis alijs coniec-
turis *ſecundum Comm. opin. vt conſtat ex alleg.*
*ſupra, et per Gabr. de teſtib. concl.*1.*num.*18.*et*
22, dum quæſtio non ſit de bene vel male
facto eorum, quia hoc caſu redderētur ſuſ-
pecti *Alex. conſ.*70.*num.*10.*lib.*3.*Ità per præ-*
miſſa tradit ac tenet Sim. de Prēt. in loco præal-
lega. vt videri poteſt. & quod melioramen-
ta rectè probentur per eos, qui ea fecerunt
*vide Math. Brun. conſ.*139.*ſub nu.*6.*verſ. nam*
magiſter Bernardinus murator ait: et ſub num.
61.*verſ. idem magiſter Bernardinus. et num.*62.
38 † vbi talem teſtem probare licet vnicus ſit.
et ibid. latè alij allegat. adde in materia Barz.
*dec.*23.*num.*14.*et* 16.
39 † An alius ſit modus probandi melioramē-
ta? Reſpondetur, ſi facta ſint de recenti, poſ-
ſe probari ex inſpectione ſeù viſitatione loci
vt optime probatur ex tradit. per *Surd. deciſ.*
300.*num.*13. *vbi allegat Petr. de fideic. quæſt.*
40 15.*nu.*284.† & ſi melioramenta ſint incerta
Peritos in arte eſſe eligendos *tradit latè*
*Cornaz. dec. Luc.*101.*& ad Rot. Rom. in nouiſſ.*
*dec.*398.*in fin. par.*1.*et deciſ.*120.*par.*2.
41 † Hactenus de probatione melioramen-
torum in ſui ſubſtantia. Intrat propterea ad
rem ſexta principalis quæſtio. quid de valo-
re ideſt quomodo eorum æſtimatio ſeù va-
lor probetur? *de quo aliquid iam ſupra nu.*
32.33.*tactum eſt*, & nunc fuſius & ex pro-
feſsò repetendū: nam primo vt quis melio-
ramentorum æſtimationem conſequatur,
non ſufficit probare tantum fuiſſe impenſū
niſi etiam probetur rem tanti meliorē red-
ditam fuiſſe. Vnde ſi impenſa fuerit de cen-
tum & melioramenta in quinquaginta, ſo-
lum quinquaginta repeti poſſunt, & idem
quando impenſa de quinquaginta fuit, &
melioramenta de centum, vt quinquaginta
tantum peti poſſint, ità inquit præter *alleg.*
*per nos ſupradictis nu. Cagnol. d. l.*2.*quæſt.*49.
*num.*175.*C. de pact. int. empt. etc. per tex. in l. in*
fundo poſt princ. verſ. et ſi rebus. ff. de rei vind.
dicens I.C. per eum tex. velle quod ſi maior ſit
vtilitas, quæ acceſſit ex impenſa quàm im-
penſa, ſolum quod eſt impenſum repeti, &
e cōtrario ſi maior eſſet impenſa, quàm vti-
litas, non repeti niſi æſtimationem vtilita-
tis, & ſic ſemper quod minus eſt repeti *alle-*
*gando Paul. de Caſt. conſ.*270.*col.*3.*circa med.*
*verſ. Item quod dixi. lib.*2.*adde Burſat. cōſ.*71.
*num.*23.*quem citat Franch. dec.*109.*numer.*5.
*Marzar. conſ.*10.*verſ. ſed dubium*, *Rim. iun.*
*conſ.*411.*numer.*38.*et ſeqq. lib* 4. *vbi latè pro*
et contrà. et pleniſſimè etiam pro hac par
te Sim. de Prēt. de Interpr. vlt. vol. libr. 3.
*fol.*5.*num.*13.*vbi vltra Cagnol. refert alios quā*
plures Docto. et percurre materiam in propoſi-
42 *to, vt ibi per eum* † *Nit de valore melioramento-*
*rum probando accedat Pute. dec.*474.*libr.*2.*et*
*dec.*471.*numer.*7.*ead. par.*2.*Maſc. de probat.*
*concl.*1037.*ſub num.*12.*et ſeqq.*
43 † Quid ſi teſtes variè deponant ſuper va-
lore melioramentorum, quę depoſitio ſit at-
tendenda? Reſpondetur minorem ſum-
mam eſſe amplectendam *vt probat Ma-*
gon. deciſ. Luc. 81. *numer.* 26. niſi aliter
ſub-

ſubiecta materia importet aut ſuadeat, vt in caſu ſingulari de quo vt per me dec. flo. 14.ſub numer. 12. et ſeqq. ad quam remitto.

44 † Item fides Peritorum cum vno non præiudicat Tertio non vocato nec interuenienti, nec dicuntur per eam probata melioramenta deciſ. 296.numer.5.6. poſt Poſt.mand. etc.

Dictum eſt quid primò animaduertendũ vt quis conſequi poſſit melioramentorum æſtimationem.

45 † Secundo aduertendum ad conſequendam melioramentorum ęſtimationem, eſse attendendum tempus quo reſtituenda ſunt melioramenta, non tempus quo illa facta ſunt Bart. in l. domos. de legat. 1.cum alijs adductis per Maſcard.de probat. d. concl.1037.n. 19. vbi tamen aduertit hoc non procedere omnino ſine aliqua dubitatione & diſtinctione indigere& ꝓpterea ad hoc eſse adeũdum Menoch.de recup.rem.15.numer.557.& Burſat. conſ. 71. num. 22. ideò & ego ad eos remitto.maximè ad Menoc.egregiè enucleãtẽ.

46 †Porrò hoc limita in melioramentis conſiſtẽtibus in plãtis & arboribus in q̃bus haud dubiũ eſt attendi tẽpus pręteritum quando inſertæ fuerunt vt firmat Gam. dec.306.nu.2. quo loci refert fuiſſe per Dominos iudicatum præſtandam eſse rei æſtimationem prędictarum arborũ facta liquidatione per Arbitros in executione ſententiæ, conſiderato valore non quidem pręſentis temporis ſed æſtimando expenſam factam in nutriẽdis arboribus Felyn. conſ. 42.num.9. Franch. dec. 38.numer.5. par.1.Caſtr.conſ.247.vol.1. Barz.dec.23.ſub num.16.Aſſiſ.peruſ.58.num. 14.par.1. Coſta de ratio. ratę.quæſt.81.nu.12. Rim.iun.conſ. 411.num. 14.et ſeqq.num.30.et ſeqq.lib.4. ſeù conſiderato valore in plantatione & educatione vel nutritione vt per mox. cit. quicquid alij contrà ſenſerint vt Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ.398.num.5.par.1.quæ quidem Rot. allegat Menoch. d. rem. 15. ſub numer. 513. vbi tamen Menoch. hoc non dicit et omiſit allegare ſub numer.529. vbi Menoch. contrarium in indiuiduo dixit, pro quo et Aſſiſ.d.dec.peruſ.24.vbi nu.18.et 25.ait Bart. contra dicentem 'communiter ab omnibus reprehendi et dec.58.num.14.15.Non obſtat etiam Pancirol.(qui ſolet allegari pro parte cõtraria)in conſ.46.ſub numer.3.verſ.ſecunda et potentior ratio et numer.4. nam non omnino
47 negat,†ſed admittit deberi duobus caſibus primò ſi actor ſit diues,ſecũdo ꝙ ſi ſit pauꝑ debita ſit ęſtimatio quatenus erat fundum diſtracturus. et quicquid ſit altera opinio eſt cõmuniter recepta, quicquid patiter dicat alia dec.312.nu.5.par.2.in nouiſſ. nam eſt eadem ac illa dec.398.& repetita.ideò &c.his adde Borgn.deciſ.28.num.2.et 3.par.1.vbi qualiter debeant reſici expenſæ in plantationibus factæ.

48 † Cęterùm in alijs melioramenta eſſe ęſtimanda ſecundum valorem ſeu ęſtimationẽ q̃ reperitur in re tẽpore, quo res venit reſtituenda,ita quod ſi temporis curſu fuerit deteriorata, debeat prout nunc ęſtimari vltra precit.tradiderunt Medic.rot. March.dec.22. num.16.Menoch.de præſump. lib.3. præſumpt. 32.num.5.6.7.& 8. & facit Natt.conſil. 256. num. 4. vbi ait quod impenſæ ęſtimatio fit habito reſpectu ad valorem, qui eſt tempore quo reſtituitur,non quo facta eſt impẽſa, hoc idem dicit Anchar.quæſt. 46.num.6. vbi ꝙ melioramentorum ęſtimatio fieri debeat ſecundum tempus reſtitutionis Matth. Brun. conſ.19.num.21.Cagnol.ad d.l. 2.num. 175.C. de pact.int.empt.&c.Vincent.de Franc. optimè dec.109.num.2.Marz.conſ.10.ſub verſ. melioramenta autem.& verſic.ſed dubium Rim. iun. conſ.411.numer.51.& ſeqq. lib. 4. vbi latiſſimè March.Ant.de Amat.deciſ.March. 23.num.5. Aſſiſ.dec.24. Peruſ. ſub num. 25.part.1. & ad cap.antec.num. 37.38.

49 † Septima ſuccedit (ad hæc conſequens quæſtio) nunquid arbores plantatæ poſſint deduci ſeù eradicari? reſpondetur ſi terram radicibus cõplexę ſunt regulariter non poſſe, ſed earum æſtimationem eſſe petendam iuxta l.ſi fundi poſſeſſorem. iuncta gloſ. ff.de rei. vind.& in l.in rem.§.in omnibus.ff. eod.titul.ibi Cogor pretium dare.& in §. ſeq. & eſt tex. in l. ſi quis ſciens.in fin. C.eod. & in l.qua ratione ff. de acq.rer.dom.& in l.ſed ſi ex meis.§.arbor radicibus.ff.eod.ita tradit Gamm.dec.310.num.3. Quid de ædificijs vide cap.pręced. numer. 26. & plurib.ſeqq.vbi latiſſimè.

50 † Octauo quęro, quando fundus dicatur melioratus? Reſpondetur non ſolũ quando antiqua ædificia vetuſtate collapſa reficiũtur & inſtaurantur, vt dicitur in l. 1. §. inter impenſas.& l.impenſæ neceſſariæ.ff.de impen.in reb.dotal.fact.l.domum.in fin.C.de rei vind. ſed etiam quando de nouo fiunt, vt ibi colonus morari poſſit,vel fructus in eis ſeruari aut cuſtodiri ex trad.per Surd.dec. 300.num.4. ſupra cap. anteced.ſub num.35.36. & 38. vbi etiam de eis æſtimandis.

51 † Nonò quęro quę melioramenta debeãt reſarciri emptori qui reſtituit rem prohibitam alienari? decidit Paul.de Caſtr.conſ.247. num.7.vol.1.vbi vide quia eleganter.& ibid. ſi pretium fundi auctum propter culturam, ſi beneficio temporis, ſi ob impenſas factas ad perpetuam vtilitatem, ſi neceſſarię ſi vtiles & alia.

52 †Decimò ſi quis non fecerit melioramẽta in re, ſi conueniatur hypothecaria,an nihilominus totum creditum offerre teneatur etiam quod res obligata eſſet minoris valoris? Reſpondetur teneri,ſecus ſi ipſemet fe-

ciſſet

ciſſet melioramenta ex trad. per Vin. de Frãc.
dec. 38. num. 1. & 2. part. 1. vbi optimè.
53 † Vndecimò Nonquid is, qui reuendere
tenetur, conſequi poſſit melioramenta ab
eo qui vult reemere, & quæ vide Natt. conſ.
601. num. 1. vbi concludit quod ſic, ſi facta
ſunt ad perpetuam rei vtilitatem, ſecus ſi
fructuum tantum quærendorum gratia &
ità in term. Bal. conſ. 167. Titius vendidit. in fin.
libr. 1. per tex. l. intra vtile. §. vendentibus.
ff. de minor. & per id quod legitur & notatur in
l. Quid ſi domus. & l. domos. de leg. 1. & ad l. qui
exceptionem. §. ſi pars. ff. de Cond. indeb. & in l.
54 emptor. ff. de rei vind. † vbi vult. Bald. quod
melioramenta dicãtur facta ad perpetuam
rei vtilitatem, quando qualitas rei eſt muta-
ta & bonitas aucta. l. 1. C. de allu. et quod not.
in l. ſi inter. C. de Iure dot. & hanc eandem cõ-
cluſionem tenuit Id. Bald. conſ. 303. ad euidẽ-
tiam præmittendum eſt quod creditor. d. libr. 1.
& quæ expenſæ habeant perpetuam cauſã
adde ſupra cap. anteced. num. 79.
55 † Duodecimò An melioramenta facta in
rebus hæreditarijs obnoxijs fideicommiſſi
reſtitutioni ſint reficienda, quomodo & à
quibus? Reſpondetur eſſe reficienda per hę-
redem pro rata, id eſt pro quarta parte, &
per fideicommiſſarium pro alijs tribus par-
tibus, etiam abſq; onere compenſandi has
expenſas ſuper fructibus ex gloſ. magn. in l.
emptor. ff. de rei vind. dec. Peruſ. 58. nu. 12. par.
1. per Aſſiſ. & Guid. Pap. deciſ. 296. numer. 2.
56 † Imò tales impenſas pro dictis tribus par-
tibus repetit à fideicõmiſſario ſucceſſor gra-
uati, ſi ea feciſſet grauatus d. l. domos. de leg. 1.
Guid. Pap. d. dec. 296. Franc. March. dec. Delph.
623. par. 2. Rol. conſ. 28. & 30. volu. 1. Coſta de
57 ratio. rata quæſt. 81. num. 4. † Alia de melio-
ramentis in re fideicõmiſſaria factis, an ſint
debita & ſoluenda & alia ſimilia vide Pereg.
de fideic. art. 50. Bart. in l. Imperator. §. vlt. de
leg. 2. vbi eos, qui poſt cognitum fideicom-
miſſum ædificant, ſumptus perdere. Doct. in
d. l. domos. de leg. 1. l. mulier. §. ſed enim. l. vbi
purè. §. qui in diſtrahendis. ad S.C. trebel. Fran.
dec. 109. Marz. de fideic. q. 65. Nicoll. bello. cõſ.
66. num. 1. Menoch. conſ. 454. num. 4. & conſil.
496. num. 51. & conſ. 689. num. 13. Crau. conſ.
58 790. nu. 12. † ex quibus expenſas vides fac-
59 tas per hæredem grauatum deberi: † Et idẽ
in emptore rei fideicommiſſarię vt ſi melio-
rauerit ſibi debitę ſint expẽſæ, ſicuti hęredi
ipſi grauato quia eius in locũ cenſetur ſub-
rogatus, ſubrogatũ autem ſortitur eandem
naturã eius cuius in locũ q̃d fuit ſubrogatũ
l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautioni l.
1. §. hæc actio. ff. ſi quis teſtam. lib. &c. vbi Bart.
id quod etiam in emptione, permutatione
& ſimilibus locum habet vt docet Decian. cõſ.
52. num. 33. & conſ. 27. per tot. lib. 1. Addo ta-
men, an ſcienti fideicommiſſum adeſſe prę-
iudicet melioramenta feciſſe cum ſuis de-
clarationibus ad ſupra cap. 62. nu. 19. per tot.
60 † Decimòtertio quęro an faciens melio-
ramenta faciat fructus ſuos? Reſpondetur
facere fructus ſuos pro rata melioramento-
rum Rot. Rom. in nouiſſ. dec. 112. num. 1. part. 2.
Affl. dec. 86. n. 6. in fin. & n. 7. Putc. dec. 276. in
fin. lib. 3.
61 † Limita quod quis non teneatur cõpu-
tare ſeu compenſare impenſas cum fruc-
tibus, cum tales fructus percepit ex re, quæ
interim erat ſua, cum eam emiſſet, (nam eo
caſu facit fructus ſuos, & vltra eos impenſã
petere poteſt vt firmat Natt. conſ. 256. ſub
nu. 3. Neguſ. de Pigno. 4. par. 5. part. princ. nu.
12. 13. vide Affl. dec. 87. num. 6. Gam. dec. 310.
num. 5. vbi idem tenet per glo. in l. emptor. ff. de
rei vind. & Ruin. conſ. 84. n. 16. vol. 1. Franch.
deciſ. 112. ſub num. 12. 13. part. 1. Perſonal. de
adipiſc. num. 681. & ſeqq. vſque ad num. 691.
excluſiuè. vbi ſub num. 684. & clarè ſub num.
688. teſtatur de crebriori Doct. opin. vidend. quia
late exornat cum exemplis & arguendo pro et
contra vt præcipuè numer. 689. & ad ſup. c. ant.
num. 57. 73. & ſeqq.
62 † Decimoquarto ſi Dominus meliora-
mentorum eadem vendere velit an tenea-
tur præferre Dominum rei in qua facta sũt
melioramenta? Reſpondetur teneri Aſſiſ.
63 dec. 24. in fin. par. 1. † argumento illorũ quæ
dicuntur quod colonus cogitur potius vẽ-
dere fructus agri quem colit Domino quã
alteri, quando Dominus illos emere, & ipſe
vendere vellet. niſi extaret pactum in con-
trarium iuxta l. fin. vbi latè Iaſ. num. 10. & ſeq.
C. de Iure emph. Bocr. dec. 107. numer. 2. vt ibid.
per Aſſiſ. in fin. & etiam in ipſomet princ. eiuſd.
dec.
64 Decimoquinto ad maiorem declaratio-
nem quæſt. tertiæ ſuprà Quęro an meliora-
menta debeat habere ædificans Malæfidei?
Reſpondetur habere neceſſaria vt dictum eſt
d. cap. 3. vtilia verò non habere ſecundum di-
ſtinctionem Bart. in l. in fundo. ff. de rei vind. ibi
alleg. & in l. ſi in aera. de Cond. ind. Grat. conſil.
42. num. 29. lib. 2. Angel. in l. ex argento. ff. de
Cond. furt. vbi meliorationes & expenſas fa-
ctas in re quam quis de facto occupauit vii
prædo amittit, ſequitur Dec. in l. nemo prædo.
ff. de reg. iur. Crau. conſ. 87. num. 2.
65 † Declara dictum Angel. in eo caſu non
procedere, vbi melioramenta ſeu expenſæ
proponuntur factæ circa culturam vineæ,
& gratia quęrendorum fructuum, quo caſu
etiam Prædo tales expenſas deducere po-
teſt, eas cum fructibus compenſando l. ſi à
Domino. §. fin. ff. de pet. hæred. l. fundus qui in
princ. ff. fam. ercisc. Bart. in l. cum quæritur. §.
prædijs. de leg. 3. & ideo ęſtimari debet valor
ſeu

Digitized by Google

ſeu expenſa fimi & culturę, quo qua expenſa fructus poſſunt retineri, reliquos qui ſuperſunt (deducto ſumpto) tenebitur reſtituere.

66 † Si autem expenſa alia facta ſit, quàm gratia fructuu quęrendorum aut conſeruãdorũ, puta in prouanis aut in nouis vitibus conſerendis, illa perdũtur, ꝑſuppoſita mala fide Rei cõuẽti, per dictũ Ang. ſupra allegat.

67 † Poſſeſſor nanque Malę fidei ſolum recuperat expenſas neceſſarias, non etiam vtiles & volũtarias, niſi expenſa fiat vtilis in reficiendo, & eo caſu quo expenſas recuperat illud intelligitur per viam retentionis implorando, officium Iudicis *l. domum. cum ibi not. C. de rei vindic. Ità Crau. d. conſ. 87. num. 2.*

68 † Imo etiam Bonę fidei poſſeſſor vtiles expenſas non ſic ſimpliciter deducit, ſed cum diſtinctione, *vt clarè per Aſſiſ. dec. peruſ. 24. num. 14. par. 1. ad quem recurraſ. & latiſſimè Rim. iun. conſ. 411. lib. 4.* de melioramentis, expenſiſue in curandu, ſerendo, ſtercorando, diboſcando, plantando vites aut arbores, & ędificando, & qualiter ęſtimentur, ſolui debeant & pro quo tempore in vario genere Poſſeſſorum & Perſonarum. *adde paucis materiam hanc extricantem Paul. de Caſt. conſ. 147. num. 7. lib. 1.*

69 † Non omittam inter hæc contrarium ſenſiſſe *Cuiac.* vt etiam vtiles expenſæ ſpectent ad Malę fidei poſſeſſorem ſeù Prędonẽ *per tex.* qui videtur præciſus vt ſaltem de ęquitate hoc ità procedat *in l. planè. 38. ff. de petit. hęred. reſpondendo alijs textib. pro contraria ſententia adductis lib. obſ. 10. cap. 1. per tot.* Ipſe adhęreo primæ ſententię, tum quia eſt cõmuniter recepta, Tum etiam quia *ad tex. in l. domum C. de rei vind.* non video idoneũ reſponſum. *Ait. enim Imper. ibid. Malæ fidei poſſeſſores eius quod in rem alienam impendunt non eorum negotium gerentes, quorum res eſt nullam habent repetitionem niſi neceſſarios ſũptus fecerint, ſin autem vtiles, licentia eis permittitur ſine lęſione Prioris ſtatus rei eos auferre* ecce enim diſtinctionem apertam litteralẽ & ineuitabilem inter neceſſarias expenſas & vtiles. *et ità fatetur Cuiac. procedere tex. de Iuris rigore. verùm recipere cenſuit moderationem ex benignitate de qua in l. planè. 38. ff. de petit. hęred.* ſed ad hoc videtur poſſe *reſponderi tex. hunc admittere* Prędonem ſolum ad neceſſarias, non indiſtinctè etiam ad vtiles, prout admiſſus ibid. fuit Bonę fidei poſſeſſor nam *aduertè ad fin. dicti tex. l. planè,* dum admitit Prædonem *ſub illis verbis Prędo autem non aliter quàm ſi melior ſit. Quibus verbis ſupponitur* neceſſitas ità quod ad hoc vt Fur, Prædo, ſeù Malæ fidei poſſeſſor poſſit impenſas repetere non ſufficiat, quod hæ neceſſarię ſint, ſed ſimul requiritur vt res pretiotior ſit facta, *vt ait Sarmient. ſelect. interp. cap. 10. ſub nu. 5. ſub verſ. et conſiderandum eſt.* & hæc interpretatio eſt recipienda, *etiam ad hoc, vt euitetur contrarietas inter d. l. domũ. et d. l. planè.* aut ad euitandum dictum quod vna lex corrigat aliam. Præterea dico non poſſe intrare moderationem indicatam *per Cuiac.* nam forte intraret, ſi primò loco fuiſſet condita *l. domum Cod. de rei vind. et mox. d. l. planè ſecundo loco,* quæ eſſet moderatrix primę ſed cum *d. l. domum* poſterior fuerit, *et Imper. eius l. Conditor, ſciret d. l. planè,* & nihilominus ſic clare rem iſtam explicauerit, remouendo à Malę fidei poſſeſſore expenſas vtiles, profectò dicendum eſt, aut huic tanquam poſteriori ſtandum, aut primo loco conditam in *d. l. planè:* ſecundum alterã ſubſequentem eſſe intelligendam, & omnẽ occaſionem recipiendam, per quam huiuſmodi tex. inter ſe concilientur, *et moderatio d. l. planè* conſiſtat in admittendo Prædonẽ ad expenſas neceſſarias, & ità quidem neceſſarias, vt res reddita ſit melior, *vt eſt in tex. ipſo.* & ad inconueniens allegatum, ne quis cum alterius iacturà locupletetur, ſatis obuiatum manet intelligendo, quatenus poſſunt huiuſmodi melioramenta auferri *vt eſt in d. tex. l. domum. C. de rei vind. cum alijs plurib. adduct. cap. præced. numer. 27. et ſeqq. iunctis num. 40. et ſeqq̃. vbi de æquitate l. inter me et Titiũ. ff. de reb. cred. et de dicta reg.* quod nemo debet cum alterius iactura locupletari. in eod. propoſito. ſatis ſuperque diſcursũ fuit.

70 † Quæro decimo ſexto an exceptio detractionis melioramentorum opponi poſſit etiam in executione ſententię? Reſpondetur opponi poſſe, quando in promptu eſt eorum probatio *vt firmat Bal. conſ. 308. Queritur verum. in fi. lib. 2. quem ſequitur* Menoch. *de recup. poſſ. rem. 15. nu. 272. Id. in conſ. 790. num. 13. vol. 8. Magon. dec. Luc. 81. num. 6. et 7.*

71 † Talis etenim exceptio non impugnat ſententiam, quæ exequi non debet, niſi deductis melioramentis *Bart. in l. in fundo nu. 16. ff. de rei vindic. Paul. de Caſt. d. conſ. 147. pro pæ. fin. libr. 1. Rip. in l. vbi pure. §. qui in diſtrahendis. num. 3. ff. ad trebel. Tiraq. de retrac. conuent. §. 7. num. 14. et 15. adde ſupra hic nu.*
72 *13. et ſeqq. quæſt. 4.* † qua facta oppoſitione non poſſunt partes Iudicis abſoluere ſed condemnare cum quadam modificatione vt reſtituat fundum reſtitutis expenſis *ſic firmat Bald. in d. l. in fundo. verſ. 4. non ff. de rei vindic. cui adde hic d. q. 4. num. 14. 15. 16. 17.* & poſſunt huiuſmodi expenſæ in executione deduci, etiam quod in ſententia reſeruatę non fuerint *Ladere. conſ. 151. num. 7.*

73 † Decimoſeptimò & vltimò quæro an exceptio retentionis pro melioramentis

tranſeat in ſingularem ſucceſſorem? Reſpõdetur tranſire *l. in hoc. iudicio* §. 1. *verſ. ſed hæc itá. ff. Com. diuid. quem tex. reputat ſingularẽ Roman. ſing.* 176. *Itá Ripa in l. vbi purè. §. qui in diſtrahendis. ſub numer.* 3. *ff. ad trebel. Tiraq.*
74 *de retract. conuent. §. 7. num.* 15. † & quod ad hæredes tranſeat, adeo quod poſſint rem retinere, donec pretium eorum ſoluatur, etiam quod ſint extranei *vide cap. præced. nu.* 81. 82. & de ſingulari ſucceſſore *ad ſupra hic num.* 29. & de ſucceſſore grauati *ſupra num.* 56. *et ſup. cap. præced. num.* 90. *vbi etiam ad hæredes hæredum.*
75 † Et iſta, iunctis relatis *in cap. anteced.* ſufficiant ad materiam melioramentorum.

Reliqua capiãtur à *Docto. plurib. qui ex profeſsò de eis tractarunt, paſſim citatis in vtroque cap.* Incidimus in tractatum hunc *ad rectam interpretationem §. ſi Vaſallus in feudo. Hic finitur lex. de melioramentis tractantis, etiã maximè* (*vt innui cap. anteced. num.* 25.) dilacerati: per nos, quantũ per vires licuit, defẽſi à morſibus & iniurijs, *Congruitate diſpoſitionis eo§. contentę, et Conformitate cum termin. et textib. iuris communis ſatis luculenter, vt crediderim, demõſtratis.* Vnde plane concludere poſſis reſpondiſſe vltima primis: Scilicet Conuitia aduerſus feuda, in principio, Conuitia & in fine comperta, ſed tamen profligata, & finita; Prout & cum hoc ipſo fine Ipſe tractatui tam neceſſario demum imponam. Ad laudẽ D.O.M. qui ſit Benedictus in ſecula, Et Sine Fine.

F I N I S.

Quintæ & Vltimæ Partis circa practicandam nouam rationem tit. An Agnat. &c. in acceſſorijs feudalibus, Nec non & Tractatus Vniuerſi.

INDEX

VERBORVM, FORMVLARVM, ET MATERIARVM.

Aduerte, vbi ſunt tituli particulares, putà de alienatione, de renunciatione, & ſimiles, vt recurras ad ſummaria ipſorum capitum & titulorum, quæ ſunt ampla, nec potuerunt omnia tranſcribi & reduci ad hunc indicem: aliàs nimis in longum res abijſſet abſq; vtilitate: Ipſa Summaria ſupplebunt perabundè.

Primus numerus caput. Secundus numeros eiuſdem capitis indicat.

A

Abraſio

AN Permiſſa cap. 65. nu. 27. & ſeqq. & num. 33.

Abſentia

Stipulationes Notariorum pro abſentibus Vide ſtipulatio, & cap. 25. per tot.

Abſtentio

Conceſſa filijs, & an probanda cap. 4. n. 17. 18.
Cur conceſſa cap. 5. num. 41. 42. & 43.

Abuſus

Abutenti commoditatibus feudalibus occurrendũ cap. 55. num. 26.

Acceleratio

Acceleratio reuerſionis feudi ad Dominum dicitur ei fauorabilis cap. 51. num. 68.

Acceptatio

Acceptatio primi Donatarij an ſufficiat vbi donatur alicui & deſcendentibus ſuis per alea ſimilia verba: vide aditio. & c. 23. partic. 2. n. 43. & ſeqq. ſub num. 51. & ſeqq.
Acceptatio abſentis cui fuit donatum eſt de ſubſtãtia, & perfectione num. 61.
Semper neceſſaria. aliàs interim eſt locus reuocationi cap. 24. num. 47.
Vide ratificatio.

Acceſſio   Acceſſorium

De acceſſionibus feudi fideicõmiſſi & alijs, id eſt de concernentibus augumenta alluiones, Incrementa, ſeruitutes, obligationes, melioramẽta, deterioramenta, ędificia, plantationes, expẽſas, & ſimilia cap. 65. et 66. per tot. vbi vide ſummaria & cap. 57. numer. 1. vbi de acceſſorijs feudi.
Acceſſorium pendet à principali cap. 23. num. 32.
Et ſui principalis naturam ſequitur cap. 57. num. 4.
De affixis, annexis, ſeparabilibus, vel inſeparabilibus cap. 65. num. 8. & ſeqq.
An poſſint tolli, abradi, an ſoluendum pretium, & quantum ſub num. 25. & pluribus ſeqq.
De Incrementis, & decrementis, & de adijcientibus agrum agro, domum domui eod. cap. 65. 16.

Accid ns

Non datur ſinè ſubiecto cap. 28. partic. 3. n. 35.

Acquiſi io

Acquirendi modi ſunt certi, & à Iure praſcripti cap. cap. 18. num. 28.
Ad modos caſui applicabiles recurrendum, Inquiſito prius an ſit capax. num. 29.
Nec confundendus vnus cum alio. num. 30. & infra titulus, & formula.

Cir-

Digitized by Google

INDEX.

Circa acquirendi modos patri aut alijs, & filijs & alijs diſtinguitur materia vltimarum voluntatũ ab actibus inter Viuos, inter quę datur differentia num.32.

Acquiſita à nobis ipſis faciliùs à nobis alienari poſſunt cap.23.num.51.55.& ſeqq. cap.30.num.51.

Acquirendi feuda Varij modi explicantur cap.29.num.16.

Duobus ſimul acquirentibus feudum alter alteri non ſuccedit. cap.37 num.48.

Accreſcendi Ius

Accreſcendi Ius habet locum in liberalitate Principis cap.23.partic.2.n.12.

An in feudo conceſſo ab eodem cap.41.num.18.19.21.& ſub 22. vbi fallere intitulatis.

An & quomodo in feudis & in alijs, & de natura iuris accreſcendi cap.11.num.38.& ſeqq.

Tollit Accreſcendi Ius etiam inutilis ſtipulatio cap.51.num.81.

An in legato annuo, & vſufructu ſit locus Iurj accreſcendi cap.59.num 67.

Ius non decreſcendi in alio caſu cap.50.ſub nu.61.

Per ius accreſcendi feudum acquiritur cap.29.ſub num.16.

Actio

Actio vtilis ſine ceſſione an acquiratur abſenti Notario ſtipulante c.23.partic.2.nu.36.& ſeqq. & cap.41.num.35.

Actio & paſſio non poſſunt concurrere in vno, & eodem ſubiecto cap.33.numer.19.declaratur n.20.& cap.39.nu.5.vbi nu.anteceden.exempla.

Ad hoc

Hac Vox ponderatur in cap.54.partic.1.num.12.

Aditio

Adire non cogitur filius cap.5 num.76.& ſeqq.

Qualitas aditionis, in patre non verſificatur nu.81.

Aditionis neceſſitas infert ad hæreditariam qualitatem cap.9 ſub num.17.& 21.

Aditio non eſt nec infertur ſi tanquam alius, vt ſi pactum per filium cum interfectore patris c.9 ſub num.20.

Adita hæreditas non eſt amplius hæreditas nu.37.39.contra num.38.

In Aditione grauati firmatur fideicommiſſum cap.13.num.69.

Et hæc non eſt amplius neceſſaria in alijs nu.70. Vide acceptatio.

Idem in feudis num.71.

Aditio requiritur ex ſubtilitate Iuris, quæ in foro animæ, & ęquitatis non attenditur cap.63.num.119.

Adhoa

Hęc loco ſeruitij pſtãdi ſuccedit c.57.part.9.n.8.

Adiutamentum ſeù adiutorium

De adiutamento remiſſiuè cap.57.partic. 9. ſub num.8.

Adminiſtrator

Adminiſtrator licet creditor hæreditatis reſtituit omnes fructus etiam ante motam litem, ſeù eorum valorem cap.62.num.7.

In redditione rationis veniunt fructus percepti ab eo cap.63.num.48.

Ædificium

AEdificium an tolli, an ſoluendum pretium, an ad rationem ruderum, & an aliter cap.65.n.29.& ſeqq.

Dupliciter conſiderabile vt ibidem num.35.& ſeqq. ſcilicet neceſſarium, & vtile prædio, & pro fructibus colligendis, vt ibidem.

Scienti alienum fundum ei obijci poteſt quod temerè in eo ædificauerit num.43.

Si Aedificium ſit in Ciuitate non poteſt tolli nu.98.

Si ad rationem AEdificij diruti ſit ſoluenda æſtimatio non eſt cementorum ratio habenda, & cur num.39.

AEquitas AEqualitas, inęqualitas

AEquitas in paribus cauſis paria Iura deſiderat cap.6.num.8.9.

AEqualitatem inter filios ſeruandam remiſſiuè c.22.num.17.

Et in ſucceſſione feudi, & alia cap.51,nu.49.& ſeqq.

AEquitas textibus feudalibus ſeruari ſolita cap.54.partic.2.num.22.

In concurſu rigoris, & ęquitatis opinio præferenda quæ ſtat pro æquitate c.57.partic.1.n.16.

Intrat Iudex contra Iuris rigorem pro æquitate cap.65.num.44.

Exceptio naturalis ęquitatis nunquam cenſetur reiecta, & iudex etiam non requiſitus officium ſuum impertitur num.45.

Et alia de æquitate per num ſeqq.

Et præfertur rigori cap.3.ſub num.5.

AEquitas cerebrina contra ius ſimpliciter non ſequenda cap. 50.num.16.& ad c.53.ſub nu.14.

Æquipollens

Non refert quod quid ex æquipollentibus fiat cap.23.partic.2.num.82.

AEs

AEs alienum in hæreditate continetur cap.17.nu.59.

Non tamen in bonis num.60.

AEſtimatio. V. Melioramentum

AEtas

I N D E X.

AEtas

AEtas patris non eſt ætas filii cap.5.num.68.69.

Afflictus Affl.o

Matthæus de Afflict. contra Loffred. defenſus cap.12.num.40.

Afflictio Afflicto non addenda cap. 57.partic.1. num.24.

Agnatio Agnatus

Agnatus debet probare gradus & alia c.1.n.3.ſeqq.

De Agnatorum ſucceſſione in feudis Vide infra ſucceſſio, & pleniſſimè cap.10.per tot.

Et à quo recognoſcant feudum, & quod redire dicatur ſuppoſita diuiſione inter primos ſucceſſores num.2.& ſeqq.

Agnatus habet a genere feudum num.24.

Non poteſt, deſumi argumentum à Iure Agnatorum in feudo paterno ad Ius filiorũ in feudo nouo, & ratio num.25.

Quilibet agnatus ex prima conceſſione ſuo quodam Iure proprio ordine ſucceſſiuo ſuccedit num.26.

Agnati inſpecto primo ſtipite ſunt de deſcendentibus cap.12.num.40.

Agnationis inſignia pertinent Iure proprio c.46. num.10.

Agnati collaterales ex pacto aut alijs ex cauſis venientes vſque ad quem gradum ſuccedãt, & an ſemper admiſſibiles cap.1.ſub num.17.

Agnatus filius eius qui repudiauit an aliquo caſu nihilominus admittatur ad feudum c.56. n. 33.& ſeqq.

Alimentum

Filius non quaſi hæres poteſt petere alimenta à liberto paterno cap. 19.num.41.& ratio nu. 42.

Alimentorum Ius cedi non poteſt, commoditas transferri poteſt cap.48.num.6.

Annuum legatum Alimẽtorum poteſt pro futuro peti licet ad præſens non debeatur cap. 59. num.54

An per vulgarem deferatur, & alia à quo ſoluendum num.55.& ſeqq.

Si legata ſint alimenta poſt 25.annos mora fit.c. 63.num.87.

Alienatio

Alienatio quãdo in fraudem facta dicatur remiſſiuè cap.13.num.12.

Alienari poteſt feudum Domino conſentiente cap. 23.num.52.

Idem in Auo.num.53.

Hominibus permiſſa ſuarum rerum alienatio num.144.

Et videtur contra Ius libero diſponendi arbitrio pr ſuars num.142.

Pater poteſt pro arbitrio, vel ſolus vbi poteſt, vel cũ conſenſu vbi non poteſt, alienare n. 157.

Valet argumentum ab alienatione ad alterationem a fortiori cap. 30.numer.36.37.

Alienatio paterni feudi nocet deſcendentibus non Agnatis num.38.

Non conſentientibus cap. 44.num.51.& ſeqq.

Et omnium conſentientium ſucceſſoribus, & cur d.cap.30.num.55.& ſeqq.

In alienatione Dominus directus præferendus cap.39 ſub num.8.

Feudum ſibi conceſſum cum pacto alienandi, an etiam pro hęredibus cenſeatur conceſſum cap. 31.num.25.& ſeqq.

Verba, & clauſulę plenum arbitrium diſponendi, vel alienandi indicantes plures cap.38.nu. 28.& ſeqq.

An in prohibitione alienandi ponãtur verba vniuerſalia refert num.59.

An verbo vendendi poſt ponatur verbum alienandi num.60.

Alienatio expreſsè prohibita impedit effectum clauſulę, & cui dederit cap.39.num.37.

Alienare pro concedere, non pro Cedere ponitur, vbi Ius non alienatur, ſed commoditates cap.48. num.3.& ſeqq.

Alienandi facultate data, non cenſetur data facultas alterandi modum ſuccedendi cap.51.nu. 56.

Aliud Alienatio, formæ mutatio, & noua legis datio.ſub eod.& num.60.

Statuto prohibente alienari fiet alienatio ex teſtamento nullo iuſſa cap.51.num.84.

De alienatione feudi licita, & illicita, & quæ vtraq & de aliis ad idẽ pertinẽtibus, & primò de licita c 52.Vbi vide Summarium.

Alienatio nulla an poſſit ab alienante infringi.ſub eod.num.83.& ſeqq.

De alienatione illicita, & quibus, & quomodo, & alia cap.53 per tot.vbi Vide Summarium & de Aſſenſu requiſito num.67.

Nemo niſi Dominus dicit de nullitate feudi illicitè alienati, & quando etiam Agnatus, & intra quod tempus, ſeu quando debeat declarare num.36.et ſeqq.et num.63.

An feudum totum amittatur, ſi pars tantum feudi alienetur.num.42.et ſeqq.

Vbi idem in fideicommiſſo, emphyteuſi, & aliis.

Alienatio tendens ad augumentum valida num. 64.

Facta ab ignorante excuſat .num.65.

De Alienatione feudi prout fit ab Agnato in Agnatum, quæ dicitur Refutatio an poſſit ſtatim reuocari a filio, vel ab Agnato, & alia ad idem in cap.54 per tot.& per partic.in quibus Vide Summaria.

Digitized by Google

INDEX.

Alienatio vt ſtabilis dicatur, debet eſſe perpetua partic.2.num.48.eod.cap.54.

Alienationes feudorum cur prohibitæ c.54.partic.3.num.28.29.

Furtum committit Agnatus feudum alienãs cap.54 partic.3 ſub num.33.

Alienatio feudi in fraudem creditorũ reuocabilis cap.55.num.32.& ſeqq.

De fructibus reſtituendis vel non quando reuocatur res alienata vt Hæretici, vel Rei leſæ maieſtatis cap 63.num.16.17.

Feudum illicitè alienatum viuo alienante manet penes Dominum cap.53.num.1.in fi. vbi id ex opin.Iſern.

Alius
Vide Tertius, Vide Alter

Qui per alium facit perinde eſt ac ſi faceret per ſemetipſum, attenditur perſona repreſentata, non eius qui actum gerit cap.19.nu.12.13.c.23. num.26.& ſeqq. Vide contemplatio verſ. A mè factum.

Res inter alios, vt teſtes, confeſſiones, an alios in alio Iudicio afficiant cap.45.num.72.73.

Allodium

Allodialia an præſumantur bona V. Bona.

Alter

Alterius negocium geri aut ad eum pertinere quomodo dicatur cap.65.num.61.63.

Alteratio

Vide, Alienatio, Inueſtitura.

Natura feudi vel ſucceſſio an poſſit alterari cap.30.num.32.& ſeqq.c.51.ſub nu.48.& ſeqq. cap.54.num.21.

Alueus

De Alueo Alluuione mutato cap.65.nu.11.

Amiſſio Priuatio

Verbum amittat eſt priuatiuum, licet opus ſit ſententia declaratoria cap.47.num.29.Intelligè vt num.31.

Priuatio intelligitur præuia citatione, & ſententia cap.53.num.56.

Etiam quod culpa eſſet notoria num.57.

Et non obſtante clauſula ipſo Iure, quia neceſſaria pro auocanda poſſeſſione num.58.

Si præfigatur tempus, & poſt illud negetur audientia num.59.

Quid in crimine læſæ maieſtatis num.60.

Inalienatione nulla num.eod.

Quid ſi de facto Princeps capiat bona à Rebelle num.62.

Anima, Animus Animal

Anima quę peccauerit ipſa morietur cap.5.n.63.

Animus directò probari non poteſt cap.54.partic.1.num.31.

Per indirectum præſumi poteſt, vel probari, vt per facta num.32. & ſeqq. numer.36.

Animalia exiſtentia in loco feudi, an feudalia cap.65.nu.87.

Annus,
Menſis, Annui reditus, legata &c.

Anni tempus Viſum ſufficiens in multis c.44.nu.41.42.& de anno integro ſub 43.

Annus, & dies à quo tempore incipit currere cap.47.ſub num.50.

Annus quoad fructus incipit ineunte verè cap.57.partic.1.ſub num.1.

Et à Martio vt ibid.num.2.& ſeqq.

Tempore Martij incipiunt fructus repullulare num.4.

Vnius anni vnus fructus eſt num.5.

Annus intelligitũ pro cultura vnius anni.ſub eod.

Impenſæ culturæ ſolent fieri in autbumno, & verè nu.7.

De annuis redditibus cap.59.num.53.

Annum legatum, etiam alimentorum, eod.nu.53.& ſeqq.

Vbi an ſoluendum ab vſufructuario, ſi plura legata an vnum, ſi perpetuo ſolueda vſque ad quod tempus &c.vt ibid.

A quo tempore annus incipiat inter ſucceſſores defuncti in beneficio num.75.

De multiplici anno num.76.

Antecedens

Antecedens qui Vult, vult & conſequens c.57.partic.1.num.39.

Anticipatio

De anticipatione loci in refutatione Agnato remotiori facta cap.54.par.1.nu 4 & 5.

Agnatus reuocans feudum refutatum tenit ſibi locum partic.2.num.2.d.c.54.

Antiquum, Auitum

Ius antiquum poteſt referri cap.3.n.13.14.15.

An feudum Iure antiqui feudi conceſſum tranſeat ad Collaterales cap.37.ſub num.46.

Approbatio,
Vide Acceptatio Ratificatio
Appellatio

Appellandum eſt à die ſententiæ, ſtatim ex quo ſciuit, non expectata notificatione cap.45.nu.67.& ſeqq.

Aromata

Magis contrita odoratiora fiunt cap.11 num.4.

Arrogatio.

Arrogato impuberi pater tenetur relinquere quartam partem ſuorum bonorum cap.13.num.4.

Nec poteſt in ea fideicommittere ſub eodem.

Licet pupillariter poſſit, & ratio nu. 5.& ſeqq.

Quarta bæc non eſt quid bęreditarium. & alia quod ex lege babeatur, & non valere argu-

mentum

Digitized by Google

mentum ab ea ad feudum reprobato Loffred. vſque ad num.11.& c.

Aſcendens

De Aſcendentium ſucceſſione in feudis, vide Succeſſio.

Aſſenſus

Aſſenſus Domini directi neceſſarius in alienationibus V. alienatio. & conſenſus.

Auctor Authorare.

Sublato Authore & qui errauit, vlla nec in alligante, nec in allegato vis facienda. cap. 24. num.64.

An ſibi ipſi Authorare, Vide Sibi,

Augmentum

De Augmentis ſiuè incrementis, decrementis feudi, & aliorum Vide Acceſſio.

An res cum augmento reſtituenda cap.65. num. 12. & alia circa materiam augmenti, & decrementi per num. ſeqq.

Præſumitur factum ab eo qui facere tenebatur num.13.

An feudo aucto ſit augendum ſeruitiū aut adhoa & è contra ſiue diminuto ſub num.16.

Audientia

Si præſcripto tempore, & poſt eum denegetur audientia cap.53. num.59.

B

Baldus

In feudis aliquando errauit, & ſibi contrarius cap.6. num.41.42.

Baldus Ignorauit rationem. § Titius. Si de feu. defunc. cap.54 partic.1. num.66.

Beneficium

Non confertur in inuitum cap.5. num.80.

Beneficium ne tenentur vltra quam facere poſſint competit filijs, vt filijs, ac filijs, vt hæredibus cap.19. num.61.

Latè interpretandum cap.24 num.28.

Declara vt cap. 54 partic.8 num.53. & ad cap. 50. num.34. & ſeqq. vbi etiam vide declarationem.

Beneficium ad eum non pertinet, qui non debet gerere officium cap.34 num.72.

Fructus Beneficiorum Eccleſiaſticorum an ad ſucceſſores in Beneficio an ad ſucceſſores defuncti perueniant cap. 59. per tot. vbi de Bulla Iulij Papa Tertij, & reliquis ad idem.

Inter hæc, & feuda quædam affinitas, & ſimilitudo num.1. & ſeqq. eod. c 59.

Huiuſmodi Beneficiati quibus comparentur, & de partibus fructuum faciendis per eos, num. 6.7.13.

Et quid in penſionibus num.14.30. & ſeqq.

Si venit dies, ſi nondum exactæ, Vnde dicantur, quibus aſſimilentur, & alia vt ibididem.

Et deprahendis num.15.

Et de reſignatario num.41. d. cap.59.

Beneficiatus cui comparetur, an diſponere de fructibus eod. cap.59. num.72.73.74.

Beneplacitum V. Feudum

Bona

Bonus, Bona fides Boni Homines

Bona dicuntur à beando cap.14. num.19.20.

Idem de bonis ac de hæreditate iudicatur n.21.

Licet hæreditatis ſit latius nomen num.22.

De verbis Bonorum, & Hæreditatis ſimul copulatis. num.23.

Bonis repudiatis, an etiam feudalia, & Emphyteotica cenſeantur repudiata num 24.

An renunciata num.17. d. c.14.

Bona feudalia dicimus communiter in bonis eſſe num.25.26.

Nec deſinunt eſſe bona & c. vt num.27.

Differentia eſt quibus dederit Iura, an bona c. 39 num.41.42.

Bonæ fidei, vel malæ poſſeſſor an faciat fructus ſuos cap.61. per tot.

Vide ibid. ſummarium, & in verb Poſſeſſor, & c.62. etiam per tot.

Inter bonam, & malam fidem datur mediū ibid. num.73. & ſeqq.

De fructibus bonæ fidei poſſeſſoris conſumptis vide etiam cap.63. num. 8.72.79 & 57.

Et quid in malæ fidei poſſeſſore. numer. 101. & ſeqq.

Mala fides non præſumitur, ſed probanda, & quando & alia ad idem eod. cap.6 . nu.104.

Bona fides præſumitur, eſt tamen allegāda, & quomodo, aliquando etiam probanda nu.107. & ſeqq.

Omnes boni præſumuntur. num.111.

Quælibet cauſa excuſat eod. cap.63. n.15. Fallit. vt ibid. & c.62. num.19.

Bona ruſtica præſumuntur allodialia niſi & c. c. 48 ſub num.92.

C

Caducitas

De caducitate declaranda per Dominum, quomodo, & quando, & quando cenſeatur remiſſa, & alia ad idem cap. 53. num.63. & ſeqq.

Cæcus. V. Imperfectus.

Calumnia

Inter ſe Dominus & Vaſallus non iurant de calumnia cap 57. par.8. num.31.

Canon Vide Cenſus.

I N D E X.

Canonem non ſoluens an priuetur emphyteoſi cap. 53.num.46.

Captio

Captio vitanda cap.35.num.65.

Cardinalis

Cardinalis ſeruit per Subſtitutum cap.57.partic. 1.num.43.

Caſtrum

De expenſis in reficiendo Caſtro cap.61.num. 59.

Caſus

Caſus quid ſit cap.57 partic 1.num.18.

Caſſamus

Hoc verbum intelligitur de validis cap.44.nu. 71.72.

Caualcata

Vaſallus non excuſatur à Caualcata & reſolutiones circa eam cap. 57.partic.9.numer.11. 12.

Cauſa

Cauſa prima influit in ſecundam.c.12.nu.14.cap. 24.num.55.

Quęlibet diſpoſitio à ſua Cauſa regulatur c.23. num.153.

Cauſa inſpicienda ob quàm diſpoſitio ſit numer. 154.

Non factum ſed cauſa magis facti inſpicienda 155.156.& cap.24.num.20.

Cauſa immediata fortiùs operatur quàm mediata cap.24.num.54.

Cauſa magis determinat ſubiectum proximum in eumq; magis influit quàm in remotum nu. 55.

Cauſa à modo diſtinguenda c.18.num.24.& ſeqq. & c 26.num.12.

Ex duabus cauſis vna ceſſante altera remanēte non ceſſat effectus cap.33.num.10.

Cauſa proxima attendenda cap.34.num.61.ſicut ſubiecta materia proxima cap.51.ſub num. 48.

Cauſa particularis, & proxima attendenda, non remota aut generalis,cap.47.num.104.

Vnum,& idem non poteſt ſibi eſſe cauſa,& effectus cap.54 partic.2.num.11.

Vide diſtructio.

Nec Vita, & interitus, confirmans, & confirmatum num.12.13.& cap.4.num.34.

Vbi eſt datio ob cauſam res regulatur ſecundum eam c.57.partic.5.num.7.

Et ceſſante vere cauſa emolumēti,ceſſat beneficiū partic.7 per tot.

Iſta procedunt in contractibus,vt partic.8.nu. 10.& ſeqq. Vbi Vide alia ad idem axiomata.

Quę cauſa eſt probanda num.12.

Non in feudis, aut eelemoſinis, honorarijs, & ſimilibus ibi Vide. per tot.adde cap.59.num. 2.3.

Non debet quid eſſe penes nos ſine cauſa cap.65. num.48.

Cognita cauſa morbi facilior curatio in prefat. num.16

Cautio

Cautio,& Vſufructus ſunt perſonaliſſima c.5 ſub nu.56.

Reſpondendo ad dicta num.52.& ſeqq.

Cenſus

Poteſt conſtitui per viam dationis in ſolutum cap.59.num.82.

De cenſu ſeu canone dato pro ſeruitio in feudis cap.57.partic.9.num.12.& ſeqq

Certitudo Incertum

Incertę rei regula non niſi incerta applicari poteſt cap.57 partic 8.ſub num.45.

Incertę patris Vindicatio conſideratur, cū quę pars ſit vindicanda incertum eſt num.46.

Ceſſio Cedere

Cedere aliud eſt à concedere vel alienare c.48. ſub num.3.& ſeqq.num.78.& ſeqq.& numer. 81.

Circuitus

Sunt euitandi maximè inutiles cap.57.partic. 10.num.12.

Ciuitas,Ciuilitas.

Quę habentur à Ciuitate,vt priuilegium Ciuitatis,et ſimilia competunt filijs etiam non heredibus,et alia cap.13.num.41.et ſeqq.

Ciuilitas ſibi queſita etiam pro ſuis deſcendentibus c.31.num.33.

Alia de Ciuilitate,et incolatu remiſſiuè. num. 36.

Citatio

Citationes, monitiones,et proclamata neceſſaria quando alicuius intereſt cap.52.num.35.

Clericus

De inueſtitura in Clericum veriſimiliter filios non habiturum cap.38.n.50.

Clerici amittunt feuda et Conuerſi cap.55.ſub n. 21.in fin.

Clerici Spurij non ſuccedunt niſi ſub conditione ſi legitimabuntur ſiue erunt capaces c.39.num. 14.15.

Clericus Beneficiatus in Sacris Conſtitutus, ſuccedit in feudo profe, et cui dederit.numer. 16.

Clericus poteſt de proprijs bonis pro arbitrio diſponere c.59.num.77.79.

An de fructibus prebēdis,diſtributionibus quotidianis num.79.

Col

I

INDEX.

Collateralis V. Agnatus
Collecta.
Collectę non ſoluuntur de feudo conceſſo cum clauſula,& cui dederit cap.39.num.11.
Colluſio
Eſt probanda & alia cap.45.num.50. & ſeqq.
Colonus
Quando faciat fructus ſuos c.57. partic. 8. nu. 26.
Tranſmittit fructus in ſucceſſores nō Vſufructuarius partic.5.num.3.cap.57.
Emptor tenetur ſtare colono, & ei permittere fructus tollere num.5.partic.5.
Poteſt Colonus fructus retinere,& partiri cum emptore ex quadam incidenti Societate partic.10.num.11.cap.57.
Debet de ęquitate percipere fructus quos ſeminauit num.10.
Commenda
De fructibus Commendarum, de Commendatarij arbitrio in eis, quibus ipſi aſsimilentur De differentia perpetuorum,aut temporalium hodie ſublata,& de ſtabilimentis eorum particularibus quibuſdam religionibus rebtis, De Religione Sanctorū Mauritij & Lazari omnium antiquiſsima &c. cap. 59.nu.17. & ſeqq.
An dicatur titulus an vacare ſub num.22.
Commentatores
feudales vide Interpretes.
Commoditas(Vide)Vſusfructus.
Feudum non poteſt publicari quoad dominium vtile ſicut quoad commoditates cap. 64.n.24.
Durante Vita delinquentis num.23.& 25.
Communitas.
Prędijs ſemel acquiſitis Communitati an renunciatio propriorū Iurium noceat ſucceſſoribus cap.13.num.42.
Communio Communis,
Communi diuidundo Iudicium datur pro rebus particularibus cap.17 num.13.
Contra communē opinionem poteſt teneri cap.28. partic.3.num.46.& quando nu.47.& ſeqq.
Pro ea non prȩſumitur quando falſitas corruſcat num.49.
Dictum ſenecę circa hoc ſub eod.
Communis opinio non attendenda in caſu expreſſim à Iure deciſo cap.50.num.28.
Compilatores feudorum.
Defenduntur & quomodò differant à compilatoribus textuum,& cur ſiant digreſſiones,& repetitiones cap.3.num.52.& ſeqq.
Compenſatio.
Compenſatum quod eſt non dicitur donatum cap. 57 partic.8.num.9.
Conceſſio,Vide,Ceſſio,Cedere.
An quid poſſit haberi a Concedente tantum declaratur cap.19.num.63.
Concordantur Surd.& Fontan.ibid.V.verſ.quod vterque hic infra proximè.
Paria ſunt concedi mediante pecunia,vel ſint,& alicuius contemplatione cap.23.num.47.
Quod vterque,& concedens,& accipiens concordent in modo, vt filius per ſucceſſionem acquirat,non ſimul cum Patri nu.139.& ſeqq. & num.66.& num.39. ante ibid.
Et ratio quia cōcedēs non plus diligit filium,quā paternum.67.
Contra haberi à Concedente ſolo cap.24.num.8.& ſeqq. & num.4.
Sed reſpondetur num.16.& ſeqq.& 48.& ſeqq. adde cap.35.num.10.15.16.17.& 18.
Imò ad modum non tam aduertit concedens,& cur nu.40.& ſeqq.& ſub 53.d.cap.24.
Imò plus pater nu. 54. & cur ibidem,& ſeqq. eod.cap. 24.
Et error num.62.eod.cap.24.
Quot perſonæ tot conceſſiones Vide fideicommiſſum.
Conditio.
Conditiones non tranſeunt quia ſunt facti cap. 5. num.97.
An conditio ſit appoſita ſubſtantiæ an reſolutioni refert cap.38.num.57.
Conditio an momento temporis,& alia ad idem & ea deficiente deficiat effectus,& omnes ex pluribus adimplenda, antea non competit actio, eſſe probandum eius aduentum &c. cap. 40. num.26.& ſeqq.
Conditio exiſtens non efficit quo ex deſinat eſſe hęres facit enim interim eius vteſſe fructus videātur cap.61.num.17.
Conditione deficiente quid de fructibus dicendum cap.63.num.22.
Condemnatio Damnare.
Condemnatio propriè eſt Iuſdicentium cap. 34. num.94.
Damnare ideſt non culpare num.93.
Damnetur ideſt feudum amittat cap.47.nu.28.
Conductio,Vide,locatio.
Conductio plurium rerum ſub vna penſione, ſi in vno deficiat ab omnibus, & à toto contractu licebit reſilire cap.56.num.14.
Fructus inter antiquum conductorem,& colonum, & modernum eius ſucceſſorem cap. 59. num.44.
Confiſcatio.V. Rebellis.
Confuſio terminorum,caſuum.&c.
Vide Diuerſitas.
Conſenſus.

I N D E X.

Conſenſus in alienationibus, & alijs actibus præiudicialibus circa feudum nocet omnibus ſucceſſoribus parentum conſentientium, alias feudalia omni commercio priuarentur cap. 30. num. 58. cap. 52. num. 33. & ſeqq. & cap. 54. partic. 2 ſub num. 35. 36. 38.

Intellige ſi omnes conſentiunt num. 39. & ſeqq. vbi declaratio d. cap. 52.

Et plenè ad hęc etiam cap. 54. partic. 3. num. 37. & ſeqq.

Nec vllus eſſet cum Vaſallis cōtracturus d. cap. 30. num. 59. & ad cap. 45. num. 30. & ſeqq.

An requiratur conſenſum eſſe expreſſum aut licentiam c. 53. num. 67. & an præcedere, interuenire actus an ſubſequi ſub eod.

Conſenſus Domini neceſſarius non vt præferatur, ſed vt approbet aut reprobet cap. 39. num. 7. & ſeqq.

In Conſenſu tacito inducto per anni lapſum qualis debeat eſſe ſcientia Domini cap. 44. numer. 47.

Non conſentiētibus agnatis feudi alienatio nulla num. 51. & ſeqq.

Non eis præiudicatur cap. 46. ſub num. 6.

Clauſula ſaluo conſenſu Domini cap. 52. num. 6.

Conſenſus neceſſarius quando alicuius intereſt nu. 34. eod. cap. 52.

Vt Citationes, monitiones, & proclamata nu. 35.

Non eſt neceſſarius quando non intereſt num. 38.

Vide proclama, vel Citatio.

Conſenſus Domini non facit quin agnatus poſſit feudum alienatum reuocare cap. 54. partic. 2. ſub num. 23.

Conſentiens alienationi rei ſuæ eam conualidat nec poteſt reuocare. num. 34. 35.

Conſenſus vnus, & idem cenſetur primi à quo alij dependent ac ipſorummet dependentium cap. 54 par. 2. num. 42.

Et de iure etiam hæredibus præiudicat num. 36.

Abſque conſenſu agnatorum nulla eſt alienatio cap. 54 partic. 3. num. 31.

Plura an conſenſus ſimplex ſufficiat ad præiudicium ſucceſſorum, an expreſſus, an tacitus, an extendibilis de perſona ad perſonam, an vltra ſimplicem conſenſum requiratur obligatorius &c. eod. cap. 54. partic. 3. num. 37. & ſeqq.

Conſenſus obligatorius afficit hæredem, confirmatorius non afficit num. 54.

Et de alijs conuenientijs, & de differentijs inter hunc duplicem conſenſum num. 55. & ſeqq.

